2 400 40
Graha
MADE IN SPAIN

CAROLI SIGONII SCHOLIA, QVIBVS TITI LIVII PATAVINI HISTORIAE, ET EARVM EPITOMAE, PARTIM EMENDANTVR, PARTIM ETIAM EXPLANANTVR.

EIVSDEM IN EOSDEM LIBROS CHRONOLOGIA, IPSORVMMET AVTHORVM VERBIS CONFIRMATA.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD
MOENVM, M. D. LXXVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE SALAMANCA



D. IOHANNI HERVAGIO, TYPOGRAPHO AC CIVI BASILIENSI, GLAREANVS S. D.

PERHVMANITER atq; benigniter mecum egisti, suauissime D. Heruagi, quòd ad me miseris illius Glarianomastigis Annotationes. De quo iudicium meum audire cupis. At qui valdè vereor, ne quis mox exclamet: Nullum esse verum ab hoste expectãdum iudicium, prædominari affectum, auersam à vero mẽtem. Quid multis? Ad hæc ego dico: Posse fieri, vt sepposito omni affectu, etiam læsi indignè, rectè tamen iudicent. De me quidem id promittere fortassis superbum fuerit, sed certè hominis cordati fuerit, non ad cuiusuis impudentiam moueri. De Sigonio isto breuiter audi iudicium meum: Mihi videtur homo multæ lectionis, & velut librorum helluo, vt est apud Ciceronem, sed iudicij iuuenilis, non addam maligni, qui de benè merito iudicat æquè, vt de malè merito, ne dicam inimico. Annotationib. nostris plus sexcẽtis locis adiutus, egregiè dissimulat, & pro gratia conuitia ingerit, imò de me ita cõtemptim locis aliquot loquitur, perinde atq; domi ipsius natus sim verna: Nullum maius in me habet telum declamandi, quàm quòd nonnunquam in temporũ supputatione vno, aliquando duobus annis ratio nostra ab eo discrepat, cùm Dionysij à Liuij ac Polybij ratione in totum ferè duobus annis distet, quod toties in annotationibus nostris clamo. Et in vno anno cum nemine me certaturum vbiq; profiteor. Tandem ad IIII. annos deuenit, & vt Hercules Antæum prorsus conficiat, vltima illa pulchella annotatione, quæ est de anno, quando Liuius finierit Romanã historiam, ad XVII. annos me iugulat, cùm sint etiã confessione mea XXVIII. in quibus tamen nihil negotij est. Quis enim certò scire potest, quot ediderit libros Liuius? aut quos adijcere voluerit? Cùm Eusebius eum vixisse in Chronicis scribat ad quartum vsque Tyberij annum. Sed audi ingeniosas illius technas, quibus me subdolè illaqueat: In annotationibus nostris aliquoties deploro, quòd Polybij ac Dionysij græca exemplaria non habuerim. Vnde facilè erat aliquot veruere locos. Noster, vbi hoc legit, nactus hoc sæliciori tempore ea exemplaria, ac inspectis locis, vbi hærebam, cùm occasionem habuisset laudandi me, quòd candido Lectori ostenderim hulcera, tum quomodo sanari possint, indicauerim, hic bonus vir id ad contumeliam trahit: Glareanus non legit Polybium Græcũ clamitãs, neq; Dionysij Græcum exemplar habuit, quod ipse ego deploro, hoc vitio vertit. Sed quod impudentius est, cùm videt me loci alicuius nomen, quod non est prorsus vulgare, non tenere memoriâ, ipse verò de hoc me indicante monitus, ibi ad Indices conuersus, inuento nomine mox Thyados more clamat, Glareanus non legit Stephanum de Vrbibus: Quasi verò quis omnium nominum meminisse queat, quæ vspiam sint apud authores, etiamsi eos legerit. Ter clamat me non legisse Priscianum, quem ego conijcio me legisse, antequam ille Cuculus nasceretur. Potuisset, si quid pudoris in eo esset, modestè dicere, Glareanus nõ animaduertit, quod apud Priscianum est, vel quod Stephanus scribit, quod equidem molestè non tulissem, nihil enim offendor candida admonitione, exemplo D. Erasmi Roterodami præceptoris nostri disertissimi. Quis autem ei dixit, nec Stephanum, nec Priscianum legisse me? Quia, inquit, de loco dubitas, qui est apud Stephanum. Elegans ratio, hic vide dialecticum acumen. Sed hoc pulchrius est, quod ait, me nulla antiqua exẽplaria habuisse. Vnde hoc scire potuit? nempè vnde priora. Ac nihil hunc etiam mentiri pudet, ipse adiutus exemplaribus antiquis, sibi hanc impudenter adscribit gloriam. Ego qui ex collatione multorum exemplarium tot locos emendârim, audire debeo, Glareanus non habuit antiqua exemplaria. Quid si quis in authore egregiè exercitatus, ex locorũ collatione, Item ex aliorum authorum lectione, ac comparatione multa egregiè restituere potuit, non ille etiam laudem meretur? Saxa quædam Capitolina, ac numismata obijcit, quasi illa sint oracula Delphica, cùm in his sæpè mirè erretur. Ante annos XX. tumultuario studio hasce Annotationes mihi collegeram, ac postea publicaui: Verùm nũc nactus exemplaria Græca, ipse ego in meo adeò opere, si modò alijs negotijs non fuissem occupatus, longè plures locos emendare potuissem, quàm plagosus ille Orbilius. In plerisque dubitaui, quòd exemplo doctorum virorum, qui sæpius hærent, cum indoctis omnia sint pertia, non illibenter facio. Quoties hoc facio, hic candidus iudex à me dubitatum, id assertum mentitur. Sanè nisi ego dubitassem pluribus in locis, ille quod reprehenderet herclè non habuisset. De Prænominibus, Nominibus, ac Cognominibus Romanorum, negotium est infinitum, cui nec ille Gigas satis fuerit, nec quisquam mortalium, nec magni etiam nunc refert. Quid enim magis obscurat Romanam historiã, quàm illa per nomenclaturam quæsita ambitio? Olim omnes familiæ suos in magistratu fuisse legere cupiebãt. Vnde ab Historico neglectum aut omissum nomen aliquod, piaculum videbatur apud illos mundi dominos. Verùm quid hoc ad nostram ætatem? præstiterit ea plæraq; prætermissa fuisse, melius enim sic consultum erat Romanæ historiæ. Risi autem maximè cum mecum velut expostulat, Quando quidẽ Chronologiam ad Liuianã historiam atque adeò Romanam illustrandam desumpsisse me dixerim, cur duos annos post ducentesimũ vicesimum tertium ab V. C. non omiserim, quos Liuius consultò, vt asserit Sigonius, prætermisit. Ad hoc ego ingenue, quod res est, dico: Cùm viderim librariorum vitio annum CCXLVIII. ab V. C. temerè omissum: quod & Sigonius mecum fatetur, putabam et hosce eodem modo iniuria temporũ prætermissos, & adhuc sum in ea opinione. Quòd Cassiodorum mihi obijcit, nil me mouet, cuius Codex mille aberrat locis, vt ipse Sigonius probè nouit. Ad alios, quos mihi ex Liuio obijcit locos, eadem respondeo, quæ Sigonius in suis, quas in Chronologiam nostram scripsit, annotationibus respondet ad annum CCCV. apsius supputatione. Vbi mirari se dicit Liuium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse. Hæc verba si ego protulissem, Liuij correctorem me appellasset, ne dicam calumniatorem. Sed pulchrior ratio est, quam subnectit paulò pòst: Cùm idem COSS. (inquit) sint apud Dionysium ac Cassiodorum. At nolo pluribus de illius impudentia, qui ita in me debacchatus est, quasi eius essem mancipium de lapide emptum: ita superbus Thraso in me iocatur, quasi nescirem literas, quem ego nec verbo nec facto vnquã offenderim. Quàm gestit vbiq; gloriæ auidus, quàm cupit ex iugulato Glareano triumphum. Næ ille diu expectabit à me vllum

reſponſum, niſi mores mutauerit, Chriſtiano puto malũ pro malo non eſſe reddendum. Hoc meritò malè me habet, quòd ex ea vrbe me petit ſcommatis, ex qua vrbe ſemper modeſtos viros olim ſenſi. Qui legati, Tiguri in Heluetijs, & ante annos aliquot Haganoiæ apud Ferdinandum Cæſarem, me vnicè dilexerunt, ac humaniter ſunt proſecuti, mihiq́ue prudentiæ ſpecimen dederãt, ac ſummam ſpem, nullum vnquam fore ex ea Rep. quæ non eſt alia præclarior toto terrarum orbe, quem ego vererer in me immerẽtem, ita ſæuiturum, vt Sigonius fecit, Homo minimè Venetus. Tibi ego, mi Heruagi, plurimum debere puto, quòd me amicè admonueris: doleo autem, quòd, quid gratiæ referam, non habeam, tu animum pro gratia nunc accipias oro. Benè vale. Friburgi Briſgoiæ, Anno à IESV CHRISTI *natali,* M. D. LV.

AD LECTOREM.

QVANDO QVIDEM, candide Lector, in ſequentibus Caroli Sigonij Annotationibus, doctrinę & eruditione pręſtantũ virorum ſententiæ, inprimis autem Glareani, antiquitatum aliàs indagatoris diligentiſsimi, in aliquot obſcuriores & magis abſtruſos locos, Caſtigationes, multis in locis reprehenduntur: non inconſultò igitur, ipſius Glareani defenſiones & antilogias, ſuis locis, hiſce ſignis [] incluſas, & in margine manu, adiunctis aliquot virgulis, ſignatas, adijciendas eſſe viſum eſt. Inſuper etiam, quo Lector faciliorem & magis commodiorem loci alicuius ſcrupuloſi & dubij, modum & quærẽdi formam habeat, numerum foliorum in margine Annotationibus adiunximus.

CAROLI

CAROLI SIGONII SCHOLIA, QVIBVS TITI LIVII PATAVINI HISTORIAE, ET EARVM EPITOMAE, PARTIM EMENDANTVR, PARTIM ETIAM EXPLANANTVR.

De germano Liuianorum librorum indice.

GERMANVM non esse Liuianorum librorum indicem illum, qui vulgò fertur, verùm à Grammatico aliquo parum scitè fuisse affictum, cùm multis alijs summis superioris memoriæ viris assentior; tum maximè Francisco Petrarchæ, qui in primo libro rerum memoratarum, & in epistola ad Ioannem Certaldensem non obscurè quid ipse de eiusmodi re sentiat, edit his verbis: Sed heu quantam ætatis nostræ maculam. Huius tam ingentis, tamque egregij operis vix portio subest exigua quidem: cùm in Decades vel ab ipso conditore, vel, quod magis reor, à fastidiosis post modũ lectoribus, lectum foret, ex quatuordecim nisi tres Decados supersunt. Item, Quod nisi fallit existimatio, frustraturque memoria, propè ad eandem literarum congeriem videtur accedere vel T. Liuij Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades vocãt, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium scidit ignauia. Hæc ille. Id autem ita esse, ex Grammaticis etiam veteribus, vt Prisciano, Diomede, Censorino, & eo demum, qui singulorũ horum librorũ Epitomas scripsit, facilè intelligi potest. apud quos animaduertere licet in hac historia nominanda nullam Decadum perpetuam librorum, in quos ipsa descripta erat, fieri mẽtionem. Quod facturos eos aliquando fuisse credendum est, nisi iam mortuis illis eiusmodi index celebrari cœpisset. Decadum autẽ nomen probabile reddidisse videtur numerus librorum, qui à T. Liuio scripti esse dicuntur. cùm XIIII. Decades in CXL. libros (tot enim ab eo editos esse vulgo creditur) rotundo quodam numero diuidantur. Verùm & hæc falsa opinio est. Idẽ enim Petrarcha CXLII. ab eo scriptos esse tradit. idq; nos ita esse in scholijs Epitome libri CXXXVI. ostendemus. His igitur adducti rationibus, germanam horum librorum inscriptionem restituendam esse putamus hanc: T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBRI CXLII. Ex quibus tamẽ cum superiorum sæculorum incuria CVII. interciderint, cogimur eos XXXV. tantummodo nominare. Historias autem eum credo idcirco scripsisse, vt hic liber distingueretur ab ijs, qui Annales appellabantur, siquidem aliud erat Annales, aliud Historias scribere. Nam Annales (vt à veteribus accepimus) tãtummodo quod factum quoque anno factum esse demonstrabant: Historiæ verò non solùm id, quod gestum esset, sed etiam quo consilio, quaque ratione gestum esset, indicabant. cùm autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis scriberent, Annales conficerent, vt Pictor, vt Piso, vt Fannius, vt Libo, postremò etiam historiæ scribi cœptæ sunt, vt à Cœlio, à Tuberone, ab Asellione, à Sisenna, à Salustio, à Liuio. Itaq; cùm qui historias scriberent, alij aliunde scribendi initium facerent, Liuius vt & ipse scriptionis suæ & genus, & initium indicaret, HISTORIAS AB VRBE CONDITA nominauit: nimirum intelligi cupiens, se à primordio vrbis (quemadmodum ipse in principio profitetur) res Romanas esse scripturum. Atque hoc quidem etiam consilio Salustius vsus libros historiarum complures edidit, quibus res (vt opinor) populi R. quibus ipse interfuit, se perscripturum esse testatus est. Initiũ certè scribendi à Sullæ morte Catulo, Lepidoque consulibus fecit. Quod ex verbis eius quibusdam, quanquam diuulsis, quæ à Prisciano lib. XV. ex primo historiarum libro Salustij proferuntur intelligi potest. Ea verò sunt hæc: Res populi Romani M. Lepido, Q. Catulo consulibus, ac deinde militiæ, & domi gestas, composui.

De Libri titulo.

Annales et Historiæ in quo differant.

DE EPITOMIS.

EPITOMAS porrò, id est, vt ego interpretor, breuia singulorum librorum argumenta, vnicuique libro præfixi: vt quisque breuiter ac facilè, quid in quoque libro contineretur, cognoscere, ac qui Liuiani libri intercidissent, & quantum in ijs amissis acceptum detrimenti esset, intelligere posset. Nam siue à Liuio, siue à Floro, siue ab alio quo scripta sunt, hæc enim omnia traduntur, ad Romanas certè res illustrandas accõmodatissimæ sunt, præsertim verò vbi Liuiana historia excidit. Qua in parte Liuianam apud quenque obtinere debent auctoritatem.

IN EPITOMEN LIBRI PRIMI.

SYLVII. Item, Tyberis.) Siluij, & Tiberis scribendum esse ex manuscriptis exemplaribus, Græcisque libris constat, apud quos est σίλιος, & τίβερις. In centurias populus diuisus.) Lego in curias. Nam Liuius ita loquitur: Cùm populum in curias XXX. diuideret, nomina Sabinarum curijs imposuit. Metij Suffetij.) Fufetij, vt pòst dicam. Ancus Martius.) Marcius, vt post dicam. Tentandæ scientiæ causa.) Veteres libri, Hic tentandæ scientiæ causa. Ostiam condidit. Tarquinius.) Manuscripti libri pleniores sunt. ita Ostiam condidit. Regnauit annos XXXIII. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthij filius à Tarquinijs Etruriæ ciuitate Romam venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinij nomen ferre cœpit. & post mortem Anci regnum excepit. centum additis, &c. Quam lectionem probo. Idque protinus factum.) Veteres libri, Idque protinus ab Attio factum. Cloacas fecit. Ser. Tullius.) Veteres libri vberiores. ita, Cloacas fecit: occisus est ab Anci filijs, cùm regnasset annos XXXVIII. succesisset ei Ser. Tullius, natus ex captiua nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis posito, caput arsisse traditum est. Is Veientes, &c. Lustrum condidit. Classes.) Plenior antiqua est lectio. sic, Lustrum condidit, quo censa LXXXM. esse dicuntur. Classes. Est autem hic numerus etiam apud Liuium, & is, qui Epitomas scripsit, eiusmodi summas diligentissimè ponere solitus est. In Auentino fecit. L. Tarquinius.] Plenior est vetusta manuscriptorum librorum lectio. hoc modo: In Auentino fecit.

Interfectus est à L. Tarquinio Prisci filio consilio filiæ suæ Tulliæ, cùm regnasset annos XXXVIII. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neque patrum, neque populi iussu regnum inuasit. Quo die, &c. Filius Sex. Tarquinius dolo.) Veteres libri, Filij Sex. Tarquinij dolo. loquitur autem de rebus gestis Tarquinij Superbi regis. Itaq; præter alia, Sex. etiam Tarquinij filij dolo, inquit, Gabios in suam potestatem redegit.

IN PRIMVM LIBRVM.

2 VELVT dissidentes primo mores sequatur animo, deinde vt magis magisque lapsi sint, tum vt ire cœperint præcipites.) Probo doctorum quorundam hominum coniecturam, qui, Desidentes legunt. Etenim subsequitur, vt magis magisque lapsi sint, tum vt ire cœperint præcipites. Videtur enim eadem semper translatione res magis crescere, quam translationem, quia primò duriorem esse putauit, adhibita particula: Velut, molliorem fecit. Quod in proprio, Dissidentes, faciendum non fuisset. Est autem desidere leni quodam motu in semet concidere. [Robortellus hoc loco reprehendit Sigonium libro 2. Emendat. cap. 55. ac Dissidentes legendum putat. Vocat enim Liuius dissidentes mores in diuersa euntes: nec æqualitatem seruantes.] Porrò autem his verbis mutationes omnes Romani imperij breuissimè complexus est. Nam cum, Partum imperium, ait, interuallum illud totum indicat, quod à Romulo ad Ap. Claudium intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginiensibus fecit: Cum, Auctum, tempus inde ad Carthaginem euersam notat. Desedisse præterea mores intelligit, Gracchanis temporibus, Lapsos magis esse, Sullanis, Præcipites isse, Cæsarianis. Reliqua inde tempora, Augusti imperium post deuictum ad Actium Antonium, quibus hæc scribere aggressus est, significat. Itaque lib. 9. ait: modò sit perpetuus huius, qua viuimus pacis amor, & ciuilis cura concordiæ. Rege Philemene.) Pylæmene legendum esse apparet ex versu Homeri: παφλαγόνων δ' ἦγεῖτο πυλαιμένεσι λάσιον κῆρ ἐξ ἐνετῶν. [Hoc ex Sabellico & Glareano habet, licet neutrius meminerit.] In quem egressi sunt locum, Troia vocatur, Pagoque inde Troiano nomen est.) Malim, Pagoque inde Troiano nomen est, vt no syllaba repetenda sit, vt sæpè infra faciundum esse docebimus.

Hetruscorum opes.) Etrusci & Etruria scribendum est sine aspiratione, manuscriptis libris auctoribus, ijsque qui lapides Triumphales, qui in Capitolio Romæ sunt descripserunt. Numicum flumen.) Probo ea, quæ à Glareano dicta sunt, cur Numicium, & non Numicum flumen dicendum sit. Addo etiam Dionysium Alicarnass. lib. 1. ποταμὸν νομίκιον appellare. Authorem nominis sui.) Auctor & auctoritas scribendum. ita & manuscriptis libris, & vetustis lapidibus attestantibus, & Dione tradente, qui declarans, quid auctoritas senatus sit, αὐκτώριτας scribit. postremò ex vocis etiam ipsius ratione à veteribus Grammaticis tradita. Atys. Capys.) Atis exijs nominibus est, quæ literam Y respuunt, quod vetera exemplaria habent, & deriuatiuum nomẽ Atius. De quo ita Virgilius: Alter Atis, genus vnde duxêre Latini. Capys etiam cum Græcorum more flectitur, Capyos amat literam Y, cum Latinorum, Capis, I. Capeto Tiberinus, qui traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit.) Tiberius legendum esse, auctoritate veterum Historicorum, & maximè Dionis, Eustathius in Dionysium confirmat, qui Tiberim, cùm Albula diceretur, à Tiberio vocatum esse scribit, non ab eo, qui Augusto successit, sed à quodam alio, qui raptus à flumine nomen ei reliquit. Verba etiã illius placuit apponere: ὅπ ὁ πίβερις ἄλλως ποτὲ καλούμενος, ὅτι μετεκλήθη, ὡς βασίλειος πίβερις ἐν αὐτῷ ἅνδντος, ἄλλα τείσειαι βοῶσι, καὶ ἡ τοῦ ὄνομα. πίβεριον δ' ὀνομαῦθαι ἱστορία φησὶν, ὑπὸ μετατὸν αὐγύεον, ἀλλ' ἕτερον ὑχαιότερον, ὅς, φησὶν, ἐν μάχῃ τελευτήσας, καὶ ὕσω τοῦ ῥεύματος παρενεχθεὶς ἐπωνυμὸν ἑαυτῷ τὸν ποταμὸν ἀφῆκε.

4 Laurentiæ vxori.) Veteres libri, Larentiæ. Item Plutarchus in Romulo, & Dionysius lib. 1. ἄκκαν λαρέντιαν. Et à Palanteo vrbe Arcadia Palantium, deinde Palatinum montem appellatum.) Eustathius docet Pallantium duobus ll, Palatium vno scribendum esse, his verbis: τῷ παλάντιον ἰδρύσας, καὶ λόφον ὀχυρώσαμενος, ὃν παλλάντιον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἡῶ πάλλεσθαι· ἔδοξεν καὶ τοῖς ῥωμαίοις τοὺς βασιλεῖς ὁρίσοντας τόπους ὅπου καλοῦσιν παλάτια, καὶ ὑφαίρεσιν ἀμεταβόλων τοῦ ε, καὶ τοῦ ν.

5 Palatinum Romulus, Remus Auentinum.) Vet. lib. Palatium Romulus. Rectè. Nam Palatinum non est perinde atque Auentinum, substantiuum nomen, sed adiectiuum. Itaque nisi vbi collem addimus, Palatinum dicere non debemus, vt infra. Inter Palatinum Capitolinumque collem. Ex Palatio autem Palatinus, ex Auentino Auentinensis orta nomina sunt. Ita paulò pòst: Palatium primum, in quo ipse educatus erat, non Palatinum lege.

7 Locum, qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, Asylum aperit.) Quidam veteres libri habent: Qui tunc septus densis sentibus inter duos lucos erat. Quod non probo. Nam Dionysius, ita vt Liuius, loquitur: τὸ μεταξὺ χωρὸν τότε καταπολὺς καὶ ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν ἐπὶ τοῦ ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον ἄλσον δρυμόν. Centum creat patres, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant, qui creari patres possent.) Sanè legendum esse videtur: Qui ciere patres possent. sic enim scribit li. 10. Qui patrem ciere possent, eos patricios esse appellatos. Dionysius etiam ac Plutarchus, vbi exponunt causas, cur centum potissimùm senatores, quos patres appellauerit, Romulus crearit, ita aiunt: ὅπ πατέρας εἶχον ὀνομάζεσθαι μόνοι, id est: quod patres nominari soli centum possent, quasi verò alij terræ filij essent. [Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. Emendat. cap. 55. Esto enim patricios ita dictos: non tamen patres, nec ea de causa primùm ita appellati. Dionysius li. 2. multa de hac re scribit, & refellit eos nominatim, qui patricios dictos asserebant, quia patrem ciere possent. Cur itaque lectio mutatur contra fidem omnium antiquorum librorum?] A plerisque rogitantibus dimissi, ecquod fœminis quoque Asylum aperuissent.) Veteres libri: Ecquid non fœminis quoque. Cenienses.) Dionysius & Stephanus de vrbibus vrbem καινίνην scribunt cum diphthongo, ex quo apparet Cæninenses esse scribendum.

8 Thalassij cuiusdam.) Veteres libri, Talassij. Itemque Græci, ταλάσιον. Ceninenses, Crustuminiq; & Antemnates.) Vet. lib. Cæninenses, Crustomini & Antemnates.

9 Quantem Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigat, orat.) Vet. lib. Precibus raptarum fatigata, orat. Perspicuè verum. Sic loquitur alibi Liuius. Quòd alienis cladibus ceciderant animi.) Vet. lib. Quòd iam alienis cladibus ceciderant animi. In Crustuminium nomina darent.) Legendum, In Crustuminum, vt subaudiatur agrum. Additur fabulæ.) Probo suspicionem Glareani, qui legit: Additur fabula, vt non ea, quæ exposita sunt, sed, quæ exponenda sunt, fabula dicantur. Addo illud, Liuium ita lib. 5. esse locutum: Inseritur huic loco fabula. Et lib. 10. Id credo cognomen errorem in ædilibus fecisse, secutam que fabulam mistam ex ædilicijs, & consularibus comitijs conuenientem errori.

10 Hostius Hostilius. (Alio libro ostendi ex auctoritate lapidum Capitolinorum, & Valerij & Macrobij, Hostum esse prænomen tum in hoc rege, tum in Hosto Lucretio consule, de quo infra dicam, nõ Hostium. Hic in Palatino.) Veteres libri, Palatio, vt antè. Ab arce decurrerat.) Veteres libri, Decurrerat. ostendit porrò

Priscianus

Priſcianus bonos auctores compoſitum, cucurri, vſurpaſſe, vt Liuius in 2. Et ſi ferocius procurriſſent. idemque feciſſe Catonem, Plautum & Terentium.

Equus Curtium in vado ſtatuit.) Hanc lectionem laudat Glareanus, iniuſtè. [Glareanus legit: Equum Curtius, de verbo ſtatuit, dicere, quando omnes codices ita habebant, ſuperſedit. Sabellicus de verbo, ſtatuit, loquitur. At Sabellicum omittit, Glareanum carpit. cùm Glareanus loquatur ex Gellij authoritate lib. 18. cap. 5. Robortellus mirè hic increpat Sigonium de mutatione huius loci, lib. 2. emendat. cap. 51. horum verborum hanc ſententiam eſſe ſcribens: Equum emerſiſſe ex palude illa, & ſtatuiſſe Curtium in vado, id eſt: In loco tuto ac minimè profundo. Ita vt legendum ſit: Equus Curtium in vado ſtatuit. Et ita omnes vetuſti libri habent. Nec commodè Liuij verba ad Plutarchi ſententiam accommodari poſſunt, cùm vterque diuerſos fuerit ſecutus authores. Nam id, quod narratur de eo, vario modo prolatum eſt ab Hiſtoricis. Dionyſius peditem illum pugnaſſe ait.] Veteres enim libri habent: Equum Curtium in vado ſtatuit. Ex quo intelligi poteſt, legendum eſſe: Equum Curtius in vado deſtituit. Nam Plutarchus hanc ſententiam ita vertit: καὶ ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν, id eſt: Deſtituto equo ſemet ſeruauit. Errori locum dederunt finitimæ illæ ſyllabæ do, de. Ab T. Tatio Titienſes appellati.) Quanquam Feſtus à prænomine Tatij ait Titienſes eſſe dictos, tamen Tatienſes potius legendum puto, à Tatio. Ita enim Veteres libri, ita Varro, ita Plutarchus: ἀπὸ τατίου τατιήνους. Lucerum nominis, & originis cauſa incerta eſt.) Ijdem Lucrenſes etiam à Feſto & Plutarcho dicti ſunt. Horum originem incertam eſſe ait Liuius, non quia nulla tradita ſit, ſed quia aliam alij tradentes rem in dubium adduxerunt. Alij enim à luco, alij à Lucumone, alij à Lucero Ardeæ rege nominatos voluerunt. auctor Plutarchus, Feſtus, Pædianus. Vt tamen expiarentur legatorum iniuriæ, regisque cædes, fœdus inter Romam, Lauiniumque vrbes renouatum eſt.) Si locus hîc attentè ſpectetur, facilè, vt ait Glareanus, intelligetur aliquid deeſſe. deeſt autem ratio, qua expiatio facta eſt. De qua Dionyſius ita: τότε μὲν οὖν ἀφωσιῶσθαι τὸ περὶ τὸς πρέσβεις γενόμενον. Et Plutarchus in Romulo: καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, ὡς ἔπι πολὺ ἱσορροῦσαι δόξαι τῆς φερεννίας πύλλης σωτελεισθαι. Aut igitur ſacri mentio deeſt, aut voce illa, Fœdus, continetur, atque expreſſa eſt. Cæterùm renouatio fœderis cum Laurentibus ſolennis erat. Libro enim 8. ait: Cum Laurentibus renouari fœdus iuſſum. renouaturque ex eo quotannis poſt diem decimam Latinarum. [Glareanus non dicit quicquam deeſſe, ſed ſcire cupit, quomodo inter Romanos & Lauinium ſit expiatum ſcelus cædis.]

Quos Celeres appellauit.) Rationem affert nominis Plutarchus: ἀπὸ τῆς περὶ τὰς ἀποδρομὰς ὀξύτητος. Ad Capræ paludem.) ſuſpectum ſe habere hoc nomen ait Glareanus, neque alibi ſe legiſſe. At Plutarchus tamen in Romulo ita ait: ἡ δὲ ἡμέρα, ἣν μετὰ πολλὰ ξέσχον φυγὴ καλεῖται, καὶ νόναι κατρωτίναι δι' ἃ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκπόλεως κατόντας, τὸν δ' αἶγα κάπρον ὀνομάζουσιν. Et Feſtus lib. 3. Capralia appellatur ager, qui vulgò ad Capræ paludem dicitur. [Glareanus admonet duntaxat, nihil definit, vt alijs cogitandi anſam præberet, quod cùm laudabile erat, non erat in contumeliam trahendum.]

Abi, nuncia, inquit, Romanis, &c. proinde rem militarem colant, &c.) Hęc ſi vertit Plutarchus: χαῖρε, καὶ φράζε Ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσυνῶν μᾶ ἀνδρείας ἀσκητὸν δεῖ πλεῖον ἀνθρωπίνης ἀφίξονται δυνάμεως. Decreuerunt enim, vt cùm populus regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. Hodieque in legibus magiſtratibusque rogandis vſurpatur idem ius vi ademptum, priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt.) Difficilis & lubricus locus hic eſt. In veteribus libris eſt: Vi adempta, nō: Vi ademptum. Quam lectionem aliorum ingenio partam probat Glareanus his verbis: Quidam emendarunt Vi ademptum, & ad, Vſurpatur, verbum coniungunt. quod placet, & Vi ademptum fortaſsis ad Iulium Cæſarem retulit, quem tamen propter Auguſtum nominare non audebat, niſi quis malit ad eius ſeculi ſeditiones referre, quæ Cæſarem præceſſerunt. Hæc ille. [Glareanus ingenuè fatetur, hoc ab alijs erutum, nec ſibi adſcribit.] Mihi verò neque hæc lectio, neque hæc ſententia probatur, neque enim hoc ius vi aut à Cæſare ademptum eſt, aut ante Cæſarem ab alio. De Cæſare teſtis eſt Suetonius, qui ſcribit de eo. Comitia cum populo partitus eſt, vt exceptis conſulatus competitoribus de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populos vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipſe dediſſet, & edebat per libellos circum tribum miſſos ſcriptura brevi. [Hæc Suetonij verba ſatis declarant comitiorum rationem mutatam, etſi non omninò abrogatam, non igitur ſine cauſa dubitauit Glareanus.] CAESAR DICTATOR ILLI TRIBVI. Commendo vobis illum, & illum, vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. De alijs auctor eſt Liuius, qui ſæpiùs hoc inſtitutum relatum eſſe. & lege ſancitum noua, cùm quaſi vetuſtate obſoleuiſſet, ſcribit, vt lib. 6. Quia patricij ſe auctores futuros negabant. propè ad ſeceſſionem plebis res venit. Item s. c. factum eſt, vt duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus eius anni comitijs fierent. Et lib. 8. Lata lex eſt, vt legum, quæ centuriatis comitijs ferrentur, ante initum ſuffragium, patres auctores fierent. Præterea hunc eundem morem temporis vetuſtate obliteratum à L. Sulla conſule renouatum fuiſſe ſcribit Appianus lib. 1. his verbis: εἰσηνέχθη τότε μηδὲν ἔπι ἀποβούλοιο εἰς τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι νενομισμένον μὲν ἔτι καὶ πάλαι, παραλελυμένον δὲ ὑπὸ πολλῶν. Accedit, quod Cicero in oratione pro Plancio, quam poſt Sullæ mortem ante Cæſaris dictaturam dixit, ne hoc quidem obſeruatum fuiſſe ſignificat, cùm ait: Apud maiores noſtros magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi patres auctores non erant facti. Quæ cùm ita ſint, probo magis veterem lectionem, Vi adempta, vt ſit ſenſus, Hodie quoque vſurpatur idem ius, vt patres comitiorum ſint auctores, niſi fortaſſe vis aliqua fiat à tribuno plebis aliquo, qui ſine auctoritate ſenatus cum populo agat. Quod ſæpiſsimè ante Cæſarem factum eſſe, omnia Romanorum monumenta loquuntur. Quod autem, inquit, Vi adempta, Cicero dixit ad Lentulum, Vi excepta. Ego tibi à vi, hac præſertim imbecillitate magiſtratuum, præſtare nihil poſſum: vi excepta, poſſum confirmare te & ſenatus, & populi Romani ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum. Eſt præterea intelligendum, quod Romani dicunt, ſenatum auctorem eſſe, id à Græcis dici: προβούλευμα. Nam quod ait Liuius lib. 3. Quod legum ab ijs latarum patres auctores fuiſſent, Dionyſius vertit lib. 11. πρῶτον ἁπάντων τὸ περὶ τῶν νόμου προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον ἐξενεγκεῖν. Quod ait etiam lib. 2. Victi tandem patres, vt de connubio ferretur, conceſſere. Dionyſius vertit libro 11. γράφεται τὸ περὶ τούτου προβούλευμα τῶν ἅπαντων, καὶ λαβόντες αὐτὸ μὴ πολλῆς χαρᾶς οἱ δήμαρχοι, προῆλθον εἰς τὴν ἀγοράν. Idem in Ser. Tullio: ἡ βουλὴ δὲ ἐξίωσεν ἐπιμερῶσαι τὸ τῶν δημοτικῶν πλῆθους, ὥσπερ ἀμοιβὴν ποιεῖν ἐθέλων. Et in iudicio Coriolani: τὴν βουλὴν οἰόμεθα δεῖν ἀρξαι περὶ βουλεύματα ποιησαμένην, ὥσπερ ὄρθιν ὑμῖν παρεῖναι. Ser. Tullo.) Ser. Tullio perſpicuè. Augur ad leuam, eius capite velato, ſedem cœpit.) Hunc in modum diſtinguendum eſſe hunc locum Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa: ἐν ταύτῃ δὴ μαντέων ὁ πρωτεύων τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν πρόσωπον κεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ ἀποβλέπων ἐξόπιθεν, &c. Videtur enim Plutarchus, ſi modò rectè eſt apud illum vox illa, ἐγκεκαλυμμένον, caput regis velatum fuiſſe. non auguris ſignificare. [Non diſſentit Plutarchus à Liuio, vt oſtendit Robortellus lib. 2. Emendat. capit. vltimo. Nam verba Plutarchi ſic debent interpungi ex vetuſto codice, τὸν μὲν εἰς μεσυμβρίαν πρόσωπον ἐγκεκαλυμμένον· αὐτὸς, καὶ ἀποβλέπων ἐξόπιθεν.] Me autem iuuat eorum eſſe ſententiæ, qui

ad læuam eius scribunt,& caput velatum auguris intelligunt.quòd infrà dicat. Statua Attij capite velato in comitio fuit.Et lib.10.Si augur capite velato victimam cædat,auguriúmue ex arce capiat. Qua fama in Sabinos,aut quo linguæ commercio.) Veteres libri,Qua fama.

14 Dea Ægeria.)Vet.lib.Egeria.Probo.Dionysius enim & Plutarchus ἠγερίαν edunt,aut ἐγερίαν.Festus ab egerendo dictam esse scribit. Atq; omnium primùm ad cursum Lunæ in 12.menses describit annum,quem,quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet,desuntq; dies solito anno,qui solstitiali circumagitur orbe,intercalares mensibus interponendo,ita dispensauit,vt vicesimo quarto quoq; anno ad metam eandē solis,vnde orsi essent,plenis annorum omnium spatijs dies congruerent.)M.Antonius Sabellicus huius loci obscuritatē primus,vt opinor,& sensit,& vtipse sibi visus est,sustulit.cuius viri authoritas tantum valuit,vt post eum Glareanus,& cæteri qui hunc locum attigerunt,eundem ita vtille ostenderat,exposuerint. [Glareanus Macrobij traditionem explicauit non suam,in illum igitur claines oportet,non Glareanum.] Quorum interpretationem cur hoc demum tempore vnus ipse repudiem,paucis,vt institui,explicabo,sic igitur exponit Sabellicus: Cùm Lunarem annum Numa XII. mensium & CCCLV. dierum primus instituisset,quia cum solari eum anno non conuenire reperiebat,qui diebus CCCLXV.& quadrante conficitur,dies qui quotannis ad solaris anni rationem deerant,quorū summa vigesimo quoq; quarto anno erat CCLXIIII.ita dispensauisse,vt octauo quoq; anno XC. interponeret,tertio autem octennio,id est,vicesimo quarto quoque anno non XC.sed LX.qui superabant,atque ita effecisse,vt eo demum anno dies lunaris & solaris anni,à quo orsi essent,congrueret. Hunc autem sensum vt eliceret,contra omnium librorum auctoritatem legit,vicesimo quoque quarto anno,cùm vbique,vicesimo,legatur.Ego autem ita sentio,Lunarem annum Numam instituisse non CCCLV. sed CCCLIIII. dierum. Cùm autem solaris lunarem superaret quotannis XI. diebus & quadrante,inuenit vicesimo anno lunarē à solari victum esse diebus omnino CCXXV.vt ergò illo demum anno solaris cum lunari congrueret,atque ad eandem metam solis,vnde orsi essent,dies conuenirent,hos dies ita dispensauit,vt non octauo,sed secundo quoq; anno alternatim modo dies XXII.modo XXIII.interponeret. Qua ratione fiebat,vt cum perueniſſet ad annum XX.lunaris annus à solari nec vinceretur,nec eum vinceret. Quod vnusquisque intelliget,qui summam annorum hoc modo concipiet.nam cùm quarto quoque anno XLV. dies intercalentur,si quinquies quadraginta quinque sumpseris,eos CCXXV. reddideris. Hanc autem sententiam,quanquam obscurius,edit Plutarchus in Numa,ita: τῆς δὲ γινομένης ἀφαιρέσεως περὶ τὴν σελήνην,καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες,ἀλλ' ἓν μὲν φυλάττοντες μόνον,ὅπως ἐξήκοντα,καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται.νοῦμεῖς δὲ τὸ περίλλαγμα τῆς ἀφαιρέσεως ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενοι: ὡς τῇ μὲν σεληνιακῇ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντι,τῷ δὲ ἡλιακῷ τριακοσίας ἐξήκοντα πέντε,πλὲν ἕνδεκα ταῦτας ἡμέρας ἀπολαμβάνοντι ἐκ τῆς μιᾶς παρ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. Et Cēsorinus ita:Cùm intercalario mensi XXII. dies,vel XXIII.alternis annis addi placuisset,vt ciuilis annus ad naturalem exæquaretur,in mense potissimum Februario inter Terminalia,& Regifugium intercalatum est. Hoc tantum inter hos interest,quod Plutarchus quadrantis diei rationem non habet.Itaque secundo quoque anno XXII.dies interpositos esse censet. Censorinus autem habet.Itaq; modo XXII.modo XXIIII.intercalatos esse ait,vt quinque dierū,qui ex quadrante diei vicies sumpto oriuntur,ratio haberetur.Hæc cùm summorum scriptorum auctoritate firmentur,neminem non probaturum,illa altera non omnino repudiaturum esse confido.[Improbat hanc Sigonij sententiam Robortellus in disputatione de ratione corrigendi,quòd aduersetur Macrobio & Cēsorino,qui imparis numeri habitam rationem à Numa docent,in anno instituendo.]

15 Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus legit.)Nemo animaduertit hunc locum esse mendosè,cùm sit tamen,Nominatiuus enim,Numa,vacat,cum tota oratio altius repetenda sit,& suum habeat nominatiuum,quem spectet.inquit enim:Declaratus rex Numa Ianum indicem pacis,belliq; fecit,annum descripsit,Flaminem Ioui assiduum creauit,virgines Vestæ legit,Salios legit,Pontificem deinde Numa Marcium Marci F.legit.Hic ego dico,non esse necesse Nominatiuum,Numa,iterare,placere autem,Numā Marcium legi. Fuit enim Numa prænomen Sabinum.Itaq; Pompilij,& Martij id tulerunt. Marcus autē Marcius is est,credo, qui Numam Pompilium ad regnum Romæ accipiendum,vt ait Plutarchus,hortatus,cum eo Romam ex Sabinis commigrauit. Hic cùm ab eodem rege in patritiorum numerum relatus esset,post eius obitum cum Tullo Hostilio de regno contendit,ab eoq; victus sibi mortem consciuit.Huius filius Pompiliam Numæ Pompilij regis filiam in matrimonio habuit,& ex ea Ancum Marcium regem suscepit,quem tuliſſe Numæ prænomen apparet lib.v.Taciti,vbi ait,Numam Marcium præpositum vrbi fuisse à Tullo Hostilio rege. Quod autem ratione confirmaui,id etiam in quibusdam manuscriptis libris inueni.

M.Marcius Sabinus
à Numa rege in senatum lectus.
à Tullo Hostilio victus sibi mortem consciuit.

Numa Marcius
Numæ regis gener,primus Pont. Max. ab eo factus
à Tullo rege vrbi præfectus.

Ancus Marcius rex IIII.
Numa regis ex filia nepos,
Plut. in Numa.

Et soli Fidei solonne instituit.)Vox,Soli,habet sine controuersia mendum.Dionysius δημοσίαν πίστιν vocat, id est,publicam Fidem.si autem in quibusdam manuscriptis est,vt audio,Et simul,Fidei,non improbo. [At improbat Robortellus lib.2.emendationum cap.55.& soli legendum affirmat.quia non instituerat alijs dijs solenne sacrum,id est anniuersarium,vt vocat Varro in libro de lingua Latina,& Verg.lib.3.vbi ait:Solennes tum forte dapes.Et Liuius lib.1.Solenne notum erat. Et lib.5.Solenne gentis de anniuersarijs sacris loquens,quæ semel quotannis fiebant statis diebus.] Imperitabat tum C.Cluilius Albæ.)Legendum est,C. Cloelius. Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Liuius C. Cluilium Albæ Dictatorem,& fossam Cluiliam ab ipso C. Cluilio procul ab vrbe v.millia passuum factam.Dionysius lib. III. hunc ducem κόιλιον,& fossam κόιλιαν vocat.at lib.VIII.itemq; Plutarchus in Coriolano κλοίλιαν.Ex quo intelligi potest apud Liuium,& Dionysium lib. III. legendum esse Cloelium,& Cloeliam.præsertim verò cùm Festus scribat,Cloelias fossas à Cloelio Albanorum rege esse dictas.Fuit autem Cloelia gens Albana,pòst à Tullo Hostilio Alba euersa Romam translata. Dionysius auctor,itemq; Liuius.

16 Albani Metium Suffetium creant.)Lege Fufetium.nam Dionysius habet φουφίτιον.Et Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων,μέτιον φουβέντιον appellat.Eodem modo Q.Fufius Calenus,nō Fusius,vt vulgo,vocādus est.Quod ex Capi-

ex Capitolino eius conſulatu,& græco Dionis libro intelligi poteſt. [Clareanus credit Græcos latina nomina ſæpe ſcriptura corrupiſſe,aut poſtea à librarijs malè deſcripta,quod hic in duobus nominib. ſatis claret κοίλι@· κλοίλι@·, φουφέτ@· ϗ φουβέντ@·.Robortellus hoc loco magnificè ridet Sigonium lib 2. emendat. cap. 52.] Eares à ſtatuis exciuit Metium.ducit quàm proximè ad hoſtem poteſt.)Vet.lib.Is ducit quàm proximè. Fœcialis.)Fetialis ſcribendum ſine diphthongo.Ita enim lib.veteres, ita Græci: φητιάλεις, ϗ φητιάλεις:ita demum nominis ratio poſtulat. Fetiales enim à feriendo dictos eſſe ſcribit Feſtus,quòd pacis faciendæ eſſent auctores. Sagmina,inquit,te rex poſco.Rex ait,puram tollito.)Vet.lib.Pura.vt ad Sagmina referatur.

Si prior defexit publico conſilio, dolo malo: tu illo die Iupiter populum R. ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam.)Vet.lib.pleriq;:Tum ille dies Iupiter.Ex quo conijcio legendum eſſe,tum me Dieſpiter. Verba enim ſolennia ſunt, eaque antiquiſſima,vt ait Feſtus lib. 10. his verbis: Silicem tenebant iuraturi per Iouem,hæc verba dicentes,ſi ſciens fallo, tum me Dieſpiter,ſaluo vrbe arceque,bonis eijciat,vt ego hunc lapidem.eſt autem apud Liuium,Dolo malo,idem,quod,Si ſciens fallo. Dieſpiter autem Iupiter dictus eſt, quaſi Diei pater. Varro.

Eo maiore cum gaudio,quo prope metum res fuerat.)Vet.lib.quo propius metum.placet

Sic eat,quæcunq; Romana lugebit hoſtem.)Vet.lib.quæcunq; Romanum lugebit hoſtem.placet. Lex horrendi criminis erat. Duumuiri perduellionem iudicent.)Vet.lib.Horrendi carminis erat. Verè. Carmen enim appellat verba legis,quæ ſequuntur. Duumuiri perduellionem,&c. Sic lib.3.Recitabatq; rogationis carmen.Si quis tribunos plebis decem,&c.[Hoc ante multos annos Sabellicus notauit,quare ſua laude priuandus non fuiſſet.]

Exempli parum memoris legum humanarum.)Emendat Beatus Rhenanus,Romanarum, pro Humanarum,quod non placet.nam & à Vet.lib.diſsidet,& à Varrone, qui ita ſcribit lib. primo de vita populi R. vt eſt apud Nonium.Metium Fufetium propter perfidiam interfecit penè imperioſius,quàm humanius. Principes Albanorum in patres legit,Tullios,Seruilios,Quintios.) Mendosè Tullia gens inter Albanas Romam à Tullo Hoſtilio translatas numeratur pro Iulia.Id indicat Dionyſius,qui eodem ordine commemorans has gentes,inquit,ἰουλίους, σεφουιλίους.Adde,quòd gens Tullia non Albana fuit, ſed Corniculana: & quòd Tullus, & Tullius pro Iulo,& Iulio infra ſæpiſsimè eſt mendosè. [Et hoc quoque notauit Sabellicus.] Quintios.) Quinctum, Quinctium,Quinctilium,& Quinctilianum ſcribendum eſſe facilè omnes intelligent, qui Capitolinorum lapidum ſcripturam obſeruauerint. Eadem ſcriptura ſeruatur etiam in quibuſdam libris manuſcriptis Diodori Siculi, quos mihi commodauit vir omni & virtutis, & laudis genere præſtantiſsimus, Ludouicus Beccatellus, tum cum Venetijs Pontificiæ legationis munus obiret,qui libri cum hactenus impreſsi non ſint,plurimum mihi, vt pòſt idoneo loco oſtendam, ad Liuianam hiſtoriam emendandam ſæpiſsimè profuerunt. in ijs ergo eſt κοίνατ@·,& κοίνατ@·.itemq; eſt cum in alijs lapidibus,tum in quodam peruetuſto, qui in agro Regienſi eſt,apud ornatiſsimum iuuenem, Horatium Malegutium,eiuſmodi,

QVINCTÆ NONIÆ
RVFÆ ET
NÓNIÆ Q. F. QVINCTVLÆ

Quid plura?in ipſis etiam Liuianis libris manuſcriptis ita demum ſæpe eſſe, quanquam inconſtanter,comperi.

Pugna atrox ad ſyluam Malycuſam fuit.)Cum vetuſti libri omes habeant,ad ſyluam Malitioſam, ſatis mirari non poſſum,curiſti emendatores Malycuſam malint,quàm malitioſam, quam germanam eſſe huius loci lectionem probatur ex Dionyſio,qui hanc ſyluam appellat τὴν ὕλην καλουμένην κακουργῶν. Eſt autem κακουργὸς,Malitioſus. Nec pugna deinde illa conſtare, nec fuga explicari.) Vet.lib. Nec pugna deinde illis conſtare,verè. Fulmine ipſum cum domo conflagraſſe.)In omnibus Vet.lib.eſt: Fulmine ictum cum domo conflagraſſe,quod probo.Sic Cicero lib.2.de off. Phaetontem ictu fulminis conflagraſſe.Et Liu lib.34.duas naues fulmine ictas conflagraſſe. Et Lactantius lib.3. Capitolium ſæpius fulmine ictum conflagraſſe. Ancus Martius.) Marciæ gentis nomen ſcribi debere litera c,non t,quod imperitorum conſuetudo inuexerat, docent Capitolina marmora,Græcorum libri, & manuſcripti latini, & ipſius denique nominis ratio: aut enim à Marco,aut,quod quidam tradiderunt,à Mamerco manauit.Etenim ſcribit Plutarchus in Numa, placuiſſe quibuſdam à Mamerco Marcios eſſe appellatos,qui Numæ regis filius fuit,eosq; propter a cognomine Regis eſſe vſos. Nam Marciorum Regum familia Romæ fuit,quam tamen non à Mamerco Numæ filio,ſed ab Anco Marcio Rege originem traxiſſe intelligi ex Suetonio in Cæſare poteſt,apud Plutarchum autem mendosè legitur: ἀπὸ τῆ μαμέρκου μαμερκίους,pro μαρκίους.Nam Mamerciæ gentis nulla vſquam mentio fit. Numæ Pompilij nepos filia ortus Ancus Marcius erat.) Hic locus oſtendit vitiosè legi apud Plutarchum in principio Coriolani,cum ait: ὧν ϗ μάρκι@· ἦν γένι@· ὄνομα δυγατεδίων, ϗ μετὰ τύλλιον ὁστίλιον βασιλεὺς ἡγούμεν@·.legẽdum autem eſſe, ὧν ϗ μάρκι@· ἦν ἄγκ@· ὁ νομᾶ δυγατεδίων,id eſt,ex qua gente fuit etiam Marcius Ancus Numæ ex filia nepos.

Ius ab antiqua gente Æquicolis,quod nunc fetiales habent,deſcripſit.)Hinc Valerius in Epitome de prænominibus:Ab Æquicolis Sertorem Reſium,qui primus ius feciale inſtituit. Haſtam ferratam, ſanguineam aut præuſtam.)Lege ex Vet.lib.aut ſanguine eam præuſtam. Quod populi priſcorum latinorum,hominéſue priſci latini.)Lege:Hominesq;,quia haud ita multo pòſt ait:Populis priſcorum latinorum, hominibusq; priſcis latinis.Et Gellius lib.17.ex Cincio,Quod populus Hermundulus, hominesq; populi Hermunduli. Vbi eadem verba,quæ hic vſurpantur. Auentinum nouæ multitudini datum.) Neſcio cur Clareanus miretur Auentinum neutro genere à Liuio eſſe dictum,cum Dionyſius paſsim τὸ ἀβεντῖνον,& τὸν ἀβεντῖνον,λόφον dicat.[Clareanus dubitat,vt ſolet,in quo laudem quærit,Fecere hoc homines docti ante eum,quorum negligentiam mault imitari,quàm inuidioſam aliorum induſtriam.] Tellenis,Ficanaq;.) Dionyſius τελλήνιλα, & φηδηναῖον πόλιν vocat,libri vitio,pro φηκλωαῖον.Nam paulò pòſt addit de defectione Fidenatium.

Ponte Sublicio tum primùm in Tyberi facto.)Vet.lib.in Tiberim.Item q; in epitome: pontem Sublicium in Tiberim fecit.Sublicium porro pontem ξυλίνλω γέφυραν Græci vocant,id eſt,ligneum. Quiritium quoque foſſa.)Feſtus.Quiritium foſſæ, quibus Ancus Marcius vrbem circundedit. In ore Tiberis Hoſtia vrbs condita.)Oſtia ſcribendum.Nam Dionyſius dictam eſſe ait,quaſi θύραν,id eſt,oſtium. Ad Murciæ datæ ſedes.)Murciæ videtur ſcribendum ex Feſto,qui ait:Murciæ Deæ ſacellum erat ſub monte Auentino, qui ante Murcus vocabatur.Et Plut.in lib. τῶν κεφαλαίων. λύ νυῦ μυρκίαν ἀφροδίτλω καλοῦσιν μυρταν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. Demarati Corinthij.) Ita libri omnes Latini,Græci δημάρατ@·: at Capitolina monumenta, Damarati eduntqua ratione lib.38.Nicodamus,& Damoteles,& alibi Damocritus dixit, cùm tamen græce litera » ſcribantur. [Dorum lingua pro » vſurpat α,vt: τὴν μᾶσαν pro τλὼ μῶσαν,ita in hoc loco,quod tamen non aduertit Sigonius.]

Domicilioque ibi comparato L.Tarquinium Priſcum edidere nomen.) Puto vocem, Priſcum,inducendam eſſe, neque enim Priſci cognomen tulit, niſi poſtquam L. Tarquinius Superbus florere cœpit.Nam(vt ait Dionyſius,)

Dionyſius,)Priſcus eſt appellatus, quia maior natu erat,quàm Superbus. Non eſt autẽ veriſimile ab ipſo L. Tarquinio,Priſci cognomen editum eſſe,verùm multis pòſt annis florente iam Superbo illud vulgo inueniſſe,comprobat hanc meam coniecturam,quod in veterib.libris luxatæ hæ voces ſunt. L. Tarquinium edidere Priſcum, vt gloſſema alicuius eſſe videatur in verba auctoris ex margine libri,vt fit,temerè à librario translatum.

26 Statua Accij capite velato, quo in loco acta res eſt in comitio in gradibus ipſis ad læuam curiæ fuit.) Vet. lib. Statua Attij poſita capite velato:ſic lib.3.de Statua Cloeliæ.In ſummia ſacra via fuit poſita,virgo inſidẽs equo. Poſteriore modo ſub ijſdem nominibus qui additi erant,appellati ſunt.) Vet. lib. Poſteriores, Rectè. vt fit poſteriores equites,qui additi erant,appellati ſunt ſub ijſdem nominibus,id eſt,idem nomen,atq; priores tenuerunt, vt pòſt apertius dicam. Pontem incendunt.) Vet.lib. Succẽdunt,aptius:nam inquit: accenſa ligna in flumen eſſe coniecta,quibus pons conflagrauit. Deditis nevos,populumq; Collatinum,vrbem,agros.) Vet. lib. Populum Collatinum: Vos enim vocandi caſus eſt,non nominandi,vt intelligunt ij, qui populumq; Collatinum emendarunt. Quod ex deditione Campanorum colligi poteſt lib.7. vbi ait: Itaq; populum Campanũ, vrbemq; Capuam,agros,delubra deûm,diuina,humanaq; omnia in veſtram P.C. populiq; Romani ditionem dedimus, non:Nos,populumq; Campanum. [Sed cuius caſus eſt Vos in præcedente verſiculo, vbi inquit,vt: vos populumq; Collatinum dederetis? Quæ hæc diligentia?] Ficulnea vetus,Cameria.) Dionyſius etiã hoc loco mendosè habet ὀκριήνλων, pro φικιήνλων, vt ſuprà:ita vt Ficanam, & Ficulneam eandem eſſe ciuitatem intelligere videatur. Varro quidem in libro de lingua lat. Fidenates,& Ficulneates ſuburbanos populos vocat.

27 Tum quia Seruio occiſo.) Vet.lib. Et quia Seruio occiſo,atque ita fine controuerſia legendum eſt: nam hæc eſt alteratio,quæ priorem ſubſequitur,quæ erat. Et quia grauior vltor cædis. Itaque aptè altera alteri nunc reſpondet.

28 Tum demum palàm factum. Et comploratione in regia orta.) Neſcio cur veterem lectionem immutauerit Rhenanus. Tum demum palàm facta ex comploratione in regia orta,cùm ſit ſenſus: Seruius celata morte regis opes ſuas firmauit,tum demum palàm facta ex comploratione in regia orta regnauit.

29 Cornicines,tibicinesq;.) Vet.lib. Tubicinesq; : Egregiè. Dionyſius enim vbi hac de re agit,vertit, σαλπισὰς. In tres centurias diſtributi.) Malim,in duas,vt ſcribit Dionyſius,vt centuriæ omnes ſint CXCIII. numero impari,vt concipit Dionyſius,non CXCIIII. Equitum ex primoribus ciuitatis XII. ſcripſit centurias: ſex item alias centuiras tribus ab Romulo inſtitutis, ſub ijſdem quibus inauguratæ erant,nominibus fecit.) Ex his verbis centũrias colligit Clareanus XV. cùm ſint XVIII. tres enim veteres tantum auctas eſſe putare videtur,cùm ex tribus ſex factas eſſe Liuius intelligat. [Vide annotationes Glareani, eiq; iniuriam manifeſtam fieri dices:] Hac enim de re ſic ait in Priſco : Tarquinius equitem maximè ſuis deeſſe viribus ratus, ad Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcripſerat,addere alias conſtituit,ſuoq; inſignes relinquere nomine,& paulò pòſt: Neq; tum Tarquinius de equitũ centurijs quicquam mutauit,numero tantum alterum adiecit, vt mille DCCC. equites in tribus centurijs eſſent: poſteriores modo ſub ijſdem nominibus, qui additi erãt appellati ſunt, quos nunc, quia geminatæ ſunt,ſex vocant centurias. Hæc ibi. Geminauit autem eas Tullius,ita vt ex tribus ſex faceret, ſed ſub ijſdem nominibus. Quo efficiebatur, vt primi eſſent, & ſecundi Ramnenſes, primi & ſecundi Tatienſes, & Luceres. Quod feſtus etiam docet, qui libro 17. ait ita: Ciuitas Romana in ſex diſtributa erat partes,in primos,ſecundos Tatienſes,Ramnenſes,& Luceres. Dionyſius item decem & octo centurias à Tullio factas ſcribit, non quindecim. Equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ claſsis centuriæ primum peditum vocabantur.) Voces hæ,Primum peditum vocabantur,perſpicuè gloſſema ſunt eius,qui locum hunc in margine libri interpretatus eſt:id quod non ſolum ſuperuacanea repetitio vocis, Vocabantur, ſed etiam veterum aliquot librorum auctoritas comprobat,à quibus abſunt eiuſmodi voces. Accedit,quod ſi tollantur, multo venuſtior ipſa oratio redditur. Ibi ſi variaret,quod rarò incidebat,vt ſecundæ claſsis vocarentur, nec ferè vnquam infrà ita deſcenderent,vt ad infimos peruenirent.) Glareanus hoc loco deſiderari aliquid cenſet, quaſi verò hæc ſententia futura fuerit. Ibi ſi variaret,tum efficiebatur,vt ſecundæ claſsis centuriæ vocarentur, neque intelligit totam hanc orationem altius initium ducere, inquit enim: Gradus facti,vt neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis eſſet: equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ claſsis centuriæ. Ibi ſi variaret, quod raro incidebat, alter gradus nimirum fuit, vt ſecundæ claſsis centuriæ vocarentur. Hunc ſenſum cùm vetuſtiores aut librarij, aut emendatores, non percepiſſent, deinde, Deſcenderent, pro Deſcenderunt, ſcripſere. Eſt autem noua quaſi res addenda ita. [Sed quis dedit tibi, ô Sigoni, addendi poteſtatem Liuio verba? non putas Clareanum etiam potuiſſe addere verba, ſi id eſſet emendare auctores, & non potius corrumpere?] Quod ad tertiam,& reliquas claſſes attinet,nũquam ita infrà deſcenderunt,vt ad infimos peruenirent. Id quod Dionyſius prope ἀδύνατον fuiſſe ſcribit ita: ἦν τὸ μὴ κατὰ μικρὰν ἀπέχον τοῦ ἀδυνάτου. Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero centurijs iuniorũm, ſeniorumque ad inſtitutum ab Ser. Tullio ſummam non conuenire.) Senſus eſt, Seruius Tullius omnem populum in XXX. tribus deſcripſit, idem eundem in cẽturias CXCIII. Subſequentibus autem temporibus, inquit, cùm populus ita creuerit, vt XXXV. tribus expletæ ſint, centuriarum etiam numerus duplicatus eſt. Quare mirandum non eſt, hunc ordinem centuriarũm, qui nunc eſt, ad ſummam Ser. Tullij inſtitutam non conuenire. Quadrifariam enim vrbe diuiſa regionibus, collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit.) Quia meminit tribuum XXXV. in quas pòſt populus eſt coniectus, quæ cauſa mutationis cẽturiarum fuit, quot eſſent hoc tempore tribus, exponit. Quatuor igitur fuiſſe à partibus vrbis quatuor, in quas diuiſa vrbs à Tullio fuit, nominatas ait. Hæ fuerunt Palatina, Eſquilina, Suburrana, Collina, quæ ruſticis tribubus accedentibus vrbanæ ſunt dictæ. Dionyſius autem Tullium eundem & vrbanarum, & ruſticarum tribuum auctorem fuiſſe, ſcribit. Quod præterijt, vt alia, Liuius. Cenſu perfecto, quem maturauerat metu legis de incenſis latæ.) Senſus eſt: Regem maturè perfeciſſe cẽſum, quia populus metuit legem de incenſis ab eo latam, quos ſe & bonis, & libertate multaturum eſſe edixerat, ſic enim Dionyſius ſcribit: τοῦ δὲ μὴ πιμπραμένου πρωείαν ὥσιος τὸ τιμᾶσθαι, καὶ ἀπὸ μαστιγωθέντα πωλεῖσθαι. Idque conditum luſtrum appellatum eſt, quia in cenſendo finis factus eſt.) Rhenanus ambigit de hac lectione, neque enim videri ſe ait, cur dicat Liuius iccirco luſtrum appellatum eſſe, quia in cenſendo finis factus eſt. Iuſta autem eius dubitatio eſt. Ego autem vel repugnantibus veteribus libris, legendum puto: Quòd in cenſendo finis factus eſt, vt ſit. Inſtitutum eſt, vt luſtrum Cenſionis finis eſſet: ſic enim Dionyſius vſq; ad memoriam ſuam obſeruatũ eſſe tradit. ἔστιν καθαρμὸν ἀπὸ ἕως τῶν κατ' ἐμὲ χρόνων ῥωμαῖοι καθαίρονται μὴ πρὸ τοῦ συντέλειαν τῶν τιμήσεων ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὸ ἱεροτάτου ἀρχὸν, λῆξιν ὀνομάζοντες.

30 Pomœrium, vim verbi ſolam intuentes Poſtmœnium interpretantur.) In Vet. lib. Poſtmœrium, & rectè: nam antiquitus mœri pro muris dicti ſunt. Varro etiam lib. 4. de lingua lat. Principium inquit, quod erat poſt murum, pomœrium dictum. Ea erat confeſsio caput rerum Romam eſſe.) Quia quærit Clareanus, ſi ea

confeſsio

confeſsio erat,caput rerum Romam eſſe,cur bouem Romam Sabinus adduxerit, huius loci ſententiam aperiemus. Templum,inquit,Dianæ à Latinis conditum eam confeſsionem Latinorum extorſerat, Româ ipſam imperij caput eſſe,de quo toties armis certatum fuerat. Quæ res quanquam omni ex omnium cura Latinorum ob tot clades acceptas erat, ſubijt tamen cogitatio Sabino cuidam imperij priſtini priuato conſilio recuperandi,ſi ipſe bouem Dianæ ſacrificaſſet eam,de qua vates cecinerant, cuius ciuitatis ciuis Dianæ immolaſſet, apud eam imperium fore. Ergo bouem Romam deduxit,vt imperium recuperaret. Sabinos autē inter Latinos numerat. [Malè aperit:& æquè manet dubitatio, Liuium enim Sabinos inter Latinos numerare etiam Glareanus fatetur,Sed nondum liquet cur Romam duxerit bouem:Fortaſsis vel quia nullum Dianæ templum erat in Sabinis, vel potius quia commune templum præferendum eſſe putarit.]Paulò pòſt,Infima valle præfluit Tyberis: verba ſunt Romani antiſtitis,non Hiſtorici.porrò autem antiſtitem fani Cornelium,Sabinum Antronem Curatium nominat Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων.

Etiam de Seruio actum rati.)Vet.lib.& iam de Seruio. Verè.

Flectente carpentum dextra in Virbium cliuum,vt in collem.)Vide quid ſit, quod omnes manuſcripti libri ita habent:Flectere carpentum in dextram iuſsit aurigam, vt in collem.Cæterùm ſupra Vrbicum cliuum habitaſſe Ser.Tullium regem ſcribit Solinus capite 2. Collem Eſquiliarum.)Eſquiliarium habent veteres libri. Peruenisſetque ad ſummam Cyprium vicum.Et paulò pòſt:Monumentoq; locus eſt:Sceleratum vicum vocant. Dionyſius hunc vicum primùm Beatū, pòſt Sceleratum appellatum eſſe tradit: ὅτ@ ὁ τεμενικὸς ὄλκι@ καλούμεν@ πρὸς τερον, ἐξ ὀνείνου τῆ δεινῆ, ᾗ μισαρᾶ πάθους ἀσεβὴς ὑπὸ ῥωμαίων κ] τὴν φαπείαν γλαῦκα καλεῖται. Rectè:Nam Cyprum Bonum ſignificat auctore Varrone de lingua Latina, Vicus Cyprius,inquit,à Cypro,quòd ibi Sabini ciues additi conſederunt,qui à bono nomine id appellarunt. Nam Cyprum Sabinè Bonum,prope hunc vicus Sceleratus dictus à Tullia Tarquinij Superbi vxore,&c.

Octauio Mamilio Tuſculano]Si nomen gentis huius eſt Mamilius, vt Dionyſius,& Feſtus ſcribunt. ergo Octauius prænomen eſt,quod aliàs Octauiæ gentis eſt nomen:quia verò nuſquam prænomina loco Numinum vſurpata ſunt,propterea ſuſpicor,ne Octauo Mamilio ſit legendum,vt Octauus ſit prænomen, perinde ac in viris Quintus,Sextus,Decimus,& in fœminis Prima,Secunda,Tertia,Quarta & Quinta, auctore Varrone.Liuius etiam pòſt lib.3.L.Mamilio Tuſculano datam ciuitatem ſcribit. [Hunc locum irridet Robortellus lib.1.cap.31.] Ne id quidem ab Turno tuliſse tacitum ferunt,dixiſse enim.) Vet. lib. ne id quidem Turnum tuliſse tacitum ferunt,dixiſse enim,Rectè.nam in priore lectione tuliſse ad Superbum,in hac ad Turnum refertur. Quo fit oratio rectior.Nam addit:Dixiſse enim.Sic lib.7.Non patientibus tacitum tribunis.

Quòd morando ſpem deſtituerit.)Vet. lib.ſpes deſtituerit. Videat autem eruditus lector, an rectiùs dicatur,ſpem deſtituo,an, me ſpes deſtituit.Liuius quidem lib.29.ait:Scipio magna ſpe deſtitutus erat. Miſcuit manipulos ex Latinis,Romanisq;,vt ex binis ſingulos faceret,binosq; ex ſingulis.)Manipulus teſte Vegetio decem continet milites.Ex binis ergo ſingulos fecit, cùm ex duobus manipulis altero Latinorum ,Romanorum altero quinos ex hoc,& ex illo quinos milites ſumeret,& vnum miſtum componeret. Ex ſingulis porrò binos, cum duas vnius manipuli partes in duos diuideret.Quos geminauit,cum eundem manipulum ex Latinis, Romanisq; miſcuiſſet. Ni degeneratum in alijs huic quoq; decori offeciſſet.) Quærit Glareanus quo referatur vox illa,degeneratum.is ergo accipiat,referri ad verbum , offeciſſet.eſt autē hic modus dicēdi Liuio vſitatus. Sic lib.7.Diu non perlitatū tenuerat Dictatorem.Item:Tentatū domi per dictatorē,vt ambo patricij conſules crearentur,rem ad interregnum perduxit.Et illud Vergilij:Notumq; furens quid fœmina poſsit. Sumitur aūt ſententia pro nomine vno,& caſu recto. [Hoc rectè explicat & docet Glareanum, qui doceri cupit, non irrideri.]

Pererraturum ſe omne Latium, Volſcosq; ſe inde, & Æquos,& Hernicos petiturum.) Vet. lib. pleniores. Pererraturum ſe omne Latium,pulſumq; ſe inde Volſcos,& Æquos. Ipſe identidem belli auctor eſſet.) lege, Eſſe,ex vet.lib.vt eadem ſit forma dicendi,atq; ea,quæ ſequitur:In eo ſibi præcipuam ſcientiam aſſumere.

Quam ſummam pecuniæ neque ex vnius tum vrbis præda ſperandam,& nullius ne horū quidem magnificentiæ operum fundamenta non exuperaturam.)Rhenanus ex fide vetuſti libri corrigit.Quia ſummam pecuniæ.hoc ſenſu,ſe credere potius Fabio,quàm Piſoni,quia ſummam pecuniæ ſcribit, neq; ex vnius tum vrbis præda ſperandam.Itaq; verbum,Scribit, ſubaudiendum putat.Nos autem in vet.lib.inuenimus ita legi.Quia ſumma pecunia,& cætera in recto caſu,vt ſit hæc ſententia:ſe credere potius Fabio,quàm Piſoni de XL. millibus pondo argenti,quia ſumma pecunia ea ſit,neq; ex vnius tum verbis præda ſperanda. Qui cùm haud paruus & ipſe militiæ adderetur labor.) Vet. lib. Qui cùm haud paruus & ipſi militiæ , id eſt, cùm ædificandi labor haud paruus & ipſi militiæ adderetur.

P. Valerio Voleſi filio.)Voluſi ſcribendum,ex capit.conſulibus. Ferro,igni,quacunq; dehinc vi poſsim exacturum.)Vet.lib.& quacunq; dehinc vi poſsim.vt lib.2.Pontem ferro igni,& quacunq; vi poſſent,interrumpant.Itaq; Cicero pro domo ait:Deinde cùm ille ſaxis & ignibus,& ferro vaſtitatem meis ædibus intuliſſet. Et pro Plancio:Quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro,flammam in ædibus,vim in tota vrbe verſari.

Præco ad tribunum Celerum,in quo tum magiſtratu fortè erat Brutus,populum aduocauit.) Hoc addit, quia niſi magiſtratui populum conuocare non licebat, vt ait Dionyſius lib. 4. ſic enim quærit à Bruto Valerius: περὶ ᾧ ἡ ἐκκλησίας ἔτι βέλομαι μαθεῖν, τίς ὁ καλέσων ἔσαι αὐτὸν κ] νόμους, κ] τὴν ψῆφον αἰσαδιῶσων τοῖς φράτερσιν. ἄρχοντ@ δὲ σποδείκνυτα τοῦτο πράτειν. ὁ δ' ὑπολαβὼν, ἔφη, ἐγὼ οἶ βάλεσε ἅπ]δὲ καλεῖων ἄρχων εἰμὶ, κ] σποδείκνυτά μοι κ] νόμους ἐκκλησίαν, ὅτε βουλοίμεθα, συγκαλεῖν. Duo conſules inde comitijs centuriatis à præfecto vrbis ex commentarijs Ser. Tullij creati ſunt.) Ita prope Dionyſius, præterquam quòd comitia à Sp. Lucretio patre Lucretiæ Interrege, non præfecto habita fuiſſe ſcribit.Quod autem ex commentarijs Ser.Tulli ait,ad Centuriata comitia pertinet,quorum ille rationem habendorum primus tradidit.

IN EPITOMEN LIB. II.

Suos quoq; & fratris filios.)Lege,& ſororis filios,ſic enim lib.4.locutus eſt.intelligit autem Aquillios, Vitelliosq; natos ex ſororibus duabus Collatini collegæ ſui. Contractis Veientium,& Tarquiniorum copijs.) Vetuſti libri habent, Tarquinienſium,quod placet.nam vt à Veijs,Veientes,ſic à Tarquinijs Tarquinienſes dicti ſunt Et cùm reddita eſſet à Porſēna honorificè remiſſa, equeſtriq; ſtatua donata eſt.) Lege,& interpunge ita ex Vet.lib.Et cùm reddita eſſet Porſēnæ,honorificè remiſſa,equeſtri ſtatua donata eſt. Numerus tribuum ampliatus eſt,vt eſſent triginta vna.)Ex fide vetuſtorum lib.ſcribendum eſt,viginti vna,vt paulò pòſt oſtendam.

Cn.Martius.)C.Marcius,ſcribe.eſt enim apud Dionyſium,& Plutarchū γάϊ@ μάρκι@. Item in quibuſdam etiam veteribus libris,C. Marcius.Et præterea gentis Marciæ familiare prænomen Caij, non Cnei. T.Latinus.) T.Latinius ſcribendum eſt ex Vet. lib. Accedit, quòd Lactantius Firmianus lib. 2. Ti.Atinium , Macrob. lib. 1.

Annium

Annium vocant errore non admodum à veritate alieno. Cum Cn.Martius Coriolanus, qui in exilium pulſus, dux Volſcorum factus exercitum hoſtium vrbi primò admouiſſet.) Lege ad fidem veteris lectionis: Cum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulſus, dux Volſcorum factus exercitum hoſtium vrbi Romæ admouiſſet.

IN LIBRVM II.

QVAS nouas ipſi ſedes ab ſe auctæ multitudinis addiderunt.) Diſſentio à Rhenano, qui legendum putat, Multitudinis, cùm vetuſti omnes libri habeant, Multitudini. Tribunitijs procellis.) Tribunicium C, litera, non T, ſcribendum eſſe ex Capitolinis lapidibus intelligitur. Inde fertur, vt in ſenatum vocarentur, qui patres, quiq; conſcripti eſſent, conſcriptos videlicet nouum ſenatum appellabant lectos.) Lege ex antiquæ lectionis fide: Conſcriptos videlicet in nouum ſenatum appellabant lectos, id eſt, qui in nouum ſenatum lecti erant, ij conſcripti vocabantur. Sic ſuprà dixit: In patres legere. Hic idem locus tractatur apud Feſtum lib. 15. ſed mendosè. Legendum eſt autem ita: Qui patres, quiq; conſcripti, vocati ſunt in curiam, quo tempore regibus vrbe expulſis P. Valerius conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum ſenatorum centum ſexaginta & quatuor, vt expleret numerum trecentorũ. ſic duo genera appellauere. Necubi ibi regum deſideriũ eſſet.) Rhenanus quia incidit in vnum librum, in quo erat fortè per incuriam librarij ſcriptum: Necubi vbi, vt ille ait: correxit, Necubi ibi, id eſt, vt ne in eo miniſterio regem deſideraret populus. ego autem probo magis, vt legatur, Necubi regum, quomodo legitur in omnibus antiquis libris, vt ſit hic ſenſus: Ne quo in munere rex deſideraretur. Regem ſacrificulum creant.) Non improbo hanc lectionem. Illud tantum admoneo, in veteribus libris legi, Regem ſacrificiorum, quo modo alibi etiam Liuius loquutus eſt. Quanquam ſæpius, ſacrorum ait: Itaque Plut. in Problematis inquit, à Romanis appellari ῥῆγα σακρόρουμ. Dionyſ. βασιλέα τῶν ἱερῶν. Aliàs etiã Rex ſacrificus.

41 Vt omnis Tarquiniæ gentis exules eſſent.) Ita Varro rerum humanarum lib. 20. auctore Marcello: Omnes Tarquinios eiecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem ſpem haberent. Vitellijs, Aquilijsq;.) Aquilij duobus ll, ſcribendi, ſic eſt enim in Capitolinis monumentis. Cæterùm ne quis putet Dionyſium diſſentire à Liuio, qui pro Vitellijs Gellios nominet. nam mendum eſt in voce γελλίους, pro ὑϊτελλίους, vt eſt rectè apud Plutarchum, in cuius Coriolano eſt etiam vitioſè, οἰκαΐους pro λαουϊκαΐους, eadem ratione mendi.

43 Ne ſe ortum eiuſdem ſanguinis, extorrem, egentem.) Rhenanus cenſet legendum eſſe, ortu. Verùm & quia ſine auctoritate vetuſtorum codicum ita ſentit, & quia durum genus dicendi vtrunque eſt, vtranque lectionem mendum ſuſpicor continere. Vereor autem ne legendum ſit hoc modo: Ne ſe ortũ ab ijs eiuſdem ſanguinis. Nam infrà de eodem ita loquitur: Ne ſe ortum ab Etruſcis, eiuſdẽ ſanguinis, nominisq; egentes, &c. Vindicio ipſi nomen fuiſſe.) Vindici lego, quia Plutarchus in Problemat. ait οὐϊνδικι ἰῶ ὄνομα. Et Dionyſius: Nominabatur inquit, οὐϊνδικις. Aſſia ſylua.) Sic etiam Valerius cap. de Miraculis. at Plutarch. ὄρσον ἄλσος appellat. Vno plus Etruſcorum cecidiſſe in ácie.) Plutarch. apertius in Poplicola: ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ πεσεῖν καὶ τυρρήνων, ἢ ῥωμαίων, id eſt, Vno plures obiiſſe Tuſcos, quàm Romanos. Idem Dionyſius.

44 Vbi nunc vicus publicus eſt.) Miror Rhenanum corrigendum putaſſe, Viriplacæ. cùm vnum tantũ librum inuenerit in quo eſſet, Vbi nunc vicæ pocæ. Quos quidem ego legi, ij habent: Vbi nunc via publica eſt: verùm vitioſè vtrunq;. Nam Plut. in Poplic. ait: ὅπου νυῦ ἱερόν ἐϛι οὖϊκι πόλικι ὀνομαζόμενον Front. de aquæduct. 2. meminit vici Publicij, vt verear, ne legendum ſit, vicus Publicius. Publicolæ.) Scribe Poplicolæ, ex fide Capitolinorum marmorum, & græcorum librorum Dionyſij, Plutarchi, Dionis. præterea ex Etymologia vocis. eſt enim Poplicola, vt ait Dionyſius, ὀπιμοκιολὰ, id eſt, populum colens. quanquam Priſcianus ait à vetuſtiſſimis Larinis Poblicum eſſe dicunt. Ad conſularia munera ſalis quoque vendendi arbitrium, quia impenſo pretio venibat in publicum omni ſumptu ademptum priuatis.) Suſpicor ne, vt cenſet Glareanus, legendum ſit, omni ſumptu adempto conceſſum priuatis.

45 Vt pontẽ ferro, igni, quacunq; vi poſſent, interrumpãt.) Vet. lect. & quacunq; vi poſſent. Sp. Largium.) Glareanus vbiq; Largium ſcribendum cenſet, nos Lartium, partim antiquorum librorum auctoritate, partim etymologia vocis. Lartius enim à Larte prænomine dictus eſt. Græcorum tamen codices vbiq; λαρτιον habent.

46 Tiberine pater, inquit, te ſancte precor hæc arma, & hunc militem propitio flumine accipias.) Tiberinum Deum loci videtur intelligere, de quo etiam Vergil. lib. 8. Hic Deus ipſe loci fluuio Tiberinus amœno, Populeas inter ſenior ſe attollere frondes viſus. Quo in loco docet Seruius in ſacris Tiberinum, in communi loquendi ſermone Tiberim, in carmine Tibrim vocari. Nauibus vndiq; accitis, & ad cuſtodiam, ne quid Romam frumenti ſubuehi fineret.) Deſideratur vox, Poſitis, quæ eſt in Vet. lib. & ad cuſtodiã poſitis. Conſulũ alter.) Vet. lib. Conſul alter. Verſisq; in Lucretium Etruſcis.) Probo coniecturam Glareani, legendum eſſe, in Valerium propter ea quæ ſequũtur, Dextra, læuaq; hinc à porta Collina, illinc ab Næuia redditus clamor: nimirum ab Lartio, & Lucretio quorum ille Collina, hic Næuia porta egreſſus erat.

47 Iuberem macte virtute eſſe.) Vetus lectio: Iuberem te macte virtute eſſe. Modus eſt autem iubẽdi is, de quo Liuius lib. 4. Tum Dictator, Macte virtute, inquit, C. Seruili eſto. Vt autem ibi, Macte, pro Mactus, ponitur, auctore Priſciano, ſic hic Macte, pro Mactum. Scæuolæ.) Cap. lapid. edunt, Scæuulæ.

48 Huic tàm pacatæ profectioni ab vrbe Regis Etruſci abhorrens mos traditus ab antiquis, vſque ad noſtram ætatem inter cætera ſolennia manet, bona Porſenæ regis vendendi.) In omnibus Vet. lib. duę amplius voces ſunt, Bonis vendendis, quas eximit Rhenanus, quod in vno quem ipſe legit libro nõ reperit, ex quo ſuſpicatus eſt, eas eſſe interpretis alicuius gloſſema. Videndum eſt tamen an ita ſit. Etenim Cic. in Ver. 3. Vbi illa conſuetudo in bonis, prædijs, prædibusq; vẽdendis Conſulum, Cenſorum, Prætorum, Quæſtorum, vt optima conditione ſit is, cuiares ſit, cuium periculum.

49 Pax fida ita cũ Porſena fuit. Conſules deinde.) Ego aſteriſcum ponendũ cenſeo inter fuit, & Conſules, vt intelligatur deeſſe aliquid: deſunt autem nomina Conſulum Sp. Lartij, & T. Herminij. Quorum meminit Dionyſ. & Caſiodorus, qui tabulas ſuas cõſulares ex Liuiana hiſtoria concinnaſſe videtur. puto aũt deeſſe non Liuij, ſed librariorũ vitio, vt apertè infrà in Chronologia oſtendã. [Hoc ex Glareano habetur, qui primus id aperuit, ſed Sigonius id diſſimulat.] P. Poſthumius) Poſtumus, & Poſtumius ſcribendum eſt ſine aſpiratione, nam ita & in manuſcriptis lib. eſt, & in vet. lapid. præſertim verò ijs, qui in Capitolio ſunt. Ap. Clauſius, cui poſtea App. Claudio fuit Romæ cognomen.) Nemo miretur me & hoc loco, & infrà in IX. vbi ait: Siue Ap. Clauſum, ſiue Ap. Claudium mauultis, legere Actium Clauſum. Hæc enim eſt lectio vetuſtorum librorum. Quæ auctoritate etiã Valerij confirmatur, qui ſcribit Appium prænomen ab Actio Sabinorum prænomine ortũ eſſe. Ex quo intelligere poſſumus Actium Clauſum Sabinum, vrbi Romam cõmigrauit, vtrunq; nomen immutaſſe, perinde atq; Lucumo

Tarqui-

Tarquinienſis, qui ſe L. Tarquinium appellari voluit. Quòd cùm ita ſit, non eſt dubium, quin mendosè Sueto-
nius in Tiberio hunc Tatium vocet, pro Actio. Et Dionyſius ἥτ@ κλαύδι@ mendosè habeat pro ἄκπ@ κλαῦ@,
vt Plutarchus in Poplicola. [Vide Robortellum lib. 2. emendationum cap. 31.] Prætereà pro voce cognomen,
reſtitue, Nomen, nam hæc vox, & aptior eſt huic loco, & eſt in Vet. libris. Ab Regillo.) Regillum vrbs eſt hoc
in loco, non lacus, ad quem cum Latinis pòſt debellatum eſt. Nam Stephanus ait: ῥηγίλλ@ πόλις ϛαβίνων. Hoc di-
xi, quia Glareanus incertus eſſe ſententiæ videtur, cùm tamen vrbs ſit in Sabinis, lacus in agro Tuſculano, vt ait
Liuius. [Glareanus & vrbem & lacum eſſe fatetur, ſed dubitat vtro in loco vrbs, vtro lacus intelligendū.] A-
runcos,] Dionyſius ἀρύγκους vocat. Cap. Fragm. Auruncos.

Iam in eo eſſet, vt in muros miles etiaderet.) Vet. lectio melior. Iam in eò res eſſet, vt. Poſthumium Co-
minium.) Glareanus vehementer hoc loco errat, qui Poſthumium hoc in loco gentis eſſe nomen putat; & C.
Poſthumium dici vult: eſt enim ſcribendum, Poſtumium Cominium, vt ſit prænomen, quemadmodum oſtendi
in Prænominibus à me editis. [Glareanus ſecutus eſt Dionyſium, vbi etiam in græco Codice legitur πόσ@μι@ κο-
μήνι@, poteſt autē fieri vt etiam græcus Codex erret: Nil igitur temerè fecit Glareanus, imò admonuit quoſdam
legere triſyllabum.] M. Valerium M. F. Voleſi nepotem.) Hunc primum Dictatorem creatum eſſe, contrà,
atque tradit Liuius, eundemq; Voluſi, non Voleſi nepotem fuiſſe, quemadmodum etiam ſcriptum eſt in Capi-
tolinis lapidibus, docet Feſtus lib. 13 cuius verba ſubiungā, partim quia vulgò mendosè leguntur, partim etiam,
quia digna ſunt, quæ recitentur: inquit autem: Optima Lex cùm nominabatur in Magiſtro populi faciendo,
qui vulgò Dictator appellatur, quàm pleniſsimum poſſet ius eſſe ſignificabatur. Vt fuit M. Valerij Marci filij Vo-
luſi nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt: poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populum da
ta eſt, quæ anteà non erat, deſitum eſt dici, vt optima lege, vtpotè imminuto iure poſteriorum magiſtratuum.
Erraùit porrò Rhenanus, qui M. Voleſi nepotem correxit, nam Voluſus prænomen eſt Valeriorum, ita vt Mar-
cus ſit ſuperuacaneum.

Tacitæ induciæ quietum annū tenuere.) Vet. lib. Datæ induciæ. Quanquam lib. extremo ait: Velut tacitis
inducijs quiete vtrinq; ſumpta. Ser. Sulpitius. M. Manlius Tullus.) Fœdè erratum eſt in altero horum con-
ſulum nominando: eſt enim ſcribendum Ser. Sulpitius. M. Tullius, id eſt, Manius Tullius. Huius lectionis au-
ctor eſt Dionyſius, qui inquit: σέρουι@ σουλπίκι@, μάνι@ τύλλι@ λόγ@. Et Cicero in Bruto, qui ait: M. Tullium
cum Ser. Sulpicio Conſulem fuiſſe anno X. poſt reges exactos. Quod Glareanus non vidit. [Glareanus etiam
hos conſules prodidit X. anni, Sed illud M. cùm apoſtropho non vidit, magnum ſcilicet erratum. Sed quæſo, Ci-
cero vocatus eſt ne Manius an Marcius: Lege verba Ciceronis diligentius, non enim ad ſolum nomen Tulliius, ſed
etiam ad Prænomen alluſiſſe videtur.] Manius autem apud antiquos ita ſcribebatur, M' vt in Capitolinis con
ſulibus: aut ita, M. vt eſt in nummis argenteis multis, quos cùm apud alios, tum maximè apud patrem tuum vi-
rum clariſsimum legi, vt M. Sergius, M. Cordius. T. Ebutius.) Diphthongus non negligenda eſt, quam affert
Dionyſius ἥτ@ αἰδίλι@.

Romæ tribus vna, & triginta factæ.) Hic numerus eſt mendosè non ſolùm apud Liuium, ſed etiam in Epi-
tome. Non enim triginta vna, ſed viginti vna ſcribendum eſt. [Hunc locum Glareanus ante XX. annos anno-
tauerat. Quare æquè eius hic mentio atq; aliàs facienda fuiſſet, ſi Sigonius ad vituperium magis quàm laudem
pronior videri nollet.] Id quod & vetuſta exemplaria habent omnia, & Dionyſius confirmat, qui in explicando
iudicio Coriolani habito paulò pòſt hunc annum, non niſi XXI. tribus fuiſſe apertè oſtendit. Idem error fœdauit
etiam ſextum Liuij librum, vbi ait. Quatuor tribus additas eſſe, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinā, Arnien-
ſem, atque triginta quinque numerum expleuiſſe. Non enim triginta quinque, ſed viginti quinque legendum
eſt, quomodo in vetuſtis exemplaribus legitur. Quæ verò triginta quinque numerum expleuerint, ea in ſubſe-
quentibus libris nominantur à Liuio. Præſtat autem, vt quo facilior huius quæſtionis explicatio ſit, quæ quoq;
tempore tribus additæ ſunt, ex ſententia Liuij exponamus. Primùm igitur tres à Romulo rege tribus factæ ſunt,
Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum. Hæ deinde à Ser. Tullio Rege quatuor redditæ, à regionibus Vrbis ap-
pellatæ ſunt, & vrbanæ propterea nominatæ Suburrana, Eſquilina, Palatina, Collina. Idem Rex, Dionyſio auc-
tore, agro Romano diuiſo ruſticas alias tribus fecit. Earum ne certum ipſe quidem numerum affert. Liuius VI. pòſt
R. E. anno veterem tribum Claudiam appellatā, quòd in eam clientes Ap. Claudij conjecti eſſent, ait. Pòſt autem
anno CCLIX. tribus XXI. Romæ factas ſcribit, quem numerum Dionyſius etiam tradit in iudicio Coriolani à
tribubus facto anno CCLXIII. Liuio autem auctore decennio pòſt quatuor additæ ſunt, Stellatina, Tromenti-
na, Sabatina, Arnienſis, eæque XXV. numerum expleuerunt. Hinc decem aliæ acceſſerunt: duæ quidem anno
CCCXCVII. Pontina, & Poblitia. Item duæ anno CDXXIII. Mæcia, & Scaptia. Itemq; duæ anno CDXXXVI. Vfen-
tina, & Falerina. Et duæ anno CDLIII. Anienſis, & Terentina. Poſtremò etiam duæ circa annum DX. Velina, &
Quirina.

Sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira, odioq; eius, quicunq; arma ſuaderet, ne ab lega-
tis quidem violandis abſtinuit.) Probo magis hanc lectionem, quàm eam, quæ eſt in quibuſdam libris manu-
ſcriptis. Sed recens ad Regillum Lacum accepta clade Latinus: præſertim verò cùm hæc forma loquendi ſit fre-
quens. Nexu vincti, ſolutiq; ſe vndique in publicum propipiunt.) Non vereor ne legendum ſit, Nexi, vincti,
ſolutiq;: ſic enim locutus eſt lib. 8. Ita Nexi ſoluti, cautumq; in poſterum ne necterentur. Item, Eo anno initium
libertatis, factum eſt, quod ligati nexi deſierunt. [Reprehendit hanc emendationem Robortellus lib. 2. emen-
dat. cap. 35. vbi ait: Sigonium plus quàm mille & ſexcentis locis corrupiſſe Liuium, quia dum ait Liuius Nexu
vinctos, & ſolutos in publicum concurriſſe: Intelligit & eos, quorum corpus ob æs alienum traditum erat credi-
tori, in ſeruitium, & eos qui ſoluti fuerant nexu concurriſſe. Nam qui obligati erant nexu, poterant ſolui diſſolti-
to ære alieno. Hos igitur ſolutos vocat Liuius nexu, qui ſcilicet antè mancipio & nexu in ſeruitutem ducti erant
à creditoribus. Erant vtiq; hi experti mala teterrimæ illius ſeruitutis, ideò vna cum nexu obligatis in publicum
proſilierunt. Nec quem ex lib. 8. allegat locum Sigonius eius ſententiam comprobare poteſt: Ait enim ibi Liuius
nexos fuiſſe ſolutos, id eſt liberatos nexu, & cautum lege, ne poſteà necterētur, id eſt, ne quis liber operam ſuam
pro pecunia creditoribus præſtaret.] Nexos enim vocatos ait Varro liberos, qui ſuas operas in ſeruitute pro pe-
cunia quam debebant, domino, dum ſoluerent, præſtarent. Itaque Liuius lib. 8. Cui cùm ſe C. Publilius ob æs a-
lienum paternum nexum dediſſet. Curiamque ipſi futuri arbitri moderatoresq; publici conſilij, circumſi-
ſtunt.) Vet. lectio, Circumſiſtere, magis placet: ita enim fit, vt ſeruetur ſuperior forma dicendi, Dicere, Poſtulare,
Circumſiſtere.

Adeo in alteram cauſam non collega ſolùm præceperat, ſed omnis factio nobilium.) Locus proculdubio
mendoſus. Rhenanus legit, Adeo vi alteram cauſam. Quam lectionem non probo. Veteres libri alij ſtererat, alij,
præſtiterat habent. Quæ lectio ſuſpicionem mihi affert, ne ſit legendum, præceps erat: nam & ſententiæ con-

gruit,& locutio eſt Liuio familiaris: ſic enim loquitur lib. 23. Quanquam præceps ingenio in iram erat. [Hoc admonet,quaſi Sabellicus ea non antè annotauerit.] M.Lectori.)Lætorius,& Plætorius ſcribi debet. Quod Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis comprobatur. Periculum libertatis in creditores à debitoribus verterant.)Multo melior priſca lectio, Verterat.Quo verbo ſæpè vtitur Liuius pro ſuo paſsiuo. Ita enim fiet, vt ſuperiori formæ reſpondeat, Vi agebatur.

57 Multis,vt erat,horrida & atrox Appij ſententia videbatur, rurſus Virginij, Largijq; exemplo haud ſalubres, vtiq; Largij putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret, medium maximè,& moderatum vtroq; conſilium Virginij habebatur.)Cùm hunc locum mendosè legi animaduerteret Rhenanus,homo de T. Liuio optimè meritus,hunc in modum demum emendauit,& interpunxit,hoc ſenſu: Appij atrox ſententia videbatur, Virginij, Lartijq; ſententiæ exemplo haud ſalubres erant. Lartij ſententiam totam fidem tollebat.Moderatum erat Virginij conſilium.Non intellexit autem, Virginij ſententiam,ſi ita legatur,modo probari,modo improbari. Melior igitur lectio eſt,ea quam ipſe in veteſtis exemplaribus reperi,quæ eſt eiuſmodi: Multis, vt erat,horrida,& atrox Appij ſententia videbatur,rurſus Virginij,Largijq; exemplo pernicioſa, haud ſalubrem vtiq; Largij putabant ſententiam,quæ totam fidem tolleret. [Hic Robortellus increpat Sigonium lib. 2. emendat. cap. 34. interpunctum ponens ante illam dictionem exemplo,& præter fidem omnium exemplarium nomen Vetuſij addi-tum affirmans.]Quanquam non Virginij Largijq; exemplo,legendum eſt,ſed Virginij,Vetuſijq;.Hi enim hoc anno conſules cùm coercendæ plebis cauſa ſeuerè delectum haberent, maiorem ſeditionem fecerunt. Qua de cauſa ait, Appij ſententiam partim atrocem,partim pernicioſam eſſe viſam, Virginij Vetuſijq; exemplo,quibus eadem ſeueritate vſis,quæ Appij ſententia continebatur,malè res ceſsit. Tollebat autem totam fidem Lartius, quia omnibus ſatis fieri oportere cenſebat,vt Appius neminí. M.Valerium dictatorem Voleſi filium.)Non eſt hic M. Valerius Voluſi filius,qui paulò ante mortuus eſt, ſed frater eius prænomine Manius, vt Dionyſius & Capitolina fragmenta oſtendunt.Quæ res valdè torſit Glareanum. [Torſit ,& non iniuria:] Quare M. Valerium ſcribe.

58 C.Licinius,& L.Albinus.) Hi primi tribuni plebis creati ſunt ex Liuij ſententia. Porrò autem aſſentior quibuſdam libris manuſcriptis,qui non hunc ſolùm, ſed etiam alium L. Albinum, & M.Albinum de plebe homines,quos infrà commemorabit Liuius,Albinios vocant. Eſt enim veriſimile, ſi qui duo nomina ferrent, caruiſſe eos cognomine,prænomen autem,& nomen tuliſſe,id quod in IVS deſinit.Albinus aũt Poſtumiorum,qui patricij ſunt,eſt cognomen.Idem de Latinio ante dictũ eſt. Diſſentit aũt à cæteris ſcriptoribus omnib. Liuius in horum tribunorum nominib.recitandis.Dionyſius enim λαβικιον ἰούλιον βρῆτον,γάϊον σικίνιον ϛελλᾶτον. Itemq; Plut.in Poplicola, & Suidas in voce δήμαρχοι, tradiderunt, pariq́ue ratione Pædianus in Corneliana C. Sicinium L.F. Bellutum.L.Iunium C.F.Paterculum edit.[Si Liuium citat auctorem Pædianus,& nomina à Pædiano illa proferuntur ex Liuio,quomodo diſſentire poteſt Liuius ab eo? Potius itaque exiſtimandum corrupta fuiſſe hęc nomina apud Liuium Robortellus lib.2.emendationum cap.29.ex Sicinio per erratum ſcriptum Licinium, & ex Liunio Albinum.] Quanquam apud eum mendum eſſe putò. Legitur enim, L. Sicinium Velutũ,cùm ex græcorum auctoritate C. Sicinium Bellutum legendum eſſe videatur. Bellutus autem belluæ ſimilem ſignificare docet Feſtus.De duobus tribunis pleb.primùm creatis citat auctorem Liuium Pædianus.

59 Poſthumius Cominius.) Lege Poſtumus Cominius,vt antè docui. Antiates Volſcos fundit,fugatq́;, compulſos in oppidum Longulam perſecutus,mœnibus potitur, inde protinus Mucamitem Volſcorum capit. tum magna vi adortus eſt Coriolos.) Mirari ſatis non poſſum neminem adhuc vocis huius Mucamitem nouitate offenſum eſſe,neque fœdiſsimum mendum ſenſiſſe.Eſt enim legendum ita:Inde Poluſcam item Volſcorum capit.Nam paulò pòſt Liuius,vbi hæc tria oppida Romanis adempta ſcribit,ait Longulam,Poluſcam, Coriolos nouella hæc oppida Romanis ademit. Quanquam eo in loco vitioſè legitur etiam, Polluſtiam,pro Poluſcam. Huic autem lectioni fidem afferunt manuſcripti libri, qui hoc in loco, protinus Vlſcamitem: & paulò pòſt,Poluſcam, Coriolos, apertè habent. Itemq́; Dionyſius, qui priore loco πολῦσκα,poſteriore πολυσκαμνᾶν πόλις, habet. Quanquam priore quidem loco mendum etiam eſt,inquit enim ἐξήγε πρὸ ὀλίγου ἡμέραν ἐφ' ἑτέραν πόλιν τῶν οὐολύσκων, ἣ καλεῖται μὲν πόλους, κεῖται δὲ ὑπὸ τὴν λογγύλλας ἀπέχει. Legendum eſt enim πολῦσκα, κεῖται δὲ ὑπὸ τὴν λογγύλλας ἀπέχει. id eſt, Adduxit autem exercitum ad alteram ciuitatem Volſcorum, quæ Poluſca vocatur, ſpacio autem non longè à Lõgula diſtat. Cn.Martius.) C. Marcius, vt antè dixi,in Coriolano,legendum eſt. P.Minutius.) Minucios ſcribe non Minutios,auctoritatem ſequutus Capitolinæ ſcripturæ,& græcorum librorum, & veterum latinorum.

60 In Volſcis,Pomptinoq́;.)Dionyſius πωμεντινον πεδίον vocat.Vet.lib.In Pontino habent. Quæ ſola alimenta ex inſperato fortuna dederat.)Melior priſca lectio,dederit. Ibi ira eſt ſuppreſſa.) Lege ex fide Vet.lib. Vbi ira eſt. Sed adeò coorta erat in ſenſa plebs.) Luxatæ ſunt voces hæ, ex Vet.libro, ita ordinandæ,ſed adeò inſenſa erat coorta plebs. Accij Tullij,longè is tum princeps Volſci nominis erat.)Hic vir Attius Tullus dictus eſt,ita vt Tullus prænomen,Attius nomen gentis eſſet,vt in Tullo Hoſtilio. Quod autem dico,ex fide veterum librorum dico,& græci exemplaris Dionyſij,à quo τύλλος ἄτλιος dicitur vbiq́;, ſemel per mendum τύλλος ἀτλίδιος, vt à Plutarcho in Coriolano τύλλος ἀμφίδιος. Maior autem etiam labes inſidet in principio vitæ Ciceronis, vbi τύλλιος ἄττιος nominatur,pro τύλλος ἄτλιος. [Reprehendit hoc Robortellus lib.2.emend.cap. 31.]

61 Verecundia tamen magiſtratuum timorem vicit,ne in ora hominum pro ludibrio abiret.) Vetus lectio, pro, timorem vicit,habet,timorem iniecit. Viſus Iupiter dicere,ſibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe.)Quanquam legitur in veteribus libris,Ludi,probatur tamen magis,Ludis.Nam Dionyſius ſic ait: ὅτι μοὶ τῇ νεωστὶ πομπῇ τὸ ὑγιαίνον ὀρχήσεως ἐκλέλοιπεν, id eſt,nuncia mihi proximis ludis præſultatorem haud bellum eos dediſſe. Præſultatorem autem vocat eum,qui quaſi ludorum prima pars fuerit, qui antequam ludi committerentur,ſaltauerit. Itaque Plut.in Coriolano ait: τὸ ὀρχήσεως περὶ τὴν πομπῆς.Cicero de Diu.primo.præſultorem ſibi non placuiſſe ludis. Vrbem excederent.) Vet.lib. Vrbe excederent. Quærendo,indignandoq́ue.) Vet.lib querendo. Ad caput Ferentinum.) Priore libro Caput aquæ Ferentinæ dixit, ad quod Turnum Herdonium deiectum fuiſſe narrauit.Eodemq́; libro Lucum Ferentinæ nominauit,ad quem conueniſſe Latinos ſcribit, pariq́; ratione lib.7.ad lucum Ferentinæ Latinorum conſilium tradit eſſe habitum. [Hæc omnia in annotationibus Glareani inueniuntur,quare diſsimulanda ita non fuiſſent.] Quod Concilium Dionyſius τῶν ἐν φερεντίνῳ ἀγορᾶν, vbi de Superbo Rege agit, vocat: Plutarchus autem in Romulo quorundam ſacrorum meminit,quæ fiebant à Latinis ὅτι φερεντῖνης πύλης. Vt autem ad lucum Ferentinæ Latinorum,ſic ad Fanum Voltumnæ Etruſcorum populorum concilia habebantur. Qua per noſtram ignominiam ludos commiſere.) Vet.lib. Qui,vt referatur non ad contumeliam,ſed ad populi Romani.

62 Quem ſpem nequaquam fefellit.) Vet. lib. Quæ ſpes nequaquam fefellit, quod probo. Longulam, Polluſtiam,Coriolos nouella hæc Romanis oppida ademit.) Paulò antè docui, Poluſcam legendum eſſe. No-

uella

uella autem hæc oppida vocat, quia triennio antè in poteſtatem populi R. venerant. Labicos) Nec Græci, nec Latini libri ſibi conſtant in hoc oppido nominando, modò enim Labicos & Labicanos: modo Lauicos & Lauicanos: modo λαβίκους & λαβικανὺς: modo λαουίκους, & λαουικανὺς edunt. Trebiam.) Seruius exponens Virgilij locũ in VII. Oliuiferęq; Mutiſcæ. Hæc, inquit, Trebia poſteà dicta eſt, quã modo Trebulã dicunt. Ad vrbem à Pedo ducit.) Vet. lib. ab Pedo. Foſſas Cluilias.) Foſſas Cloelias legendũ ex Dionyſio & Feſto, vt antè docui.

Templum Fortunæ muliebri ædificatum, dedicatumq; eſt.) Plut. in lib. de Fort. Romanorũ, primum tem- 63
plum Fortunæ virili ab Anco Marcio rege Romæ dicatum ait. alterũ Fortunæ muliebri hoc tempore. Id modo non conueniebat.) Vet. lib. Id modo, ſicut aliàs, non conueniebat: ſic infrà. Extremo anno pacis aliquid fuit, ſed, vt ſemper aliàs, ſolicitæ certamine patrum & plebis.

Cæſone Fabio.) Cæſonem prænomen eſſe, & ſingulari litera K. notari ſolitum eſſe ab antiquis, docui in præ- 64
nominibus à me editis ex Capitolinis lapidibus. In libris etiam eiuſmodi notã vſurpatam eſſe, id eſſe argumento poteſt, quòd C. Fabius, pro K. Fabio ſit ſæpè vitioſè, vt ſigillatim ſuo loco oſtendam. Itaq; antiquam prænominis notam hoc loco reſtituendam cenſeo: ſic paulò pòſt, Cæſo Fabius. K. Fabius.

L. Valerium conſulem dedit.) Antiqua lectio habet, Conſules, & rectè, vt & M. Fabium, & L. Valerium con- 65
ſules datos à patribus eſſe intelligamus. Cum tribunis.) Vet. lib. cum tribunis plebis. Q. Fabius indè, & C. Tullius conſules.) Vt ſuprà Tullios pro Iulijs eſſe vitioſè monuimus, ſic hoc loco Tullius pro Iulius: Quod ex Caſſiodoro & Dionyſio intelligi poteſt, & ex ipſomet etiam Liuio, qui infrà C. Iulium decemuirum factum eſſe cum conſularis eſſet, ſcribit. Artonam latinam vrbem) Legendum puto Ortonam: mein hanc ſententiam ducũt cùm Liuius ipſe, tum Dionyſius. Sic enim eſt in veteribus libris Liuianis, atq; Dionyſius ipſe, quanquam mendosè, tamen ita apertè, vt veſtigia veræ ſcripturæ inſideant, idem ſcripſiſſe videtur: inquit enim hoc in loco πόλιν ὀρὲς χ]ρά]τ@ αἱρῶσι. Libro autem X. βιρτῶνα, inquit, τὴν λαπίνων ἔθνους, Quam vrbem vulgati Liuij libri Hortanam vocant, manuſcripti Hortonam. Quibus ex locis illud conijci poteſt, vbique Ortonam eſſe legendum. Quanquam ſi aut Dionyſium, aut fragmenta quædam, quæ dicuntur eſſe Catonis, originum ſequimur, Ortonem legendum eſt, in quibus ita legitur: In Pelignis Curſellum, Orton, & Sulmo. Artenam autem vnam ſtatuit Liuius in Volſco agro, alterã Cæretum fuiſſe ait libro quarto extremo. Sp. Licinius tribunus plebis.) Dionyſius in hunc annum edit tribunum plebis Sp. Icilium, quanquam mendosè eſt apud eum ἀπόρι@ σικίλι@ pro ἰκίλι@. Quare & hoc loco ita legendum: mouet enim me maximè gens Icilia, ex qua multi per hæc tempora tribuni fuerunt, infeſtiſſimi patribus: mouet etiam prænomẽ Spurius, quod nuſquam aliàs in gente Licinia fuiſſe reperio, in Icilia autem ſæpè, ita vt decem ab hinc annis Sp. item Icilius tribunus plebis à Liuio memoretur, & in annum CCCXLVI. tres Icilij tribuni plebis prodatur, ſic enim ait Liuius: Auctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragij Icilios accipio ex familia infeſtiſſima patribus, tres in eum annum tribunos plebis creatos. Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur, Fabio in Veientes, in Æquos Furio datur. Et in Æquis quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio aliquanto plus negocij cum ciuibus, quàm in hoſtibus fuit.) Hic locus eſt, in quo primùm Sabellicus, deindè etiam Glareanus ſe valdè iactarunt, & Liuium duobus verbis ſui oblitum eſſe contenderunt. [Vtriq; iniuria fit, & Sabellico & Glareano, Vterq; ſuam ſententiam dixit abſq; iactantia, non itaq; Viri de literis benè meriti ita notandi erant.] Mouet enim eos, quòd Fabium primùm ſcribit cum Veientibus pugnantem ab exercitu deſertum eſſe, in Æquis à Furio nihil geſtum, deindè verò haud ita multo pòſt, contraria ſuggerit, Fabium nimirum cum Æquis pugnantem fuiſſe deſertum, ait enim: Proximo bello in ipſa acie, in ipſo certamine, conſenſu exercitus traditam vltro victoriam victis Æquis. Item, Non magis ſecum pugnaturos, quàm pugnauerint cum Æquis. Omnis autem eiuſmodi reprehenſio tollitur, ſi legamus, quemadmodum legitur in antiquo exemplari. [Glareanus valdè veretur hunc verum dicere. Nam Robortellus id quoq; ſæpius facit.] Fabio in Æquos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Quod enim opponit Glareanus, Liuium ita, vt vulgata lectio eſt, ſcriptum reliquiſſe, quia idem à Dionyſio traditum ſit, id mihi leuiſſimum eſſe videtur, quaſi verò nunc primùm Liuius à Dionyſio in hac hiſtoria explicanda diſſentiat. Eſt enim multo magis ferendum, duos inter ſe diſſidere, qui raro conueniunt, quàm vnum non ſibi conſtare, & duobus verbis repugnantia dicere. Tib. Pontificius.) Cùm ante legeretur T. Pontificius, rectè Rhenanus emendauit ad vetuſti codicis fidem Tiberius Pontificius, nam eo prænomine affecit eum etiam Dionyſius. Id aũt prænomen duabus literis, vt ab antiquis accepimus, ſcribebatur. Ti. non Tib. Sp. Licinio.) Sp. Icilio, vt dixi.

Nouumq; tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum conſules habent.) 66
Mendum eſt in voce, Nouum, quam vocem inuexit Rhenanus, cùm antea Nouem, legeretur, neq; enim nouem tribunos vni reſiſtere potuiſſe putauit, quia his temporibus non decem, vt poſtea, ſed quinq; tantũ tribuni crearentur, Liuio ipſo auctore. Itaq; Nouum, ad vocem, Delectum, referendũ cenſuit. Qua lectione nihil eſſe durius poteſt. Ego autem lego libenter, quomodo legi animaduerti in vetuſto libro: Quatuorq; tribunorum, præſertim verò cùm Dionyſius eundem edat numerum, inquiens, τέτταρας ὧν πᾶν ἀμιμάρχων. lib. IX. Mendi cauſa ex notis numerorum, vt ſæpè fit, orta eſt, IV, & IX. ſæpè enim X. pro V. mendosè eſt.

Præceps Fabius in vulnus abijt.) Vet. codices, obijt. Conſul mortifero ictus vulnere cadit.) Vet. lib. De- 67
mum conſul.

Eo cum exercitu Cæſo miſſus in ipſorum Æquorum agrum depopulandum tranſit.) Vet. lib. depopula- 68
bundus tranſit: ſic lib. 3. Cùm populabundus iſſet.

L. Æmylius.) Reſpuunt latini literam y, in vocibus latinis, quæ neſcio quomodo temerè inuaſit in multa 69
nomina Romanorum, vt in Æmilios & Papirios. Quod ex græcis & manuſcriptis libris, & ex antiquis lapidibus præſertim Capitolinis, & argenteis nummis, percipitur. Thuſcus ager.) Tuſcus ſine aſpiratione ſcribitur in tabulis Capitolinis, in veteribus latinis, & in vulgatis græcis libris. Poſt acceptam proximã pugnæ cladem.) Vet. lib. Proximæ pugnæ.

Multiplicatis in arcto ordinibus.) Hoc quid velit, Glareanus homo ingenuus profitetur ſe neſcire. Eſt aũt 70
ſenſus: Aciem quo breuiorem in ſpacio cogitur, & orbem colligit, eo pauciores ordines habere, quo maiore in ſpatio explicatur, eo plures. [Tractat hunc locum Robortellus lib. 2. emendat. cap. 30. Confitens ſe non percipere quid Sigonius velit, & exiſtimat Liuium cum Multiplicatis dixit, idem intellexiſſe, ac ſi dixiſſet, condenſatis.] Quod inopia frumenti quamuis in præcipitia, dum celeriora eſſent, agebat conſilia.) Vetus lectio eſt, quanuis præcipitia, quod placet, vt reddatur trita illa locutio, Agere præcipitem. Q. Confidius, & T. Genutius.) Ne quis moueatur Dionyſij lectione velim, qui κουντίλιον pro κονφίδιον habet: diſplicet aũtem Quintilij nomen in tribuno plebis hoc tempore, quia Quintilia gens patricia eſt. Porrò autem Genucius ſcribe ad fidem Græcæ, & Capitolinæ ſcripturæ. Idem Genucius in Vet. libris nõ Titus, ſed Caius. Apud Dionyſium modo τίτ@ modo γναῖ@ nominatur. Eam oppreſsit.) Vet. lib. Eum oppreſſerunt, vt ſit Q. Confidius, & T. Genucius

trib.pl.Menenium oppreſſerunt. CVM & patres haud minus,quàm pro Coriolano annixi eſſent.) Vet. lib. Pro Coriolano antè annixi eſſent.

71 L. Ceditio.)Cædicio ſcribe,græcorum librorum,& Capitolinorum marmorum auctoritatem ſequutus. L.FVRIVS inde,& C.Manlius.)Dionyſius αὖλον μάνλιον nominat,cui aſſentior:eſt enim idem Manlius, qui paulò pòſt in decemuiratu,& à Dionyſio, & ab ipſo Liuio Auli prænomine afficitur. SVADENT, monent.) Vet. lib.Mouentq;. ITA animum nunciam inducant.)Luxatæ & deprauatæ voces ita leguntur in antiquis lib. Iam nunc ita in animum inducant. Qui dicendi modus olet vndiq; Liuianam formam. CONSILIA inde non publica,ſed in priuato,ſeductaq;à plurium conſcientia habere.) Vet.lib.Seducta à plurium conſcientia habere, vt ſit dicendi modus ille frequentiſsimus,qui Infinitiuo profertur.

72 Adeoque neminem noxiæ pœnitebat.)Vet.lib.Noxæ. Vt etiam inſontes feciſſe videri vellent,palamque ferretur.)Vet.lectio,Palamq; ferrent. Voleronem Publium de plebe hominem.) Volero prænomen eſt,vt ait Valerius. Publius item prænomen:itaq; ne duo prænomina coniungantur,Publilium lege,quod plebeiæ gentis nomen eſt. Quæ ſcriptura extat etiam in Capitolinis fragmentis. Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in alterum annum extrahitur.)Vet.codex plenior,grauis magnis certaminibus, & rectè.

73 Conſul lictorem ad tribunum,priuatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu.) Hunc locum, in quo tribunum pl.priuatum,non magiſtratum eſſe traditur, ne quem fortè Romanæ antiquitatis ignarum perturbaret,verbis Plutarchi prolatis viſum eſt explanare.Ea ſunt in libro τῶν κοιφαλαίων, in hanc ſententiam: Cur cùm purpura alij magiſtratus vtuntur, tribunus pl.non vtitur? an quia tribunus pl. magiſtratus non eſt? neque enim ex ſella tribunitius dicunt,neq; principio anni,vt reliqui magiſtratus,ineunt,neque creato dictatore ſe abdicant:verùm omni translato ad Dictatorem imperio ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi magiſtratus non ſint:quemadmodum autem translationem iudicium eſſe rhetores quidam negant, ſic tribunatus impedimento potius eſt magiſtratui, quàm magiſtratus. Etenim reſiſtere potentiæ magiſtratus,& nimiam eius licentiam coercere ad eius auctoritatem pertinet.[Errat Sigonius cùm purpuram vertit:Nam περὶ πόρφυρον habet Plutarchi liber,& ſatis notum eſt hanc à Plutarcho dici,quam prætextam latini vocant.Robort.lib.2. emendat. cap. 28.Et vt in hoc,ſic quoq; in illo errat,quòd ait creato dictatore conſules ſe abdicare ſolitos. Nam Plutarchus ait παύεσθαι,quod non abdicare ſe,ſed interim deſiſtere vti poteſtate & iure ſuo dum dictatoris eſt, vt ibidem annotat Robortellus.]

Tribuniq;,conſulesq;.) Non probo hanc lectionem Rhenani,quæ antiquis libris,quos vidi repugnat, ſed tribuni,conſulesq;. Piſo auctor eſt,nominat quoque tribunos,Cn. Siccium,L.Numitorium, M. Duilium, Sp.Icilium,L.Mecilium.)Hos tribunos nominat Diodorus lib.10.μάρκον δουίλιον,κόιντον ἰκίλιον,γάϊον σικίνιον,λεύκιον νομιτόριον.Scribe igitur Duilius, non Duellius partim græcis,partim Capitolinis monumẽtis auctoribus.Quanquam Cicero in Oratore Duellium videtur defendere,inquit enim, vt duellum bellum, ſic Duellium, qui Pœnos claſſe deuicit Belliũ nominarunt.Præterea C.Sicinium,non Cn. Siccium, partim Diodori ſcriptura motus, partim etiam Liuij,qui paulò pòſt C.Sicinium cum M.Duilio tribunum prodit. De C. autem Sicinio, & Sp. Icilio tribunis plebis,ſuprà etiam dictum eſt. VOLSCI tum Æquiq́ue inter ſeditionem Romanam, & bellum coortum vaſtauerant agros.) Hic locus fœdè legebatur antè ita: Volſcum,Æquicunq; inter ſeditionem. Quam lectionem etſi valde probo, moueor tamen cùm in vetuſtis libris omnibus ita lego. Ex S.C.bellum in dictum contra Volſcum,Æquumq;,qui inter ſeditionem, & bellum coortum vaſtauerant agros. Se vnico conſule obiecto.)Vet.lect.Et ſe vnico conſule obiecto. Quam minore conatu, nequaquam tanto patrum ſuperiores impedierint conſules.)Vet.lib.omnes:Nequaquam tanta patrum ſpe priores impedierint conſules. Nec vlla vi domari poterat,tantum certamen animis imbiberant.) Vet.lib.Poterant. Quo fit vt numerus congruat cum eo,qui ſequitur,Imbiberant.Alij,poterat & imbiberat.Quod magis probo.

74 Vt inuictus ille odio plebeio animus interdum moueretur, omni nequicquam acerbitate prompta: nihil iam cum ciuibus ageret à centurionibus corruptum exercitum diceret, tribunos plebeios cauillans interdum & Volerones vocaret.)Ex manuſcriptis libris ita interpunge & lege,Interdum moueretur. Omni nequicquam acerbitate prompta nihil iam cum ciuibus agere,&c.Item paulò pòſt,dicere,item,vocare. Quandoquidem nihil præter tempus noxæ lucrarentur.)Vet.lib.Rixæ lucrarentur. T. ÆMYLIO.) Lege Ti.Æmilio ex Dionyſio,qui πβίειον αἰμίλιον hunc vbiq; nominat. Fuiſſe autem Æmilius familiare hoc prænomen Tiberij, facilè Capitolinæ tabulæ demonſtrare poſſunt. M. DVELLIVS,& Cn.Siccius.) M. Duilius,vt antè dixi:itemq; C. Sicinius ex vetuſtis libris,atq; ex Diodori auctoritate,de quo etiam antè dictum eſt,lego.

75 T.NVMITIVS.)Numicius,vt Minucius,videtur c litera eſſe ſcribendum :nam Græci νομίκιον. Cenonem oppidum.)Dionyſius non ponit nomen,ſed oppidulum maritimum vocat.Vet. lib. Cerionem.

76 In Volſcis reſpublica egregiè geſta.)Lego,res egregiè geſta,ex Vet.lib.De quo dicendi genere dicam infrà. Sic etiam lib.3.Ab altero conſule res geſta egregiè eſt. Cùm cædes & incendium circa Anienem flumen feciſſent.)Vet.lib. Incendia. Ingens vis hominum ex omnibus Volſcis,Æquiſq; populis in caſtra venit.)Vox populis,abeſt à Vet.lib.neq; neceſſaria eſt. Cornicines, tubicinesq; in equos impoſitos.) Vet.lib.in equis: ſic lib.1.dictum eſt,dextra in capite impoſita. Deinde vt obtinentes locum vires ferebant,audent vltrò gradum inferre.)Lege ex vetuſtis exemplaribus,Deinde vt in obtinentes locum.

IN EPITOMEN LIB. III.

Ad bellum gerendum miſſus eſt.) Vet.lib.Ad id bellum. Cum modeſtè ſe in honore geſsiſſent.) Vet. lib.Se in eo honore. Cum complura imporenter feciſſent.)Ex veſtigijs deprauatæ antiquæ lectionis,& ex Liuianis verbis,ita hæc verba legenda ſunt, Duabus tabulis ad decem adiectis, cum complura impotenter feciſſent. In tertium annum detinuerunt.) Vetus lectio,Retinuerunt.

IN LIBRVM III.

78 Conſules inde Poſthumius Albus,Sp.Furius.) Legendum A.Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſius,prætermiſſum eſt enim prænomen prioris conſulis,quod & apud Dionyſiũ eſt,& in Capitolinis conſulibus, & ab ipſo infrà affertur.Veteres autem libri in poſteriore conſule habent, Sp. Furius Fuſcus,mendosè, pro Fuſius. Quod fuit Furiorum cognomen,vt Iulus Iuliorum. Quod ex Capitolinis fragmentis intelligi poteſt. Cenſa ſunt ciuium capita centum quatuor,& viginti millia CCXIIII.)Hic numerus eſt in omnib. libris,& benè habet. Hoc admoneo,ne quis Rhenanum ſequatur,qui putat legendũ: quater centena millia CCXIIII. nõ intelligens hanc ſummam ciuitatem his temporibus non conuenire: nam per multos annos CC. & CCC. millia cenſa ſunt:ſerò autem CCCC.millia,vt infrà oſtendam.

79 QVI cùm haud grauatè veniſſent.) Vet.lib.grauatim, vtrunque rectè. PROCONSVLEM T. Quintium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti.) Vet.lib.pro conſule. Proconſulatus autem non eſt magiſtratus, ſed imperium, quod aut extra ordinem priuato datum eſt, vt hoc loco T. Quinctio; aut ex conſulatu prorogatum eſt, vt Q. Publilio Philoni, de quo Liuius poſtea lib.8.ita: Actum cùm tribunis plebis eſt, ad populum ferrent, vt cùm Publilius Philo conſulatu abiſſet, pro conſule rem gereret. Et paulò pòſt: Duo ſingularia hæc ei viro contigere, prorogatio imperij non antè in vllo facta, & acto honore triumphus. In Capitolinis etiam triumphis Q. Publilius Philo primus pro conſule fuiſſe traditur. ROMANOS cecidiſſe in Hernico agro v. millia.) Hæc ſumma ſuperat fidem, id quod ex Dionyſio intelligi poteſt. Itaq; placet magis vetus lectio: Duo millia: & paulò pòſt, non duo millia, ſed tria. PRO triſti nuncio triſtiorem domum referentes.) Vet.lib. triſtiora. INDE Romam reditum eſt. Iuſtitium remiſſum eſt.) Vet.lib. Iuſtitium remiſſum: Quod placet, ne bis ponatur, Eſt.

80 COMITIA inde habita.) Vet.lib. deinde. CALENDIS.) In antiquis & libris & lapidibus Kalendæ ſcribuntur, non Calendæ. LABICANOS agros.) Vet.lib. Lauicanos. EO VIS omnis tempeſtasq; belli conuerſa eſt.) Vet.lib. obuerſa eſt. Sic lib.6. Obuerti aciem dixit. A TVSCVLANO.) Vet.lib Ab Tuſculano T. VIRGINIVS Rutilius.) Rutilius nomen eſt gentis, vt in P. Rutilio Lupo. Hic autem cognomen quæritur: Ergo Rutilius ſcribendum, quod in Capitolinis fragmentis eſt. Rutilius quidem ea de cauſa reſpuitur, quòd cognomina in IVS non deſinant ea terminatione, quæ patronymicum ſignificat. Itaque Rutilius, Flauius, Flaminius, Licinius, Pacilius & eiuſmodi alia, quę in vulgatis libris pro cognominibus vſurpantur, ſunt corrigenda, Rutilus, Flauus, Flaminus, Licinus, Pacilus.

81 CVM exitus haud in facili eſſent.) Vet.lib. Cum exitus haud inde faciles eſſent. C. TERENTILVS Arſa.) Vet.lib. Terentilus: Legendum eſt Terentius. Et paulò pòſt, Lex Terentia, ex Dionyſio, & ratione gentium, & legum Romanarum. IMMODERATA, infinita poteſtate.) Vet. lib. Infinitaq; poteſtate. ANNO deinde inſequenti.) Vet.lib. Sequenti.

82 SPARSVM ita iacuiſſe per aliquot dies.) Vet. lib. Sparſum humi: Ita Valerius vbi hac de re agit cap. de ominibus. Reliquum humi per aliquot dies proſtratum iacuit. Et Dionyſ. τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχθέντα. SPARSVM humi ita iacuiſſe per aliquot dies, vt nihil odor mutaret.) Puto legendum odoris, quia Valerius ait: Reliquum humi per aliquot dies neque odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum iacuit. Et Dionyſ. ἔτε ἀχθὰν μεταβάλλοντα ἔτε σπαραδόνι διαλυόμενα ὥζετο ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν πονηρόν. niſi ſi, mutaret, paſsiuè accipiamus, vt apud Græcos μεταβάλλειν.

83 ECQVID ſentitis iam vos Quirites.) Vet.lib. Ecquid ſentitis, inquit, iam vos Quirites. INSTRVCTVM naturæ, fortunæ omnibus bonis.) Vet.lib. Fortunæq;. SINERENT tantum virem ſenem in ciuitate fieri.) Vet. lib. in ciuitate ſeneſcere.

84 APPELLATI tribuni medio decreto ius auxilij ſui expediunt.) Vet.lib. Protinus ius auxilij ſui expediunt. IVSSV conſulum in Tuſcos in exilium abijt.) Vet.lib. Inſcijs conſulibus. IN THVSCOS.) Veteres libri, Tuſculum, ſed placet magis, in Tuſcos, quia Dionyſius habet εἰς τυῤῥηνίαν. VT DIVENDITIS omnibus bonis aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus deuio quodam in tugurio viueret.) Vet.lib. Vt is diuenditis, &, relegatus vili quodam in tugurio habitaret: vocem autem, deuio, inuexerat temerè Rhenanus leuiſſima coniectura fretus, probatur autem, vili, quia inquit Dionyſius, ἐν ᾧ παπινὴ τὶς ἦν καλύβη, id eſt, in quo agro humile quoddam erat tugurium. TVM'QVE eſſe peregrino.) Deme vocem, Que, ex Vet.libris.

85 TAM FELIX vobis corrumpendis fuit, qui ſeruitia nō commouit auctor.) Vet.lib. qui ſeruitia veſtra. AT vos veremini deos veſtros.) Vet.lib. Deos patrios.

86 NE SABINI, ne Veiens hoſtis moueretur.) Vet.lib. Ne Sabinus.

87 IN PERAGENDIS conſularis officij partem ad ſe vindicabāt.) Vetus lectio: In peragendis conſularijs conſularem officij partem. Hinc ego ſuſpicatus ſum eſſe legendum, in peragendis conſilijs conſularis officij partem: vt ſit ſenſus, Conſul alter comes animoſior erat, quàm auctor, ita vt ille conſiliorum eſſet princeps, hic conſilia ipſa exequeretur, & conſulari officio in ea re non deeſſet.

88 SENATVSCONSVLTA fiunt, neq; tribuni plebis legem eo anno ferrent.) Vet.lib. Senatuſconſultum fit, vt neq; tribuni plebis. ALIORVM exemplo peccetis.) Vet.lib. Peccatis. FABIO, vt Antium legiones duceret, datum. Cornelius, vt Romæ præſidio eſſet.) Vet.lib. Cornelio, quo pacto ſine controuerſia legendum eſt.

89 VI NVNQVAM eò ſubire potuit.) Vet.lib. Subiri. HAVD dubio.) Vet.lib. Haud dubiè. MVLTORV'MQVE tabe menſium.) Vet.lib. Multorumq; tabe menſium mortuum. SECVM etiam tum, frequentemque ad ſigna, ſine vllo commeatu fuiſſe.) Vet.lib. frequentem ad ſigna. L. MINVTIVS inde, & L. Nautius ☞ conſules.) Ego ſequutus Dionyſij, Diodori, & Capitolinorum lapidum auctoritatem, C. Nautius lego [Hoc ante Sigonium etiam annotauit Glareanus.] M. VALERIO Valerij filio Voleſi nepote.) Suprà duos Marcos Valerios mortuos legimus, vnum ad lacum Regillum, alterum augurem in peſtilentia: Quorum vnus pater, alter filius fuit. Qui verò nūc Quæſtor eſſe dicitur, is eſt proculdubio, qui biennio pòſt Conſul in Capitolinis tabulis Manij filius, Voluſi nepos dicitur. Itaq; hoc loco lego, M. Valerio M.F. Voluſi nepote. Neq; enim cùm quis nominabatur, à patris nomine gentilicio, ſed à prænomine oſtendebatur. Horum autem ſtemma eſt eiuſmodi:



90 GRACCHVM Cluilium.) Veteres libri omnes conſtantiſsimè habent, Cloelium. Quanquam Dionyſij liber κοίλιον edit, vt puto, mendosè. QVESTVM iniurias, & ex eo fœdere res repetitum.) Vox, eo, ſuperuacanea eſt. Id & veteres declarant libri, & Liuiana forma dicendi. Sic enim etiam lib.1. Iniurias, & nō reddita res ex fœdere, quæ repetitæ ſunt. MVNITIONES circundant.) Hoc expreſsit Dionyſius his verbis: ἀφεὶς περιφράξαντο χάρακι κύκλῳ, id eſt, foſſa, valloq; caſtra Romana circundedit, vel munitiones caſtris obiecit: ſic autem etiam paulò pòſt. Exer-

eſtum omnem longo agmine circundat hoſtium caſtris. Vallo obiectæ.)obiecto ex Vet.lib. Tantus pauor,tanta trepidatio fuit.) Vet.lib.Tantaque trepidatio. Bipalio innixus.) Veteres libri omnes,Palo, Quod etiam ante me Rhenanus docuit. Dictatorem eum gratulantes conſalutant.) Vet.lib. Legati gratulantes.

91 L.Tarquinium patriciæ gentis.)In tabulis Capitolinis eſt,L.Tarquinius,quibus danda fides eſt.Nam Tarquinij ex vrbe exacti omnes fuerant:Et de Tarquinio non dixiſſet patriciæ gentis,cùm id ſatis conſtaret.

93 FABIVS ſucceſſor.)Vet.lib.Q.Fabius ſucceſſor. Q. MINVCIVS,M.Horatius) Emendo, C.Horatius,partim quia Dionyſius & Capitolini ſcriptores eo prænomine hunc afficiunt,partim etiam, quia pòſt Liuius idem facit,vbi de C.Horatio augure mortuo loquitur. HORTANAM.) Suprà oſtendi,quid de hoc loco ſentirem: Ortonam enim credere legendum eſſe. T.ROMVLIO, & C.Vetorio conſulibus.)Dionyſius & Diodorus auctor eſt,Romilium eſſe ſcribendum.Quæ eadem ſcriptura eſt in Capitolinis tabulis.Veturius autem vnà cum T. Romilio collega eius pòſt fit decemuir. Quo in magiſtratu Diodorus,& Capitolini ſcriptores prænomine Spurij eum afficiunt.In vulgatis autem Liuij libris L.Veturius ſcribitur:itaq; vt vterque locus ſibi conſtet, Sp.Veturium vtrobiq; vocandum cenſeo. Si quidem,qui decemuir factus eſt,idem conſularis erat. SP.TARPEIO,A. Æternio.]Variât omnes omnium auctorum libri in altero horum conſulum nominando. Plin.lib.7.cap.18.Æternium. Caſsiodorus Aternium,Diodorus ἀτέριον. Gellius lib.2.cap.11.Thermum.Dionyſius τερμένιον, Vetuſti Liuiani libri Tercinium. Ego,ſi coniecturę locus dandus eſt,Aterium,maximè,vt eſt apud Diodorum,probo, alia enim nomina gentium nunquam legi. C. CLAVDIO Cicerone.)Pro hoc tribuno C.Siccium Dentatum edit Dionyſius. A.MANLIVS,P.Sulpitius.)Dionyſius legatos hos viros conſulares fuiſſe tradit: Itaq; Sulpicius idem eſt,qui conſul fuit anno CCXCI.pòſt autem decemuir erit. Quod cùm ita ſit profecto,cùm in conſulatu Sex.Sulpicius nominetur,etiam in legatione,& poſt in decemuiratu Seruius appelletur neceſſe eſt.

94 In cuius locum C.Veturium.)Vt dixi,lege Sp.Veturium. C. MENENIVS.) Diodorus & Feſtus hunc T. Menenium vocant:placet autem vt ſit T.Menenij ante conſulis filius. P.SEXTIVS.) Dionyſius & Diodorus, σήϛιον,auctores Capitolini Seſtium hũc nominant.Seſtij autem patricij, Sextij plebei fuerunt,ex quibus is extitit,qui primus è plebe conſulatum cepit. Lex Acilia de Auentino.)Hæc lex à L.Icilio tribuno plebis lata eſt, anno CCXCVIII.vt ait Dionyſius.Itaque legendum proculdubio,Icilia. T. GENVTIVS,P. Sextius, L. Veturius.)T.Genutius,P.Seſtius,Sp.Veturius,ex tabulis Capitolinis,vt antè dixi. SVLPITIVS,P. Curiatius, T. Romulius.)Ser.Sulpitius,P.Curatius,T.Romilius,vt antè dixi. SP.POSTHVMIVS.)Vet.lib.Poſtumius Albus. Eas leges habiturum populum Rom.quas conſenſus omnium inuaſiſſe videri poſſet.) Nuſquam aliàs legi hoc genus dicendi,Inuadere,pro Inferre & Inuehere.Itaq; pro certo habeo,legendũ eſſe,inuexiſſe. PREHENSARENT homines.)Vet.lib. prenſarent.

95 Ea ætate,hisq; honoribus.)Vet.lib.ijsque DVELLIOS.)Duilios,vt antè. Deiectisque honore per concionem duobus Quintijs.)Lego vel repugnantibus libris omnibus,per coitionem:nam lib.9.ait: Coitiones honorum adipiſcendorum cauſa factas aduerſus remp.eſſe. Et lib.39. Coierantq; candidati omnes ad deijciendum honore eum.Et Pæd.in toga.Coierant ambo,vt Ciceronem conſulatu deijcerent. Q.PETILIVS.) Veteres quidam libri habent,Q. Pœtilius.Dionyſ.ποντέλιον.Capitolinæ tabulæ,Pœtelius:ergo ita ſcribendum. M.RABVLEIVS.)Hic à Dionyſio μάνιον vocatur:Quare M'.Rabuleius caſtigo. COMITIA decemuiris creandis in trinum nundinum indicta ſunt.) Rectè trinum nundinum, quanquam plerique libri habent,trinundinum.Id enim ſignificat,in tertias nundinas.Quod Græci dicunt,εἰς τρίτην ἀγορὰν, vt Dionyſ.lib.7. προθέντων ὑπὲρ πάλιν τῶν δημάρχων εἰς τρίτην ἀγορὰν τὸν περὶ τῶν νόμων διάγνωσιν.Plutarch.in Coriolano,σοὶ δ' μαίχιε προσαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι.Et pòſt,ἐν ᾗ πρὸ μεταξὺ χρόνῳ ἡ τρίτης ἀγορᾶς.ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι ῥωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐννέατης νουδίνας καλοῦντες.De Nundinis copioſius Macrob.lib.1.Saturn. Quod autem dixit Cicero pro Cornelio ex prorogatione trinundinum,Priſcianus interpretatur dictum eſſe pro trinundinarum lib.7. Cum fortuna, qua quicquid cupitum foret.) Vet.lib.quicquam.

96 Recepto ad Eretum,quod paſsim vagatum erat,agmine.) Dionyſius pro Ereto habet,mendosè, vt puto, ἐνβήλῳ. Caſtra in Algido locant.) Eutropius montem Algidum vocat.Dionyſius modò ait:ἐν ἀλγιδόνι πόλει, modo ἐν ἀλγιδῷ. Conſenſu inuiſum imperium.)Vet.lib.Inuiſum conſenſu imperium. Iam caput fieri libertatem repetentium,ſi ſe plebs comitem ſenatui det.)Vet.lib.libertatis repetendæ.

97 Suarum,quæ rerum erant,ſoliciti,amiſſa publica.) Vetus lectio,Suarumque rerum erant,amiſſa publica, id eſt,ſuis rebus operam dabant.Quam formam dicendi,qui non agnouerunt,mutarunt addendo de ſuo, Soliciti.Sic lib.6.Plebs cùm iam vnius hominis eſſet.Sic hoc libro paulò antè: Hominum non cauſarum toti erant. Experirentur quanto ferocior dolor in libertate ſua vindicanda,quàm cupiditas in iniuſta dominatione eſſet.) Rhenanus,qui putat particulas duas,In,tollendas eſſe, idem non ſenſit vocem huic ſententiæ deeſſe, quæ eſt in Vet.libris,In iniuſta dominatione retinenda eſſet. Quod vnum exequendæ ſit libertatis.) Lege exæquandæ,ex vet.lib.

98 L.CORNELIVS complexus Appium,non cui ſimulabant,conſulendo.) Vet. lib. ſimulabat. Poſſe in obliuionem tribunorum adduci.)Vet.libri addunt vocem ita.Poſſe in obliuionem tribunorum plebem adduci. M.RABVLEIO,Q.Pœtilio.)M'.Rabuleio,Q.Pœtelio,vt dixi. CAESONE Duellio.)K.Duilio,vt ſuprà.

99 Fidenas, Cruſtumeniamq;.)Cruſtomeriamq;,vt dixi in primum lib. Tuſculum ſe fide,miſericordiaque victurus hoſpitum,quæ tamen non fefellerunt,contulerant. Vet.lib.Hoſpitum, qui tum non fefellerunt, contulerat. Perindè vxor inſtituta fuerat,liberiq; inſtituebantur.)Vet.lib.Liberi quoq; inſtituebantur. Deſponderant filiam L.Icilio. Lege ex Vet.lectione,Deſponderat,vt ad patrem L.Virginium referatur,non ad matrem,quam multis antè annis mortuam eſſe tradit Dionyſius. Authoribus, qui aderant,vt ſequeretur.) Vide,quid ſit,quod quidam libri veteres habent.Adiutoribus,qui aderant, aſſequentibus.

100 In his enim quæ aſſerantur in libertatem.)Vet.lib.In ijs enim qui aſſerantur. P. NVMITORIVS puellæ auunculus.)Libri veteres habent,Auus,ſed placet magis auunculus, quia Dionyſius inquit: πρὸς μητρὸς θεῖον ἡ παρθένου. Placidum quoque ingenium,tam atroxiniuria accendiſſet.)Vet.lib.Cum placidum quoque,&c. Nuptamq;,pudicam habiturus.)Vetus lectio,Nuptam,pudicamq; habiturus. Cùm inſtaret aſſertor puellæ,vt vindicaret,ſponſoresq; daret.)Aſſertorẽ vocat puellæ non L.Icilium,vt putat Glareanus,ſed M. Claudium, qui inſtabat,vt Icilius Virginiam vindicaret vſque in poſterum diem,datis ſponſoribus,fore,vt ea poſtridiè ſiſteretur.Sic etiam ſuprà eum vocauit. [Glareanus hunc locum dubium reliquit,nihil definiuit.Sed Sigonius non explicat vt Icilius vindicarit:Nam ibi eſt difficultatis nodus.]

101 Improbum conſilium ſerum,vt debuit,fuit,& iam commeatu ſumpto.) Lege ex fide Veter. lib. Iam enim commeatu ſumpto. Prehenſare.) Veter. libri, Prenſare. Decreſſe vindicias ſecundum libertatem.)

Vet.

Vet.lib.dediſſe.Ego,dare ſe,legendum puto:nam tempus preſens quæritur.Hoc genere dicendi ſæpius vſus eſt in hac re,nunquam autem decernere,inquit enim ſuprà:Vindicias det ſecundum libertatem. Et infrà: Iudicem te ab libertate in ſeruitutem,vindicias non dediſſe.Item: Vindicias ne ab libertate in ſeruitutem dederit.Dicitur autem,Dare vindicias ab libertate,vel ſecundum ſeruitutem,aliquem ſeruum eſſe iudicare:at,ab ſeruitute,vel ſecũdum libertatem,liberum eſſe decernere. Quibus dicendi generibus vſus eſt hoc loco Liuius, ac Pædianus pro Cornel.Quis fuerit ille ex decemuiris,qui contra libertatem vindicias dederit. DECEMVIR alienato ad libidinem animo.)Cur placeat Rhenano,Alienatus,neſcio. Mihi alienato magis probatur,vt & in Vet. lib. eſt,& in 7.lib.dixit, Milites alienatis ab memoria periculi animis. Si inclementius in te ſum inuectus.) Lib. vet. Si quid inclementius. Prope Cloacinæ.) Plinius Cluacinam legit lib. 16.cap.29. cùm ait: Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos,Sabinosque,cùm propter raptas virgines dimicare voluiſſent,depoſitis armis purgatos in eo loco,qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet.Cluere enim antiqui purgare dicebant. At Lactantius lib. 1.de Falſa religione,Cloacinam,agnoſcit. Verba eius ſunt:Cloacinę ſimulachrũ in Cloaca maxima repertum Tatius conſecrauit,& quia cuius eſſet effigies,ignorabat,ex loco illi nomen impoſuit.

Agitatus deinde conſilijs,atque ex omni parte aſſentiendo.)Pro certo habeo legendũ,agitatis deinde conſilijs,vt eſt in Vet.lib.Nam 4.libro ait,Conſilia ad mouenda bella ad Fanum Voltumnæ agitata. Et pòſt etiá: Secreta agitare conſilia.Itemq; ſæpius,agitare conſilia. Strictum etiam telum,reſperſusque ipſe cruore tota in ſe caſtra conuertit.)Nemo animaduertit hîc vocem vnam deeſſe, ſine qua ſenſus eſſe nullus aptus poteſt: ea verò eſt in libris antiquis,ſic:Strictum etiam telum tenens,reſperſusque.Quam eandem affert etiam Dionyſius in eadem re explicanda,πὼ μαχαιραλὼ δὲ χειρὸς ἔχων,αἵματι πεφυρμένῳ ἅπας,id eſt,Ianij cultrum manu tenẽs,totus ſanguine fœdatus. [Hunc locum reprehendit Robortellus lib.2.emendat. cap. 54. dictionem tenens ablegãdam ſentiens:Duo enim admirationem militibus iniecerunt,primo telum ſtrictum, deinde ipſe Virginius reſperſus cruore,nec ad rem facit quòd apud Dionyſium ſit ἔχων,nec enim is totidem verbis vertit locum Liuij:Imò omnes vetereslibri dictionem habens,non habent.]

Sibi vitam filiæ ſuæ cariorem fuiſſe,ſi liberæ ac pudicæ viuere licitum fuiſſet.)Mallem legi hoc loco, Cariorem futuram fuiſſe.Cæterùm lib. Vet.habent,Libere ac pudice ſine diphthongo. Miſeram, ſed honeſtam mortẽ occubuiſſe.) Vet.lib.Miſera,ſed honeſta morte. C.IVLIVS,P.Sulpitius.) Hic Sulpicius conſularis eſſe traditur. At in conſulatu Ser.Sulpicius nominatus eſt.Ergo & hîc Ser.etiam Sulpicius ſcribendum.P.tamen Sulpicij conſularem legatum nominat etiam Pædianus pro Cornelio,verùm reclamant Græci.

Via Nomentana,cui tum Ficulenſi fuit nomen.) Lego, Ficulnenſi, ab oppido Ficulnea:quaſi verò eueſſa Ficulnea, mutauerit nomen. Togatorum aliorum.)Vet.lib. Togatorum,aliorumque.

Q.FVRIVS pontifex maximus.) Hunc in oratione pro Cornelio vocat Pædianus ex Liuij,& aliorũ ſententia M.Papirium.Cuius ſcripturę aſſentior magis,quàm Liuianę.Nam de Q.Furio nulla nec per hos, nec alios annos eſt mentio.De M.autem Papirio,magna:Qui autem Pontificatũ maximum gereret,eum par eſt alios etiam magiſtratus,qui magni habebantur,cepiſſe.Vltimæ autẽ vtriuſque nominis literæ erratum ineſſe indicant, cùm ſint eædem. A.VIRGINIVM inde L.Icilium,& P.Numitorium auunculum Virginiæ.) Virginius hic pater Virginiæ fuit,vt Icilius,ſponſus,auctore Dionyſio.Ergo L.Virginius nominandus non A.ex ijs, quæ ſuprà à Liuio & Dionyſio,& à Pædiano pro Cornelio dicta ſunt. C.SICINIVM progeniem eius,quem primum tribunum plebis creatum.)Neſcio cur placeat magis hoc loco Rhenano,progenie,quàm progenię,cùm ita loquatur Cicero in epiſtola ad Octauium:Populum,quem ipſe primo, pòſt progenies eius à regibus liberauit. AP.IVLIVS.) Appij prænomen non probo niſi in Sabinis viris,vt in Claudijs,vt in Ap.Herdonio Sabino, qui Capitolium occupauit.Iulia gens cũ patricia eſt,tum nunquã Appio vel Publio prænomine vſa eſt: Itaq; legendum puto in hoc tribuno plebis P.Villius.Eſt enim gens Villia plebeia,vbique in vulgatis libris pro Iulia habita,eaque vſa eſt prænomine Publio. Vt quod tributim plebes iuſſiſſet,populũ teneret.)Vet. lib. Vt quod tribunus plebis iuſſiſſet:placet tamẽ magis,Tributim plebes,id eſt,tributis comitijs.Sic enim ait Dionyſ.lib. 11. ᾧ τ' κελεύοντα τὸν δήμαρχον τῆς δήμου τελείας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, πὼ δυπὼ ἔχοντας δικαίωμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισι ἐκκλησίαις τεθησομένοις,id eſt,leges tributis comitijs latas omnib.Romanis eſſe latas,eandemque vim habere, atq; eas,quæ centuriatis comitijs latæ ſunt.Sic li.8.Legem tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit. Sic alibi Centuriatam. Sanciendo nouam legem,ne quis.)Lege ex Vet.lib.noua lege.

Ædilibus,iudicibus,decemuiris nocuiſſet.)Vox Decemuiris,abeſt à veteribus libris,nec videtur neceſſaria. Eſt enim ridiculum,plebem cauiſſe decemuiris,quos peroſa iudicio etiam eſt perſequuta. Ad ædem Cereris,Liberi,Liberæque.)Vide ne quis ædem de ſuo addiderit.Nam li.41.ait:Supplicatio ad Cereris,Libri,Liberęque fuit. Sed eum,qui eorum cuiquam nocuerit ſacrum ſanciri.)Antea multò fœdius legebatur: Sed eũ qui deorum cuiquam nocuerit id ad ſacrum ſanciri.Nos autem meliorem,vt remur,hac vtraque lectione reperimus in vetuſtis libris,quæ eſt hæc:Sed caput eius,qui eorum cuiquam nocuerit ſacrum eſſe,id ſanciri,rectè. Sic enim Cicero pro Cornelio:Sacroſanctum eſſe nihil poteſt,niſi quod populus plebsue ſanxiſſet. Sanctiones autem ſacrandæ ſunt aut genere ipſo,aut obteſtatione & conſecratione legis,aut pœnæ,cũ caput eius,qui contrà facit conſecratur. Voſmet ipſi armis vindicaſtis.)Vet.lectio,Voſmetipſos. Vnius tantùm criminis niſi vindices iudicem te.)Vet.lib.niſi iudicem vindices te.Senſus,niſi teà iudicio vnius criminis liberes, id eſt, ab libertate in ſeruitutem contra leges vindicias non dediſſe te niſi probes.

Si hoc indemnato,indicta cauſa non liceat.) Vet.lib.Si huic indemnato. Iudicem illi ferre, ni vindicias ab ſeruitute in libertatem dederit.)Lege procul dubio,pro,ni vindicias: Vindicias ne: Senſus eſt, Se ferre illi iudicem,qui videat vindicias ille,decemuir cùm eſſet,contra libertatem dederit nec ne. VALERIO Æqui euenere.)Deeſt vox,vt ſit,Æqui,Volſciq́ue euenere.Eam vocem habent veteres libri, eandem paulò infrà Liuius repetit:eandem habet Dionyſius,ὅτι αἰκιανὸς ᾖ ὁ λόχησις.

Sed neceſſariorum Virginiæ trium tribunorum preces audirent.)Vetus lectio:Et trium tribunorum,ita vt altera ratio videatur,cur eorum preces ſint audiendæ,& quòd neceſſarij,& quòd tribuni eſſent. TYBVR.) Tibur & Tiburtes inuenio ſcribi in antiquis libris,& in triumphis Capitolinis.

Reſponſum Romanus nemo reddebat.)Vet.lib.Romanorum nemo. Arma tegerent.)Vet.lib.contegerent. Nec omnes dum eductos.)Vet.lib.Nec dum omnes eductos.

Procurſantes pauci,recurrentesque.)Vet.lib.Recurſantesque. Veteris,perpetuæque alterum gloriæ alterum nuper nouæ victoriæ elatum.)Mirum eſt,neminem ſenſiſſe,hîc deeſſe vocem, ſine qua vix conſtare oratio poteſt:quæ eſt in vet.lib.gloriæ auidum,alterum,&c. Sexcenti ferè ex equis deſiliunt.)Vet.lib.habent vocẽ vnam præterea:Sexcenti ferè properè ex equis deſiliunt.

Populus iniuſſu & altero die frequens ijt ſupplicatum.) Sic libro 7. Si quis iniuſſu in hoſtem pugnaſſet.

Et lib. 10. Nec tamen iniussu mouere se auderent. IN PRATA Flaminia, vbi nunc ædes Apollinis est, circum iam tum Apollinarem vocabant.) Paulò antè sic, In pratis Flaminijs, quem nunc circum Flaminium appellant. FORTE quadam vtili ad tempus.) Vet. lib. Ad id tempus. SI QVI VOS minus hodie decem tribunos plebis fecerint.) Vetus lectio, Si quos minus hodie decem tribunis, &c. HI TVM vtique quos sibi collegas coopta[ssent, vt illi legitimi.) Veteres libri, Hi tum, quos sibi, & pro, vt illi legitimi, ita illi legitimi. Porrò autem pro coopta[ssent, apparet legendum esse, coopta[ssint, antiquè dictum, pro cooptauerint. CVM præ studijs apertè petentium nouem tribunorum alij candidati tribus non explerent.) Tribus non explere, est non posse legitimum, ac necessarium suffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus tribum pro classe accipiendum ait: cùm
☞ tribuni plebis tributis comitijs fierent. Alibi legitima suffragia non conficere dixit. [Glareanus non definit, sed
» dubitat vt lectorem excitet. Hoc Sigonius in calumniam trahere videtur.]

112 A. ÆTERNIVM.) A. Aterium vt suprà. SP. GERMINIVS, T. Virginius.) Sp. Herminium consulem, Dionysius λάρον ἑρμίνιον vocat. Diodorus λαρῖνον ἑρμίνιον. Valerius in prænominibus, Larrem Herminium. Ergo non Sp. sed Lar. Herminius hoc loco restituendum est, vt etiam dixi in prænominibus à me editis multò latius. CÆLIMONTANVS.) Cœlimontanus, quia Cœlius, non Cælius scibitur. DVM X. tribunos plebis faceret. Vet. lib. Plebi. M. GEGANIVS Macrinus.) Græci, & Capitolini scriptores Macerinum cognomen addunt Geganijs, non Macrinum. CONCIONES tribunorum aduersus nobilium iuuentutem ortas sedauere.) Quid est sedare conciones ortas? Quando vnquam aliàs dixit, Oriri conciones? Quis est qui non videat, aut coitiones, aut contentiones esse legendum? vel repugnantibus antiquis exemplaribus. DEINDE ne ipsi quidē inuiolati erant, vtique postremis mēsibus cùm & per coitiones potentiorum iniuria fieret, &c.) Hic sensus miserè laceratur ab ijs qui eius ignari, verba inscitè dispunxerūt, facilè restituetur in integrum, si ita interpunxeris, Vt vtique postremis mensibus, cum, inuiolati erant, iungas sic: Ne inuiolati quidem erant vtique postremis mēsibus, id est, præsertim postremis mensibus, cui orationi causas subnectit statim duas.

114 LEGATVM alterum P. Sulpitium.) Ser. Sulpitium, vt suprà dixi.

115 CONSVRGIT P. Scaptius de plebe magno natu: Et si licet, inquit, Consules de rep. dicere, errare ego populum in hac causa non patiar.) Inconsequens oratio videatur, si ita legas, neque enim vox subsequitur, quæ illi præcedenti, Etsi, reddatur. Intelligendum est autem orationem incipere à voce, Si licet: Vocem autem Et, esse historici, qui ait: P. Scaptius consurgit, & inquit: Si licet consules, &c. quare ita dispunge, magno natu, &, Si licet, inquit, consules. ANNVM se tertium, & octogesimum agere.) Nescio cur in mentem venerit Glareano probare, tertium, & nonagesimum potius, quàm tertium, & octogesimum: præsertim verò cùm hunc numerum & libri vere res habeant, & diligens annorum summa eum postulet. Nam ab hoc anno, qui est ab Vrbe condita CCCVIII. ad annum CCLXI. quo Corioli capti sunt, numerantur anni XLVII. Quibus si addantur anni XX. quos se antè militasse Scaptius ait, erunt anni LXVII. à quo anno vsque ad annum LXXXIII. numerantur anni XVI. quo anno ætatis tyrociniū de more deposuit Scaptius. Ita vt anno ætatis XVI. militare cœperit, post annos XX. ad Coriolos fue-
☞ rit an. ab V. C. CCLXI. anno verò CCCVIII. hæc loquatur, annos natus LXXXIII. [Glareanus nihil prorsus hoc lo-
» co asserit, sed scrupulum inijcit: Ait autem tandem de lana caprina esse.] CVM ad Coriolo sit bellatum.) Vet. lib. debellatum, quod placet: quia tum Corioli in potestatem populi Romani venerunt.

116 CONTROVERSIAM adiudicaretrem:) Vet. lib. Controuersam.

IN EPITOMEN LIBRI IIII.

LEX de connubio patrum & plebis contentione magna.) Lege ex Vet. lib. à tribunis contentione magna. Tribunorum autem princeps fuit C. Canuleius. PERLATA est à tribunis plebis aliquot annis res populi R. domi, militiæque per hoc genus magistratus administratę sunt.) Veteres libri ita: Perlata est. Tribuni aliquot annos. Est autem locus mancus, cuius hæc erat sententia: Tribuni militum cōsulari potestate creati. Aliquot annos res populi Romani, &c. Rem autem ita habere docet Liuius: Quare stellula addenda est. SP. MELIVS.) Mælius scribe, addita diphthongo ex Capitolinis tabulis, & Græcis monumentis. SERVILIO Hala.) Ahala vbique scribendum est. Documento sunt huius scripturæ libri aliquot manuscripti, lapides Capitolini, & nummi argentei. VOLSCOS & Veientes.) Adde ex Vet. libris, & ex ipso Liuio: Volscos & Veientes, Fidenates & Falisios. EO QVE coloni missi sunt.) Addendum, Noui: Nam Liuius nouos colonos vocat, & alio loco numerum additum colonorum ait: primùm enim deducta colonia est à Romulo rege.

IN LIBRVM IIII.

M. GENVCIVS, & P. Curiatius consules.) Liuius paulò pòst C. Curiatium vocat. Dionysius γάϊον κούριον. Diodorus ἀγείπατον κούριον. Ergo C. Curtius, non P. Curiatius legendum. Accedit etiam Varro, qui lacum Curtium ab hoc consule Curtio dictum esse ait. Verba eius hæc sunt libro 4. de lingua Latina, Cornelius & Luceius scribunt eum locum esse fulguratum, & ex S. C. septum esse, idq; factum esse à Curtio consule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium lacum appellatum. CONFVNDI QVE iura gentium rebantur.) Paulò pòst, Colluuionem gentiū ait: Gentem autem genus, ac gentilitatem intelligit, quam se solos habere patricij ipsi gloriabantur, vt scribit libro 10. Quid autem sit gens, ac familia, quoniam nō idem sunt, verùm magno inter se interuallo disiuncta sunt, contrà atque summi huius memoriæ viri, qui vtroque nomine promiscuè vtuntur, sentire videntur, paucis ostendam. Illud igitur interest, quòd Gens ad Nomen, Familia ad Cognomen refertur. Itaque illa tanquam totū continere videtur, hæc quodammodo partem, exempli causa: Cornelij omnes vnius gentis esse dicuntur, quia vno nomine continentur omnes, at verò partes gentis huius sunt plures, quę ex cognominū varietate distinctæ sunt, eæque familiæ dicuntur. vt Cornelij Dolabellæ, Cornelij Cethegi, Cornelij Scipiones, Cornelij Lentuli: Itemque in cæteris. At verò Cornelij omnes vnius existunt gentis. Itaque rectè Festus lib. 7. Gentem definit, quæ ex multis familijs conficiatur. Quod autem dixi de gente & familia, idem iudicandum est de genere, & stirpe, quorum item alterum ad Nomen, alterum ad Cognomen pertinet. Id autem ita esse ex his scriptorum verbis apparet. Suetonius in Galba, Imagines, inquit, & elogia vniuersi generis exequi longum est, familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. Hoc loco Suetonius genus appellat omnes Sulpicios, familiam verò, Sulpicios Galbas. Liuius libro 38. Scipio Nasica orationem habuit plenam decoribus non communiter Corneliæ gentis, sed propriæ familiæ suæ. Et libro 7. sic loquitur Valerius Coruus: Nou si mihi nouum hoc Corui cognomen dijs auctoribus homines dedistis, Poplicolarum vetustum nostræ familiæ cognomen memoria excesit. Et libro 1. Iulia gens Iulum auctorem nominis sui nuncupat. Et libro 40. Inde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. Rursus apud Suetonium sic loquitur Iulius Cæsar,

ſar,Ab Anco Marcio ſunt Marcij reges,quo nomine fuit mater,à Venere Iulij,cuius gentis familia eſt noſtra & in Auguſto: Gens Octauia à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta, mox à Ser. Tullio inter patricias traducta. Primus ex hac magiſtratum cœpit C.Rufus:is quæſtorius Gnæum, & Caium procreauit, à quibus duplex Octauiorum familia defluxit conditione diuerſa. Et Cicero in Bruto: Funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſeruabant ad vſum,ſi quis eiuſdem generis occidiſſet. Et Liuius libro 9. Duodecim familię Potitiorum fuerunt,cùm gens Potitia tota interijt. Quæ adhuc protuli exempla,ea ſatis valere arbitror ad explicandam vim gentis,generis & familiæ. Nunc de ſtirpe dicam. Loquitur Cicero pro Rabirio ſic: Qua in familia laus aliqua fortè floruerit,hanc ferè qui ſunt eius ſtirpis cupidiſſimè perſequuntur. Et de legibus primo: Hic orti ſtirpe antiquiſſima ſumus. Et in Lælio: Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerunt. Et Suetonius in Claudio: Claudius Cn.Pompeio antiquiſsimę ſtirpis Magni cognomen ademit. Quæ ſi ita ſunt, iam apparet,qui ſit ſenſus loci illius apud Ciceronem lib.de Oratore primo. Quid? qua de re inter Marcellos,& Claudios patricios centumuiri iudicarunt? cùm Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij patricij eiuſdem hominis hęreditate gente ad ſe rediſſe dicerent,nónne in ea cauſa fuit de toto ſtirpis,& gentilitatis iure dicendum? Senſus enim eſt: Claudios patricios gente pugnaſſe,quia ille Claudiorum liberti filius fuit, Marcellos, ſtirpe, quia Marcellorum Claudiorum. Itaque illi generis,hi familiæ iure contendebant. Hinc gentilicia ſacra dicta, quæ erant communia toti genti ac generi. Et Suetonius Cæſarem gentilicijs hæreditatibus multatum ſcribit, id eſt,bonis, quæ gentis Iuliæ antè fuerant. Atque hæc quidem hactenus: Iam verò an aliius ſit Gentis ipſius vſus,infrà alio loco dicemus. ET MENTIO primo ſenſim illata à tribunis.) Lege, A tribuno, cùm ex Vet.lib.auctoritate,tũ quia ſtatim infertur,vt rogationem nouam tribuni promulgarent. Tribunum autem intelligit C.Canuleiũ. VT ROGATIONEM nouem tribuni promulgarent.) Quanquam ſenſus optimus eſt,ſi legatur, Nouem, tamẽ placet magis,Nouam,quę vox eſt in Vet.libris,hoc ſenſu: Mentio illata primo ſenſim à C.Canuleio,vt alterum ex plebe conſulem liceret fieri, eò deinde proceſsit,vt tribuni reliqui nouam rogationem promulgarent,vt promiſcuè cõſules ſeu de plebe,ſeu de patribus poſſent pro populi arbitrio creari. Nouem autẽ ſi legamus, omnes accipiamus tribunos præter C.Furnium,quem excipit Dionyſius.

ET QVEMADMODVM plebs gloriari poſſet,auctiorem, amplioreḿque eſſe.) Vetus lectio. Se auctio- 117
rem. FINEM non poſſe fieri in eadem ciuitate tribunos plebis & patres eſſe.) Quanquam Rhenanus ita legi rit in vetuſtis libris, miror tamen hanc lectionem ei probari potuiſſe. Quid eſt enim hoc loco, Finem fieri nõ poſſe? &c. Locus eſt igitur adhuc deprauatus: Quos ego libros veteres legi,ij ita habent: Finem fieri nõ poſſe. Quamobrem partim ex vulgata,partim ex antiqua lectione legendum puto: Finem ergo non fieri. Nõ poſſe in eadem, &c. Nam ſunt etiam quidam libri,qui habent, Sinere non poſſe. Ex quo conijcio legendum, Finem ergo: præſertim verò cùm ſuprà dixerit Liuius, Finem ergo non fieri, nec futurum vnquam. ILLINE vt impunè.) Tolle, vt,ex Vet.lib.fide. ET CVM hoſtes tantùm non accerſierint, exercitus conſcribi aduerſus hoſtes non patiantur? ſed audeat Canuleius in ſenatu proloqui.) Lege,vt legitur in manuſcriptis libris: Et cùm hoſtium tãtum acceſſerit,exercitus conſcribi aduerſus hoſtes non modò patiantur? ſed audeat Canuleius, & tolle interrogationis notam affixam voci, patiantur. SE PRODITVRVM patriam, oppugnari atque capi paſſurum.) Venuſtior antiqua lectio: Se prodituram patriam, oppugnari atque capi paſſurum.

DEMARATI.) Damarati,vt ſuprà. QVID? hoc ſi polluit nobilitatem iſtam veſtram,quam plerique,&c.) 118
Hunc locum,atque adeò etiam hãc ſententiam vituperat Glareanus,quæ ornatiſsima atque apertiſsima eſt, ſi ita intelligatur: Si connubia plebis contaminant veſtram nobilitatem, nónne poteratis priuatis potius cõſilijs eam ſynceram ſeruare; aut nullam plebeiam ducendo, aut nullam è patribus enubere ſinendo, quàm lege cauere, ne connubia inter plebem,& patres eſſent, quam legem decemuiri tulerunt. [Glareanus non vituperat,ſed ait implicatam eſſe.]

ITAQVE ad bella iſta.) Lege ex Vet.lib. Ita ad bella iſta. SI HÆC impediet aliquis.) Legendum: Sin hæc 119
impediet aliquis. QVOD nemo plebeius auſpicia haberet.) Hoc ait, quòd lege Romuli Regis ſacra ſolis patricijs erãt commiſſa, auctore Dionyſio li.2. ἐνομοθέτει τὰς μὲν δι' παιρείδας ἱερὰ ἔδια τε, καὶ ἀρχειν, καὶ δικάζειν, καὶ πὲ κοινὰ θεῶν τῶν, τὰς δ' ἀλλοφύλους τάττον μὲν ὑποκλύδια τῶν θεραπευμάτων. Et Liuius li.6. Penes quos ſunt auſpicia more maiorum? nẽpè penes patres: nam plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur, nobis adeò propria ſunt auſpicia vt non ſolũ, quos populus creat patricios magiſtratus, aliter, quàm auſpicato creet, ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregẽ prodamus, & priuatim auſpicia habeamus, quæ iſti ne in magiſtratibus quidẽ habẽt.

Apparebat aut hoſtibus, aut ciuibus.) Lege ex Vet.lib. Apparebat autem aut. Quibus indictis extem- 120
plò quicunque aliquid ſeditioſè dixerat aut fecerat, quàm maximè tribunicij & prehenſare homines, & concurſare toto foro candidati cœpere.) Veteres libri, pro, quàm maximè, habent, hunc quàm maximè, ex quo intelligi poteſt legendum eſſe, hinc quàm maximè, id eſt, inter eos, qui ſeditioſè dixerant, aut fecerant quàm maximè tribunicij prenſabant. L.ATILIVS, T.Cæcilius.) Cæcilia gens plebeia fuit: Itaque Cæcilius tribunus militaris patricius eſſe nequit. Dionyſius hunc πίπον κλύσιον σικελὸν vocat. Cognomen Siculi facit, vt mendosè eſſe κλύσιον pro κλείλιον putem. T.autem Clœlium Siculum paulò pòſt commemorat etiam Liuius triumuirũ coloniæ deducendæ, in quibuſdam manuſcriptis libris eſt, T.Celius. C.CVRIATIVS.) C.Curtius, vt antè dictum. Legati ab Ardeatibus Romam venerunt.) Lege ex Vet.lib. ab Ardea.

L.PAPIRIVM Mugilanum.) Ex Capit.lap. L.Papirium Mugillanum: menda eſt fœda apud Dionyſium: ὕπατε 121
τοι μενύκι & παπείκι & μοεγιλλανύ &, pro ὕπατι μὲν λανύ & παπίει &. Admonetæ inuentos.) Vet.lib. Inuenta, vt referatur ad, Nomina conſulum, quæ Prætermiſſa dixit. PVBLICORVM ius, priuatoruḿque locorum, vectigalia.) Lego ex Vet.lib. & vectigalia.

Æquo Cluilio.) Clœlio, vt antè ſæpè dixi de Cluilijs. Et alia parte.) Vet.lib. Ex alia parte. Muro Ar- 122
deæ brachium iniunxerat.) Vet.lib. Immiſerat. VOLSCI exiguam ſpem in armis, alia vndique abſciſſa cùm tentaſſent.) Vox deeſt, quæ eſt in manuſcriptis. Volſci exiguam ſpem in armis ponentes, id eſt: Volſci exigua ſpe in armis poſita, cùm alia tentaſſent, id eſt, an per colloquium res componere poſſent, nec quicquam profeciſſent, hoc eſt enim, Vndique abſciſſa. Vix nuncijs cædis relictis.) Vet.lib. Cladis. Romanus conſul Ardeæ turbatas.) Conſul non eſt in Vet.lib. Qua concordiæ, pacisque.) Vet.lib. Qui, nam ad Quintium refertur.

POSTHVMIVM Ebutium.) Poſtumum Æbutium, hoc loco quidam habent libri, quemadmodum antè 123
docui etiam ſcribendum eſſe. Idem docet Valerius in Prænominib. C.FVRIO Pacilio.) Pacilum eſſe cognomen Furiorum, qui Capitolinos conſules legerit, facilè inuenerit. Quare, Pacilo legendum. Qui præter minimè populare miniſterium agro aſſignando locijs.) Vetus lectio: Per minimè populare, rectè. Hæc enim cauſa eſt, cur plebẽ offenderint, quia minimè populare munus ſuſceperint. M. PAPYRIO Craſſo.) Diodorus Siculus hunc conſulem μάνιον παπίειον vocat. Fuiſſe autem Papirijs familiare prænomen Manij, Dionyſ. oſtendit. qui primum

mum Regem Sacrificulum Manium Papirium nominat lib.5. CAVSA certaminum nequicquam à Petilio quæsita, qui tribunus pl. ea ipsa denunciando factus.) Pœtelio, vt antè, lege. Cùm autem de priore eius tribunatu ne verbum quidem antè fecerit, hoc loco, vt alibi sæpè, tribunum etiam antè fuisse tacitè intelligendum est. Ea verò ipsa, intelligit legem agrariam, & delectus impedimentum.

124 POSTREMO perpulere plebem haud aduersante senatu, vt.) Lege, perpulere plebeij, nam id & sensus postulat, & veteres libri habent. ET NVLLVM momentum annonæ fecisset.) Dele particulam, Et, ex Vet. libris. SP. MELIVS.) Mælius scribe: ex fragmentis Capitolinis, Græcorum libris, & quibusdam etiam manuscriptis Latinis. PLEBEM QVE hoc munere delinitam, quacunque incederet, conspectus, elatusque supra modum hominis priuati secum trahere.) Fœda insidet menda in voce Conspectus. Si quibusdam veteribus libris credimus, in quibus est: Consulis pectus gerens. Error ex compendiosa scriptura natus est: Conſ. pectus, quas voces cùm quidam coniunxisset, tertiam, Gerens, alius vt superuacaneam prætermisit. Est autem consulis pectus gerens, consularem spiritum habens, aut ad consulatum aspirans, qui ipsi à plebe despondetur, vt suprà li. 2. Velut omnes dictaturas consulatusque gerens in voce, ac viribus suis. Et alibi: Tribunatum spirans. Ego tamen, Conspectus etiam probo. CONSVLATVM fauore, ac spe despondentem.) Vet. lib. Consulatum ei fauore. NEC DVM compositis, maturiúsue satis consilijs.) Dura loquutio est: Componere consilia. Itaque sequamur auctoritatem veterum librorum, qui habent: Nec dum compositis rebus, maturisue satis consilijs. HIC MINVCIVS eandem reip. curam agens, quam Melius priuatim agendam susceperat.) Vet. lib. Quam Sp. Mælius.

125 EODEM QVE anno sororis filios regis, & liberos consulis.) Vox, Regis, inducenda est, quia abest à quibusdam Vet. libris, & quia historiæ veritatem peruertit, non enim Collatinus, de quo intelligit, Rex fuit: Intelligit enim Vitellios, Aquilliosque, natos ex duabus sororibus Collatini consulis, & Iunios liberos Bruti consulis, ita, vt consulis, bis accipiendum sit. Cur enim Collatinum regem appellet, quem sequenti versu consulem nominat? VILIBVS farris libris sperasse libertatem ciuium suorum emisse.) In omnibus antiquis libris legitur, Bilibre farris. Quam lectionem immutauit Rhenanus. Est autè optima sententia, si binas libras pro vili pretio ponat, quippe cùm sic etiam locutus sit in VI. Selibris ne farris gratiam seruatori relaturum. Bilibrem autem & Trilibrem, di
☞ ci docet Priscianus de Mensuris. [In alijs legitur bilibra farris: Nam bilibris est adiectiuum, vt apud Martialem,
,, Nullúmue bilibrem. Sed considerandum erat, qua ratione hîc dicatur bilibre farris, quòd si legeretur in ablatiuo
,, bilibri farris, melius fortassè intelligeretur, nec malè bilibra farris: Sed bilibre farris non ita clarè.] ÆQVIMELIVM.) Vet. lib. Æquimælium. L. MINVCIVS boue aurato extra portam Tergeminam est donatus, &c. Hunc Minucium apud quosdam auctores transisse à patribus ad plebem, vndecimumque tribunum pl. cooptatum.) Eadem tradit Plin. lib. 18. cap. 3. Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit, vndecimus plebei tribunus. Qua de causa statua ei extra portam Tergeminam à populo stipe collata statuta est. SED ANTE omnia refellit falsum imaginis titulum.) Imagini domesticę L. Minucij falsò Tribuni plebis nomen affictum fuisse significat ab ijs, qui laudem familiæ ex eo magistratu tituloque quærebant. Sic lib. 8. Vitiatam memoriam falsis imaginum titulis reor, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum, honorumque fallente mendacio trahunt. Sic lib. 3. Ap. Claudium decemuirum virum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros legum latorem, conditoremque Romani iuris.

126 TITINNIVS.) Titinius scribe ex Græcis & manuscriptis Latinis libris, itemque nummis argenteis. HAVD dubij, quin.) Vet. lib. Haud dubia spe, quin. MAMERCVS Æmilius.) Mamerci prænomen tribus literis notatur in lapidibus Capitolinis Mam. Æmilius. C. IVLIVM Tullum, Sp. Nautium.) Horum legatorum meminit etiam Cicero Philip. 9. Tulli Clinij, Sp. Ancij: neque manuscripti libri à vulgatis dissident. Veteres libri Liuiani habent, Cloelium Tullum, Sp. Ancium. Itaque satis mirari non possum, cur antiqua lectio immutata sit, & C. Iulium Tullum, Sp. Nautium, factum sit. Tullus autem in Cloelio prænomẽ est, vt in Tullo Hostilio, & Tullo Attio, Ancia verò gens Romæ fuit, ex qua Ancius Briso tribunus plebis. de quo Cicero in Bruto, ab Anco prænomine deducta. CAVSAM mortis legatis fuisse, rem incredibilem, &c. nec deinde in horrorem versum facinus.) Vet. lib. Ac deinde in errorem versum facinus. Cuius lectionis hic est sensus. Ambiguam regis vocem à Fidenatibus exceptam, mortem attulisse legatis: post autem causam facinoris in errorem esse coniectam. Qui sensus optimus cùm sit, idem admonet reliqua omnia à, Rem incredibilem, ad, Lusus animum, parentheſi esse includenda. L. QVINTIVM.) Quidam, vt dixi, manuscripti libri semper Quinctium habent, vnà cum tabulis Capit. & Diodoro. COLLES QVE inter Fidenas, atque Anienem ceperunt referentes castra.) Non est dubiũ, quin ita intelligendus hic locus sit, Dictator trans Anienem submouit hostes, qui cùm castra referrent, colles inter Fidenas atque Anienem ceperunt. NEC ANTE in campos digressi sunt.) Digressi: loquitur enim de descensu ex collibus in campos, vt & antè dixi, & pòst dicam, nam sæpiùs hoc mendum est apud Liuium. NE LONGINQVAM militiam non paterentur Falisci.) Vet. libri non habent, Non.

128 ROMVLI spolia, quæ prima opima appellata sola ea tempestate erant.) Vox, Prima, redundat, neque enim
☞ tum prima appellari poterant, cùm adhuc secunda non essent relata: abest certè ab antiquis libris. [Primus respi-
,, cit antecedentia non sequentia, vt, Maria primogenitum Christum peperit, nullum postea. Sigonius hîc non sa-
,, tis circumspectus.] PROPE sacrilegium ratus sum, Cossum spoliorum suorum, Cęsarémq; ipsius templi auctorem subtrahere testem. Probo magis antiquam lectionem: Cosso spoliorum suorum Cæsarem ipsius templi auctorem subtrahere testem. Nam quæ dixit, omnia Cæsaris testimonio nituntur. SEPTIMO pòst demùm anno.) Nono, legendum, habita diligenti annorũ omnium ratione: error ex notis manauit, IX. & VII. T. QVINTIO Pœno.) Quinctiorum cognomen est Pennus, non Pœnus: si antiquis & librorum, & lapidum monumentis credimus. NAM etiam illud accedit.) Vet. lib. Nam & illud.

129 DICTATOREM dici A. Seruilium.) Hic in secũda dictatura, quam cepit anno CCCXXXV. & apud Liuium, & in Capitolinis tabulis, Q. Seruilius dicitur. CVIQVE Prisco alij.) Vet. lib. non habent, Que. POSTHVMIVM Ebutium.) Postumum Æbutium, vt antè. CENSORES villam publicam in campo Martio probauerunt, biq́ue primum census populi actus est.) Quærit Glareanus, quid sit, Probauerunt, &, Primum, cùm census in campo Marcio à Ser. Tullio rege primùm sit actus, non ab his censoribus. Respondeo, Probauerunt, ex vetere
☞ Romano more dictum esse, quomodo adhuc in antiquis lapidibus Romæ visitur. [Non dubitat Glareanus ex
,, veteri Romano more dictum esse, Probauerunt, sed explicatum voluit, quod Sigonius non facit.]

L. FABRICIVS C. F. CVR. VIAR.
FACIVNDVM COERAVIT.
Q. LEPI. M. F. M. LOLIVS M. F. COS. PROBAVERVNT. Item,
P. LENTVLVS CN. F. SCIPIO. T. QVINTIVS CRISPINVS VALERIANVS COS.
EX S. C. FACIVNDVM CVRAVERE. IDEM QVE COMPROBAVERE.

Si autem

Si autem census actus est aliàs in campo Martio, at non in villa publica, quæ hoc primùm anno probata est. Qua de re sic Varro lib. 3. de re rust. Villa publica ad remp. administrandam est vtilis, vbi cohortes ad delectum consuli adductæ considant, vbi arma ostendant, id est, vbi censores censu admittant populum. C. FVRIVS Pacilius.) Pacilus, vt dixi.

DEPOSITO suo magistratu, modo aliorum magistratui impositio, sine alteri.) Voces duæ, Fine alteri, sunt 136
in veteribus multis libris, nec videntur necessariæ, neque enim quis ille sit magistratus, apparet. Siquidem deposuit dictaturam, censuræ modum imposuit. Nisi si magisterium equitum intelligere velimus, at in suo, id est, in Dictatura includitur. M. FOLIVS.) Capitolini lapides M. Foslius habent. Quorum auctoritas summa mihi semper visa est. AVT patricios habendos fuisse tribunos plebis.) Vet. lib. Alioquin patricios habendos fuisse tribunos plebi. Quod placet. CN. IVLIVS Mento. Diodorus Διόνιλιον vocat. Itemque in quibusdam Vet. lib. C. Iulius, quod probo: Nam Cnæi prænomen nunquam aliàs in Iulia gente reperi, Caij verò sæpissimè.

QVIA ETSI sæpè victi populi, maiore tamen conatu quàm aliàs vnquam rebellarent.) Vet. lib. Rebellarant. 137
ANTE omnia prauitas consulum, discordiaque inter ipsos.) Longè secus, & melius veteres libri. Ante omnia priuata consulum discordia, quæ inter ipsos erat. SI QVIDEM cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules.) Vet. lib. Cogi aliquando, quod placet. CN. IVLIO.) C. Iulio, vt dixi.

VECTIVS Mesius.) Vtrunque nomen vitiũ continere suspicor, scribendumque Vettius Metius. Est autem 138
Metius prænomen, vt in Fusetio, & Curtio, & alijs. Vettius autem non Vectius scribendum, vt Attius, nõ Actius. Cuius scripturæ extat Mutinæ in monumento marmoreo peruetusto insigne testimonium eiusmodi.

P. VETTIO.
P. FIL. CAM. SABINO
EQ. P. IIII VIR.
AED. POT.
ET MAG. MVN. RAVEN.
CORNELIA MAXIMINA
MARITO INCOMPARABILI
ET SIBI VIVA POSVIT.

Item apud Appianum libro primo ἐφ' ἑκάτερα.

HOSTIVS Lucretius Tricipitinus.) Hostius huic prænomen est. Quare HOSTVS scribendum, quemad- 139
modum etiam antè diximus. SICCITATE eo anno plurimum laboratum est.) Vet. lib. Et siccitate. NOVOS ritus sacrificando, vaticinando inferentibus in domos.) Vet. lib. Nouos ritus sacrificandi vaticinando. Hac de re sic Liuius libro 39. Quoties hoc patrum, maiorumque ætate negotium est magistratibus datum, vt sacra externa fieri vetarent? sacrificulos, vatesque, foro, circo, vrbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent, comburerentque? omnem disciplinam sacrificandi præterquam more Romano abolerent: VTRVM populi iussu indiceretur bellum, an satis esset senatusconsultum.) Placet, vt legatur, senatusconsulto, vt est in antiquis quibusdã libris. VT QVINTIVS consul de bello ad populum ferret.) Quintius habet mendum, non enim hoc anno consul erat, sed priore. In Vet. certè libris multis abest. Quare non dubito quin legendum sit, Vt consules de bello ad populum ferrent. T. QVINTIVS Pennus ex consulatu.) In quibusdam libris aliena manu notatum est super, ex consulatu ter consul, sed temerè. Iam enim non nisi bis consul fuerat. Intelligendum autem anno postquam consul fuit, factum esse tribunum militum consulari potestate, habetque rationem eius anni, quo Quintius periuit, non quo gesit. CVM ibi quoque religio obstaret, ne posset nisi ab consule dici dictator.) Vet. lib. ne non posset. ADEO simul fortuna ciuitatis virtute vera eguit: nihil censoria animaduersio effecit, quominus.) Legendum vt in manuscriptis: vt nihil censoria animaduersio effecerit. AD SPEM prædæ adsciuerunt.) Repone, adsciuerant, ex vet. lib.

PLACVIT. & tanquam.) Vet. libri plerique habent, Et qui tanquam. Suspicor igitur legendum, Itaque tan- 134
quam, vt ex it & qui, fiat Itaque. ROMÆ TERROR ingens erat, accito exercitu ab Veijs, hostibus positis ad Fidenas, eoque ipso ab re malè gesta perculsa castra locantur ante portam Collinam.) Ex his verbis alia luxata sunt, alia temerè inculcata. Germana lectio in veteribus libris reperitur. Accito exercitu ab Veijs, eoque ipso ab re malè gesta perculso castra locantur ante portam Collinam. Neque verò verba illa, Hostib. positis ad Fidenas necessaria sunt, cùm præsertim dixerit: Traiecto Tiberi Veientes Fidenas transtulerunt bellum. VEIENTEM hostem sexies victum.) Quid si legatur, toties, vt in plerisque antiquis libris legitur, præsertim cùm sæpiùs, quàm sexies victi Veientes sint? CVM Etrusci pleni animorum, ac pristini diei meliore occasione, quàm pugna.) Lege vel repugnantibus omnibus testimonijs veteribus ab pristini, vt sit dictum: pleni animorum ab pristini diei occasione meliore, quàm pugna, quo modo dictum est etiam: exercitum perculsum ab malè re gesta, & mœstam ciuitatem ab malè re gesta, & eiusmodi alia multa. QVOD incendio similius, quàm prælio territum cesserat flammis.) Similius dictum videtur, pro verisimilius.

EFFRENO equo.) Vet. lib. Effreni equo. RVINÆ igitur similem stragem eques quacunque pertuse- 135
rat dedit.) Placet magis, Peruasit, quod est in antiquis libris. INFERT pauidos fuga in mediam cædem, obtruncantur in ripis.) Nescio quomodo placet magis prisca quorundam librorum lectio. Residui pauidi fuga in mediam cædem obtruncantur in ripis, & rectè, nam inquit, Veientium maxima pars Tiberim effusi petunt. Fidenatium, qui supersunt ad vrbem Fidenas tendunt. Reliqui cùm pauidi in mediam cædem fugerent, obtruncantur in ripis. CLASSIBVS quoque ad Fidenas pugnatum.) Vet. libri alij, Classi: alij Classe habent. Classi autem pro Classe vsus est etiam Virgil. libro 8. Aduectum Æneam Classi. Prisc. lib. 7. CL. CRASSVS.) Lege Ap. Claudius Crassus: neque enim Liuius prætermittere solet prænomen in ijs nominandis, quorum tunc primùm mentionem faciat: deindè verò alio loco id ipsum afferre, vt infrà, cùm ait: Ap. Claudium filium decemuiri præfectum vrbi relinquunt. SP. NAVTIVS Rutilius.) Lege Rutilus, ex tabulis Capitolinis. T. SERGIVS.) Legendum est L. Sergius. Nam in priore tribunatu, & in tertio, quem cepit anno CCCXXXVII. L. appellatur à Liuio, itemque ab iis, qui Capitolinos tribunatus descripserunt. Accedit quod Diodorus etiam in huius anni magistratibus exponendis Λεύκιον σέρτιον nominat, corruptè tamen pro σέργιον. SEX. IVLIVS Tullus.) Ex Capitolinis lapidibus, itemque ex Dionysio, & Diodoro intelligi apertè potest, Iuliorum cognomen esse Iulum, non Tullum.

GRAVATOS somno, epulisque.) Vet. lib. graues somno, epulisque. AB ROMANIS dissonus, impar, se- 136
gnis, sæpè iteratus, incerto clamore prodidit pauorem animorum.) Suspectam habeo hanc dicendi formam: Clamor dissonus incerto clamore prodidit pauorem. Malimque legi, incerto tenore, vt suprà, Quinque consulatus eodem tenore gesti. Et lib. 8. Fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ.

Cum

137 CVM quo tegumen modo omnis exercitus fuerat, nusquâ viderent.) Malim, vt in vet. libris est: Cum quod tegumen modo, &c.

138 SEX. Tempanium, A. Sellium, & Antistium, & Spurilium fecit.) In duobus posterioribus tribunis puto esse mendum, mouet enim me noua nominandi ratio, quòd Tempanium, de quo ante locutus est, prænomine suo afficiat, ignotos homines Antistium, & Spurilium tuo spoliet. Suspicor autem prænomina horum latere in illis duabus vocibus, Et, Et. Legendumque esse, Sex. Tempanium, A. Sellium, Sex. Antistium, & Sex. Pompilium: Nam Sex. Pompilium hoc anno cum Antistio tribunum post tradit Liuius, cùm inquit: Perentibusque inter aliquot plebeios filio Antistij tribuni plebis, & fratre alterius tribuni Sex. Pompilij. Nostram porrò coniecturam adiuuat etiam Vetus lectio, quæ pro Spurilio, Sex. Polium habet. Errorem inde ortum puto, quòd qui Sex. Pompilium scripturus erat, S. Pompilium scripsit: Inde alius Spurilium. L. PAPYRIVS Mugillanus.) Hic deest nomen quarti tribuni, Is est L. Seruilius Structus: Quem Liuius anno CCCXXXVIII. iterum fuisse tradit, nec tamen apparet quo anno primùm fuerit, nisi hoc anno fuisse dicamus, quo tres tantùm videmus tribunos militum nominari, cùm iam quatuor quotannis cœpissent fieri. Multos autem etiam alios in vulgatis libris desiderari infrà ostendam.

139 PLEBI, patribusque gratior fuit.) Vet. lib. Gratius, vt respondeat voci proximæ, Ingenium, non remotæ, Pietas. CN. FABIO Vibulano.) Numerius, quod prænomen litera N notatur, erat Fabijs familiare, vt ostendi in Prænominibus ex Festi sententia. Hic autem Fabius Numerius dictus est, auctoribus scriptoribus Capitolinis. Nota autem Numerij, N, vbique ferè est per mendum in Cn. conuersa. L. QVINTIVS Cincinnatus tertiùm. Sex. Furius Medullinus iterum.) Legendum est, L. Furius Medullinus iterum. Neque enim aut antè, aut pòst fit mentio Sexti cuiusquam Furij tribuni militum, vt nunc iterùm, aut primùm esse possit. Fauent etiá coniecturæ nostræ libri manuscripti, qui, L. Sex. Furius Medullinus, habent. Sed quoniam tres per hos annos L. Furij Medullini tribunatum ceperunt, de quibus Liuio cum Capitolinis scriptoribus non conuenit, ne quis in errorem inducatur, omnes eos ordine explicabo, vt quisque causam errandi agnoscat, de qua Glareanus desperauit. [Glareanus has nugas non tanti facit, vt propterea desperare velit]

An. 322.	L. Furius Medullinus.
329.	L. Furius Medullinus.
335.	L. Furius Medullinus II. is qui vulgò Sex. dicitur.
348.	L. Furius Medullin. II.
350.	L. Furius Medullin. III.
355.	L. Furius Medullinus.
357.	L. Furius Medullinus III.
358.	L. Furius Medullin. IIII.
360.	L. Furius Medullin. V.
361.	L. Furius Medullin. VI.
364.	L. Furius Medullin. VII.

A. SEMPRONIVS Atratinus.) Glareanus legendum esse docet, L. Papyrius. Mouet eum, quòd Liuius in anno CCCXXXIX. A. Sempronium Atratinum tertiùm, scribit fuisse, cùm tamen, Quartùm, fuerit scribendum, si idem hic nunc esset, Tertiùm. Verùm errat. Nam qui fuit anno CCCX. non est idem cum hoc. Id quod ex sequenti stemmate Atratinorum intelligitur.

A. Sempronius Atratinus COS.
an. 257. & 263.

A. Sempronius Atratinus. Tr. mil. an. 310.	L. Sempronius Atratinus frater Auli. COS. 310. Dionys.
C. Sempronius Atratinus. ex Dionys. patruelis Auli. COS. an. 331. malè re in Volscis gesta damnatus.	A. Sempronius L. F. A. N. Atratinus. Tr. mil. an. 329. 335. 339.

140 PONTIFEX Max. iocis abstinere iussit.) Nomen huius Pont. Maximi fuit Sp. Minucius, vt ait Plut. de vtilitate ex inimico capienda. SP. NAVTIVM. Annus.) Lego Sp. Nautium, & C. Seruilium. Desideratur enim nomen quarti tribuni militum C. Seruilij, qui est in tabulis Capitolinis. NEC tunc bellum parari.) Vet. lib. Nec dum bellum parari. C. SERVILIVM Q. Seruilij Prisci filium.) Lege, C. Seruilium Prisci filium: nam vbi patris cognomẽ illustre est, solet Liuius ferè à cognomine patris filium indicare, vt suprà. T. Quintius Capitolini filius. Item, T. Quintius Cincinnati filius: & infrà Q. Fabius Maximi filius. Huic etiam obseruationi fauet hoc loco Vetus lectio, quæ ita, vt dixi, habet.

141 HALAM Seruilium.) Ex veteribus lapid, nummis, itemq; ex aliquot manuscriptis libris, Ahalam scribendum. CAPTIS Lauicis, ac deinde tribunis militum consulari potestate Agrippa. Veteres plerique libri: Ac deinde tribunis militum consulari potestate creatis Agrippa, &c. ET SP. Rutilio Crasso.) Lege Sp. Veturio, ex Diodoro, qui ἀποδειχνύεται habet, nõ ῥητίλιον, & rectè. Nam Rutilia gens plebeia est: hic patricium tribunum mil. quærimus. Et verò Crassus cognomen Veturiorum, non Rutiliorum. SP. NAVTIO Rutilio. biennium.) Hocitem anno desideratur nomen quarti tribuni mil. Itaque lege Sp. Nautio Rutilio, & Q. Fabio Vibulano. Biennium. Hic enim ab authoribus Capitolinis, & à Diodoro in hunc annũ editur. Intercidit autem, vt alij superiores, librariorum vitio, non Liuij: quod ex eo intelligi potest, quòd Liuius biennio post Q. Fabium Vibulanum iterum tribunatum ait cepisse, cùm tamen, quando primùm ceperit, nũquam tradiderit, nisi hoc anno dicamus. Hæc autem quæstio quantoperè torserit Glareanum, ex scriptis eius intelligi potest. SP. MECILIVS quartùm, & Metilius tertium.) Puto legendum esse, Spurij Mecilius, vt intelligatur ambos eos prænomine Spurij fuisse præditos. PREHENSANTVR à principibus.) Vet. lib. Prensantur.

142 AP. CLAVDIVS nepos eius, qui X. vir legibus scribendis fuit.) Hoc loco nihil eram dicturus, nisi me ad hanc orationem suscipiendam Glareanus impulisset, qui inquit, legẽdum esse: Ap. Claudius filius eius, qui decemuir. Mouetur autem Glareanus, quòd auum suum hic memoret. Ap. Claudium illum, qui primus ex Sabinis venit,

quem

quem abauum fuiſſet dicturus: ſi hic verè nepos decemuiri fuiſſet. Errat autem, quia non intelligit proauum ſæpè impropriè poni, & Ciceronem ad Ap. Pulchrum, cùm ſcriberet, Ap. Claudium Cacum proauum eius vocaſſe, qui ne atauus quidem propriè dici poſſet. Quoniam autem is multos alios Liuij locos in his Claudijs malè habere putat, & ſine ratione, vt vno loco occurram omnibus, Claudiorum gentem hîc vſque ad Ap. Claudium Cæcũ exponam. [Glareanus de proprietate linguæ rectè iudicauit, quod ſi auctor impropriè locutus eſt, nil ad Glareanum: Sed vide hîc ingenium Sigonij, qui cùm maiorem huius Genealogiæ partem ex Glareano habuerit, gratiam ſcilicet rependit conuitiis.] 33

Actius Clauſus.
Qui pòſt Ap. Claudius, ex Sabinis venit: auctor interceſſionis per tribunos pl. COS. an. 259.

- Ap. Claudius Sabinus COS. an. 281.
  - Ap. Claudius Ap. F. Ap. N. Craſsinus Xuir an. 301. 302. 303. mortuus.
    - Ap. Claudius Craſſus Tr. mil. 330. Idemque Xuiri filius & iuuenis à Liuio dicitur.
      - Ap. Claudius Craſſus Sabinus Regillenſis. Tr. mil. 332. Dictat. 393. Idem à Liuio dicitur an. 339. minimus natu ex patrum concilio, & Xuiri nepos. Itemq; in an. 352. & 387.
        - C. Claudius Regillenſis Dictator an. 418.
          - Ap. Claudius C. F. Ap. N. Cæcus, cenſor an. 442. COS. an. 446. 456.
          - Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex. COS. 486. Cæci frater. Gell.
      - P. Claudius Craſſus, de quo nihil accepimus.
        - P. Claudius P. F. Craſſus. COS. an. 406.
- C. Claudius Sabinus Ap. F. Xuiri patruus, COS. an. 292.

DVO BELLA inſequens annus habuiſſet.) Vet. libri aliquot: Duo aſsidua bella. QVINTIVS Cincinnatus, M. Fabius Vibulanus.) Intercidit prænomen Quintij culpa librariorum, neque enim probare poſſum id ipſum à Liuio fuiſſe omiſſum, cùm reliquorum tribunorum prænomina non prætermiſerit. Porrò autem N. Fabius ex tabulis Capitolinis legendum eſt. VOLANIS ſuæ gentis populo.) Quod docui antè de Lauicis: idem dico de Volis. Nam modo Bolas, modo Volas apud auctorem hũc, cæterosq; ſcribi inuenio. Virgilius illud præterea affert, quod ſingulari numero hoc nomen prodidit, cùm dixit: Coramq; Bolamq;. Fuerunt autem oppida duo non admodum, vt videtur inter ſe diſtantia Bolæ & Bouillæ, quibus in nominandis mirum in modum deprauati Græcorum libri ſunt, vt Dionyſij & Plutarchi. Vterque enim eorũ in bello Coriolani explicando, duo ab eo oppida Latinorũ euerſa ſcribit, quorum prius βωλανῶν πόλιν, alterum βῶλας vocant, non longè à Lauicis, & ipſi capti ab eo ſunt. Eſt autem mendum in voce βῶλας, pro βοΐλλας: Siquidem Stephanus ait, βοΐλλαι oppidum Latinorum. Gentile nomen eſt, βοϊλλανὸς, vt tradit Dionyſ. libro 8. Romanæ antiquitatis. Quod ipſum in eo libro nõ eſt, niſi βοΐλλας non ΒῶλαςΒῶλας legamus. Idem mendum eſt etiam lib. 5. vbi populos nominat Latinos, qui in populum R. coniurauerant, inquit enim ἀφικνοῦν, βοιαλανῶν, pro βοϊλλανῶν. Quod ex Floro intelligi poteſt, qui in eius belli expoſitione ait, De Bouillis etiam triumphatum. Eandem vicinitatem agnoſcit etiam Cicero pro Plancio; cùm ait: Lauicana, aut Bouillana vicinitas. De Bola autem ſic Stephan. βῶλα πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, βωλανὸς. VOLIS in ſequente anno receptis Æqui, coloniaq́ue eò deducta, nouis viribus oppidum firmarunt.) Vox, Æqui, non ſuum videtur tenere locum, ſi pleriſque manuſcriptis libris credimus, verùm hoc ordine legẽda: Volis in ſequẽte anno receptis, coloniaq; eo deducta Æqui nouis, &c. M. POSTHVMIO Regillenſi.) Capitolina monumẽta vnà cum veteribus libris P. Poſtumio edunt. Prauæ mentis homini, quàm tum victoriæ magis, quàm bellum oſtendit.) Vet. lib. Quam tum, diuiſis vocibus habent.

Incipite deinde mirari.) Venuſtior antiqua lectio: Incipite demùm mirari. P. SEXTIVS.) P. Seſtitius le- 143
gendum: eſt enim patricius, Sextij autem plebei, vt diximus. Iacere tam diu irritas actiones, quæ de ſuis commodis ferrentur.) Placet magis vox, ſanctiones, quæ reprobata eſt à Rhenano: dictum eſt enim ferè ſanctionem, vt legem non actionem.

Quos vi teneret pertinacem nobilitatem eſſe. Placet etiam magis huius loci priſca lectio: Quos vt tene- 144
ret. Oppidum reliquerunt.) Lege, reliquerant, ex Vet. lib. C. FVRIO Pacilio.) Pacilo, vt dixi. M. PAPIRIO Atratino, C. Nautio Rutilio conſulibus.) Legendum eſt, M. Papirio, C. Nautio Rutilo. Diodorus enim in hunc annum μάρκον παπίριον: Caſsiodorus M. Papirium edit. Quod autem cognomen Atratino delendum ſit, intelligi poteſt partim ex eo, quòd Atratinus non Papiriorum, ſed Semproniorum cognomen eſt: partim ex eo, quod in veteribus libris P. Atratinus pro M. Papirio legitur, vitioſè. fuit autem hæc cauſa vitij. Qui enim M. Papirius erat ſcripturus, M. Patratinus ſcripſit, quomodo apud Dionyſium eſt etiam παπείκιος, pro παπίριος: Quem errorem cùm alij tollere vellent, M. P. Atratinus ſcripſerunt: Ne autem duo prænomina vni tribuerẽtur, demùm P. Atratinus manſit. Fuiſſe autem huius conſulis cognomen Mugillanum, non Atratinum, oſtendit etiam tabula quædam antiqua, in qua bini conſules in ſingulos annos ſuis tantis cognominibus nominati ſunt: cuius ſæpè teſtimonium profert Cuſpinianus. Ea enim ita hos conſules edit, MVGILLANO, & RVTILIO, Quorum illud eſt Papirij, hoc Nautij conſulis, M. autem Papirius Mugillanus antè trib. mil. fuit. Cùm in legationes non plus ſingulis ſenatoribus inuenientes, coacti ſunt binos equites adijcere.) Veteres aliquot libri, non plus ſingulis ſenatoribus miſsis inuenientes, rectè: nam paulò antè dixit, Dimiſsis circa omnes populos legatis. M. ÆMYLIO, C. Valerio.) Scribe M' Æmilio, ex Capitolinis tabulis, & Diodoro, qui μάνιον αἰμίλιον nominat. M. MENENIVS tribunus pl.) Scribe M. Mænius. Gens enim Menenia patricia eſt, Mænia plebeia. Infrà autem apertius oſtendam pro Mænio Menenium in plebeio Dictatore eſſe mendoſè. Hæc cùm ita emendaſſem, inſpexi librum etiam veterem ita habentem. Arcem Caruentanam.) Steph. καρυέντ⊙ πόλις λατίνων. τὸ ἐθνικὸν καρυεντῖνος. Detrectantibus militiam inhibenti.) Pro inhibenti, quidam libri habent ferenti, & rectè. Verba autem ſic ordinantur: Nouem tribuni ex collegij ſententia pronunciauerunt ſe auxilio futuros aduerſus interceſsionem collegæ C. Valerio conſuli damnum aliamque coërcitionem ferenti detrectantibus delectus cauſa militiam.

145 Vni patricio C.Fabio Ambusto.)Ex Capitolino huius tribunatu N. Fabio est scribendum. Auctores fuisse tam liberi populo suffragij Icilios accipio,&c. hi multarũ magnarumque rerum.)Aut oratio inconsequens est,aut tollenda est vox,Hi,quæ non est in quibusdam libris. Pro ingenti itaque victoria id plebi fuit, quæsturamque non honoris ipsius finem æstimabant.)Melior antiqua lectio,Quæsturam namque non honoris. Neue quis reficeretur in annum tribunus pl.) Vet. aliquot. lib. reficeretur in annum sequentem. Consules ambo.)Vet.libri quidam,Cæterum consulum ambo.

146 Verruginem in Volscis eodem exercitu receptam.) Verrugo Volscorum,arx Caruentana Æquorum fuit. Cęterùm non apparet,quando amissa Verrugo sit,cùm tamen receptam esse eam hoc anno scribat. Valerius Maximus C.Sempronium consulem malè rem gessisse in Volscis apud Verruginem, scribit, de qua clade etiam loquitur suprà Liuius. C.IVLIVS Tullus.)Iulius Iulus,vt dixi. CN.CORNELIVS Cossus.)Libri omnes veteres,præterea Diodorus P.Cornelium edunt,non Cn.Cornelium. Tædio sordium in quibusdam insignium populum à plebeijs auertissent.)Alij libri ita habent,alij pro insignium,habent inscium:Ego autem vtranq; vocem retinendam esse puto,vt legatur, Tædio sordium in quibusdam insignium inscium populum à plebeijs auertissent. Et si maneat in sententia senatus, dictatorem nocte proxima dicturum, ac si quis intercedat, senatusconsulti auctoritate se fore contentum.)Nescio an locus alius aut pulchrior sit,aut obscurior,cuius quę sit ☞ sententia,iure se ignorare Glareanus profitetur. [Glareanus fatendo ingenuè quod ignorabat,benè fecit,ac Si-
» gonio cogitandi occasionem dedit,quare humanius cum eo agendum erat.] Quis enim sensus ex tam mẽdosis & malè interpunctis verbis elici posset? Sic igitur lege: At si quis intercedat senatusconsulto, auctoritate se fore cõtentum. Particulam At,habent veteres libri: Reliqua Romani moris obseruatione sunt comparata: Nam inter senatus consultum,& senatus auctoritatem,illud interesse comperio, quòd consultum decretum sit ratum magis,quàm auctoritas. Nam si fortè senatores omnes, qui vocati erant,non conueniissent,habebatur senatus ille quidem,& quod decretum erat scribebatur,at scitum tamen id pro imperfecto,nec rato habebatur, verùm auctoritas scribebatur tantummodo,vt senatorum voluntas,atque iudicium de re extaret. Quoties autem nec legitimo in loco,nec die idoneo,nec edicto legitimo,sed ambitiosè conuocatus senatus esset, aut tribunus pl. interdixisset,tum verò consultum senatus non poterat fieri,sed ea auctoritas dicebatur. Quæ verò dico,ea ex Dionis sententia dico,lib.55. εἰ δέ ἓν ποτὲ ἐκ συλλυχίας πνὸς μὴ συλλεχθέντων, ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει ἐβουλεύοντο μέν, καὶ ἤνεγκάμην συνεχρέφετο, ἐψηφίζετο μέν τι καὶ τῶν κεκυρωμένων ἐλάμβανεν, ἀλλ' ἀνικτώ εἰτας ἐγίγνετο ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα ἦ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δωάμις τῆ ὀνόμαλ@ δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὸ ἀυτὸ καθίσταξ' δωάτον ὄξιν. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἔνιοτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομικῶ ἀθροίγ'λμαλος γὰρ συνεδρίε ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιοθίντων τινῶν δημάρχων. τὸ μὲν δόγμα οὐκ' ἠδυνήθη γδιέδοθαι, τῷ γνώμῳ σφῶν οὐκ' ἐπομένον ἀποκρυφθῆναι. ἐνομίζετο καὶ αὐλὴ μὴ ταῦτα ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτεια ἐπηγάγετο, καὶ ἡ δλίκλησις τῆ δόγματ@ ἐτεφέρετο. Hic idem mos explicatur etiam in epistola Cœlij. Quod M. Marcellus V.F. de prouincijs, D.E.R. I. C. Senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi moram afferre oportere, quo minus de rep. quàm primùm ad senatum referri, S.Q.C. fieri possit. Qui impedierint eum senatum existimare contra remp. fecisse: Si quis huic S.C. interfuerit, senatui placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum populumque referri. De senatus autem consulto faciendo, idem ita: Senatusconsultum factum est, auctoritatesque perscriptæ prid. K. Octo. in æde Apollinis, scribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus. Q. Cæcilius Q.F. Merellus Pius Scipio, &c. Et ad Lentulum Cicero lib. 1. De his rebus senatus auctoritas gratissima interfuerat, cui cùm Cato & Caninius interfuissent, tamen est perscripta. Hinc legimus etiam apud Liuium, dictatorem modò factum, ex senatusconsulto, modò ex auctoritate senatus, cùm tamen non sit idem. His verbis satis & Liuij locum emendatum, & quid sit senatus cùm auctoritas, tum consultum, declaratum puto. Felicitate, quàm gloria maior in vrbẽ redijt.) Vet. lib. Felicitate, quàm gloria maiore, Quæ locutio venusta est, & bonis scriptoribus vsitata.

147 CN.FABIVS Vibulanus.)Lege N.Fabius Vibulanus ex monumentis Capitolinis, & ex Diodoro, qui νεμέειον φέβιον edit. In senatu magis, quàm tribunis.) Vet. lib. quàm in tribunis. C.FABIO Ambusto.) Scribe item N.Fabio Ambusto, sequutus & marmora Capitolina, & Diodorum. Vixerunt autem hoc tempore duo Numerij Fabij, alter Vibulanus Q.F. alter Ambustus M.F. Quod vt omnes ita esse intelligant, Fabiorum stemma subiungam, ex Liuij, Dionysij, Diodori, auctorumque Capitolinorum sententia, vsque ad Q.Fabium Maximum Rullianum,



LARS Tolumnius.)Lar Tolumnius eſt in veteribus libris, atque ita ſcribendum eſſe ex Cariſij, Priſciani & Seruij nobilium Grammaticorum auctoritate docui, in Prænominibus. Prehenſantesque veteranos.) Vet. lib. Prenſantesque. Profertur tempus ferundæ legis, quàm ſi ſubiecta inuidiæ eſſet, antiquari apparebat.) Legem intelligit, non de conſule ex plebe creando, quæ poſt tribunos mil. creatos refixit, relataque poſtea eſt à L. Sextio, & C. Licinio tribunis pl. verùm legem de bello Veientibus indicendo.

Additum deinde omnium maximè tempeſtiuo principum in multitudinem munere.) Ita legendum putauit Rhenanus, cùm antea legeretur: Additum deinde omnium maximè tempeſtiuè præciputum in multitudinem munus. Quæ vtraque lectio non ſatis probatur: probatur autem ea, quæ eſt in libris veteribus; quos ipſe inſpexi. Additum deinde omnium maximè tempeſtiuè principum in multitudinem munerum. Principium autè donandæ multitudinis ſtipendium fuiſſe ait tum primùm de publico militibus datum. Cum commoditas iuuaret rem familiarem, ſaltem acquieſcere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipub. eſſet.) Sus ſpectum habet verbum, Acquieſcere, Glareanus, quaſi verò non lib. 5. ita locutus ſit Liuius: Vt feſſa diutino bello acquieſceret ciuitas, id eſt, quieſceret. [Quid dicis Sigoni? Non exponit etiam Glareanus acquieſcere pro quieſcere? Imò verò facit.] Neque id etiam ſi cæteri ferant, paſſuros eos.) Vet. lib. Neque enim id. Quod placet. C. IVLIVS Tullus.) Iulius Iulus, vt dixi. A. MANILIVS.) A. Manlius ex tribunatu huius Capitolino: præterea Manilij plebeij, hîc patricium quærimus. Item Aulus prænomen eſt Manliorum, non Maniliorum. M. ÆMYLIVS Mamercus.) M'. Æmilius Mamercinus ex tribunatu huius Capitolino. M. SERGIVM Fidenatem.) Scribe M'. Sergium, ex tribunatu eius Capitol. & ex Diodoro, qui μάνιον σέργιον hunc vocat: præterea ex veteribus libris, qui Manlium Sergium habent. Fuiſſe autem Sergiorum prænomen Manium, argentei nummi indicant, qui multi cùm apud alios, tùm apud clariſsimum patrem tuum ſunt, cum his literis. M. SERGI. SILVS. C. FABIVM Ambuſtum.) Diodorus hunc κόϊντον φάβιον vocat, id eſt, Cæſonem Fabium, itemq; Capitolini ſcriptores, apud quos eſt hoc anno K. Fabius. Quare ita legendum eſt.

SERVIVS Romanus vocitatus.) Vet. lib. Seruus. Sed eam reges Romani deleuêre.) Vet. lib. Diuere: vt lib. 7. Reſtitutáque vrbs quam Latini diuerant. 149

IN EPITOMEN LIBRI V.

CVM inundatio in lacu Albano facta eſſet.) Vet. lib. Ex lacu Albano. Ab hoſtibus captus eſt.) Vet. lib. De hoſtibus, præclarè: erat enim vates ille vnus ex hoſtibus. Cum alter ex cenſoribus Iulius deceſsiſſet. (Vet. lib. C. Iulius, itemque Liuius. L. APVLEIO.) Appuleius duobus pp, ſcribi debet, ſi ſequimur nummos argenteos, & lapides Capitolinos. Ad Alliam.) Aliam ſcribendum vno l, & Dies Alienſis. Hanc enim habent ſcripturam plerique veteres libri, item Græci ſcriptores: περὶ ἀλλίαν ποταμὸν, & ἀλιάδια ἡμέραν, vt Plutarchus. Seruius etiam in 7. Æneidos docet à poëtis Alliam duob. ll, dici, metri cauſa, vt Relliquias. In quod ſe iuuenes contulerant.) Vet. lib. In quod ſe iuuentus contulerat. Inter pendendum aurum.) Vet. lib. Inter ipſum colloquium, quo de pacis conditionibus agebatur. Ædes Loquutio facta.) Liuiani libri veteres Alloquutio habent. Hîc Deum Gellius lib. 16. cap. 17. Aium vocat. Cicero de Diuin. Aium loquentem. ex quo ego ſuſpicatus ſum Aio loquuto & hîc, & apud Liuium eſſe legendum. Verba Ciceronis ſunt hæc, li. 2. At paulò pòſt audita vox eſt monentis, vt prouiderent ne à Gallis Roma caperetur, ex eo Aio loquenti aram in noua via conſecratam, quid ergo? Aius iſte loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur, & ex eo nomen inuenit; poſteaquam & ſedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Plutarchus in Camillo φήμιον καὶ κλήδονα vertit.

IN LIBRVM V.

M. ÆMYLIVS Mamercus iterum.) Lege M'. Æmilius Mamercinus iterum: ſic enim ſcriptum eſt in primo & tertio huius tribunatu Capitolino, & apud Diodorum. M. Iulius Tullus.) Scriptores Capitolinorum tribunatuum L. Iulium Iulum vocant. Diodorus item λέκιον ἰούλιον ἰόλλον. M. FVRIVS Camillus. M. Poſthumius Albinus.) Nemo eſt, qui non M. Furium Camillum tribunum militum hunc eſſe putet, qui pòſt Dictator Gallos vrbe expulit. Ita eos ſentire, argumento eſt, quòd & tertium, & ſeptimum tribunum hunc poſthàc contra auctoritatem veterum librorum ſcripſere, hunc annum numerantes. Errare autem eos oſtendam, ſi prius tribunatus Camilli, prout in vulgatis habent libris, appoſuero.

An. 352. M. Furius Camillus cum M. Poſtumio Albino vnus ex octo.
354. M. Furius Camillus iterum.
357. M. Furius Camillus tertium.
361. M. Furius Camillus, ſine nota numeri, Faliſcos vicit.
370. M. Furius Camillus, ſine nota numeri, Sutrium recepit.
372. M. Furius Camillus quintum.
375. M. Furius Camillus ſeptimum.

Quæ, malum, eſt iſta emendatorum inſcitia, qui, ſi ſeptem tribunatus Camilli numerarunt, non anno CCCLXXII. ſextum correxerint, pro quintum? Itaque quoniam Camillus in libris veteribus inuenitur eſſe tribu. mil. an. CCCLVII. iterum, nõ tertium, & CCCLXXV. ſextum, non ſeptimum: quoniam item Plutarchus, CCCLVII. cum Capenatibus eum pugnaſſe tribunum mil. τὸ δεύτερον, ἢ τὸ τρίτον ait, quo anno vterque prodigiũ Albani lacus exponit. & an. CCCLXXV. eundem Camillum ſextum tribunatum geſsiſſe narrat, non ſeptimum: quo anno L. Furium collegam infeſtum habuiſſe vterque tradit. præterea verò quoniam inter Capitolinos huius anni tribunos non M. Furius Camillus numeratur, ſed M. Furius Fuſus. Camillus autem cum M. Poſtumio Albino cenſuram hoc anno geſsiſſe ſcribitur, propterea non videtur eſſe dubitandum, quin principium tribunatuum Camilli non ab hoc anno, ſed ab anno CCCLIIII. ducamus, quo anno apertè apparet, inſignem illum Camillum in magiſtratu fuiſſe, hoc autem anno non illum, ſed alium M. Camillum minus ſtrenuum tribunatum geſsiſſe dicamus, quippe qui nihil in magiſtratu geſsiſſe tradatur. Quare ita diſpone & corrige:

An. 352. M. Furius Camillus alius à Dictatore.
354. M. Furius Camillus, qui pòſt Dictat.
357. M. Furius Camillus II.
361. M. Furius Camillus, ſine nota numeri.
370. M. Furius Camillus, ſine nota numeri.
372. M. Furius Camillus V.
375. M. Furius Camillus VI.

Alijs frons in Etruriam ſpectans.) Glareanus notat hunc locum, vt vitioſum, ſine cauſa: Nihil enim habet
☞ mendi, quanquam obſcuritatis non parum. [Glareanus non dicit locum vitioſum, ſed mutatum dicendi ge-
» nus, id quod verum eſt, nec mendi vllam facit mentionem: Imò Sigonius hîc fatetur obſcuritatis non parum hu-
» ic adeſſe loco.] Romanis, inquit, cùm ad Veios caſtra haberent, etſi nunciabatur quietæ res ex Etruria, ita vt ſub-
ſidio eos ab Etruſcis adiutum iri non timerent, tamen muniebant ita, vt vna munimenti fronte Veientium eru-
ptionem ex vrbe impedirent, altera auxilijs, ſi qua ab Etruſcis fortè venirent, aditum obſtruerent, ſic enim pòſt
Appius loquitur: Munitiones non in vrbem modò, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia veniãt,
oppoſuere. Ergo rectè ait. ancipitia munimenta erant, alia erant in vrbem verſa, alijs frons ſpectans in Etruriam
opponebatur auxilijs, ſi qua fortè inde venirent.

150 Sub pellibus durare ne hyemis quidem ſpatio, quæ omnium bellorum terra mariq́ue ſit quies, arma depo-
nentem.) Liuius libro 37. Aut ſub pellibus habendos milites eſſe, aut ſi concedere in hyberna vellent, differen-
dum eſſe in æſtatem bellum. Et Cicero in Lucullo: Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus ocij relinquã-
tur. His hybernacula, vel tabernacula pellibus contecta ſignificantur. Siquidem tecta caſtrenſia Tabernacula
vocantur, licet tentorijs, aut pellibus contegantur aut fiant. Vnde contubernales vocati ſunt, auctore Feſto. Ex
hoc loco Hyberna, & hybernacula inter ſe differre, & quid differant, intelligitur. Quam diſſoluendæ ma-
ximè tribuniciæ poteſtati rentur eſſe.) In vetuſtis pleriſque libris legitur, poteſtatis, in caſu gignendi, non po-
teſtati. Quam lectionem probat Rhenanus, non intelligens vſitatam hanc locutionem hiſtoricis eſſe, vt dicant:
Eſſe alicuius rei faciendæ, pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur Liuius libro 3. Quod vnum exæ-
quandæ libertatis eſſet. Et libro 39. Nihil æquè diſſoluendæ religionis eſſe. Et Saluſtius in concione Lepidi: Et
omnia retinendæ dominationis honeſta æſtimet. Et Liuius libro 27. Ea prodendi imperij Romani, tradendæ
Annibali victoriæ eſſe. Ergo poteſtatis retinendum. Siue illud pro plebe, ſeu contra plebem eſt.) Vet. lib. ſiue
contra.

151 Nos tanquam cum ciuibus agere volumus.) Vet. lib. At nos tanquam cum. Adeo quicquid tribunus
plebis loquitur, & ſi prodendæ patriæ, diſſoluendæq́ue reip. eſt, aſſueſtis audire, & dulcedine poteſtatis eius capti
quæ liber ſub ea ſcelera latere ſinitis.) Veteres libri alij habent, aſſueſtis qui audire, & dulcedine. Alij aſſueſtis quip
pe audire, dulcedine. Ex quo intellexi legendũ eſſe, aſſueſtis audire, quippe dulcedine poteſtatis eius capti. Quod
enim dixit: Et ſi prodendæ patriæ, pro quamuis accipiendum eſt. Et equis certus numerus æris eſt aſſigna-
tus.) Vet. lib. Equiti. C. SERVILIVM Halam.) Ahalam, vt dixi. M. SERGIVM iterum.) M'. Sergium ite-
rum, vt ſuprà. Q. SERVILIVM, P. Virginium.) Veteres libri aliquot habent, P. L. Virginium. Diodorus λεύκι-
ον παργίνιον. Ex quo L. Virginium puto legendum, præſertim verò, cùm nuſquam aliàs Publij prænomen in Virgi
nia gente reperiatur, Lucij autem frequentiſſimè. Accedit, quòd ſequenti anno inquit Liuius: Fortunasque L.
Virginij, ac M'. Sergij ſit execratus, cùm de hoc loquatur.

154 Nec ſuis munimentis arcere iam vim.) Vox, iam, non eſt neque in ijs, quos ego legi libris, neque in ijs, quos
ſe legiſſe Rhenanus profitetur. Vtquoſque ſtudium, aut gratia occupauerunt, adſunt.) Vet. lib. Occupaue-
rat. M. FVRIO Camillo iterum.) Tolle vocem, iterum: nam, vt dixi antè, hic eſt primus tribunatus Ca-
milli Dictatoris. M. ÆMILIO Mamerco tertium.) Lege, M'. Æmilio Mamercino tertium, ex tertio huius
tribunatu Capitolino. C. FABIO Ambuſto.) Diodorus κάισονα φάβιον. Capitolini auctores K. Fabium ſcri-
bunt. Eos igitur ſequuti K. Fabio Ambuſto corrigimus. L. IVLIO Tullo.) L. Iulio Iulo, ex Capitolinis la-
pidibus. Romæ ſimul delectu, ſimul tributo conferendo laboratum eſt.) Lege ex Vet. lib. Simul de dele-
ctu.

155 Vnum bellum annum iam tertium trahi.) Annum quintum emendandum eſſet cenſet Glareanus, quia
quinto ante anno Veij obſideri cœpti ſint. Non intelligit autem, tribunos plebis quorum hęc oratio eſt, non ha-
bere rationem eius anni, verùm anni antè tertij quo primùm Veiorum obſidendorum cauſâ hybernacula facta
ſunt, quod plebs indigniſſimè tulit. Itaque ab eo anno trahi bellum inquiunt. Poſtquam obtineri non pote-
rat, tamen labefactandæ legis tribuniciæ cauſa effectum eſt.) Vet. lib. Tum labefactandæ. Tribuni pl. C. La
cerius.) Plerique libri habent C. Lacerius: aliquot etiam C. Lucretius. Lucretios autem conſtat & patricios, & ple
beios fuiſſe. Is quod petiſſent patres.) Pendet oratio à Vociferans, vſque ad Arguere: eſt autem Vociferans
arguebat. Tamen tribunos militum expugnaſſe.) Veteres libri: Tum tamen tribunos militum. P. CV
RIATIVS.) Vet. lib. omnes, Curatius. Fuit autem Curatia gens & patricia & plebeia. Itaque & hic & alius P. Cura-
tius, Naſica & Bruto conſulibus tribuni pl. fuerunt. Epit. lib. 55. Compacto eam rem, & communi fraude
patriciorum actam.) Aliquot libri, Conſpecto. Alij, quibus allentior, ex compoſito habent, pro compacto, ſic in-
frà: Clariſſimis viris ex compoſito præparatis ad petendum.

156 L. VIRGINII, ac M. Sergij.) M'. Sergij, vt dixi. Minimè conuenire, quibus iratos quiſque deos pre-
catus ſit, in ijs ſua poteſtate, cùm liceat & oporteat, non vti.) Veteres libri habent, Summa poteſtate, atque ita ſi-
ne dubio legendum eſt. M. ÆMILIVS, & Q. Fabius.) Lege, M'. Æmilius, & K. Fabius. Hic eſt enim qui in
comitijs huius anni deſcribendis à Liuio C. Fabius vulgò dictus eſt, itaque ſatis mirari non poſſum, cur hos locos
emendatores iſti non concordarint. Nos autem ſuprà huius correctionis rationem reddidimus. P. MAN-
LIVS, & P. Titinius, P. Melius, L. Furius Medullinus, L. Popilius Volſcus.) Nomina horum tribunorum plera-
que vitioſè habent. Quod ex Diodoro, & ex Capitolinis tribunatibus intelligi poteſt. Nam veteres libri nulla in
re alia diſſentiunt à vulgatis, niſi quod quidam habent P. Manlius, P. Titinius, ſine particula, Et, quod etiam pla
cet. Diodorus autem ita habet: πόπλιος μαίλιος, μάνιος ποπόεις, φόσιος λεύκιος, ἕτεροι τρεῖς. in ſectundo horum tri-
bunatu: λεύκιος τιτίνιος, πόπλιος λικίνιος, πόπλιος μαίλιος, κοίντος μαίνιος, γναῖος ῥούκιος, λεύκιος ἀτίλιος. Ergo le-
gendum eſt P. Mænius, L. Titinius, P. Mælius, L. Furius Medullinus. Cùm autem Diodori liber μαίνιον, modò
ποπόεϊον, modo κοίντον nominet, nos tamen P. retinendum eſſe putamus, quòd prænomen Mæniis familiare eſſe re-
perimus. Porrò autem L. Publilius non Popilius legendum eſt: Quod & tribunus eius Capitolinus oſtendit,
& Vulſci cognomen, quod Publiliorum eſt, non Popilliorum. Cùm autem Liuius dicat vno P. Licinio excepto,
reliquos ex his tribunos militum patricios eſſe, Titinium etiam, & Mænium, & Mælium, & Publilium patricios
eſſe intelligamus neceſſe eſt, cùm tamen nuſquam aliàs patricios eos eſſe appareat. Alij Cn. Cornelij fra-
tris.) P. Licinius ex plebe vir, nõ erat frater Cn. Cornelij patricij ex eadem matre, quòd eadem nupſiſſet primùm
plebeio, pòſt patricio poſt communicata plebis & patrum connubia, vt tradit Glareanus. Qui enim potuit P. Li-
cinius iam extrema ſenectute vir ex eadem matre naſci, quo Cn. Cornelius, poſtquam plebi patriciorum ſunt
impertita connubia, cùm hoc niſi annos antè XLV. conceſſum ſit. Verùm frater erat P. Licinij Cn. Cornelius, ita
vt ex iiſdem parentibus natus eſſet ille quidem, ſed in Corneliam gentem eſſet adoptatus, adeò vt modò Cn.
Cornelius Coſſus, modò Licinius Coſſus diceretur, perinde atque M. Brutus M. etiam Brutus Cæpio dicebatur,

quod

quòd à Cæpione adoptatus esset. Hoc autẽ ita esse, ex Plutarcho didici, qui in Camillo legatos tres Delphos missos ait, Licinium Cossum, Valerium Potitum, & Fabium Ambustum, eosdem propè qui collegæ etiam in tribunatu mil. fuisse à Liuio traduntur. P. LICINIVS, vt cœperat, haud tumultuosè magistratum maiore gaudio plebis, quàm indignatione patrum, ita etiam gessit.) Ceperat, à Capio, non à Cœpi legendum est: & ceperat haud tumultuosè magistratum, scribendum est sublato commate. L. TITINIVM, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium.) Hoc anno M. Veturium patricium reliquos ex plebe tribunos militum creatos esse scribit Liuius, L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium. Pro his autem nominibus in omnibus vetustis libris hæc inuenio: M. Veturius, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Attilius. Itemque apud Diodorum: γναῖ@ ϱυύκι@, λεύκι@ ἀπίλι@, μαάρκ@ πομπώνι@, γάϊ@ δυίλι@, μαάρ@ ϑετύει@, ϐολέρ@ ποπλίλι@. Quapropter ego satis mirari non possum, cur hic locus contra auctoritatem omnium monumentorum sit vitiatus, & alij tribuni sint inuecti, qui nunquam fuerunt. Sequamur igitur antiquam lectionem, vulgatam autem, in qua ne omnium quidem tribunorum nomina exprimuntur reijciamus. De Volerone Publilio extat etiam fragmenti Capitolini testimonium. Porrò autem Atilios vno t, scribi oportere docent & veteres libri, & Græci scriptores, & Capitolini lapides, & etymologia vocis. Ab Atijs enim orti sunt. Atij autem ab Ati. Vnde Virgilius: Alter Atis, genus vnde Atij duxere Latini.

M. FVRIVM Camillum tertium.) Vet. lib. Iterùm. Plutarchus etiam hoc anno, quo lacus Albanus inundauit 157
agros, Camillum fuisse τὸ δεύτερον ait, vt suprà ostendi. Prodigia interim multa nunciari.) Plerique libri veteres, Nunciata.

L. IVLIVS Tullus.) Iulus, vt antè. A. MANLIVS.) A. Manlius, ex Capitolinis tribunatibus. Magi- 158
stratum inierunt.) Ineunt. Vet. lib. Cætera bella, maximeque Veiens incerti exitus erant.) Vet. lib. In cætera bella.

P. LICINIVM Caluum prærogatiua tribunum militum non petentem creant. Vet. libri habent, Tribunum 159
militum consulari potestate non petentem. Cæterùm prærogatiuæ, non prærogatiua legẽdum est: Nam quę primæ tribus suffragium inibant, prærogatiuæ dicebantur, quòd primæ rogarentur, quos vellent consules fieri, secundæ iure vocatæ, quòd in his sequente populo, vt sæpè contigit, prærogatiuarum voluntatem, iure omnia cõplerentur, vt scribit Pædianus in secundam Verrinam, sic lib. 10. Eumque prærogatiuæ, & primo vocatæ omnes centuriæ consulem dicebant. Erat autem vna iuniorum prærogatiua, altera seniorum. Quod ex alijs locis intelligi potest. Prærogatiuæ autem sorte educebantur. Omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni refigi apparebat, L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genucium, L. Attiliũ.) Veteres libri nihil dissentiunt à vulgatis, nisi quòd non P. Menenium, sed P. Mænium habent. Diodorus autem, vt antè dixi, hæc edit nomina: λεύκιον πτήνιον, πόπλιον λικίνιον, πόπλιον μαίλιον, κοίντον μαίνιον, γναῖον ϱυύκιον, λεύκιον ἀπίλιον. Quare cùm quinque tantum tribunorum nomina sint in libris Liuij: pro P. Menenio, P. Mænium, P. Mælium reponendum est, præsertim verò cùm scribat: Omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat. Sunt enim omnes ex eodem collegio præter Cn. Genucium, & L. Atilium, & rectè: non enim ait omnes refectos esse eius collegij, sed apparebat omnes refici. Atque hic locus causam dedit Glareano, vt in Liuium acerbè inueheretur. [Glareanus non intuehitur in Liuium, sed ait fieri posse, vt Codices Liuij sint deprauati, aut Liuius lapsus memoria.] Qui priusquam renunciarentur, iure vocatis tribubus permissu interregis P. Licinius Caluus ita verba fecit.) Si sensum explicauero quemadmodum interpungi verba oportet, apparebit. P. Licinium, inquit, non petentem prærogatiuæ tribunum militum creant, omnesque deinceps eo collegio eiusdem anni refici apparebat, qui priusquam renunciarentur à iure vocatis tribubus, P. Licinius permissu interregis ita loquutus est. Omen concordiæ Quirites rei maximæ in hoc tempus vtilis.) Vet. aliquot libri habent, vtili, ita vt concordiæ sit casus dandi, non gignendi. Cæterùm obscurissimi loci hic sensus est. Vos video Quirites, dum me, collegasque meos tribunos pl. reficitis memoria prioris magistratus nostri in insequentem annũ omen concordiæ petere rei maximè in hoc tempus vtili, id est, ominari concordiam anni futuri. Quod si collegas eosdem reficitis, me certè præterire debetis. Præcipitauere se in insidias.) Vox, se, abest à Vet. libris: Ita autem locutus est etiam in sexto: Ipsi præcipitauere in insidias. Iam ludi, Latinæque instaurata erant.) Vet. lib. Instauratæ.

Efficitque ne hostis.) Vet. lib. Effecitque. Suis consilijs, patientia militum.) Vet. lib. Et patientia mili- 160
tum. Duæ senatum distinebant sententiæ, Senis P. Licinij, &c. altera Ap. Claudij.) Quis est, qui non sentiat huic sententiæ explicandæ vocem vnam maximè necessarium deesse? quæ est in veteribus libris: Duæ senatum distinebant sententiæ, vna senis P. Licinij. Vt segnior sit prædator, vt fortissimus quisque laboris periculique præcipuam petere partem soleat.) Refellit Ap. Claudius sententiam P. Licinij, quæ fuerat, vt qui particeps esse prædæ vellet, in castra Veios iret, cuius rei causam affert his verbis. Quod ita fermè eueniat, vt qui segnior sit prædæ, fortissimus quisque laboris, periculique præcipuam petere partem soleat, quæ lectio ex coniectura antiquæ lectionis eruitur, quæ est, vbi segnior sit prædator, fortissimus quisque, &c. Quorum verborum sententiam elicere nequiuit Rhenanus. Seditionum inde, ac legum notarum.) Vet. lib. Seditionumque inde, ac legum.

Precatus esse, vt si cui deorum, hominumque nimia sua fortuna populique Romani videretur, vt eam inui- 161
diam leniri quàm minimo suo priuato incommodo, publicoque Romani populi liceret.) Vet. lib. Populi Romani, habent. Cæterùm quod Glareanus contra omnium librorum fidem legendum putat, Lenire suo priuato incommodo, quàm minimo Romani populi liceret, non procedit: Nam Plutarchus hanc sententiam ita vertit in Camillo: Εἰ δὲ πεῖσαι βούλεται τὴν παροῦσαν νέμεσιν ἀπὸ πεφξίας, ἀλλ' ὀργὴν τοῦτον ἅπαντος τοῦ πόλεως, καὶ στρατοῦ ῥωμαίων οἷς ἐξεμαυτὸν ἐλεγχίσῳ κακῶν τελευτῆσαι. Et Valerius libro primo: Si cui deorũ nimia felicitas populi Rom. videretur, eius inuidia suo aliquo incommodo satiaretur. [Id minus syncerè scribis Sigoni, cùm libri ad manus sint, quos Glareanus secutus est, Ac Plutarchi verba & Valerij pro Glareano sunt.]

Atque ille dies cæde hostium, ac direptione vrbis opulentissimæ consumptus est.) Vet. lib. Itaque ille 162
dies. Purè lautis corporibus.) Vet. lib. Purè lotis. Gratias dijs agentium.) Vet. lib. Grates dijs agentium.

C. FABIVM Ambustum iterum.) Veteres libri, Cæsonem Fabium Ambustum iterum habẽt. Diodorus item 163
κάϊσονα φάϐιον nominat. Quoniam autem Cæso Fabius Ambustus bis antè tribunus militũ fuit, Liuio ipso & Capitolinis scriptoribus, & Diodoro testibus, propterea hoc anno tertium sit necesse est, nõ iterum. Craterem auream.) Vet. lib. Crateram. Simul extrahi rem, ex eo anno viderunt.) Vet. lib. Simul vt extrahi. Tribunos plebis latores legis in annum eosdem reficiunt.) Vet. lib. In eum annum eosdem.

Sed timor longius progredi prohibuit, mille ferè passuum ab oppido castra locant.) Vet. lib. Sed timore lõ- 164
gius progredi prohibente, mille ferè passuum, &c.

165 VEIENTIVM exitum pene, quàm Capenatium pacem mallent.) Vet.lib. Exitium.

166 In conſpectu erant poſita in plano.) Vet.lib. Et in conſpectu erant poſita in plano.

167 His adhortationibus principis concitati patres, ſenes, iuuenesq́, cùm ferretur lex, in forum venerunt.) Scribe ex auctoritate veterum librorum: His adhortationibus patres concitati, principes, ſenes, iuuenesque.

Prehenſantes.) Vet. lib. prenſantes. Et legem vnam plures tribus antiquarunt, quàm iuſſerunt.) Cur vnam (quaſi verò multæ leges promulgatæ, vna tantùm antiquata eſſet, reliquæ latæ. Lex hæc eſt promulgata de commigrando Veios. Quare legendum eſt, Et legem vna plures tribus, id eſt, vno conſenſu. Sic ſuprà de hac lege. Senatum verò incitare aduerſus legem haud deſiſtebat. Item, cùm dies ferendæ legis veniſſet. Quod perſeuerantior cædendis in fuga fuit.) Vet.lib. Cædendis hoſtibus in fuga. Cum Volſinienſibus.) Vulſinij, & Vulſinienſes ſcribendum eſt, ex lapidibus Capitolinis. Porrò autem Salpinatium, de quibus ambigit Glareanus, meminit Fabius Pictor in vulgatis eius fragmentis.

168 M. CEDITIVS.) Cædicius ex Capitolinis tabulis, & Græcorum monumentis ſcribendum. Plutarchus de Fortuna Romanorum μαρκον καιδικιον vocat, vbi de hac re agit. L. APPVLEIO.) Apuleio, vt dixi. Precatus ab dijs immortalibus ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore deſiderium ſui ciuitati ingratæ facerent.) Has preces ſic expreſsit Suidas, ὁ κάμιλλ& δ' ἔρατο τὼι ἀχίλλειον δ'χὼι, ὅπποθῆσαι ῥωμαίυς κάμιλλον ἐν καιρῷ. ἀπαύτησε δὲ ἀυτῷ ὁ πολὺ ὕστερον. ARVNTEM Cluſinum ira corruptæ vxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipſe, præpotente iuuene.) Glareanus intelligit Lucumonem aut Arunti, aut vxori Aruntis ab ſe corruptæ tutorem fuiſſe, cùm tamen intelligendum ſit, Lucumoni Aruntem tutorem puero fuiſſe. Id enim apertè ſcribit Plutarchus in Camillo his verbis: ὑρρέων τυρρηνὸς αὐτὸς ὀθαφανὴς ὢν ὄθησροπ& παιδὸς ὀρφανῶ πλυτῷ τε παρόντε τῶν πολιτῶν. ᾧ θεωμαζομένω κατ' εἰδι& ὄνομα λυκέμον&. Et paulò pòſt: ὕτ& πολὺ χρόνον ἐλαύθανε διεφθαρκὼς ἀυτῦ τὼι γωαῖκα, ᾗ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης. [Glareanus dubitauit & Sigonio anſam dedit inquirendi. Sed nulla apud eum eſt gratiarum actio.

169 Is quod eis ex populis abundabat.) Quis vnquam Latinè dixit: Abundare ex populis, niſi Liuius hoc in loco? imò verò ne Liuius quidem, ſi emendatè locus legatur, prout in veteribus libris legitur, ſic is, quòd ea gens populis abundabat. Nulla dum via, quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet, ſuperatas.) Ego germanam huius loci lectionem eam eſſe exiſtimo, quæ in priſcis aliquot exemplaribus eſt, eiuſmodi: Nulla dum vìa (quod quidem continens vlla memoria ſit) niſi ab Hercule (ſi fabulis credere libet) ſuperatas: ita vt hanc totam ſententiam duæ parentheſes includant. Præterea malim etiam, Quo de quidem continens, quàm, Quod quidem, vt ſit elegans, & vſitata verborum tranſgreſsio. MASSILIENSES erant hi, nauibus à Phocide profecti.) Phocæa legendum eſt non ſolùm propter rationes, quas alij afferunt, quia ita emendandum duxerunt, ſed etiam quia ita eſt in exemplaribus priſcis. SENONES, Æduos.) Vox, Senones, olet mendum: Ita enim fiet, vt Senones & primi, & vltimi alpes tranſcenderint, ſi quidem ſubijcit. Tum Senones recentiſsimi aduenarum, fortè, Santones, reponendi pro Senonibus ſunt. Ipſi per Taurinos ſaltusque Iuliæ alpis tranſcenderunt. Itaque aſſentior Rhenano acutiſsimo viro, qui locum hunc ita legit: Ipſi Taurino ſaltu inuias alpis tranſcenderunt, Si quidem ſubijcit Liuius. Alia ſubinde manus Cænomanorum veſtigia priorum ſequuta eodem ſaltu cùm tranſcendiſſet alpes. Iuliæ autem alpes, aut nullæ vnquam, aut per ea certè tempora non fuerunt. Cùm tranſcendiſſet alpes.) Vet.lib. Tranſcendiſſent, quod probo, quia ſequitur etiam, Conſidunt. Cænomani, inquit, cùm tranſcendiſſent alpes, vbi nũc Brixia & Verona ſunt (eos locos ante Lebui tenuere) conſidunt. Poſt hos Saluuij, qui propè antiquam gentem Leuos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninum: deinde Boij, Lingonesque tranſgreſsi.) Dici non poteſt, quàm hic locus mendosè legatur, ita vt nec ſententiæ ſanitas extet, neque verborum. His autem incommodis ope vnius veteris libri, longè omniũ quos legi, optimi, ſubuenimus, in quo ita eſt: Poſt hos Saluij, qui præter antiquam gentem Læuos, Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulere, Pœnino deinde Boij, Lingonesque tranſgreſsi. Senſus eſt. Poſt Cænomanos Saluij alpes tranſgreſsi ſunt, qui omnes citra Ticinum amnem incolentes præter antiquam gentem Læuos Ligures, expulere. Poſt hos Boij, Lingonesque alpes Pœnino tranſgreſsi, &c. Eſt enim propoſitum auctori oſtendere, qui Galli qua parte Alpium tranſgreſsi ſint, & quibus populis pulſis, qua in parte Italiæ conſederint. Itaq; Bituriges, inquit, & Auerni Taurino ſaltu alpes tranſgreſsi agrum Inſubrium tenuerunt. Eodemque ſaltu Cænomani cùm tranſcendiſſent alpes, Lebuorum loca occuparunt. Poſt hos Saluij tranſgreſsi præter Læuos, Ligures reliquos, qui citra Ticinum amnem incolunt, expulerunt. Deinde Boij, Lingonesque Pœnino tranſgreſsi Etruſcos, Vmbrosque agro pellunt, ita tamen vt ſe intra Apenninum continerent. Quod ad voces ſingulas pertinet in Ver.lib. eſt modò Saluuij, modò Saluij, qui ijdem à Plinio Salyi, ab alijs Salyes nominantur. Læui Ligures etiam cum diphthongo ſunt in veteribus libris, de quibus Plin.lib.3.cap.17. Ex Liguribus Læui, ac Marici condidere Ticinum non procul à Pado, ſicut Boij trans alpes profecti Laudem Pompeiam. Porrò autem alij habent Pœninon, alij, Pœnino, quas vôces inducédas eſſe cenſet Rhenanus. Ego autem probo magis Pœnino, vt duas vias, quibus Galli in Italiam venerint, oſtendat. Taurino ſaltu, & Pœnino iugo. De quo Liuius libro 21. ſic: Miror ambigi quánam Annibal alpes tranſierit, & vulgò credere Pœnino, atque inde nomen & iugo alpium inditum, tranſgreſſum: Et pòſt: Neque certè montibus his ab tranſitu Pœnorum vllo Veragri incolæ iugi eius norunt nomen inditum, ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice Penninum montani appellant. Læuos, Lebuosque Polybius λαὺς & λεβεκίους vocat libro 2. Tum Senones recentiſsimi aduenarum ab Vfente flumine vſque ad Atheſim fines habuere.) De Senonum finibus loquitur. Eſt autem mendum in nomine vtriuſq; fluminis. Nam Vfens eſt in ora Campaniæ ad Tarracinam, vt ait Plinius, Atheſis ad Veronam, quæ nihil ad Senonum fines attinent. Mihi autem dubium non eſt, quin ſit legendum, pro Atheſim, Æſim. Etenim lib.5. Strabo ſic ait: Antea Æſim flumen Galliæ terminum faciebant, rurſus Rubiconem. Æſis inter Anconem labitur, & Senogalliam, at Rubicon inter Ariminum. & Rauennam, vterque in Adriaticum influit Pelagus. Idem ferè Plinius, & Ptolemæus: De Vfente in ijs locis flumine nihil adhuc cõperi. Veteres libri habent, Vtente, mira inter ſe conſenſione. Cum multitudinem, tum formas hominum inuſitatas cernerent.) Lege ex veterum librorum fide: Cum multitudinem, cum formas.

170 Ecquid in Etruria rei Gallis eſſet.) Vet. lib. Et quid. quod probo. P. SVLPITIVS Longus.) Lege, Q. Sulpicius Longus: ita enim hic vocatur tum in veteribus libris, tum apud Diodorum, tum etiam apud Macrobium lib.1. Satur. tum apud Gellium lib.5. cap.17. P. SERVILIVS Maluginenſis.) In vocibus P. Seruilius fœdè erratum eſt, neque enim Maluginenſis eſt Seruiliorum cognomen, ſed Corneliorum. Errauit autem librarius, quia cùm Seruius Cornelius eſſet ſcripturus, Seruilius ſcripſit. Quo errore nihil eſt in libris manuſcriptis frequentius. Emendandum eſt autem, Ser. Cornelius Maluginenſis: primùm quia Diodorus in hunc annum nominat tribunum militum σέρυιον κορνήλιον μαλύγωνα, deinde quia Ser. Cornelium Maluginenſem per hæc tem-

pora

pora tribunum militum ſepties fuiſſe inuenio in tabulis Capitolinis, qui numerus ex Liuio colligi non poteſt, niſi hunc annum numeremus. Id autem ex ſequenti deſcriptione cognoſci poterit.

An.385. Ser. Cornelius, lapides Capitolini addunt, Maluginenſ. VII.
385. Ser. Cornelius, lapides Capitolini addunt, Maluginenſ. VI.
376. Ser. Cornelius Maluginenſis.
374. Ser. Cornelius Maluginenſis IIII.
372. Cornelius Maluginenſis III. mendosè tamen II. legitur.
370. Ser. Cornelius.
365. Ser. Cornelius Maluginenſis, qui mendosè P. Seſtuilius Maluginenſis dicitur.

Quando igitur nullus alius annus inuenitur, quo Ser. Cornelius Maluginenſis primum tribunatum geſſerit, eum hoc anno geſsiſſe dicendum eſt. Flumen Allia.) Alia ſcribe, vt dixi.

ROMANI, cùm pars maior ex acie Veios petiſſet, quàm Romam, nemo ſupereſſe quenquam præter eos, qui Romam refugerant, credere, complorati omnes pariter viui, mortuiq; totam propè vrbẽ lamentis repleuerunt.) Quanquam ferri hæc lectio poteſt, neſcio tamen, cur non antiqua, quæ multò rectior eſt, reſtituatur; quæ eſt: Romani, cùm pars maior ex acie Veios petiſſet, nec ſupereſſe quenquam, præter eos, qui Romam refugerant; credederent, comploratis omnibus pariter viuis, mortuisque totam propè vrbem lamentis repleuerunt. In arcem, Capitoliumq; concedere.) Vet. lib. Conſcendere. Vrbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis victricis.) Hunc numerum Glareanus putat eſſe mendosè, quòd hic annus non ſit ab vrbe condita CCCLX. verùm CCCLXV. vt Liuius ait paulò pòſt in Oratione Camilli, neque intelligit Romam dici hoc anno per CCCLX. annos omnibus bellis victricem fuiſſe, & rectè dici. Nam à primo bello, quod anno quarto ab Vrbe condita geſſit Romulus, vt ait Dionyſius, cum Sabinis ad hunc anni numerantur CCCLX. poſt autem Camillum, cùm Romam captam anno CCCLXV. ait, annos ab origine vrbis, non à prima victoria numerare, quanquam lib. 7. rhethoricè ait, conditæ vrbi æqualem victoriam eſſe. [Glareanus non dicit mendosè, ſed dicit non rotundam ſupputationem.] 171

L. ALBINVS de plebe.) Vet. lib. L. Albinius. Valerius item Maximus, vt eſt in manuſcriptis, Albinius rectè. Eſt enim nomen gentis plebeiæ, non cognomen patriciæ Poſtumiæ. Irreligioſum ratus ſacerdotes publicos, ſacraq; populi Romani pedibus ire, ferriq; ſe ac ſuos in vehiculo conſpici.) Diſtinguenda verba ita: Pedibus ire, ferriq;, inde, ſe, ac ſuos in vehiculo conſpici. Nam ire ad ſacerdotes, ferri ad ſacra refertur. 172

M. PAPYRIVS vnus ex his.) Hũc vocat in Camillo μέσιον παπίριον Plutarch. credo vitiosè pro μέγιον παπίριον, vt ſit M. Papirius Craſſus, qui cõſul, & tribunus mil. fuit ante annos ad triginta, ex quo meritò eum vocat ſenem honoribus perfunctum. Charitate ædium ſuarum.) Vet. lib. Sedum, quo pacto veteres locutos eſſe docet Priſcianus lib. 6. Frequentius inquit in Es terminantia vbique I. inueniuntur, vt vatum pro vatium: Vergil. in 4. Multaque præterea vatum prædicta priorum. Cicero pro Sextio: Veſtrarum ſedum templorumque cauſa. Eſt autem locus pro Sextio mendoſiſsimus. Nam vulgò legitur: Te patria obteſtor, & vos penates, patrijque dij, me veſtrarum ſedium, templorumque cauſa, &c. cùm & Teſtor, &, Sedum, & Templorum legendum ſit. Quocunque clamor, ſonitus hoſtium, mulierum, puerorumque ploratus, ſonitus flammæ, & fragor tectorum.) Vox prior, Sonitus, redundat, neque enim propriè ſonitus hoſtium dicitur, ſed flammæ. Rectè autem habebit res ſi ſua cuique reddantur, clamor hoſtium, ploratus mulierum, ſonitus flammæ. Quod etiam veteres comprobant libri. 173

A CEDITIO.) Vet. lib. Ab Q. Cæditio. AD SALINAS:) Romanas Salinas vocat lib. 7. C. FABIVS Dorſſio.) Dorſo, vt Mento, vt Labeo, ſcribendum, ex veteribus libris, & Valerio Maximo, & Velleio libro primo, qui inquit, Fabio Dorſone conſule Pæſtum colonia deducta. GABINO cinctu; ſacra manibus gerens.) Libri quidam ſcripti habent; Gabino ritu cinctus: Quam lectionem habet etiam Valerius Maximus libro primo: C. Fabius Dorſo, inquit, Gabino rito cinctus manibus, humerisque ſacra gerens. Et Liuius libro decimo: Incinctum Gabino cultu ſuper telum ſtantem. Ego tamen nihil mutandum cenſeo. Nam idem Liuius libro octauo de Decio ait: Ipſe incinctus cinctu Gabino. Et Virgilius: Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino inſignis. Et Feſtus: Procincta claſsis dicebatur, tum exercitus cinctus erat Gabino cinctu. Cuius haudquaquam negligens eſt.) Veter. lib. Eſt gens. PONTIVS Cominius.) Cominius. Veter. lib. & Front. libro 3. capit. 13. Quod probo. Plutarchus de Fortuna Romanorum, γάϊον πόντιον vocat. Eadem digreſſus nuncius Veios contendit. Eandem ſententiam de eodem loquens expreſsit his verbis Quadrigarius, vt eſt apud Gellium lib. 17. cap. 2. Cominius, inquit, qua aſcenderat, deſcendit, atque verba Gallis dedit, id eſt, latuit Gallos. Itaque Digreſſus, non digreſſus, legendum. Quam vocem ſæpe depraua tam apud Liuium ſæpe oſtendam. Eſt autem Degredi; Deſcendere. Item legendum paulò pòſt, degreſſus ex arce. Carmentis ſaxum:) Id eſt, quod Carmentali portæ imminet, vt Plutarchus in Camillo ait, & Dionyſius libro decimo, vbi de Capitolio ab App. Herdonio capto tradit. 175

Cùm primos ſterneret.) Vet. lib. Cum proximos ſterneret. SELIBRAS farris, & quartarios vini.) Repudianda eſt antiqua quorũdam librorum lectio, qui habent: Sex libras farris, ſex quartarios vini. Etenim Plutarchus in Camillo ita vertit: σίτου μὲν ἡμιλιτρίου, οἴνου δ' κοτύλης ἑλληνικῆς τέταρτον. Eodem modo lib. 7. Liuius: Libras farris, ſextarios vini contulerunt. P. SVLPITIVS tribunus militum.) Q. Sulpitius, vt antè dixi. Ob nocturni periculi memoriam.) Veter. lib. Nocturni periculi memoria. Humorique, ac frigori aſſueta.) Veter. lib. Humori ac frigori aſſueta. Tum æſtu, & angore vexati, vulgatis velut in pecora morbis morerentur.) Vet. lib. Cum æſtu, & algore vexata vulgatis velut in pecua morbis morereture. Hæc enim omnia referuntur ad vocem illam, Gens. Alij libri, langore, non algore habent. Et cùm ſtationes procederent.) Veteres libri aliquot, Et cùm in ſtationes procederent. Inter P. Sulpitium.) Legendum inter Q. Sulpitium, vt dixi. Auditaque intoleranda Romanis vox, væ victis eſſe.) Feſtus hunc locum ſic expreſsit: Væ victis in prouerbium veniſſe exiſtimatur, cùm Roma capta Senonibus Gallis aurum ex conuentione, & pacto penſum, vt recederent; quod de iniquis ponderibus vno ex tribunis quærente, Brennus dux Gallorum ad pondera adiecit gladium, & dixit, væ victis: quem poſtea Furius Camillus cum infidijs circumuentum concideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur. Sed dijque homines prohibuere.) Veteres plerique libri, Sed dij; & homines. 176

Retulit, & Senatuſconſultum facit.) Veteres libri, Retulit, Senatuſconſultum ſit. Cum Cæretibus publicè hoſpitium fieret.) Gellius libro decimo ſexto, capite decimo tertio. Cæritibus hoc tempore ciuitatem datam ſine ſuffragio ait, ob conſeruatorum ſacrorum meritum. LOCVTIO.) Aio Locuto, vt antè dixi. IN IOVIS ſellam collatum.) Repone cellam, vt lib. 6. In Iouis cella conſtat ante pedes Iunonis poſitas fuiſſe. 177

178 Quid inter nos ac maiores interſit.) Vet.lib. Ac maiores noſtros interſit.

179 Non malitis hanc ſolitudinem veſtram, quàm vrbem hoſtium eſſe?) Senſus, quem ſe percipere non poſſe Glareanus ex his verbis faretur, hic eſt: Si Æqui, Volſcique Romam cõmigrent à vobis relictam, nónne malitis Romæ ſolitudinem hanc veſtram eſſe, quàm vrbem hoſtium Veios? Solitudinem autem iccirco ait, quia vaſtatam à Gallis Romam plebs deſerere cupiebat, & Veios tranſmigrare. Hoc autem vultis: Nónne relictis tum Veijs ad Romam occupandam recurretis? [Docere Glareanum nititur, ſed is æquè intelligit, ac antea, hoc eſt, dicit ſe non intelligere, & vix credit Sigonium quid diceret intellexiſſe.]

180 Et quidem fatebor vobis.) Vet. lib. Equidem fatebor vobis. Fortuna certè loci huius transferri non poſsit.) Vet.lib. Transferri hinc non poſsit.

IN EPITOMEN LIBRI VI.

Res aduerſus Æquos & Volſcos, & Hetruſcos proſperè geſtas continet.) Pro Hetruſcos repone, Prænestinos. Nam hæc vox eſt in Vet.lib. Et de Prænestinis ſubactis agit hoc in libro pluribus Liuius. SABATINA.) Sabatina vno b, ſcribendum. Eſt enim, vt ait Feſtus, à Sabate lacu appellata. PROMENTINA, Arnienſis.) Tromentina, Arnienſis, ſcribendum ex Feſto, qui à campo Tromento tribum Tromentinam inueniſſe nomen ait. Item ex veteribus libris, oratione prima contra Rullum, & lib. 29. Liuij. Ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet.) Perſpicuè mendoſum, Marco cognomen. Prænomen enim potius ſcribendũ eſſet, vt ait Quintilianus lib. 3. M. Manlij prænomen è familia in poſterum exemptum eſt: At legendum tamen puto Nomen. Errauit autem librarius, quia Marco cognomen ſcripſit ſyllaba, vt fit, repetita, ſine cauſa. Itaque rectè Plutarchus in lib. τῶν κεφαλαίων. ἢ μᾶλλον ἀπόμοτον φασὶν εἶναι τῷ ὀνόματι μηδενὶ μαλίῳ ὄνομα μάρκου γράφειν. [Huic emendationi Rubortellus lib. 1. emendat. cap. 23. opponit locum ex Valerio Max. lib. 3. cap. 4.] Vt conſules etiam ex plebe fierent.) Veteres libri non habent etiam. Eam legem.) Vet. lib. Eamque legem. Primus omnium ex plebe factus eſt.) Induc vocem, Omnium, ex Vet.lib. Ne cuiquam.) Vet.lib. Ne cui.

IN LIBRVM VI.

Tum quòd perrarę per eadem tempora literæ fuere.) Vet.lib. Tum quod & raræ per eadem. Nam ſequitur pars altera: & quod etiam. Et, quod etiam ſi quæ in commentarijs pontificum, alijsq; publicis, priuatisque erant monumentis incenſa vrbe pleræq; interire, clariora deinceps, certioraq;, &c.) Plutarch. de fortuna Romanorum hęc verba ex Liuio vertit, citato eius nomine. Ita, ἀλλὰ τὰ δεῖ περὶ τοῦτο διατείνειν, ἀσαφὲς ὑδὲν, ὠειομένον ἔχει, πρὸς τὰ πράγματα διαφθαρεῖναι τῶν ῥωμαίων, καὶ συγχυθῆναι τὰς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμὰς, ὡς Λίκιος ἱστόρηκε. τὸ δ' ὕστερον μᾶλλον ὄντα δῆλα καὶ καταφανῆ δείκνυει πλὴ τύχης διήνεικαν.

181 Cæterùm primò quo adminiculo erecta erat, eodem innixa ſtetit.) Lege ex veteribus libris: Cæterùm quo primo adminiculo. Interregnum inijt P. Cornelius Scipio.) Vet. lib. Inter Interregnum inijt tum P. Corn. P. CORNELIVS Scipio interrex.) In vet. codicibus paucis non eſt vox illa, Interrex. Eademq; aut non admodum neceſſaria eſt, aut ſi neceſſaria, pro interrex, Iterum, reponendum eſt. Si quidem hic idem interregnum etiam antè cepit. [Hos locos ex Glareano emendauit.] A. VALERIVM Publicolam iterum.) Ex quatuor reliquis eius tribunatibus mil. apparet nõ A. ſed L. Valerium Publicolam legendum. Auli etiam prænomen non tulerunt, quod memoriæ traditum ſit, Valerij, niſi in mendoſis perſpicuè libris. II. Ex interregno.) Vet.lib. Hi ex interregno. Erant autem eæ duodecim tabulæ.) Vet.lib. Erant autem æreæ duodecim tabulæ. Alia ex eis edita etiam in vulgus.) Ex eis, id eſt, præter ea, vt in principio lib. 29. Diemque ad XV. Cal. Sextiles.) Legendum puto, Diemque ad XV. Kal. Sex. Qua de re infrà dicam. Non litaſſet Sulpitius.) Vet.lib. Non litaſſet P. Sulpitius, at ego ſuprà oſtendi Q. Sulpitius legendum. Inde vt poſtridie Calendas quoque ac Nonas eadem religio eſſet traditum putant.) Miratur Glareanus Liuium dixiſſe, Traditum putant, pro Tradunt, eumq; quaſi parum Latinè loquutum arguit: verùm immeritò, nõ enim interpuncta ſcitè hæc verba ſunt, verùm ita debent diſtingui. Inde, vt poſtridie Kal. quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum, putant, hoc ſenſu. Inde putant traditum atque inſtitutum eſſe, vt poſtridie Kal. & Nonas ater dies haberetur. Id enim ita eſſe docet Macrobius lib. 1. Saturnalium. Tum patres iuſsiſſe, vt ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, pontificesq; ſtatuiſſe, poſtridie omnes Kal. Nonas: Idus atros dies habendos. Idem tradit etiam Gellius lib. 5. cap. 17. & Plutarchus in lib. τῶν κεφαλαίων, citato etiam Liuij teſtimonio [Glareanus ait ſe Syntaxin non intelligere, ex quo non ſequitur Liuium non loqui ſatis Latinè, vt hic falsò ſyllogizat.) AD METIVM is locus dicitur.) Plutarchus in Camillo in expoſitione huius belli bis ait: περὶ τὸ μάρκιον ὄρος, id eſt, ad Marcium montem, vt intelligi ex eo poſsit hoc etiam in loco legendum eſſe diuiſis vocibus, ad Marcium. Eiuſmodi loquendi forma eſt apud Feſtum lib. 4. Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludem dici ſolet. Item ſcribit Diodorus lib. 14. Verba eius omnia apponam, quia liber ille adhuc vulgatus non eſt. παυσανίου δ' ὄντων ῥωμαίων διὰ τὸν προειρημένων συμφορὰν οἱ ἀολίσκοι πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐξήνεγκαν. οἱ μὲν ἓν χιλιαρχοὶ τῶν ῥωμαίων καταγράψαντες στρατιώτας, καὶ προσαγαγόντες τὴν δυνάμιν εἰς ὅπλα πρὸ τῆς καλουμένης μασκίλης κατεστρατοπέδευσαν ἀπέχοντες ἀπὸ ῥώμης σταδίους διακοσίους. τῶν δ' ἀολίσκων μετὰ μείζονος στρατίας αὐτοκαθημένων, καὶ τῇ παρεμβολῇ προσκαλούντων οἱ κατὰ τὴν ῥώμην φοβηθέντες ταῖς τῶν τὴν στρατοπέδην κατέσησαν αὐτοκράτορα μὲν μόνον φύειον: quo loco legendum eſt, Μαίκιον, ex Vet. lapid.

182 Quominus ſperatam minimè largitore duce.) Vet.lib. Speratam à minimè largitore duce. Victor ex Volſcis in Æquos tranſijt, exercitum eorum ad Bolas oppreſsit.) Hanc rem his verbis complexus eſt Diodorus lib. 13. μετὰ δὲ τὴν μάχην ἐκέσας αὐτοκράτωρ προῆλθε πόλιν βῶλας κατὰ κράτος τῶν νεωτὶ αἰκύκλων καλουμένων, &c. Ad deditionẽ Volſcos ſeptuageſimo demùm anno ſubegit.) Mouet me numerus ſeptuageſimus. Etenim Volſci bellum renouarunt Liuio auctore anno CCLIX. hoc autem demum anno, qui eſt CCCLXVII. ad deditionem ſubacti ſunt. Quæ ſumma annos continet centum ac ſeptem, vt mendosè locus eſſe videatur, ac pro ſeptuageſimo, ſeptimo ac centeſimo ſit reponendum. [Hunc locum Glareanus antè Sigonium tractauit, ſed Sigonius egregiè diſſimulat.] Etruria propè omnis armata Sutrium ſocios populi Romani obſidebat.) Quos hic ſocios Sutrinos vocat Liuius, colonos nominat Diodorus eodẽ lib. ἐκεῖθεν δ' ἀνέζευξεν εἰς σουτρίαν ἐπὶ τὸν ἐποικίαν, ὃν τυῤῥηνοὶ βίᾳ κατειλήφεσαν. Multitudo in cuſtodias diuiſa.) Vet.lib. Dimiſſa. Dies præſtituta, capitalisq; pœna, qui non remigraſſet Romam.) Vet.lib. Niſi remigraſſent Romam, placet.

IVLIVS Tullus.)Lege L.Iulius Iulus,ex Diodoro. SVLPITIVS Ruffus,) Sulpitius Rufus,ex Vet.lib.& 183
argenteis nummis. Ad Cortuoſam.)Cort Noſſam legendum ex fragmentis originum Catonis. Con-
tenebra.)Cort Enebra,ex ijſdem. L.PAPIRIVM,C.Sergium,L.Æmylium iterum,L.Licinium,M.Mene-
nium,L.Valerium Publicolam tertium.) Ita propè etiam Veteres libri, præterquam quòd pro L.Licinium,M.
Menenium,habent Licinium Menenium.Nam cùm animaduertiſſent quidam non niſi quinq; tribunos mili-
tum memorari,Licinium,Meneniumque duos fecerunt,quàm inconſultè autem id egerint,vnus Diodorus o-
ſtendere poteſt,apud quem huius anni tribuni his nominibus eduntur:λεύκιος παπίριος,γάϊος κορνήλιος,λεύκιος
μενήνιος,γάϊος ὀεργούλιος,ναλέριος οὐῆλος,κόιντος φάβιος. Ita pro Cn.Sergio eſt,C.Seruilius,pro L.Æmilio,Q.Fa-
bius.Additur poſtremò ſextus tribunus,vitio librariorum apud Liuium omiſſus,C.Cornelius. Erroris cauſam
præbuit librarijs,quod cùm ſcripturi eſſent,C.Cornelius,C.Sergius,C.Sergium tantùm ſcripſerunt, alterum re-
liquerunt.Puto autem legendum eſſe,C.Sergius:nam Liuius poſt etiam C.Sergium III.tribunum edit. Non er-
go Licinius Menenius,ſed L.Menenius legendum, vt Diodorus ait: Nam prænomen huic quærimus. Licinius
autem gentis nomen eſt.

POMATINA,Sabatina.)Tromentina,Sabatina,ex Vet.lib.vt antè dixi. Exque triginta quinque nu- 184
merum expleuere.) Lege viginti quinque ex Vet.lib.vt antè. Populos iuuentutem ſuam miſiſſe ad id bel-
lum.)Vet.lib.Iuuentutem ſummiſiſſe. Tam honoratorum collegarum obſequio.) Vet.lib.Tam honorato
collegarum obſequio. Te Sergi Cornelij.)Vet.lib.Te Serui Corneli. Ducibus pluribus,& exercitibus
adminiſtrandam remp.eſſe.)Vet.lib.adminiſtrandam remp.opus eſſe. Ex quo intellexi legendum ad admini-
ſtrandam remp.opus eſſe. Arma,tela,frumentum,quæq; belli alia tempora poſcent.) Vet. lib. Arma, tela,
frumentumq;, quæ bellica tempora poſcent.

AB NEPETE,ac Sutrio.)Reprehendit Liuium Glareanus,quòd Nepete dixerit in caſu auferendi,cùm Ne- 185
peti fuerit dicendum,quippe cùm in recto caſu Nepete dicatur:ſed facit iniuſtè, non enim Liuius ſcripſit vllo in
loco Nepete,ſed Nepet,vt eſt in vetuſtis libris.Docent autem Grammatici,Cariſius & Priſcianus, Git,& Nepet,
oppidi Italici nomen t litera terminari,eaq; flecti non poſſe.Quanquam neſi Nepete quidem in recto caſu di-
ceretur,Nepeti tamen eſſet ei in ablatiuo edendũ. Nam propria in e deſinentia eiuſdem terminationis habent
nominatiuum cum ablatiuo, vt Præneſte.Dixit enim Vergilius: Quique altum Præneſte viri. Et: Qualis erat
cùm primùm aciem Prænestę ſub ipſa.Hæc Priſcianus.Sic etiam infrà corrigendum eſt, Nepet exercitus ductus, 𝔏
pro Nepete. [Glareanus non reprehendit Liuium,ſed ad honorem eius ait, eum non curaſſe rancidas Gram- “
maticorum leges.]

Itaque diuiſo exercitu.)Vet.lib.Ita diuiſo exercitu. OPPIDANIS iam oppugnando feſsis.) Veter. lib. 186
Pugnando. T.&L.Quintijs Capitolinis,L.Papyrio Curſore tribunis conſulari poteſtate.)Hoc habent bo-
ni veteres libri, quod in ijs eſt, L. Papirio Curſore II.tribunis militũ conſulari poteſtate. Quoniam autem non
niſi quinque tribunorum nomina eduntur.C.autem Sergius, & antè ſemel, & pòſt tertiùm tribunus militum
fuiſſe à Liuio traditur, quo autem anno iterum fuerit, niſi hoc dicamus, ne colligi quidem coniectura poteſt,
propterea videtur eſſe legendum, L. Papyrio Curſore II. C. Sergio II.tribunis militum conſulari poteſtate. [De 𝔏
C.Sergio admonuit quoque antè Glareanus:Hic autem quaſi primum hoc viderit narrat.] “

Et non contentus agrarijs legibus,quæ materia ſemper tribunis plebis ſeditionum fuiſſet, idem moliri cœ- 187
pit.Acriores quippe æris alieni ſtimulos eſſe,qui non egeſtatem modò,atque ignominiam minentur,ſed neruo,
ac vinculis corpus liberum territent,& erat æris alieni magna vis,res damnoſiſsima etiam diuitibus ædificando
contracta.) Huius loci obſcuritatem cùm ſentiret Glareanus, ita de eo tradidit: Colon ponendum puto poſt
verbum,Stimulos:Quæ verò deinde ſequuntur, verba ſunt Manlij ſeditiosè conquerentis de patribus, mouen-
tisq; ſenatui inuidiam.Qua in re laudandum Glareani ingenium,quòd difficultatem ſenſit,irridendum, quòd
portenta dixit,neq;,quæ verba vitium contineretur,intellexit. [Glareanus non ait portenta, quare ea illi affin- 𝔏
genda non erant.] Vitiosè autem habent illa; Idem moliri. Neque enim intelligi poteſt, quid velit Liuius, “
cùm ait:Non contentus agrarijs legibus idem moliri cœpit: Neque enim Manlius,de quo nunc loquitur,agris
dandis,vt Sp.Caſsius,neque frumento,vt Sp.Mælius,ſed pecunia condonanda,vt nemo antè, plebem ad ſe alli-
ciebat. Cùm autem eos,qui æs alienum fecerant, quia ſoluendo non eſſent addictos duci ægrè pateretur,atque
id ne fieret ſua ſe pecunia prohibiturum eſſe profiteretur, propterea rectè dici poteſt,fidem moliri cœpiſſe: Ita vt
legatur non,Idem moliri,ſed fidem moliri cœpit. Eſt autem fidem moliri prohibere ne qui debent, ea quæ de-
bent,ſoluant. Sic autem ſuprà accepit Fidem lib.3.Haud ſalubrem vtique Lartij ſententiam putabant, quæ fi-
dem tolleret.Et Cicero pro lege Manilia:Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe.Et paulò pòſt:Hæc
fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur implicita eſt cum illis pecunijs Aſiaticis,
ruere illa non poſſunt,vt hæc non eodem labefactata motu concidant.Et Cæſar lib.3.Bellorum ciuilium. Cùm
fides tota Italia eſſet anguſtior,neq; creditæ pecuniæ ſoluerentur.Et Liuius hoc libro haud ita multo pòſt: Spem
factam à te ciuitati vide, fide incolumi ex theſauris Gallicis, quos primores patrum occultent, creditum ſolui
poſſe.Sic libro 9.Montes ſua ſede moliri,pro demoliri.Et alio loco,Fores moliri. Quæ nunc vix ſeminatio
militum relicto ſeruitia Romana ab ſolitudine vindicant.) Huius loci, quòd ſe non intelligere Glareanus fa-
tetur,hic eſt ſenſus:Ea tum loca frequentiſsima fuiſſe,quæ nunc propè deſerta eſſent, niſi à ſeruis Romanis, qui
ea à ſolitudine vindicant,colerentur,præſertim cùm ibi pauci admodum ſint,qui militent, vix militum exiguo
ſeminario relicto. Cladijs tantùm dextram armemus.)Vet.lib.Dexteras. Tv Quinti.)Vet.lib.Tu T.
Quinti.

Fluctuantis ſimilis acies.)Vet.lib.Fluctuanti ſimilis. Illi deuouere.)Vet.lib.Illi ſe deuouere. 188

Siue vt & ipſe in parte prædæ ſis,ſiue quia vanum indicium eſt.) Vet. lib. Siue quod & ipſe in parte prædæ 189
ſis,ſiue quod vanum indicium eſt. Vereor ne abſtuleritis obſeruantibus etiam oculos.)Vet.lib.Oculis.

Satricum coloniam duo millia ciuium Romanorum.) Non dubito, quin apud Velleium lib.1.vbi ait:Su- 190
trium poſt annos VII.quàm capta Roma eſt, deductam eſſe coloniam: legendum ſit ex huius loci auctoritate,
Satricum.Satrici etiam coloniæ meminit lib.9. Liuius. Nam coloniæ Sutrij meminit Diodorus anno poſt Ro-
mam captam. COLONIS Circienſibus,& à Velitris purgantibus ſe.) A Velitris dixit, vt primo lib. Turnus
ab Aricia.Et Vergilius in Georgicis:Paſtor ab Amphryſo.

Creatique tribuni militum conſulari poteſtate, Sergius Cornelius Maluginenſis ſecundùm, P. Valerius 191
Potitus iterum.) Antiqui libri ita: Creatique tibuni militum conſulari poteſtate ex patribus Seruius Corne-
lius Maluginenſis II. Ex patribus autem iccircò dictum eſt, quia aliquando per hæc tempora fiebant etiam ex
plebe. Cæterùm non Maluginenſis II. ſed III.ſcribe: Nam proximè infrà IIII. fuiſſe dicitur, & iam bis antè
fuiſſe eundem docuimus. Tempus eſt etiam maiora conari.) Vet.lib.Vnde tempus eſt etiam maiora conari.

Tribuni

192 Tribuni consulari potestate,tribuniq; plebis.)Vet.lib.Tribuni militum consulari potestate. M. MENENIVS,& Q.Publius tribuni plebis.)Lege,M.Menius,& Q.Publilius.Menius,quia Menenij patricij,& sæpè in hoc nomine erratum est. Publilius, ne duo prænomina coëant.Quod in hac gente fit vbique,vt antè etiam admonui. Quid cum plebe aggredimur.)Videtur legendum, Quin cum plebe. Ad hoc seruatos.) Veter. lib. Ad hæc.

193 Nepete coloniæ deducendæ.)Vet.lib.& ratio,quam ante attuli,docent,Nepet, legendum esse. Labicanis.)Vet.lib.Lauicanis.

194 Fœdeque in captis exercuere victoriam.)Vet.lib.Fœdamque in captiuis exercuere victoriam. M. FVRIVM Camillum VII.tribunum militum.)Vet.lib.6.vt antè ostendi, & rectè.

195 Versus itaque in victoriam terror,& nouo hoste,& supina valle Romanam inclinauit aciem.)Duas causas affert,quibus Romana acies exterrita inclinata est.Nouum hostem & supinam vallem, quam paulò ante legem
☞ à tergo cliuum appellauit.Itaque locum integrum esse censeo,contra atque censet Glarenuus. [Glareanus non
,, ait corruptum locum,sed obscurum ac suspectum.] Et, quod ductu meo soletis, vincite.) Vet.lib.Et vt ductu meo soletis,vincite. Nisi victorem receptatura sunt.) Vet.lib.Receptura. Inde vt circumagi signa obuertiq; aciem viderunt in hostem.)Deest vox vna ad sententiam complendam, quæ est in veteribus libris,in quibus ita legitur.Vt circumagi signa,obuertiq; aciem viderunt,ruunt in hostem.

196 Verbis confutare nihil attinet.)Vet.lib.Nil attinet. Ab Tusculo legiones reductæ.) Vet.lib deductæ. CREATIS militarib.trib.)Vet.lib.Creatis tribunis militaribus. LICINIO Menenio II.)Miror eos,qui supra Licinium Menenium in L.Licinium & M.Menenium commutarunt, huius loci rationem non habuisse. Alioquin frustrà quæras,quo primùm anno Licinius hic Menenius tribunus militum fuerit:opus est igitur in emendando diligentia summa,vt omnes omnibus locis certissima ratione respondeant. L.autem Menenio II.esse legendum,apparet ex priore tribunatu,vt docui ex Diodoro.

197 In agro Sabino concediſſe.)Consediſſe. Quin ipsi Galli si offerantur,illo loco se ita pugnaturos.) Vetusta lectio vestigia certa continet germanæ lectionis,in veteribus enim libris aliquot est: Quin ipsi sibi Galli se offerant.Puto autem legendum:Quin ipsi si ibi Galli se offerant.Ibi autem intelligit, ad Aliam.

198 Die XX.quàm creatus erat,dictatura se abdicauit.)Nihil emendatius hac esse oratione videtur,cùm tamen si veteres libros attendamus,turpissimè deprauata sit,in quibus ita est:Duodeuicesimo quàm creatus fuerat dictatura se abdicauit. Item: duodeuicesimo quàm creatus fuerat die dictatura se abdicauit. Quod magis probatur:prior enim syllaba vocis,Dictaturæ,in errorem impulisse librarium videtur,vt vocem,Die,omiserit. Hæc autem si germana lectio est,accipiédum est dictum esse,duodeuicesimo die, pro XXII. die: sic enim antiquos locutos esse docet Nonius his verbis: Duodeuicesimo,ita vt, Duodecimo.Varro humanarum rerum lib.16.Mortuus est anno duodeuicesimo,rex fuit XXI.Cato quarto originum.Inde duodeuicesimo anno post dimissum bellum, quod IIII.& XX.annos fuit.Quanquam Gellius lib.5.cap.4.Superius exemplum ex Fabij annalibus profert ita:
☞ Mortuus est anno duo & vicesimo,Rex fuit anno vicesimo primo. [Næ hic Sigonius ostendit se quoque errare
,, posse,cùm Liuius lib.1.de Tarquinio Prisco dicat duodequadragesimo fermè anno, ex quo regnare cepit Tar-
,, quinius.Quis nescit pro XXXVIII.anno dictum?] Plebs C.Sextilium,M.Albinum.)Vet.lib.M.Albinium, optimè:est enim è plebe. Cuius & ipsos post modò & patres, qui dederant, pœnituit.) Veter.lib. Postmodum. Vtrobique proditæ temeritate,atque insciti a res.) Vet.lib. prodita. Eodem anno etiã ipsis querentibus penuriam hominum,noui coloni adscripti.) Desideratur coloniæ nomen. Nam de Prænestinis ipsis rebellantibus intelligi nõ potest, nec de Satrico quidem,& Velitris,neq; enim syllabas habent,quæ erroris causam tribuere librario potuerint. Itaq; ego sine dubio legendum puto. Eodem anno Setiam ipsis querentibus. Setiæ enim coloniæ post Satricum deductæ meminit Velleius lib.1.Et Liuius lib.7.extremo Norbam, & Setiam finitimas colonias vocat,cùm tamen quo anno deducta Setia sit,nusquam apud eum extet. Quod autem Noui coloni dicat de ijs,qui tum primùm deducti sint,nõ est mirum.Et enim sic loquutus est suprà:Norbæ in montes nouam coloniam miserunt, Et Pædian.in Pison.Pompeius non nouis incolis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latij.Item Placentiam noui coloni deducti sunt. Q. SERVILIO II.Licinio Menenio III.) Pro Licinio Menenio III.legendum puto. C.Licinio,me in hanc sententiam ducit Diodorus,qui quatior huius anni tribunos militum his nominibus edit: λεύκιος φάβιος, κοίντος σερουίλιος, γάϊος λικίνιος, πόπλιος ηλοίλιος. Item Liuius, qui postea C.Licinium eum, qui primus è plebe magister equitum fuit, tribunũ militum scribit fuisse, neque tamen quo anno fuerit,extat, nisi hoc anno dicamus.Item quod idem sequenti anno tribunos militum patricios omnes à plebe inuita factos scribit, quasi verò hoc ipso non omnes fuerint, siquidem C. Licinius è plebe fuit.Quòd verò in veteribus etiam libris legatur Licinio Menenio III. causam attulerunt imperitiilli emendatores veteres Nicomachus & Victorianus,qui quia scripserant,bis Licinium Menenium ante tribunum,hoc etiam loco inscitè scripserunt,vbi in Licinium inciderunt, & de suo III. addiderunt, itemque Menenium.

199 Duobus millibus indè aberat.)Vet.lib.Duo millia passuum indè aberat.

201 Quam nec honos,nec gratia intrare posset.)Vet.lib.In quam nec. Alteram de modo agrorum,ne quis plus quingenta iugera agri possideret. Huius legis meminit his verbis Varro libr.1.de re rust. Nam Stolonis illa lex,quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum. Tertiam ne tribunorum militum comitia fierent,consulumq; vtiq; alter ex plebe crearetur.) Repone,vt est in Vet.lib. Ne tribunorum militum comitia fierent,sed consulum,& vt vtiq; alter ex plebe crearetur.Ita enim fit,vt huius legis duo capita essent: vnum quo tribuni militares abrogarentur:alterum, quo consulatus plebeius constitueretur. A.& C.Valerij.)Legendum est P.& C.Valerij.Id docent Capitolina fragmenta,in quibus est, POPLICOLA V. Ex quo apparet,P. Valerium Poplicolam esse,qui quater antè tribunus militũ fuit, & post etiam VI. traditur esse à Liuio. Quæ res
☞ in magnum errorem Glareanum induxit,vt annum ibi sine causa interijciendum esse putarit. [Glareanus a-
,, lias adducit rationes,quæ non diluuntur,vt fieri oportebat.]

202 C.VETVRIVS,A.& M.Cornelij.) Quia antea legebatur C. Veturius, M. Aulus, & M.Cornelius:propterea probo coniecturam Glareani, quæ est vt legatur, C. Veturius II. A. & M. Cornelij. Nam C.Veturius semel antè fuit. A. autem & M. Cornelij infrà iterum esse dicuntur, quorum alter Cossus est, alter Maluginensis. An placeret fœnore circumuentam plebem,ni potius quàm sortem creditum soluat,corpus in netuum, ac supplicia dare.)Glareanus tollendam vocem putat illam, Ni, & immeritò: Sensus enim est,Placerétne plebem ni prius vsuram, quàm sortem soluat vinculis astringi? [Glareanus non simpliciter asserit hoc, sed sibi videri abesse posse clariore sensu.] Repleri vinctis nobiles domos.) Vet.lib. Nobilium domos. An iam memoria exisse.)

Hic

Hic locus,quem alij aliter interpungunt,ſic mihi videtur legendus,atq; interpungendus: An iam memoria exiſſe,cum tribunos militum idcirco potius,quàm conſules creari placuiſſet, vt & plebeis pateret ſummus honos, IIII. & XL. annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe? Quis crederet duobuſne in locis ſua voluntate impertituros plebi honorem qui octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint? IIII. & XL. annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe. Reprehendit hunc numerum Clareanus, vt alios multos,quòd à primis tribunis militum vſq; ad hunc annum multò plures numerétur anni,quàm XLIIII. itemque,quòd ſæpius quàm quater & quadragies fieri ex plebe tribuni militum potuerint. Verùm iniuſta accuſatio eſt,Mens enim auctoris eſt hæc:Quater & quadragies tribunos militum ex patricijs ſolis factos eſſe nullo admiſto plebeio. Hinc error natus eſt Sex. Ruſi,qui ſcribit, Romam ſub tribunis militum conſulari poteſtate fuiſſe annos XLIII. Quanquam re diligenter inſpecta,ne patricios quidem ſolos in hoc magiſtratu fuiſſe, reperire poſſum,niſi annos duos & quadraginta. Ex plebe cœptos creari? Tolle notam interrogationis.

Et vt rogaſſent primæ tribus dicerent.) Veteres libri habent, Vti rogas, non ſolùm hoc in loco,ſed etiam 203
lib.10.vbi ait Liuius: Hanc legem vti rogaſtis iubendum cenſeo,& rectè: Fuit enim Vti rogas,vox,aut tabella, qua populus rogatus in iubendo, ſciſcendoque aliquid,vtebatur,de qua Cicero lib.2.de Legibus: Suade igitur iſtam ipſam legem,vt ego, Vti rogas,poſsim dicere(ſic enim legendum eſt,non vt legitur,edicere.) Idem ad Attic.lib.1. Tabellæ miniſtrabantur ita,vt nulla daretur, Vti rogas. Itaq; apud Liuium lib.30. De pace vti rogaſſent omnes tribus iuſſerunt:legendum eſt, Vti rogas. Et lib.31. In ſuffragium miſi,vti rogarat,bellum iuſſerunt: Vti rogas. Has autem voces cùm mendosè eſſe animaduerterent ij,qui ante me Liuium emendarunt, Vti rogata eſt, Vti rogatæ eſſent, Vti rogati eſtis,corrigendum ſine ratione putarunt. Dictator interceſsioni adero.) Vet. lib. Interceſsioni veſtræ adero. Sacramento omnes iuniores adacturum, exercitum extemplò ex vrbe deducturum.) Vet.lib. Exercitumque extemplò educturum. Et quod vſque ad memoriam noſtram tribunicijs,conſularibusque certatum viribus eſt, Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit.) Deſideratur vox vna,ſine qua ſtare hæc ſententia non poteſt, quàmdiu à me quæſitam vix in vno tandem manuſcripto libro reperi. Et quod quotiens vſque ad: at malim illam poſtponi,ſic: Et quod vſq; ad memoriam noſtram, quoties tribunicijs. DE PLEBEIO conſulatu antiquabant.) Veter.lib. De plebeio conſule. Ni tribuni ſe.) Veter. lib. Ni tribuni plebis ſe.

C. LICINIO, qui tribunus militum fuerat,magiſtro equitum de plebe.) Hic non eſt C. Licinius, qui tri- 204
bunatus pl. nouem per hos annos geſsit cum L. Sextio, vt tradit Plutarchus in Camillo. Nam de eo vel hoc etiam anno tribuno plebis,ita ſuggerit Liuius: Licinius, Sextiusque cùm tribunorum plebis creandorum indicta comitia eſſent,ita ſe gerere,vt negando iam ſibi velle continuari honorem acerrimè accenderent ad id,quod diſſimulando petebant,plebem. Paulóq; poſt ijdem loquuntur: Iam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obſtare,quippe qui etiam omen plebeio conſuli magiſtro equitum ex plebe dicendo dederit. Cùm autem non extaret annus apud Liuium,quo tribunatum hic militum cepiſſet,eum ipſum ſuprà ex Diodori auctoritate tradidi. Eſt autem veriſimile, ſi Liuius Licinium tribunum plebis intellexiſſet, non qui tribunus militum fuerat, ſed qui tribunus plebis erat,dicturum fuiſſe. Quod ne animaduertit quidem etiam Clareanus. Deinde comitijs tribunicijs declararent voluntatem.) Tribunicia vocat comitia,quibus plebs mandare tribunatum plebis Licinio,Sextioq; cupiebat. Quare non eſt,cur Triburis legamus, vt placeat Clareano. Succlamare bona venia veſtra liceat.) Hæc verba ita interpungenda,vt appareat: Bona venia veſtra,&c. eſſe Appij ſucclamantis,ſic: Succlamare, Bona venia.

Non,inquit,licebit tu de fœnore atque agris.) Fœdata pulcherrima ſententia eſt ab ijs, qui eam non perci- 205
pientes,non rectè diſtinxerunt: ſic enim accipiendum eſt,vt illæ voces: Non,inquit,licebit: ſint Licinij reſpondentis Appio ſucclamanti. Reliqua verò: Tu de fœnore,&c. ſint Appij,Licinium ex eius reſponſo arguentis: Quare ſic ſcribe: Non,inquit,licebit,Tu de fœnore,&c. Contrà ſenſit Clareanus. Vt Sextium.) Vet. lib. Vti Sextium: ex quo colligi poteſt legendum,vt L. Sextium. Videas, aut omnia accipe, aut nihil fero, vt ſi quis ei, quem vrgeat fames.) Adde notam interrogationis voci, Videas? Quæ ſequuntur verba: Aut omnia accipe,aut nihil fero,verba ſunt Licinij tribuni pl. ab Appio recitata per μίμησιν, perinde atq; illa: Non,inquit,licebit. Iam verò illa. Vt ſi quis ei,quem vrgeat fames: ſunt Appij coarguentis Licinij ſententiam illam: Aut omnia accipe, aut nihil fero. Rogationibus tuis.) Adde notam interrogationis. Quid eſt dicere aliud, quia indignos veſtra voluntate.) Vet lib. Quid eſt dicere aliud,niſi quia indignos,&c. Eſt aliquis ſe æſtimari faſtidiat?) Et hæc,& quæ ſequuntur verba ſine interrogatione legenda ſunt.

De decemuiris ſacrorum ex parte de plebe creandis pertulere.) Vet. lib. Legem pertulere. T. QVIN- 206
TIVM Pœnum.) Penum,ex Capitolinis lapidibus. Cum quo prouocatus manus conſeruit.) Vet.lib. Manum. Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio ſigna collata.) Hac de re ſic Polybius lib. 2. ἀποχωρουμένων δὲ πάλιν τῶν κελτῶν εἰς ἄλσος τι μέγα μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως κατέλιπεν ἔτει πεμπτῳ. Hoc tamen à Liuio diſcrepat, nam à Roma capta ad hunc annum non XXX. ſed XXIII. apud Liuium numerantur. Prope ſeceſsionem plebis,terribilesq; alias minas ciuilium certaminum venit.) Vet.lib. Propè ad ſeceſsionem: Probo, Nam lib.8. ait: Propè ad vltimum dimicationis ventum eſt. Et lib.10. Quam propè ad vltimum diſcrimen nuper ventum foret.

IN EPITOMEN LIB. VII.

Duo noui magiſtratus adiecti ſunt.) In Vet. lib. non eſt vox, Noui,& ſine ea ſenſus ſtare poteſt. A.M. 207
Pompeio tribuno pl.) Lege M. Pomponio, ex Liuio & Cicerone. Propter delectum acerbè factum.) Vet. lib. Actum. Filium relegatum.) Vet.lib. Filium rus relegatum,rectè: ſic enim Liuius. MANLIVS adoleſcens.) Vet.lib. T. Manlius. Plus quingentorum iugerum.) Aut lege plus quingenta iugera,vt Liuius: aut, Plus quingentis iugeribus,vt in epit.lib.6. CORVINI nomen.) Corui nomen,vt poſt dicam. P. DECII tribuni.) Vet.lib. P. Decij Muris tribuni. Id iugum,in quo Samnites ſederant.) Vet.lib. conſederant. Milites,qui Capuæ in præſidio erant relicti,cùm de ea occupanda vrbe conſpiraſſent.) Vet.lib. Cùm milites Romani,qui Capuæ in præſidio erant relicti,de ea occupanda vrbe conſpiraſſent. CORVINVM dictatorem.) Corvum,vt dicam. Patriæ reſtituti ſunt.) Præter hæc adde. Res præterea contra Hernicos,& Gallos,& Tiburtes, & Priuernates, & Tarquinienſes, & Samnites,& Volſcos proſperè geſtas continet

ſic enim eſt in Vet.lib. atque ita eſt apud Liuium.

IN

Annus hic erit insignis noui hominis consulatu.) Nouus homo apud Liuium dicitur,& is, qui magistratum capit,quem non antea gesit,& qui primus ex familia sua curulem magistratum cepit.Priore modo locutus est lib.22.Nec cuiquam eorum præter Terentium consulem,erat mandatus honos,quem iam non antea gessisset,præteritis aliquot fortibus ac strenuis viris,quia in tali tempore nullus nouis magistratus videbatur mandandus. Posteriore hoc loco:Hominem enim nouum L. Sextium plebeium vocat, qui primus è gente sua curulem magistratum consulatum ceperit.Nouis autem hominibus Nobiles opponuntur,& Nouitati Nobilitas.Nobiles autem ij dicti, qui maiorum suorum habent imagines. Imagines autem sui ponere,ac posteris tradere non possunt,nisi qui curulem magistratum gesserunt,quorum primus erat ædilitas. Qui magistratus quoniam solis patricijs primùm patuerunt,iccircò soli patricij nobiles primùm appellati.Vbi verò plebi honores etiam curules sunt communicati,tum plebei etiam nobiles nominati ij,qui maiorum suorum imagines haberent. Est autem imago(auctore Polybio lib.6.)simulacrum oris similitudinem affabrè, miroq; artificio effictam coloribus,pigmentisque adumbratam referens, quam in insigniori ac celebriori domus parte collocabant. De iure autem ponendarum imaginum sic Cicero in Verrem: Ego me ob ædilitatem mihi delatam adeptum esse intelligo antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum,togam prætextam,sellam curulem,ius,imagines ad memoriam, posteritatemq; prodendam.Et contra Rullum,Est hoc in more positum,Quirites,vt ij,qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij vestri cum suorum laude coniungant. Est autem consequi imagines familiæ, magistratus curules à maioribus suis item gestos capere.Et pòst:Me hominem nouum consulem feciſtis. Item: Mihi apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur,non quòd non tales fuerint,quales nos illorum sanguine creatos,disciplinisq; institutos videtis, sed quòd laude populari,atq; honoris vestri luce caruerunt. Item: quemadmodum cùm petebã nulli me vobis auctores generis mei commendarunt,sic si quid deliquero,nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Et in Pisonem:Commendatio fumosarum imaginum.Et Liuius lib.1.Ancus Marcius nobilis vna imagine Numæ. Et Pædianus in oratione in Toga, Cicero competitores quatuor plebeios habuit, ex quibus duo nobiles,duos qui tantùm non primi ex familijs suis magistratum adepti erant. Et Liuius lib.22.Nec finem antè belli habituros,quàm consulem verè plebeium,id est, hominem nouum feciſſent: Nam plebeios nobiles iam ijsdem initiatos esse sacris,& contemnere plebem, ex quo contemni desierint à patribus. Patres præturam Sp. Furio M.Filio Camillo dederunt.)Hic M.Camilli quinquies Dictatoris filius fuit,auctore Suida, qui ita scribit in voce, Πραίτωρ. πρῶτος στρατηγὸς ἀπεδείχθη φύσει καμίλλος παῖς καμίλλου τοῦ πολλάκις μοναρχήσαντος, ὃν περὶ πολεμίαν γλώττης οἱ ῥωμαῖοι ὠνόμασαν. Suarum gentium viris gratia campestri ceperunt.)Vet.lib.omnes, Dederunt. Sic pòst:ab patribus L. Cornelius Scipio consul datus. Collegam consulibus.) Prætor collega consulum dicebatur,quòd ijsdem auspicijs crearetur, auctore Messala apud Gellium lib. 13. cap. 14. Censorem, &c. mortuos ferunt.) Nomina censorum per hos annos edit nulla Liuius, in Capitolinis tabulis est. Postumius Albinus Regillensis,& C.Sulpicius Peticus.Albinus procul dubio mortuus.Nam de Petico pòst magna mentio fit. Par deinde per quinque & triginta annos.) Libri veteres,viginti quinque, egregiè, totenim à Roma capta ad
☞ hunc vsque annum numerantur, id est,ab anno CCCLXV.ad annum CCCXC. [Hoc Glareanus ante Sigonium
,, notauit,sed hoc obticet.] T. SVLPITIO Petico.)Lege,C.Sulpicio Petico,ex lapidibus Capitolinis, ex Dio-
☞ doro,Cassiodoro,omnibus. [Et hoc quoq; Glareanus annotauit.] Nam Circi modo spectaculum fuerat.) Hoc quid sit declarat Valerius lib.11.cùm ait:Itaque placandi cœlestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures præbuit,ad id tempus Circensi spectaculo contenta,quòd primus Romulus raptis virginibus Sabinis Consualium nomine celebrauit.

208 Quia hister Tusco verbo ludio vocabatur.)Quidam libri Histrio habent:at Plutarchus etiam in Problematis à Tuscis ἴστρον vocatum scribit, vt rectè Hister legatur. Non sicut ante Fescennio versu similem incompositum temerè,ac rudem alternis iaciebant.)Hic locus partim librariorum vitio, partim antiquitatis ignoratione obscurissimus est. Habent tamen libri veteres impressa aliqua vestigia veræ lectionis. Nam in quibusdam est: Fescennino similem versu incompositum temerè.Quibus adductus sum,vt credam legendum esse: Fescennino similem versum,compositum temerè,ita vt prima syllaba vocis, incompositum, sit vltima litera vocis Versum. Quid enim significat versus incompositus temerè?Est autem sensus: Primùm ludiones ex Etruria acciti sine carmine ad tibicinis modos saltarunt:pòst versus sed inconditi, & motus à voce non absoni accesserunt, tum diligentia quoque maior adhibita est.Non enim fescennino similis versus,temerè compositus ac rudis,vt antè allatus est,verùm descripto ad tibicinem cantu, saltuq; congruenti satyras peregerunt. Quo fit, vt mos ille explicetur,qui ab Aristotele in Poëticis recitatur. Veteres nimirum histriones imitatos esse ῥυθμῷ ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ. id est,
☞ saltu,concentu & versu. [Hunc locum reprehendit Robortellus lib.2.emendationum cap.33.concedens ea qui
,, dem se ita habere quæ ab Aristotele exponuntur,at simul ostendens aliud esse quod ab Andronico factum Li-
,, uius scribit. Cùm enim vnus esset qui imitaretur cantu & sermone, separare is cepit, quia impediri illum qui
,, duo simul faceret,videbat Aristoteles verò histriones tres fuisse introductos. Primùm à Sophocle, qui sermone
,, imitarentur,vt hic esset primarum partium,alter secundarum, tertius tertiarum.] Qui ab Satyris ausus est primus argumentum fabulam serere.) Hanc sententiam his verbis tradidit Valerius lib.2.Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarũ modos perrexit, à quibus omnium primus poëta Liuius ad Fabularum argumenta spectantium oculos & animos transtulit:Isq; sui operis actor,cùm sæpius à populo reuocatus vocem obtudisset, adhibito pueri & tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit. Diuerbiaque tantum ipsorum vocirelicta.)Hinc est,quod ait Donatus in Andr.Diuerbia à solis histrionibus fuisse pronunciata. Histriones enim videtur vocare eos tantùm, qui canerent, non qui item saltarent,aut tibias inflarent. Quasi verò intelligendum sit,in Canticis rem actam esse tibijs,saltu & versu,in diuerbijs autem versu tãtummodo, id quod veteres Latini, assa voce dixerunt. Diuerbia partes comœdiarum sunt auctore Diomede, in quibus plures personæ versantur, Cantica,in quibus vna tantùm. Quæ inde exodia postea appellata.)Exodia idem sunt, atque apud Aristotelem in Poëticis,Episodia,hæc quòd extra rem sint,illa quod rei inserantur,appellata.Etenim Suidas ait: Ἐπεισόδιον τὸ εἰς τὰ δράματα εἰσαγόμενον χάριν παρακλήσεως, ἢ διαλύσεως τοῦ δράματος. Item: Ἐπεισόδιον τὸ εἰσφερόμενον παρὰ δράματα γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. κατὰ χρῆσιν δὲ τὸ ἐξαγώνιον ἅπαν παρέγραμμα. Sic Liuius vocat: Ridicula intexta versibus: Conseratq; fabellis potissimùm Atrellanis. Nonius Marcellus exempla sæpè profert ex fabula Nouij poëtæ comici,Exodio. C. GENVTIO.)Cn.Genutio,ex tabulis Capitolinis,& Diodoro,qui γναῖον γενούκιον edit. Repetitum ex seniorum memoria dicitur.) Hac de re nihil antè tradidit. Notam numeri fuisse ferunt.) Scilicet,vt quot anni,tot claui numerarentur. Quod Glareano obscurum videtur,cùm tamẽ scribat Festus: Clauus

anna-

annalis appellatur,qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, vt per eos colligeretur numerus annorum. Quia numerus Mineruæ inuentum ſit.) Vet.lib. A Minerua inuentus ſit. VOLSINIS.) Vulſinis,ex veteribus libris,& Capitolinis lapidibus. Perinde ac reipublicæ gerendæ, ac non ſoluendæ religione gratia creatus eſſet.) Non poſſum non vehementer diſſentire à Sigiſmundo Gelenio, qui cùm antea legeretur,Rei gerendæ,ac non ſoluendæ religionis gratia,& rectè legeretur,emendauit,Reipub.gerendæ,ac non ſoluendæ religione gratia. Diſſentio autem ab eo non ſolùm, quòd à veterum auctoritate librorum, ſed etiam quòd ab ipſa ratione alienam attulit lectionem. Neq; enim dictatorem vnquam traditum eſt creatum eſſe Reipub.gerendæ cauſa,ſed Rei.Rem autem gerere eſt bellum Reip. cauſa gerere. Itaq; cùm alijs multis de cauſis dictator creari ſolitus fuerit,hæ tamen duæ præcipuæ ſemper habitæ ſunt,pacis & foris, & domi præſtandæ. Quorum illud Rei gerendæ dixerunt, hoc, Seditionis ſedandæ, quemadmodum ex Capitolinis dictaturis intelligi poteſt. Neque verò ſolùm Rei, ſed etiam Belli gerendi cauſa inquit Liuius, vt lib.8.extremo. Id ambigitur belli ne gerendi cauſa creatus ſit. Et lib.34. Nouumque Imperatorem rei gerendæ cauſa ex Italia veniſſe. Soluere autem Religione,& Religionem,non ſunt idem: Nam illud eſt liberare eo officio, quo per religionem tenemur, hoc præſtare illud, quod ipſi vt faciamus noſtra nos religio admonet. Sanguine ipſo ſuo exerceret.) Vet.lib. Sanguine ipſe ſuo.

Quod naturæ damnum vtrum nutriendum patri,ſi quicquam in eo humani eſſet, an caſtigandum, ac ve- 209
xatione inſigne faciendum.) Glareanus ſine veterum librorum auctoritate ita legendum putat: vtrum nutriendum patri,ac vexatione inſigne faciendum,an caſtigandum potius,ſi in eo quicquam humani fuiſſet? Quæ lectio alienam edit ſententiam ab ea quæ vulgata continetur,quæq; germana videtur. Induxit autē eum in hunc errorem,quòd ignorauit,quemadmodum filiorum vitia à patribus nutrirentur. Qua de re Horat.Satyr.3.

At pater vt gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire. Strabonem
Appellat pætum pater, & pullum malè paruus
Si cui filius eſt. vt abortiuus fuit olim
Siſyphus. hunc varum diſtortis cruribus, illum
Balbutit: Scaurum prauis fultum malè talis.

Eſt igitur ſenſus: Nutriendum potius fuiſſe patri vitium filij pro humanitate eius, quàm relegatione caſtigandum,atq; inſigne faciendum. Nutrire autem dixit Liuius, quod Horatius non faſtidire. Ad M.Pomponium tribunum pergit) Vet.lib. Tribunum plebis pergit. Ad conciliandū gratiam.) Vet. lib. ad conciliandam gratiam. Cùm eo anno primùm placuiſſet tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri.) Eo modo dixit tribunus militum ad legiones, quo Cicero, Cùm in Africam veniſſem tribunus militum ad quartam legionem, lib.6. de Republica. Nam & antèa ſicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ſibi faciebant.) Feſtus item, Rufuli appellabantur tribuni militum à conſule facti, non à populo, de quorum itire, quòd Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli ac pòſt Rutuli ſunt appellati.

Nunc famæ rerum ſtandum eſt.) Corrige Fama. Etenim cùm dicimus ſtare pactis, ſtare promiſsis, & eiuſ- 210
modi,caſum auferendi vſurpamus, non dandi. Sic Liuius in extremo octaui: Ne quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptor extat, quo ſatis certo auctore ſtetur. Deinde vt euenirent res, ita communicatos honores proſperè aut cæcus conſulto habitura.) Vet.lib. Perinde vt eueniret. Item: Probè aut ſecus. Ab inſcijs, quem interfeciſſent, occideretur.) Vet.lib. Quem interficerent. Crearent conſules ex plebe.) Vet.lib. Conſulem: Siquidem lata lex erat, vt alter vtique ex plebe conſul crearetur. Quia diſſuaſerat legem.) Vet.lib. Legem in concione. Neque ſegnius ad hoſtes bellum apparatur.) Veteres libri alij habent: Neque ſegnius apud hoſtes bellum apparatur, alij: Neq; ſegnius & hoſtes bellum apparant. Vtrunq; probè magis, quàm quod vulgò legitur. Clamore prouolant ante ſigna.) Scribe ex veteribus libris: Clamore ingenti prouolant ante ſigna. Quicquid hinc aut illinc communis Mars bello aufert.) Quanquam veteres omnes libri habēt, bello, corrigo tamen, belli. Eſt enim hæc locutio Liuio familiariſsima, cuius ex plurimis pauca exempla ſubijciam: libro octauo affirmando, communem verè Martem belli vtranq; aciem pari cæde proſtrauiſſe. Et lib.10. Quanquam communis adhuc mars belli erat. Et lib. 28. Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit? Et lib. 30. Martem belli communem propone animo. Et lib. 42. Quàm incertus fortunæ euentus, communisq; Mars belli ſit. Agmenque fugientium ab ſignis, cùm præter mœnia eorum infrequentia ſigna conſpecta eſſent, fuſum ac per agros trepida fuga palatum eſt.) Nullum habet vitium hic locus, contrà atq; cenſet Glareanus: ſenſus eſt, cum ſigna Hernicorum propè mœnia oppidi conſpecta eſſent deſerta ab ſuis, agmen eorum, qui ab ſignis fugerant fuſum, fugatumque eſt. Signa autem infrequentia vocat, quæ militum frequentia non eſſent ſtipata, ſic lib. 9. locutus eſt. [Glareanus nullum vitium hic eſſe ait, ſed locum obſcurum, vt eſt.] Cum L.Sulpitius.) C. Sulpicius le- ☞
gendum, ex priore huius conſulatu, partim Liuiano, partim Capitolino: Item ex Diodoro, & Caſsiodoro, & cæ- “
teris. TYBVRTES.) Tibur & Tiburtes, ſcribendum litera i, ex veteribus libris, & lapidibus Capitolinis, & Græcorum monumentis.

Galli ad tertiam lapidem Salaria via trans pontem Anienis.) Glareanus Falaria legit his verbis: Falarien- 211
ſium meminit Plinius lib.3.cap.13. in Picenis, quod melius quadrat, quàm Salaria via, vt quidam habēt codices. Quæ autem affert Glareanus, portenti ſimilia ſunt: Nam de ſalaria via ita Feſtus lib.17. Salaria via Romæ eſt appellata, quia per eam Sabini ſal à mari deferebant. Et lib.10. Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui magnus inter viam Salariam & Tiberim fuit, pro eo, quòd victi à Gallis fugientes è prælio ibi ſe occultauerunt. Hinc tertium Gallorum motum nominat Appianus in Celtico T. Quintio duce compreſſum. SERGIVM Cornelium.) Ser.Cornelium perſpicuè. Recipiunt ſe inde ad ſtationem.) Melius in Vet.lib. recipiunt ſe inde ad ſtationem cæteri. Et, quoniam id quoque memoria dignum antiquis viſum eſt, linguam etiam ab irriſu exerentem.) Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in primo annalium, teſte Gellio, hanc pugnam deſcribens, ita ait: Deinde Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare.

Cùm ſcuto ſcutum imum perculiſſet, totoq; corpore interior periculo vulneris factus inſinuaſſet ſe inter 212
corpus, armaque vno alteroue ſubindqe ictu ventrem atque inguina hauſit.) Obſcurum quia cenſet eſſe hunc locum Glareanus, eius ſenſum exponam. [Sigonius quidem exponit, reſtamen nihilominus manet in ob- ☞
ſcuro: diſcutiat lector locum, & videbit Liuium ipſum ex Quadrigarij imitatione hanc commiſiſſe obſcuritatem.] Manlium ait, cùm ſcuto ſcutum imum Galli percuſsiſſet, toto corpore, ne à Gallo vulneraretur, Gallum “
ipſum ſubijſſe, & proximè ad eum acceſsiſſe, ita vt ſe inter corpus Galli & ſcutum eius implicaret. Sic enim Q. etiam Quadrigarius in primo annalium auctore Gellio, à quo huius pugnæ deſcriptio ſumpta à Liuio eſt. Manlius iterùm ſcuto ſcutum percutit, atque de loco hominem iterùm deiecit: eo pacto ei ſub Gallicum gladium

ſucceſsit atque Hiſpanico pectus hauſit. Torquati nomen auditum.) Lege, Additum, ex Veteribus libris. CELEBRATVM deinde poſteris etiam, familiæq; honori fuit.) Vet.lib. Poſteris, & familiæ honori fuit. C. PETILIVS Balbus.) Capitolini lapides hunc C. Pœtelium Libonem vocant. Fuga Tibur ſicut arcem belli Gallici petunt: palati à conſule Pœtelio haud procul Tibure excepti.) Suſpicor legendum eſſe, Fugati Tibur: nam ſubſequitur, Palati. Syllaba quidem prima vocis Tibur errorem probabiliorem mihi reddit. Egregiè cùm ab Dictatore, tum ab conſule geſta eſt res.) Vet.lib. Egregiè tũ ab Dictatore, tum ab conſule res geſta eſt. HERNICOS deuincit.) Vet.lib. Deuicit. Recepiſſe ſe in vrbem.) Vet.lib. Intra vrbem. Tumultum exciere in hoſtium portis.) Quidam legunt, excire: at Exciere infinitiuus verbi Excieò, eſt in veteribus libris. M. POPILIO Lenate.) Ex Capitolinis tabulis M. Popillio Lenate ſcribendum eſt. Diodorus item μάρκον ποπίλλιον λαινάτον conſulem vocat. Duxit autem cognomen à læna, vt ait Cicero in Bruto. M. Popillius Lænas conſul cùm eſſet, eodemq; tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & ſeditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemq; cùm auctoritate, tum oratione ſedauit. Liuius item hoc anno orientem ſeditionem inter patres, & plebem metu Tiburtini belli compreſſam ſcribit. Ad hoc multorum inſcitia.) Vet.lib. Ad hæc.

214 TARQVINIENSES fines Romanos, maximè qua ex parte Etruriam adiacent, peragrauere.) Veter.lib. Qua ex parte Etruria adiacet, probo. Conſules C. Fabius, & C. Plautius.) Diodorus μέρεον φάβιον, & γάϊον πλώτιον edit. Ex fœdere vetuſto.) Quod dictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum. Liuius lib. 2. GALLOS mox Præneſte veniſſe, & Dictatorem dici C. Sulpicium placuit.) Hic eſt quartus Gallorum in Romanos impetus, C. Sulpitio Dictatore repreſſus: de quo ſic Appia. in Celtica: μετὰ δὲ βοιοὺς κελτικὸν ἔθνος ἐπελθὸν ἐπὶ τοὺς ῥωμαίους, ἡγουμένου γαΐου σουλπικίου δικτάτορος μὴ σταπᾶς ἀπῆντα. Si quis iniuſſus in hoſtẽ pugnaſſet.) Vet.li. Iniuſſu, Probè. ſic enim & lib. 3. Populus iniuſſu & altero die frequens ſupplicatũ ijt. Nec in circulis modò fremere, ſed iam in principijs.) Veget. lib. 2. Principia principales milites ait fuiſſe, qui priuilegijs muniebãtur, vt tribuni, ordinarij, aquiliferi. Hoc loco in principijs, eſt in cœtu principalium militum. Obediẽtiſsimum militum.) Vet.lib. Militem.

215 Noſtra quoque quidam ætate vſi ſunt.) Inter cæteros C. Marium nominat Frontinus lib. 2. qui cõtra Theutonas dimicaturus iumentorum magnam partem inſtruxit, eaq́ue agaſones, lixasq́; conſcendere iuſsit, vt per id facies equitatus obijceretur. Idem eodem in loco C. Sulpitij etiã meminit. Vbi digreſſos repente viderunt.) Degreſſos: Nam paulò antè dixit: Euadere in montes iubet. Item, non deſcenſuros in æquum Romanos. Multis ſtrata detrahi iubet, binisq́ue tantùm centunculis relictis agaſones partim captiuis, partim ægrorum armis ornatos imponit.) Sic Frontinus lib. 2. de Mario. Agaſones lixasq́ue armatos ſimul ire iuſsit, iumentorumq́ue magnam partem inſtructorum cum centunculis, vt per hoc equitatus ſpecies obijceretur. Ex his locis centunculus videtur fuiſſe pannus, quo equi inſternebantur. Nam mulis & Sulpicius, & Marius centunculos addiderunt, vt ſpeciem equorum præberent.

216 A C. Petilio tribuno pl.) Pœtelio, ex Capitolinis lapidibus. A fallaci equitum ſpecie, agaſonibusq́ue.) Vet.lib. Non habent vocem, Que: ita vt, Agaſonibus, appoſitiuè dictum ſit. Fallax enim equitum ſpecies, nihil aliud erat, quàm agaſones mulis impoſiti. Ignominia populi Romani inſignitior fuit.) Vet. lib. Inſignior. M. DVELLIO, L. Menenio tribunis pl.) M. Duilio, L. Mænio, vt antè. Ad bella noua priore anno deſtinata Faliſci quoq; hoſtes exorti.) Veteres quidam libri habent, Faliſci quoq; noui hoſtes exorti. Verùm non ſine menda. Non enim noui hoſtes Faliſci erant, quos antè domuerat Camillus. Suſpicor legendum, Noti hoſtes, ita vt vox Noti reſpondeat vocibus illis, Ad bella noua. De hoc bello Faliſcorum ſic Diodorus lib. 16. ῥωμαίοις ἡ περὶ φαλίσκους συμβεβηκυῖα πόλεμος, ἡγοῦμαι μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπιτελέσθη. Nihil enim non per milites iuratos in conſulis verba, quamuis pernicioſum populo, ſi id liceret, fieri poſſe.) Lego, Ferri poſſe, quia de militibus, qui legem nouo exemplo in caſtris tulerant, loquitur.

217 Inde terror maximus fuit, quòd ſacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusq́ue prælatis inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie.) Obſcurè hoc à Liuio dictum eſſe ait Glareanus: at Frontinus lib. 2. cap. 4. iiſdem ferè vtitur verbis: Faliſci & Tarquinienſes compluribus ſuorum in habitu ſacerdotum ſubornatis facies & angues furiali habitu præferentibus aciem Romanorum turbauerunt. Idem Veientes, & Fidenates facibus arreptis fecerunt. De his autem ſic ſcribit Florus, quaſi rem exponens: Fidenæ, quia pares erant ferro ad terrorem mouendum facibus armatæ, & diſcoloribus ſerpentum in modum vittis furiali more proceſſerunt. Quod autem ait Florus de anguibus Fidenatum, id non eſt apud Liuium, qui ſic loquitur lib. 4. Ignibus armata ingens multitudo facibusq́ue ardentibus tota collucens velut phanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit. CONCITATVR deinde nomen Etruſcum.) Sic Diodorus lib. 16. τυῤῥηνοὶ ἡ διαπολεμοῦντες ῥωμαίους ἐπόρθησαν πόλλων τε πολεμίας χώρας, καὶ μεχρὶ τῶν πιέρεως καταβαμόντες ἐπανῆλθον εἰς τοὺς ἰδίους. Quia nec per dictatorem.) Veter.lib. Et quia nec per dictatorem. Intercedentibusq́ue tribunis.) Vet. lib. Tribunis plebis. Quinto triceſimo.) Vet.lib. Quinto & triceſimo. Ablato poſt nonum annum è plebe conſulatu.) IX. corrigendum eſt, id eſt, vndecimum: totenim anni ſunt, ex quo plebeijs patuit conſulatus. Error ex notis natus eſt, IX. & XI. [Hæc Glareanus de verbo ad verbum, Sigonius verò quod is prior correxit, quaſi ipſe primus hoc inueniſſet, adducit.] Medio in foro omnes virgis cæſi.) CCCLVIII. Tarquinienſes in foro Romæ cæſos ſcribit: at Diodorus CCCLX. ſic enim lib. 16. ταρκυνίους ἡ ἄνδρας σὺν ἡ ξ δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Vt Samnites quoque amicitiam peterent.) Diodorus his item conſulibus fœdus inter Samnites & Romanos factum ſcribit. SI PLEBEIVS iam magiſtratus fiat conſulatus, aut poſsidendum totum.) Vet.lib. Si plebeius iam magiſtratus conſulatus fiat, aut totum poſsidendum.

218 Pro T. Quintio M. Popillium conſulem inuenio.) Diodorus etiam T. Quintium edit conſulem. Nexumq́; inibant.) Id eſt, operas in ſeruitute pro pecunia, quam debebant, præbebant, auctore Varrone. Verus belli terror inuaſit.) Vet.lib. Etiam verus belli terror inuaſit.

219 Eáne meritos crederet quiſquam hoſtes repentè ſine cauſa factos?) Sententia, quæ obſcuriſsima Glareano viſa eſt, hæc eſt: Credibiléne eſſet, eos qui tam magna beneficia populo Rom. dediſſent, hoſtes eius repente ſine cauſa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum, qui feciſſent, aut in neceſsitatem. Q. PVBLIVS, & T. Æmylius.) Q. Publius, & Ti. Æmilius. De Publilio ſuprà dictum eſt. De Æmilio dicam haud ita multò poſt.

220 Cui Magiſter equitum adiectus L. Æmylius.) Veteres lib. Magiſter equitum ei adiectus eſt L. Æmilius. TENTATVM domi per dictatorem, vt ambo patricij conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit.) Rectus huius orationis caſus eſt, Tentatum. Eiuſmodi forma dicendi vſus eſt ſuprà. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem. Quidam Cæſonem, alij C. cognomen Quintio adijciunt.) Cæſo, & Caius prænomina ſunt, non cognomina,

cognomina. Neque quiſquam qui latinè locutus ſit, alio vnquam modo loquutus eſt, niſi fortaſſe vitiatæ voces ſint, vt hoc loco. In antiquis enim libris legitur: Quidam Cæſonem, alij cognomen Quintio adijciunt. Quæ lectio veſtigia Germanæ lectionis oſtendit, quæ eſt, alij C. nomen Quintio adijciunt. Deprauatum eſt enim C. nomen, mutatumque primum in conomen, pòſt in cognomen. Nomen autem & prænomini, & cognomini congruit. [Errare hoc loco Sigoniũ demonſtrat Robortellus lib. 1. emendat. cap. 19. aſſerens nomen prænomen nunquam appellari itidem cap. 23.] Quin cũ Manlio Nquio cenſor Marcius crearetur.) Si Marcius hic è plebe primus cenſor factus eſt, vt ait Liuius, profectò Manlius Næuius hic patricius ſit neceſſe eſt. Nam ambo ex plebe cenſores ſerò admodum fieri cœpti ſunt, cùm autem cenſores niſi ex cõſularibus ferè crearentur, nõ eſt dubium, quin hic Manlius Cnæus Imperioſus ſit, qui conſul antè fuit. Erroris autem cauſam attulit prænomen Cnæus, quod antiqui Næum dixerunt. Nullo terrore belli, ſed ne Licinia lex comitijs conſularibus obſeruaretur.) M. Fabium non rei gerendæ, ſed comitiorum habendorum cauſa creatum eſſe ſignificat, ne conſul alter ex plebe ex lege Licinia fieret, ſed vterque patricius. Qua de lege lib. priore tradidit. Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum.) Popillium item Appianus in Celtica egregiè rem poſt Sulpitium geſsiſſe cum Gallis auctor eſt. Poſtquam neque in æquum dimitti agmen vidit.) Demitti legendum eſt, vt libro 27. In inferiorem campum equites Numidas Aſdrubal demiſit. Et hoc libro paulò pòſt: Quod totum in vallem infimam demitteret agmen. Idem error eſt, qui eſt in Digredi: Nam vbi de deſcenſu verba fiunt, Degredi, ſic non Dimitti, ſed Demitti. TRIARII erant.) De Triarijs, Principibus & Haſtatis, Polybius lib. 6. Liuius lib. 8. Suidas in voce πεζέταιρος. nos etiam infrà.

IN campum digreſsis.) Digreſsis, vt antè dixi. Reddidit patribus poſſeſsionem priſtinam conſulatus.) Id eſt, nomen nullius plebeij comitijs conſularibus accedit, ac neminem plebeium conſulem fieri paſſus eſt, contrà quàm M. Fabius dictator fecerat. Collegam Ap. Claudium Craſſum dixit.) L. Camillus eſt, qui collegam Ap. Claudium dixit. Eſt autem legendum, P. Claudium, ex veteribus libris Ciceronis de Senectute, vbi ait: Platonem veniſſe Tarentum L. Æmilio, Ap. Claudio COSS. cum in veteribus libris legatur: L. Camillo, ac Pu. Claudio. Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic Claudius P. F. vocatur. Maximus enim natu filius fermè patris prænomen ferebat. Inter hos longè maximus extitit terror.) Vet. lib. Inter hæc. 221

Conſul alter Ap. Claudius.) P. Claudius, vt antè. De eius obitu ſcriptum eſt & in fragmento Capitolino. OB OMEN fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis.) Hoc ait, quia pater eius Camillus Gallus prælio victos vrbe exegerat: patrem autem L. Furij M. Camillum fuiſſe docet ipſe pòſt, cùm ait: Paternæ virtutis memor. Itemq; Appianus in Celtica, vbi poſt Popillium à L. Furio Camilli filio Gallos detrectos eſſe ſcribit. Cùm in agrum Pomptinum deſcendiſſet.) Gallos item in agro Pontino conſediſſe his conſulibus tradit Gellius lib. 9. cap. 11. Quatiensq; ſcutum haſta.) Gellius eodem in loco dixit, manu telum reciprocans, nimirum ex antiquo aliquo Annali totam hanc Galli, & Valerij pugnam ſumens. 222

Inde Apuliam ac mare inferum petierunt.) Malim & ipſe, ſuperum, vt Glareanus. Volſci enim ad infertum, Apuli ad ſuperum mare ſunt. ÆMVLVMQVE decoris ſui.) Quia T. Manlius, qui comitia habebat Gallum & ipſe ſingulari in certamine obtruncarat. M. VALERIVM Coruinum, id enim illi deinde cognominis fuit.) Scribe, Coruum, non Coruinum: ſic enim eſt in Capitolinis tabulis, & veteribus pleriſq; libris. Egregiè, Vt enim Albus, Rufus, Craſſus, Luſcus, Longus cognomina primùm inuenta ſunt. pòſt autem Albinus, Rufinus, Craſinus, Luſcinus, Longinus ſubſequuta ſunt, ſic qui primus cognomen hoc tulit, Coruus, poſteri Coruini appellati ſunt. Cuius populi ea, cuiuſque gentis claſsis fuerit, nihil certi eſt, maximè Siciliæ fuiſſe tyrannos crediderim.) Vereor ne claſsis ea Timoleontis Corinthij fuerit, qui priore anno Dionyſium tyrannum Syracuſanum vicit, & regno exegit, legesq; Siciliæ victor dedit, vt ſcribit lib. 16. Diodorus, qui idem fortaſſe Italiæ quoq; oram tanta elatus victoria claſſe tentauerit. Idem tamè poſt Poſtumij tyranni prædonis, aliorumq; quorundam, quos idem Timoleon ſuſtulit, meminit. T. MANLIO Torquato, C. Plautio ſecundùm conſulibus.) In veteribus libris, nota iterati honoris eſt adiuncta Torquato: at abeſſe tamen ab vtroque debet. Nam nec Caſsiodorus eam affert, & Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret, quia nunquam antè conſulatum cepit, cùm tamen bis dictaturam geſſerit. Et pòſt iterùm, tertiumq; conſul eſſe, non tertium, quartumque traditur. Neque verò Plautius ea nota affici debet, quia non eſt idem cum eo, qui paulo antè conſul fuit, ille enim Proculi cognomen tulit, hic, vt opinor, Hypſæi. Quã de re dicam in ſecundo huius conſulatu. In penſiones æquas triennij.) Vet. lib. In triennium. 223

M FABIVS Dorſuo.) Dorſo, vt ſuprà dixi.

Ad eandem ædem.) Vet. lib. ad eam ædem. Simili vetuſto montis Albani prodigio.) Hoc prodigium factum eſt Tullo Hoſtilio regnante, vt ſcripſit libro primo. Ambo patricij conſules creati ſunt.) Priore etiam anno ambo patricij conſules fuerunt, cuius tamen rei non meminit, Fabius inquam & Sulpitius. Populus nos Campanus legatos.) Hæc petitio Campanorum expreſſa eſt ex primo libro Thucydidis, quo in loco Corcyræi auxilium ab Athenienſibus petunt. Quod quiſq; intelliget, qui vtraſq; orationes comparabit. 224

Non loquor apud recuſantem iuſta bella populum. Sed tamen ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore.) Glareanus mendosè habere putat illas voces, ſed tamen, legendumq;, Sed tãtum: neq; intelligit correctionem hanc eſſe oratoriam, ita, quanquam quid dixi bella, neq; enim ſi oſtenderitis auxilia veſtra, bello vllo opus fore arbitror. [Mendosè aduerbium non dixit Glareanus: Locum autem lectoris iudicio committit.] 225

AD Satriculam.) Saticulam, ſic enim libri veteres, ſic Velleius libro primo, ſic Diodorus, ſic Stephanus, vterque enim σατίκολαν edit. Montem Gaurum.) Huius montis meminit Florus, Cicero contra Rullum, Plin. lib. 3. cap. 5. 226

Mollitiaque ſua, quàm vi hoſtium victos eſſe.) Vet. lib. Quàm virtute hoſtium. Vtrum qui audiendus magnificus duntaxat adhortator ſit.) Glareanus legendum putat, Vtrum audiendus, qui magnificus duntaxat adhortator ſit, quaſi verò non optimus ſenſus eliciatur ex hac lectione, id eſt, vtrum, qui imperat, & cui obediendum eſt, ſit tantum magnificus adhortator, ſic paulò pòſt. Hoc ſilentium in me audiendo ſeruãdum eſt. NON factionibus modò, nec per conciones vſitatas nobilibus, ſed hac dextra mihi tres conſulatus, ſummamq; laudem peperi.) Glareanus tollendam vocem, Modo, putat: quia eadem quoque præceſſerit. Nec diſciplinam modò, ſed exemplum etiam à me petere, neque videt illam, ſolum, ſignificare, hanc verò, nuper, atq; ita vtranq; locum habere. Cæterùm legendum eſt, per coitiones, non conciones. Quid autem ſit in petendo magiſtratu coitio, ſuprà oſtendi, cum alia loca emendaui. Factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienæ quàm ſuæ dignitatis memor.) Senſus huius loci, quem ſe ignorare Glareanus fatetur, eſt. Factis, inquit, habita perſonæ, & temporis ratione liberalis erat, dictis ita cautus, vt nõ minus aliorum libertatis, quàm ſuæ dignitatis 227

☞ rationem haberet. Dicta autem Latini vocant, quæ Græci ἀποφθέγματα. [Clareanus inquit, nõ admodum patet: ,, Sigonius dicit Clareanum fateri se ignorare, ita vbiq; inuertit verba.] Quadringentorum annorum decora.) Hic annus est CDXII. ab Vrbe condita, non enim vbiq; rotundi postulantur numeri.

228 Cacumen illud supra hostes.) Asperum, editumq; locum intelligit, quem verrucam appellat Cato, vbi de simili facto Calpurnij Flammæ tribuni mil. bello Punico primo agebat in Originibus, auctore Gellio libro 3. cap. 7.

229 Digressos in vallem.) Degressos, vt antè. Quænam illa inscitia belli ac pigritia est, quónam modo isti ex Sidicinis.) Vet. lib. Aut quónam modo. Quæ pars maior erit, eo stabitur consilio.) Vet. lib. Eius stabitur consilio. Ecce hoc aliud minus dubium.) Vet. lib. Ecce autem aliud.

230 Decius cùm non fallerent, clamorem tollere iussis militibus.) Vet. lib. Quando nõ fallerent: alij, quoniam non fallerent. Centum bobus, eximioq; vno albo.) Eximium sacrificale verbum est, de hostijs dictum, quæ ad sacrificium destinatæ eximantur è grege, auctor Macrobius lib. 3. Gramineam coronam obsidionalem.) De hac corona Gellius lib. 5. cap. 6. itemq; de cæteris. Ad Suessulam.) Suessulani, vt ex hoc loco apparet, Campani erant.

231 Quam in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde militum colligentes.) Vet. lib. Quod in exiguum, probo. Campanorum deinde, Suessanorumq;.) Legendum, Suessulanorum, à Suessula, ad quam pugnatum est: non à Suessa, quòd alia quàm Suessula sit.

232 Iam tum minimè salubris militari disciplinæ Capua.) Hoc dictum est propter hyberna Annibalis, cuius Capuæ corruptus exercitus est. Eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent.) Hac de re lib. 4. Capuam Etruscorum vrbem Samnites cepere prius bello fatigatis. Etruscis in societatem vrbis, agrorumq; acceptis, deinde festo die grauatos somno epulisq; incolas veteres noui coloni nocturna cæde adorti. Idem Strabo lib. 5. In vrbe insidentem labem crescentis indies fœnoris pari. Vet. lib. Tabem. Per tribunos comperta & ætate haberet, & vsu doctus.) Vet. lib. Comperta haberet, & ætate, & vsu doctus. Iam valido admodum numero manus erat.) Vet lib. Valida.

233 In Sacrum montem.) In sacrum montem secessio facta, & pro libertate plebis, in Auentinum pro pudicitia. Liuius lib. 2. & 3. Quanquam vel iniquis standum est potius,) Id est, vel quantumuis iniqua conditio accipienda est. Orauit, vt causam.) Vet. lib. Orauitq; vt causam. In Lvco Petilino.) Lib 6. Petilinum lucum appellauit. Plutarchus etiam in Camillo πετηλίνον ἄλσος apud Varronem de lingua latina lib. 4. est Petilius, pro Petelinus, per mendum.

234 Orauit etiam bona venia Quirites.) Sic suprà lib. 6. Putat me ex media concione vnum ciuem succlamare: Bona venia vestra liceat, ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse. Et ne particeps eorum esset.) Vet. lib. Nec particeps eorum esset, placet. Romae eorum multitudinem coniuratorum ad arma consternatam esse.) Consternari est erigi & concitari, hoc loco, vt lib. 8. Tumultu sanos etiam consternante animos. Et lib. 34. Consternatio muliebris, pro seditione mulierum. Sic Marcellus.

In epitomen lib. VIII.

Laborantibus Romanis, P. Decius tunc cum Manlio deuouit se.) Vet. lib. P. Decius deuouit se. Malim P. Decius tunc cum Manlio consul deuouit se.

235 Ausonibus victis in oppidum Cales colonia deducta est.) Vet. lib. In oppidum ex ijs captum Cales. Victi bello, & obsidione.) Vet. lib. Bello & obsidione victi. Q. Pvblio, qui eos obsederat primum imperium prolatum, & per consules ei decretus triumphus.) Ex Capit. Triumphis, & ipsius Liuij verbis legendum est. Q. Publilio, qui eos obsederat primò, & imperium prolatum est, & pro consule decretus triumphus. Sensus est: Q. Publilius primus fuit, cui in insequentem annum prorogaretur imperium, & qui non consul, sed pro consule triumpharet. C. Pvblio.) C. Publilio. Contra edictum eius præliatus est, qui prosperè aduersus Samnites pugnauit.) Vet. lib. Contra edictum eius prosperè aduersus Samnites pugnauit.

In librvm VIII.

Consules erant C. Plautius iterum.) Clareanus C. Plautium tertium legit, atque hunc C. Plautium Venocem esse censet, in quo multiplex error est. Primùm quod C. Plautij Proculi consulatum, quem ille gessit anno CCCXCVII. huic C. Plautio tribuit: deinde quod hunc Venocis cognomine afficit, cùm Hypsæus potius appellandus sit. De Proculo scriptum est in Capitolinis tabulis. De Hipsæo in nummis argenteis. Hic enim C. Plautius Priuernum in hoc consulatu cepit, auctore Liuio. Itaque est apud patrem tuum nummus cum his literis:

ab vna parte, { C. YPSÆVS COSS. / PRIV. CEPIT. } ab altera, P. YPSÆVS S. C.

Videtur autem P. Hypsæus is fuisse, qui nummum cudendum curarit, qui nobilitandæ familiæ causa vnum ex suis maioribus clarissimi tituli virum ab altera, vt fiebat, parte nummi inciderit. Privs ad Priuernum profectus. Veter. lib. Prius Priuernum. Recensentibus, quos viros in acie amisissent. Vet. lib. Quot viros. T. Æmilivs prætor.) Ti. Æmylius, Nam Diodorus hunc in consulatu πλεῖον nominat, suprà etiam alius Ti. Æmilij meminimus ex Dionysio. Quo minus perpetua amicitia esset.) Vet. lib. Perpetua cum eis amicitia. Inde exercitus Romanus ductus.) Veter. lib. Deductus: sic paulò pòst, Reductæ Romam legiones, vt fortasse rectè, Romam deductus, legi possit. Ex his tot populis ingens exercitus.) Vet. lib. Vnus ingens exercitus.

236 Duo interreges fuerunt, M. Valerius, ac M. Fabius, creauere consules.) Veter. lib. Is creauit consules. Rectè, vt de posteriore interrege Fabio intelligatur. In Italiam classe appulisse.) Veter. lib. Classem, probo: non enim appellere naui, sed nauim, latinè dicitur. sic lib. 10. Classis Romana cum appulsa Pompeios esset. Hunc Alexandrum Molossum vocat, Gel. lib. 17. vbi de hoc eius in Italiam aduentu ait. In alio tractu orbis.) In Asia ad orientem. Adhuc tamen Philippus Alexandri pater viuebat, nec in Asia res gerebantur, sed in Græcia, auctor Diodorus. L. Nvmitivm.) Numicium. Græci enim νομίκιον. Evocatos se ab senatu docent Romano.) Quid si Romam, legas?

Cum

Cum plus ducentorum annorum morem ſolueremus.)Elatoriè loquuntur Latini: non enim niſi CLX. an- 237
ni numerantur à pugna ad lacum Regillum, qua victi à Romanis leges acceperunt, ad hunc annum, niſi à fœdere cum L. Tarquinio icto initium ſumas. Quoniam vires quóque æquari dijs immortalibus placuit.) Vet. lib. Quando vires.

Eſt cœleſte numen, es magne Iupiter.) Sic. lib. 3. Dum pro ſe quiſq; deos eſſe, & non negligere humana fre- 238
munt. Agitatum etiam in concilio eſt, vt ſi quando vnquam ſeuero vllum imperio bellum adminiſtratum eſſet, tunc vti diſciplina militaris ad priſtinos redigeretur mores.) Malim, tunc vtique, quod eſt tunc omnino, tunc maximè, alioquin vacet neceſſe eſt aut Vt, aut Vti. Præerat Geminius Metius.) Meminit huius etiam Valerius: ſic Vet. lib. Hic quoq; efficiemus profecto, ne nimis acies vobis, & collata ſigna nobiſcum, cordi ſint.) Vet. lib. Ne quid minus, quàm acies vobis, &c.

Ignarus facti, futuriq;, laus an pœna merita eſſet.) Sic. Vet. lib. At Fati, malim hoc ſenſu: Ignarus fatalis fu- 239
turi ſupplicij, ſiue laus, ſiue pœna à ſe merita eſſet, ſic etiam antè: Præceps ad id certamen agitur, quo vinceret, an vinceretur, haud multum intereſſet. Et, Mouet iuuenis animum inexuperabilis vis fati. Fuit enim ciuili maximè bello pugna ſimilis.) Vet. lib. Fuit autem ciuili, & rectè. Eſt enim nouæ narrationis initium. CLYPEIS Romanis.) Quales Romani clypei fuerint exponit pluribus lib. 6. Polybius. Eum enim credo eſſe clypeum, quem παῤμην vocat, ſcutum verò quod θυρεὸν. Prima acies haſtati erant, &c.) Secus de Romana militia Polybius, quàm hoc loco Liuius agit, ita tamen, vt quid ille ſentiat facilius, quàm quid Liuius, intelligi poſsit. Legionem enim quatuor milliũ peditum fuiſſe ſcribit. Eam verò in quatuor partes diuidit: Velites quos χωσφομάχους, appellat, Haſtatos, principes, & Triarios, primos natu minimos, extremos maximos, medios inter vtroſq; interiectos fuiſſe: præterea Triarios ſexcentos, Principes, itemq; Haſtatos ſingulos mille & ducentos, Velites inde mille. Sin autem legio maior fuerit, tum præter haſtatos reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuiſſe. Haſtatos præterea in X. partes diſtributos, ac ſingulis earum Centuriones duos præfuiſſe, itemque in Principibus ac Triarijs. Velites porrò in parte æquales diuiſiſſe: ijſq; ſeparatim centuriones duos præfeciſſe, partes has ἀπείραν, πάγμα, σημαίαν, præfectos πεξιάρχους, χιντουρίωνας nominat. Hæc ille. Liuius autem primam aciem Haſtatos facit, id eſt, leues milites, ac ſeruatos, in eamq; pubeſcentes ad militiam omnes conijcit, alteram Principes vnà cum ſcutatis, quos antepilanos vocabant. Tertiam ex XV. ordinibus conſtituit, quorum vnuſquiſque tres partes haberet, earum vnam quanq; primum pilum vocabant: ex tribus vexillis conſtabat, Triariorum, Rorariorum & Accenſorum. In nominibus autem, Ordo, & Manipulus, atque in ſumma militũ ex verbis eius concipienda mira obſcuritas eſt.

Quatuor ferè legiones quinis millibus peditum.) Mallem legi, legiones ferè quinis, non enim de numero 240
legionum ambigit, ſed de numero militum cuiuſque legionis. Libro autem priore, quaternûm millium & ducenorum peditum fuiſſe legionem ſcribit. Et lib. 22. auctam eſſe vſque ad quina millia, ſic enim ait: Numero quoq; peditum equitumq; legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adiectis, vt quina millia peditum, treceni equites eſſent. Quo ex loco apparet ante tempus illud, non niſi quaternûm millium eam fuiſſe, quemadmodum apertè quoq; ibi Polybius ait. Eadem dubitatio de equitibus incidit, quos hoc tempore trecenos vocat, cùm ſecundo bello Punico centum adiectis primùm trecenos factos eſſe ſcribat. Fortaſſe autem hæc non ad hoc, ſed ad illud tempus accommodauit. Duo primipili.) Nomina horũ centurionum omiſit, Romani & Latini. Pares ordines duxerunt,) Malim, duxerant. Haud procul radicibus Veſuuij montis. Ad eaſdem radices caſtra poſita fuiſſe ſcribit Valerius lib. 1. cap. 5. Decio caput iecinoris à familiari parte cæſum aruſpex oſtendiſſe dicitur.) Feſtus Peſtifera auſpicia fuiſſe ait, vbi caput in iecinore non fuiſſet. Fuiſſe autem & fiſſum, & caput iecoris apparet ex lib. 2. Ciceronis de diuinatione. Fiſſum, inquit, familiare tractant, & vitale caput iecoris ex omni parte diligentiſsimè conſiderant. Vnde Lucanus in primo Pharſaliæ.

Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem,
Alterius capitis pars ægra, & marcida pendet,
Pars micat.

Quod autem Cicero familiare fiſſum, & Liuius caput à familiari parte cæſum aiunt, eò pertinet, quòd pars vna hoſtis, altera familiaris dicebatur. Vnde Lucanus: Venasq; minaces Hoſtili de parte videt. Si ab collega litatum eſt.) Vet. lib. Si ab collega proſperè litatum eſt. Precor, veneror, veniam peto.) Solennia in eiuſmodi deuotionibus verba. Quæ adhibet etiam Macrobius lib. 3. vbi de ratione vrbium, & exercituum deuouendorum agit.

Signum ſeptem pedes altum.) Signum opinor vocare imaginem eius hominis, qui deuotus non eſt mor- 242
tuus, mortem enim eius defoſsione imaginis & hoſtiæ cædere repræſentari voluerunt. Et piaculum hoſtia cædi.) Niſi quid vitij ineſt: Piaculum cædi, dixit, pro fieri. Nam paulò pòſt ait: Marti Sue oue taurilibus piaculum fieri. Sue oue taurilibus.) Olim Solitaurilibus legebatur. At Feſtus docet rationem, cur & Solitaurilia, & Sue oue taurilia defendi poſsint. VESCIA vrbs eius receptaculum fuit.) Stephanus: Βεσκία πόλις ἀυσόνων. Hoc dixi, quia Glareanus ſe nuſquam alibi legiſſe hoc nomen ait. [Hoc non dicit Glareanus, ſed ſe, quæ de hac vrbe dicat, nihil habere.] Inter Sinueſſam Minturnasq; is locus eſt.) Hinc Diodorus lib. 16. ait Latinos, Campanosq; ad Sueſſam hoc anno victos: vitiosè pro ad Sinueſſam. ῥωμαῖοι ὑπὸ τοὺς λατίνους, καὶ καμπανοὺς παρατυξάμενοι πρὸς σουέσσαν πόλιν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἱππέων τοὺς μὲν πλείους ἀπέκτειναν ὁ δὲ ὕπατος ὁ κατορθώκως τῷ μάχῃ μάλιστα ὁ ὕπατος ἐδριάμβευσε. Latium, Capuaq; agro multari.) Vet. lib. Latini, Capuaq;. Poſt diem decimũ Latinarum.) Vet. lib. Decimam. Latinæ feriæ per quatuor dies agebantur, poſt X. diem, quàm actæ erant renouabatur hoc fœdus. Fuere autem mille, & ſexcenti.) Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in lib. vet. eſſe ſcito.

T. ÆMYLIVS Mamercus.) Ti. Æmilius Macercinus. Diodorus & vet. lib. Q. PVBLIVS Philo.) Publi- 243
lius, vt antè. AB LANVVIO, Antioq;.) Lauinio, ex Vet. lib. vt poſt dicam. Qua cupiditate offenſus patribus, negantibusq;.) Procul dubio legendum eſt, offenſis patribus: præſertim cùm ſubſequatur, Negantibusq;. ÆMILIVS cuius tum faſces erant.) Vet. lib. Cui, vt lib. 1. Brutus prior concedente collega faſces habuit. Et alibi de eadem re: Penes quem ſumma imperij erat. [Hæc non probant, Cui pro cuius legendum.] Dictatura popularis.) Lego, Dictator popularis: nam ſequitur, leges tulit, alioquin fiet, vt dicamus: Dictatura leges tulit, ſic Vet. lib. Magiſter equitum Iunius Brutus.) Hic eſt D. Iunius Brutus Scæua, qui pòſt conſul erit. Vt plebiſcita omnes Quirites tenerent.) Contrà alij, vt Plinius, Gellius, & Iuriſconſulti, qui hanc legem primùm latam eſſe à Q. Hortenſio Dictatore ſcribunt, vt pòſt dicam in epitoma lib. 11. Tertiam, vt alter vtique ex plebe, cum eò ventum ſit, vt vtrunq; plebeium fieri liceret, cenſor crearetur.) Miror non hoc loco notatum eſſe à Glareano Liuium, qui ſcripſerit eò ventum eſſe, vt vtrunque cenſorem fieri liceret, cuius rei nihil antè meminerit. Nam de altero tantùm occupato à plebe cenſuræ loco egit. Hoc tamen ſi quis fecerit, iniuſtè facier: legitur enim mendosè in vulgatis libris, rectè autem in manuſcriptis, ſic, cum eò ventum ſit, vt vtrunque plebeium conſu-

lem fieri liceret: sensus est, Vt, quoniam quod grauius erat, concessum est à patribus, vtrunq; consulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod leuius esse videtur, vt alter vtique censor ex plebe fiat. De vtroque autem consule plebeio lata lex est anno CDXIII. vt ait Liuius lib 7. extremo. L. FVRIO Camillo, C. Mænio cõsulibus.) Plin. lib. 34. cap. 5. C. Mænium cum Liuio consules edit. Diodorus λόγιον φύειον, γάϊον μαλιὸν. C. Mænius P. F. P. N. in Censura, & Dictatura eius Capitolina dicitur. At collega L. Furius. Sp. F. M. N. Camillus. Ex quo apparet, errare Glareanum, qui hunc iterùm consulem esse scribendum putat, quasi verò idem sit, atque ille qui antè & consul & dictator fuit, cum ille M. F. hic Sp. F. M. N. sit, hoc modo.

M. Furius Camillus. Tr. mil. an. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. an. 354. 357. 361. 370. 372. 375. Dictator. 359. 365. 367. 387. 388.

- M. Furius Camillus mortuus in damnatione patris. Liuius, Plutarchus.
- Sp. Furius Camilli Dict. F. prætor primus. 389.
  - L. Furius Sp. F. M. N. Camillus COS. 417. 430.
- L. Furius Camillus Dictatoris F. Dict. 405. 410. COS. 406.

Insignitius omissa res.) Vet. lib. Insignius. Aricinos, Lanuuinosque, & Veliternos Antiatibus Volscis se coniungentes ad Asturæ flumen Mænius improuiso adortus fudit.) Quemadmodum paulò antè ab Antio, Lauinioq; dixit, sic hoc loco, Aricinos, Lauiniosque, legendum puto. Me in hanc sententiam adducunt cùm libri veteres, tum maximè Capitolini lapides, in quibus hic C. Mænij triumphus his verbis descriptus est:

C. MAENIVS P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBVS AN. CDXV.
LAVINIENSIS, VELITERNEIS PRIDIE K. OCT.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominibus tanti erroris implicant non Latinorum, sed etiam Græcorum auctorum, vt vix Lauinium à Lanuuio distinguere, vel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc instituto esse duxi, notas quasdam afferre, quibus alterũ ab altero prudens lector internoscere possit. Est autem illa vna, quòd Lauinium ab Ænea, vt omnes, Lanuuium à Diomede vt Appian. lib. 2. ait, conditum est. Altera quòd Lauinium colonia, Lanuuium manicipium fuisse traditur. De Lauinio scriptum est in Epitome lib. 70. Marius Antium, & Ariciam, & Lauinium colonias deuastauit. De Lanuuio in oratione pro Milone pro Murena, & apud Pædianum. Tertia quòd Lauinij consules Vestæ, & penatibus sacra peregerint, Lanuuij verò Sospitæ Iunoni. illius Historiæ auctor est Dionysius lib. 1. Et Macrobius lib. 3. cùm ait: Consules & prætores, & dictatores cùm ineunt magistratum, Lauinij rem diuinam faciunt penatibus pariter, & Vestæ. Huius Cicero pro Murena: Nolite, inquit, à sacris patrijs Iunonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum, & suum consulem potissimum auellere. Erat autem Murena è municipio Lanuuio, vt ipse paulò antè ait. Quarta quòd Lauinium longius abest à Roma, quàm Lanuuium. Distat enim à mari quatuor stadia, vt ait Dionysius lib. 1. situm inter Ostiam & Antium, auctore Strabone lib. 5. At Lanuuium abest à Roma stadia CL. vt ait Appian. lib. 2. ita vt auctore Strabone ab eo mare, & Antium prospici possit, haud procul ab Aricia, quæ CLX. stadia abest in Appia via sita. Ipsa tamen inter se non admodum distantia videntur fuisse. Quæ res maiorem etiam erroris causam præbuisse videtur. Horum etiam oppidorum populos commemorat Dionysius lib. 5. λαυρεντίνους, λαουινίους, λαβικάνους, id est, Laurentes, Lanuuinos, & Lauinios. Ac Stephanus quidem etiam λαβίνιον κτίσμα τῶν αἰνίου populos edere λαβικάνους ait: Vbi verò ait: λαύ που μητρόπολις τῶν λατίνων. τὸ ἐθνικὸν λαουινεῖν & διονύσιος & ῥωμαϊκῆς ἰσοείας, dubitationem affert, quia Dionysij ex quinto libro testimonium profert, ne mendosè pro Laurento, aut pro Lanuuio sit. Apud Dionysium etiam vox illa λαουινίους vitiosè videtur esse, pro λανουίνους. Verùm vt dixi mira horum nominum depravatio est. AD ASTVRAE flumen.) Vet. lib. Ad Saturam flumen. Ego tamen legendum puto: Ad Sturam flumen. Nam Festus in vocibus incipientibus à litera S, ait: Stura fluuius est in agro Laurenti. Item Strabo lib. 5. eundem in his locis fluuium σύραν vocat. Maximè valido exercitu, maiore mole.) Maiore mole, quod Glareanus ait nescire vt intelligatur, est, maiore apparatu. Nam quia de Mænio dixit: Aricinos improuiso adortus fudit, hinc opponit, at Camillus Tiburtes, maiore mole, quanquam æquè prospero euentu.

244 Oppida Latina omnia, & Antium ex Volscis aut vi capta, ait recepta in deditionem.) Quanquam Volsci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti esse videntur. Captum ergo ait Antium Camillus, quod tamen nominatim supra non est expressum à Liuio, nisi cùm dixit: Nec quieuere antè, quàm expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas vrbes Latium omne subegere. Et vestram itaque de eis.) Placet antiqua quorundam librorum lectio, & vestram vtique. Quæ lectio desiderare videtur, vt verba illa: Tot populos &c. parenthesi includantur, atque hoc modo tota sententia colligatur: Sed maturato opus est, quicquid statuere placet, (tot populos inter spem, metumque suspensos animi habetis,) & vestram vtique de eis curam quam primum absolui, & illorum animos dum expectatione stupent, seu pœna, seu beneficio præoccupari oportet. LANVVINIS ciuitas data, sacraq; sua reddita cum eo, vt ædes, lucusq; Sospitæ Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum populo Rom. esset.) Quanquam in quibusdam libris est, Lauinijs, tamen Lanuuinis, legendum est. Nam de Municipio, deq; sacris Iunonis Sospitæ mentio fit. Hoc autem primùm tempore Lanuuini municipes facti sunt vnà cum alijs Latinis multis, quos numerat Liuius. Hac de re Cicero pro Cornelio, sic: Itaque ex Latio multi & Tusculani, & Lanuuini, & ex cæteris generibus gentes vniuersæ in ciuitatem sunt receptæ, vt Sabinorum, Volscorum, Hernicorum. Neque verò mouueat quenquam, quòd Lanuuinis ciuitatem datam scribat, quos ne victos quidem antè tradiderit. Nam, vt dixi, satis habuit dicere: Neque antè quietere, quàm expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas vrbes, Latium omne subegere. TVSCVLANIS seruata ciuitas, quam habebant.) Data est ciuitas Tusculanis auctore Liuio an. ab V. C. CCCLXXV. vt meritò Cicero pro Plancio municipium antiquissimum vocet Tusculum. VELITERNOS veteres ciues Romanos.) Velitræ colonia deducta est anno ab V. C. CCLX. libro 2. ET ANTIVM noua colonia missa.) Ea primùm deducta fuit anno ab V. C. CCLXXXV. ARMA quondam.) Hac de re libro priore dictum est. CVIVS Capuam.) Capuam agro multatum tantùm dixit suprà. Latini Capuaque agro multatis. Rostrisque earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Rostraque id templum appellatum.) Hinc Plin. libro 16. capit. 4. Antea rostra nauium tribunali præfixa fori decus, erant, velut populo Rom. ipsi corona imposita. Et Cicero in Vatin. In rostris

ſtris in illo inquam augurato templo, ac loco. Et pro lege Manilia: In eum ipſum locum aſcendere, quem maiores exuuijs nauticis, & claſsium ſpolijs ornatum reliquiſſent. P. ÆLIO Peto.) Pęto ex Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis.

SVESSAM communiſſe.) Vet. li. Commeaſſe. Rectè: nam inquit, Aurunicos oppidum antiquum ſuum deſe- 245
truiſſe ac profugiſſe. Nomẽ autem eius oppidi Aurunca fortaſſe fuit, quo deinde nomine Sueſſa ipſi etiam affecta eſt. Sic Auſonum fuit oppidum Auſona. Viua ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa eſt. Cur ſub terram ſtratam dicat, exponit Plutar. in Numa, vbi de pœna Veſtalium agit: ἐνταῦθα κατασκάζουσιν κατὰ γῆς οἶκόν τινα μέγας, κεῖται δὲ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη, id eſt, Eo in loco, ad portam Collinam, præparatur ſub terram domus haud admodum magna, in ea verò lectus eſt ſtratus. Scelerato campo, credo ab inceſto id ei loco nomen factum.) Vet. lib. Ac inceſtu. At Feſtus: Sceleratus campus appellatur proximè portam Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, defoſſæ ſunt. Qui negabat rationem eius ſe habiturum.) Id eſt, nomẽ eius candidati non recepturum, conſules enim prætoria comitia habebant. Minus in prætura intendente.) Vet. lib. Tendente, quod ſæpè vſurpat Liuius. CÆSONE Duellio.) K. Duilio vt ſuprà, nota huius prænominis mendũm peperit in epiſtolâ Cic. ad Pætum, cùm ait: L. Papirius Craſſus quadriennio poſtquam Dictator fuit, conſul factus eſt cum C. Duilio, cùm ſit legendum K. Duilio. L. ÆMILIVM Mamercum.) Mamercinum, ex vet. lib. Quo prænomine multi Æmilij vſi ſunt. T. VETVRIVS, Sp. Poſtumius.) Caluinus ille, hic Albinus vocatus eſt: Liuius auctor lib. 9. Plutar. in Parallelis.

L. CORNELIVS iterum.) A. Cornelius eſt ſcribendum, Caſsiodoro, Diodoro, & Vet. lib. atteſtantibus: Eſt au- 246
tem is, qui conſul antè fuit anno CDXII. Aduerſus regem exſcenſionem à Pæſto facientem.) Vet. lib. omnes, Exſcenſionẽ habent, quomodo alio loco locutus eſt Liuius, vt li. 22. Exſcenſu è nauibus in terram facto. Et libro 28. Ad Erythras exſcẽſionem fecit: Quę lectio placet, ſi ad Pęſtum, legamus. At placet alijs, excurſionẽ legi. Quod etiam probatur, cùm paucis antè annis idem Alexander appuliſſe claſſem in Italiam ſuprà dicatur. T. VALERIO conſulibus.) Nuſquam aliàs Titi prænomen in gente Valeria comperi. Quare aſſentior Diodoro, & Caſsiodoro, qui hunc conſulem C. Valerium vocant. Q. FABIVM Maximum ædilem.) Adhuc Maximus nõ dicebatur, nam pòſt in cenſura id cognomen inuenit. [Et hoc Glareanus annotauit.] In ſeceſsione quon- ¶
dam plebis.) Hac de re antea nihil Liuius, ſeceſsit primùm plebs in montem ſacrum, eius ſedándæ cauſa Dictator M'. Valerius creatus eſt, iterùm in Auentinum, per conſules reducta eſt: denique ſeceſsit exercitus, per M. Valerium Coruum Dictatorem res compoſita eſt. Liu. lib. 2. 3. & 7. nuſquam autem claui figendi mentio facta eſt. [Hæc rurſus ex Glareani annotationibus habet.] L. PLAVTIVS Venox.) Venno ſcribendum eſt ex ſecundo ¶
huius conſulatu Cap. Nam qui Venox eſt dictus, is & Caij prænomen tulit, & multis pòſt annis in cenſura illud cognomen inuenit, ſunt autem cognomina duo Venno, & Venox, vtrunque Plautiorum: verùm librariorum in curia alterum propè ex hominum memoria euulſum eſt, & à ſcriptoribus Capitis modò reſtitutum. Ex Volſcis Fabraterni, & Lucani Romam venerunt orantes, vt in fidem reciperentur.) Vox, Lucani, mendum habet. [Et hæc ex Glareano notat nullâ eius mentione.] Neque enim Lucani aut Volſci ſunt, aut Volſcis vicini, neq; ita per ſe inualidi, vt à Samnitibus quicquam timere poſſent, quibus paulò antè erant amici: præſertim verò cùm dicat haud ita multò pòſt Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Rom. fuerat, in fidem venerunt. ¶

Quæ Vacci prata diruto ædificio, publicatoque ſolo appellata.) Hinc Cicero pro domo: In Vacci pratis do- 247
mus fuit M. Vacci quæ publicata eſt, & euerſa. Sana conſtare mens.) Vet. lib. Sanè. FVNDANIS pacem eſſe.) Vet. lib. Fundis, quòd placet: dixit enim Priuerni hoſtes eſſe. Carceres eo anno in circo primùm ſtatuti.) Varro lib. 4. de lingua Latina. In circo primo, vnde mittuntur equi, Carceres dicuntur dicti, quòd cõercentur equi, ne inde exeant ante, quàm magiſtratus ſignum miſit. Conſules noui L. Æmilius Mamercus, & Cn. Plautius.) Scribe L. Æmilius Mamercinus, & C. Plautius. De Mamercino teſtantur & vetera, & Capitolina monumenta. De C. Plautio triumphus eius Capitolinus, in quo ipſe ita deſcribitur: C. PLAVTIVS P. F. P. N. DECIANVS. Sunt enim multi per hæc tempora illuſtres Plautij, ſed diuerſis cognominibus præditi, Proculo, Hypſeo, Vennone, Venoce, Deciano. Hunc tamen adoptionis cognomine vti cenſeo, non familiæ. In ſacello Sangi verſus ędem Quirini.) Vet. lib. Aduerſus ædem. Si bonam dederitis.) Idem tradit Valerius lib. 6. cap. 2.

P. PLAVTIO Proculo, P. Cornelio Scapula.) Pro Plautio Diodorus edit A. Poſtumium: ſic enim eſt apud 248
eum, αὖλος ποσέμιος, πόπλιος κορνήλιος. FREGELLAS Signinorum ſi ager, deinde Volſcorum fuerat.) Satis apparet ex locorum deſcriptione, Sidicinorum legendum, qui populi fuerunt inter Volſcos & Campanos, non Signinorum, quæ vrbs fuit in Latio. Proximis comitijs abſens præſentibus præfertur.) Vet. lib. omnes, abſens petentibus. Glareanus præſentibus mauult, quaſi verò non alio loco Liuius apponat, abſentes petentibus, quippe cùm abſens non ſolùm dicatur is, qui non adeſt in vrbe, ſed etiam qui ne in campo quidem, vt alio loco oſtendam. [Quid ergo tu in tuo codice habes præſentibus non petentibus?] CVMANI ab Chalcide Euboi- ¶
ca.) Idem Strabo lib. 5. In insulas Ænariam, & Pythecuſas egreſi.) Plin. has duas inſulas vnam facit, at Mela duas, cùm inquit: Pythecuſa, Leothea, Ænaria, Sinonia, &c. Italico lateri citra Tiberina oſtia obiacent. Hoc torſit valde Glareanum. SAMNITIVM infidę aduerſus Romanos ſocietati freta.) Vet. Infida ſocietatæ. Quod Latina locutio etiam poſtulat.

Recepta Palæpoli miſerat.) Vet. lib. Recepta Palæpolim miſerat, Vtrunque rectè. Dixit enim Cicero 249
pro Archia: Luculli eum domum ſuam receperunt. Et Liuius: Oppido, ac tectis receperunt, eſt enim ſenſus: Publius ad ſenatum miſerat, duo millia Nolanorum, & quatuor millia Samnitium Palæpolim hoſtium oppidum eſſe recepta. Romæ compertum eſt, delectum.) Vet. lib. alij habent: Romæ compertum eſt, Cornelius delectum, alij omninò vacant vocibus his: Romæ compertum eſt, habent verò vocem, Cornelius: Quorum lectionem valdè probo. Nam cùm ab vtroque conſule de Samnitium bello certiorem ſenatum factum dixiſſet, pòſt ſubdidit, quid Publilius nunciaſſet: hoc verò loco, quid Cornelius, ita: Ab vtroque conſule exiguam ſpem pacis cum Samnitibus eſſe, certior ſit ſenatus. Publilius duo millia Nolanorum militum, & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quàm voluntate Græcorum recepta Palæpolim miſerat. Cornelius, delectum indictum à magiſtratibus, vniuerſum Samnium erectum, ac vicinos populos Priuernatem, Fundanumq; & Formianum haud ambiguè ſolicitari, egregiè. Nam Publilius in Græcos ierat, Cornelius in Samnites. Quid perplexè agimus, inquit.) Subaudiendũ eſt, Samnis. Sequitur enim, Et Samnis, Romanúsne imperio Italiâ regat, decernamus. Proconſul rem gereret.) Vet. lib. Proconſule. Oriente nocte.) Vet. lib. Ineunte. Oriente, gloſſema eſt. Conſules creat C. Pœtelium.) C. Pœtelium tertium ſcribendum eſſe cenſet Glareanus, putat enim eundem eſſe cum eo, qui conſul fuit anno CCCXCV. in quo decipitur: ille enim pater, hic filius eſt. Quod ex

consulatu eius,& ex dictatura huius Capitolina cognoscitur,in quibus ille C. Pœtelius, C. F. Q. N. Vibo Visolus,hic C.Pœtelius C. F. C. N. Libo Visolus appellatur.Est igitur C. hic Pœtelius consul II. non III. nam primùm fuit anno CDIX.]Glareanus in hoc secutus est Cassiodorum, quem reprehendere debebat,sed Glareanum maluit.] L. PAPIRIVM Mugillanum,) Cursorem in alijs annalibus inuenio. Quanquam ambigere de cognomine Papirij consulis videtur,Cursorem tamen probat magis,quod ex eo intelligi potest, quòd eum II. post consulem profitetur,hunc annum enumerans. Idem faciunt Capitolini scriptores. Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam.) Sic Solinus cap.35.L.Papirio Sp.F.C.Pœtelio C.F. COSS. Alexandria condita est.Idem Cassiodorus. Accita ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam,Pandosiamque vrbem,ibi satis eius terminum dari.) Oraculum hoc his duobus Græcis versibus expressum est:

αἰ ακλίδη φερφύλαξο μολεῖν ἀχερήσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν τε,ὅπ τὶ θανάτῳ πεπρωμένῳ ἔσσῃ.

Eandem rem tradit etiam Strabo lib.5.his verbis: ἐπεὶ πανδοσίαν ἀλέξανδρος ὁ μολοσσὸς διεφθάρη. ὑξιπέτησε δὲ ἡ τοῦτον ὁ ἐν Δωδώνῃ χρησμὸς φυλάττεσθαι κιλλύων ἢ ἀχέροντα, ἢ τὴν πανδοσίαν. δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τόπων ἐντοῦθα κατέστρεψε τὸν βίον.

250 BRVTIORVM coloniam Acerinam.) Meritò suspectam habet vocem Acerinam Glareanus,neque enim eius oppidi apud quenquam vlla mentio est.Quo fit,vt suspicer,pro Acerinam, Terinam esse legendũ, quod oppidum Brutiorum fuisse scribit apertè Strabo lib. 6. πεμέσης δὲ σωεχὴς πεινὸ,λῶ αὐνίβας κὰ δεῖλεν ὁ δωώμεν@ φυλάττειν,ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν κατφόγει πὶὼ βρεττίαν,ἔπα κωνσέντια μητρόπολις βρεττίων. Eandem Stephanus vocat κτίσμα κρωτωνιατῶν,Itaq; subdit,alias inde Mesapiorum ac Lucanorum vrbes.Terinæ Plinius etiam & Mela meminerunt.
Haud procul Pandosia vrbe,imminente Lucanis, at Brutijs finibus tres tumulos aliquantum inter se distantes insedit.)Eorundem tumulorũ meminit etiam Strabo,& alterius oraculi,à quo Alexander deceptus fit,ait enim: πεικόροφον δ' ἔδη τὸ φρούριον. κὰ παρέρρεῖ ποταμὸς ἀχέρων. πεσπαύτησε κὰ δὲ ἀλλολόγιον. Πανδοσία πεικάλεντε πολιὼ ποτὲ λαὸν ὀλέσεις. ἔ δοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν ἀπ' οἰκείων δηλῶδαι. Corpore regio vtcunque multato.) Glareanus Erasmo præceptori suo placuisse ait:hoc in loco pro multato,legendum esse,mutilato. At Cicero ita quoque locutus est pro Milone:Qua in turba C. Vibienus ita est multatus,vt vitam amiserit. Fœdere ergo in amicitiam accepit.) Rectè.Nam aut fœdere,aut deditione in amicitiam veniebant.Sic enim suprà:Campanorum aliam conditionẽ esse qui non fœdera,sed per deditionem in fidem veniissent.

251 TARENTINORVM iuuentutem,Græci Græcos.)Tarentinos Græcos Palæpolitani Græci expectabant. Tarentum enim Lacedæmoniorum colonia fuit,Iustin.lib.3. AD PHILONEM venit.) Vet.lib.ad Publilium Philonem. Quod bonum,faustum,felix.)Vet.lib.Felixque. Haud ignarus opinionis alterius,qua hæc proditio à Samnitibus facta traditur,&c.)Sensus est.Proditionem Palæpolis ab alijs Palæpolitanis auctoribus, ab alijs Samnitibus auctoribus factam esse traditum est, me vt Palæpolitanis ducibus factam esse credam, cùm scriptorum auctoritas mouet,qui id tradiderũt,tum fœdus Neapolitanum.Nam Græcorum rei summa à Palæpoli Neapolim deinde translata est.Videtur autem fœdus Neapolitanum vocare id, quod Græci cum Romanis victoribus Neapoli iecerunt:nam si cum Samnitibus ictum esset,non Neapoli fœdus,quæ Græcorum erat, sed in Samnio factum esset. Duo singularia hæc ei viro primùm contigere,prorogatio imperij: non antè in vllo facta,& acto honore triumphus.) Glareanus legẽdum censet,Aucto honore.Quid tamen sit aut,Acto,aut Aucto honore,se ignorare profitetur. [Glareanus ingenuè fatetur sibi non constare vt alijs cogitandi daret ansam.] Mihi verò hæc esse videtur mens auctoris.Duo hæc singularia Publilio contigisse,& quòd primus prorogato vltra consulatum imperio pro consule rem gesserit,& quòd primus exacto consulatu pro consule triumpharit.Est enim acto honore,pro eo,quod est,postquam honore abijt:sic lib.3.Ea ætate,ijsque honoribus actis. Et epitom. lib.61.Gracchus seditioso tribunatu acto interemptus est:sic in Capitolinis lapidibus.

Q.PVBLILIVS Q. F. Q. N. PHILO II. PRIMVS PRO COS.
DE SAMNITIBVS PALÆPOLITANEIS.

Cùm corpora nuda intulissent.) Vet.lib.Nudata.

252 Initium libertatis factum est,quòd necti desierunt.)Vet.lib.Quod ligari nexi desierunt,Rectè. Nam paulò pòst subdit:ita nexi soluti:cautumque in posterum ne necterentur.Et epitome lib.6.Cùm obstrictos ære alieno liberaret,nexos exolueret.Et Varro libro 1. de lingua Latina:Liber,qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debebat,præbet,nexus vocatur,vt ab ære obæratus.Hoc C.Pœtelio Visolo Dictatore institutum ne fieret. Quæ verba quanquam mendosa sunt,tamen ad hunc locum pertinere perspicuum est. Et Suidas in voce γάϊ@. Καὶ δι' ἐκεῖνο τὸ ϖάδ@ ἅπαντες οἱ δηλωθέντες ϖρὸς τὸ χρέα ῥωμαῖοι νόμῳ κυρωθέντι ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο. L.FVRIO Camillo iterum.) Quàm vehementer erret Glareanus, qui L.Furio Camillo tertium legit,suprà ostendi.
Fortes fortunam iuuare.)Eodem prouerbio vtitur lib.34.Et Cicero Tusc.lib.2.Fortes non modò fortuna adiuuat,vt est in veteri prouerbio,sed multò magis ratio. Q.FABIVS Maximus Rutilianus.)Ex Capitolinis tabulis apparet Rullianum,non Rutilianum esse legendum.Mendosè etiam apud Valerium libro 2.cap.2. At apud Plinium rectè:Q.Fabius Rullianus.Liuius eundem post Rullum nominat.Plutarchus in Pompeio ῥέλλον, in Fabio ῥυλάον appellat,vt puto vitiosè.

253 Profectus ad Imbrinium.)Hermolaus Barbarus in 3.libro Plinij, meminit huius loci, idque etiam Simpriuium dictum scribit. Vnde Tacitus ad stagna Simpriuina.Et Silius:Gelidoque rigantur Simpriuio. Et iterum Tacitus:Fontes sub Imbriuinis collibus deductos vrbi intulit. Seu credere libet Fabio auctore factum, ne.) Vet. lib. Seu, si credere libet, Fabio, &c. Spolia in triumphum ferret.) Vet. lib. In triumpho. T. MANLII facta laudantem.)Vet.lib.Factum,probo.Seueritatem enim eius in filium, qui iniussu imperatoris pugnauerat,intelligit. Quod se absente respu.egregiè gesta esset.)Vet.lib.Res egregiè,vt antè:sic paulò pòst.Ad rem gerendam.

254 Consules, regia potestas.) Rectè, quòd pro Rege, duo consules creati sint ijsdem insignibus, & eadem ferè potestate,præterquam quòd annua hæc,illa perpetua erat. libro secundo. Quo tu imperio meo spreto.) Quò, est pro eo, quod Græci dicunt, ϖρὸς τί, & τίνι. Vt Cicero ad Fabium: Martis verò signum quò mihi pacis auctori? Lacerantibus vestem lictoribus.) Vet. quidam lib. Lacerantibus fœdè lictoribus.

255 Patre auctore M.Fabio,qui terciam consul, dictatorque fuerat.)M.Fabius Ambustus pater fuit COS. ann. CCCXCV.CCCXCIX.CDI. Dictator anno CDV. Liuius & Plin.auctores. Iterata deinde contentio.) Vet. lib. Contentio est. Tribunos plebis appello & prouoco ad populũ.)Hinc intelligi potest à Dictatore ad populũ prouo-

prouocationem fuiſſe. Quà de re ſic Feſtus: Optima lege cùm dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgò dictator appellatur, quàm pleniſsimũ poſſet ius eſſe ſignificabatur, vt fuit M. Valerij M. F. Voluſi N. qui primus magiſter populi creatus eſt, poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quę antè non erat, deſitum eſt dici, Vt optima lege, vtpote imminuto iure poſteriorum magiſtrorum. Benè agis, cùm eo nos deduci iuſsiſti, vnde & priuati vocem mittere poſſemus.) Hoc ait, quia M. Fabius in concione pro roſtris ad populum loqui non potuiſſet, quòd eſſet priuatus, ex inferiore autem loco, quo eum deduci Dictator iuſſerat, licebit. Non enim niſi magiſtratus, & qui à magiſtratibus producti erant, in concionem aſcendere poterant. Non tam perpetuæ orationes, quàm altercatio exaudiebantur.) Quidam libri, altercationes audiebantur, quod non probo. Nam libro 4. inquit. Cùm res à perpetuis orationibus in altercationem vertiſſet. Dictatorem Quintium Cincinnatum in L. Minucium.) Hac de re lib. 3. M. FVRIVM Camillum in L. Furio.) Hoc fecit Camillus trib. mil. VI. an. CCCLXXV. Liuius lib. 6. Ne iram quidem fuiſſe atrociorem in eos, qui temeritate, atque inſcitia exercitus amiſiſſent, quàm vt pecunia eos multaret.) Lib. 4. Mœſtæ ciuitati ab re malè geſta, & iratæ ducibus M. Poſtumius reus obiectus, qui tribunus mil. procos. ad Veios fuerat X. millibus æris grauis damnatur. Propter Q. Fabium ciuitatem in lætitia, victoria, ſupplicationibus, ac gratulationib. eſſe.) Vet. lib. Propter Q. Fabij victoriam ciuitatem in lætitia, ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe.

Cum ſe nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet.) Genus dicendi, quo vtebantur in abſoluendo: ſic ſuprà lib. 4. Tribunus plebis. Sempronium nihil moror. Et Philip. 13. in epiſtola Antonij: Nihil moror eos ſalnos eſſe, & ire quo lubet. 256

Digreſſum eũ templo.) Templum, non curiam Hoſtiliam intelligendum eſſe puto, vt ait Glareanus quibuſdam placere, ſed Roſtra, quæ ſummoto magiſtro equitum Dictator aſcederat, & ex eis verba ad populum fecerat: ſuprà autem Roſtra templum dici, monuimus. Adoleſcentis Manlij.) Vet. lib. T. Manlij, rectè. præceſsit enim Q. Fabij.

Q. ÆMILIVM Cæretanum.) Cerretanum ex Cap. conſulibus, & Vet. lib. Q. ÆMILIO.) Aulium quidam annales habent. Quæſtio eſt an alter COS. Q. Æmilius, an Q. Aulius Cerretanus fuerit. Aulium vocandum eſſe, & Liuius, & Capitolini ſcriptores conſentiunt: eſt enim is qui pòſt magiſter equitum in prælio occiſus eſt: Liuius libro 9. & Capitolinæ tabulæ. ÆMILIO ſorte euenerunt.) Malim, Aulio, vt dixi. Accedit quòd pro Æmilio Diodorus αἴλιον, Caſsiodorus Ælium vocant, mendosè. Socios eius gentis populos.) Id eſt, ſocios populi Romani Apuliæ populos: in amicitiam enim paulò antè venerant vnà cum Lucanis. Clamatumque ad arma.) Vet. lib. Conclamatumq; ad arma. Vt in Tuſculanos animaduerteretur, quorum ope ac conſilio, Veliterni, Priuernatesque populo Rom. bellũ feciſſent.) De Tuſculanis nihil ante lib. 7. vbi de Priuernatibus & Velitemis ita ait: Acceſsit ad eam cladem vaſtatio Romani agri, quam Priuernates, Veliterni deinde incurſione repẽtina fecerunt. 257

Nec quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre ſolitum.) Locus non eſt, vt cenſet, mancus ac debilis. Quod ipſum cenſus oſtendit, qui eſt hîc: Cum Pollia tribus vna Tuſculanos condemnaſſet, memoriam iræ Tuſculani in Polliam tribum vſque ad patrum memoriam conſeruarunt, neque enim quiſquam ex tribu Pollia candidatus Papiriam ferre ſolitus erat, in quam præſertim coniecti Tuſculani ciues fuerant, & in qua ſuffragia ferebant. Auctor Valerius lib. 9. quanquam ibi Popillia eſt, pro Papiria. [Explicare debebat quid ſit Papiriam ferre, ſic enim ſatisfeciſſet Lectori. Ego credo Papiriam ferre ſuffragium à Papiria tribu ferre.] Q. FABIO.) Rullianum intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. L. FVLVIO.) Fuluij cognomen Curuus, ex Capit. eius triumpho. M. FABIVS Ambuſtus.) Magiſter equit. erat Ambuſtus, Rullianus conſul. Ambuſtum Rulliani patruelem fuiſſe reor M. Ambuſti Pont. Max. F. 258

Nec pedeſtres quidem copiæ.) Vet. lib. Ne pedeſtres quidem. Samnitium autem copias intelligit. Locum caſtris dimetari iuſsit.) Vet. lib. Communiri iuſsit. Id verò, circumfuſo vndique equitatu, vt vallum peteretur, opusque inciperet, fieri non poterat.) Senſus eſt: Dictator, vbi vltra progredi ſe non ſine ſummo incommodo poſſe vidit, locum caſtris communiri iuſsit: cùm autem hoſtium equitatus circumfuſus eſſet, ne id quidem fieri poterat, vt vallum poneretur, & opus inciperet. In quibuſdam enim libris eſt pro, peteretur, poneretur. At Hercule illo die.) Vet. lib. Et hercule.

Impio bello, & contra fœdus ſuſcepto.) Hoc ait, quia paulò antè dixerat: Samnites inducias annuas ab vrbe 259
retulerunt, nec earum ipſarum ſancta fides fuit, &c. Itaque ſubdit: Brutulus Papius haud dubiè erat proximarum induciarum ruptor. BRVTVLVS Papius.) Papia gens Italica fuit. Itaque bello Italico Papius Mutilus inter eius belli duces inſignis eſt. Appianus. Alij. Cæterarum rerum irrita fuit deditio.) Id eſt, non acceptæ res cæteræ, quæ debebantur, nec ex eo pax conſequuta eſt. Hoc bellum à conſulibus bellatum quidam auctores ſunt.) Inter cæteros ſunt Capitolini ſcriptores, qui Q. Fabium, L. Fuluium huius anni cõſules de Samnitibus triumphaſſe, non Dictatorem A. Cornelium tradiderunt. FABIVM etiam in Apuliam proceſsiſſe.) Hinc apud eum qui ſcripſit de viris illuſtribus ſcriptum eſt, Q. Fabium COS. primùm de Apulis, & Lucerinis triumphaſſe. Quod idem extat etiam in Capitolino triumpho. Signum mittendis quadrigis daret.) Inter cæteras cauſas Dictatoris creandi hæc etiam fuit, ludorum Rom. cauſa, quod eſt, vt ſignum mittendis quadrigis daret. Signum autem dediſſe Dictatorem & prætorem hic locus docet, conſulem, liber 45. primus. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum, honorum fallente mendacio trahunt, inde certè & ſingulorum geſta, etiam publica monumenta rerũ confuſa.) Hunc locum à Cicerone accepiſſe videtur in Bruto. Niſi quem nonnullæ mortuorum laudationes fortè delectant, & hercule hæ quidem extant: ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamenta, ac monumenta ſeruabant, & ad vſum, ſi quis eiuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam quãquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum facta eſt mendoſior: multa enim ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa, & à plebe tranſitiones, cùm homines humiliores in alienum eiuſdem nominis infunderentur genus.

IN EPITOMEN LIBRI IX.

Omnibus, qui per fœdus ſpoponderant.) Vet. lib. Qui fœdus ſpoponderant. Nec etiam multò pòſt.) Vet. lib. Nec multo pòſt. LIBERTINORVM filios in ſenatu legit.) Vet. lib. In ſenatum. Eaque res Fabio Maximo nomen dedit.) Vet. lib. Maximi, id eſt, ex ea re Maximus appellatus eſt, ſic Liuius. Porrò autem adde hæc verba ex manuſcriptis libris. [Badius hæc habet in exemplari ſuo.] In hoc libro mentionẽ habet Alexandri, qui temporib. his fuit, & æſtimatis populi Rom. viribus, quæ tunc erant, colligit: ſi Alexander in Italiã traie-

traiecisset,non tam facilem ei victoriam de populoRom.fore,quàm de gentibus,quas ad Orientem imperio suo subiecerat.

IN LIBRVM IX.

260 Auctores belli, quia viuos non potuimus.) Brutulum Papium intelligit, cuius exanime corpus deditum erat. Legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copijs circumsedere.) Apuli quadriennio antè societate iuncta in fidem populi Rom. venerant. Ea de causa Romani hoc tempore Luceriæ, quam à Samnitibus circumsederi nunciabatur, opem ferunt, ait enim: Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus socijs, ijdem tamen post cladem Caudinam ad Samnites defecisse videntur: Itaque Luceria pòst à Romanis recipitur, iterumque cùm defecisset, capta, colonia deducitur. Neque enim probare videtur Liuius eorum auctoritatem, qui Q. Fabium prioris anni consulem de Apulis & Lucerinis triumphasse scripserunt. Montibus circa se perpetuis inter se iuncti.) Vet. lib. Montibus perpetuis inter se iuncti. Per alium saltum arctiorem, impeditioremque.) Vet. lib. Altiorem impeditioremque, Rectè. Nam paulò antè dixit: Saltus duo alti, angusti. Cùm ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum saxorumq; ingentium obiacentem molem inuenerunt.) Malum, obiacente mole, vt sit, Septas deiectu arborum, & saxorum obiacente mole.

261 Alius per obices viarum, alius per diuersa montium.) Vet. lib. Per aduersa montium. Quem annos iam propè XXX. vincimus.) De Samnite loquitur, qui vinci cœptus est anno V. C. CDXII. Quoniam autem ab eo ad hunc annum, nisi XXIII. anni numerantur. Clareanus hunc numerum reprehendit, & XX. non XXX. legendum censet. Ego contrà: Nam si XX. dixisset, particulam, propè, non addidisset, quæ solet addi, cùm numerus re vera minor est, quàm dicitur. [Badij codex habet XX. & propius id est vero quidquid hic argutetur Sigonius.] Iam is grauior annis. (Vet. lib. Grauis annis. Quicquid istuc præsens necessitas inusserit.) Vet. lib. istinc. Malim ego, Istic. HERENNIVS domum è castris est auectus.) Vet. li. Reuectus, Egregiè. Indè enim in castra vectus fuerat. Suis deinde legibus.) Vet. lib. Suis inde legibus.

262 In medios me mittere hostes paratus sum.) Vet. lib. Immittere. Produntur magis omnia.) Vet. lib. Ea omnia.

263 Omnium egena corpora humi prostrauerunt.) Vet. lib. Egeni. Super mœrorem pudor quidam effugere colloquia, & cœtus hominum cogebant.) Vet. lib. Cogebat. Ad finem Campanum prosequerentur.) Vet. lib. Ad finem vsque Campani agri. Dixit tamen alibi: Finem Pisanum. Multò sibi mœstiores & abiectiores animi visos.) Vet. lib. Mœstioris & abiectioris animi.

264 OFFILIVS Caluius Ouij filius.) Vet. lib. Oui. Sine vlla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est.) Vet. lib. Sine vlla publica auctoritate consensiue in omnem formam luctus populus versus est. Ego tamen nihil muto. M. ÆMILIVS Pappus.) Scribe M. Æmilius Papus, auctoribus Capitolinis lapidibus, & libris veteribus. Quo die creati sunt, eo, sic enim placuerat patribus, magistratum inierunt.) Ante solennẽ ineundi consulatus diem iniisse significat, qui per bellum Punicum II. & reliqua insequentia fuit Idus Mart. His autem X. primis libris res hæc tota inconstantissima est. Nam modò K. Sept. modò K. Sext. modò Idibus Maijs, modò Id. Decembr. modò K. Octobr. modò K. Quintilis inijsse consules à Dionysio, Liuioque traduntur. Solennibusque senatusconsultis perfectis, de pace Caudina retulerunt.) Vet. lib. Solennibusque sacris. Probo tamen magis, Senatusconsultis. Erant enim quædam solennia senatusconsulta, quæ ad religionem & cæremonias pertinebant. Nam quemadmodum scriptum est apud Gellium, antè de rebus diuinis, quàm de humanis referebatur. Itaque Cicero ait ad Quirites post reditum. P. Lentulus consul simulatque de solenni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quàm de me agendum iudicauit.

265 L. LIVIO, & Q. Melio tribunis pl.) Mælio scribe. Mendosè autem sunt apud Ciceronem hæc nomina. Numicio, & Æmilio, in Catone. Cæterùm tribunatum pl. ceperunt, postquam sub iugum ad Caudium missi fuerãt. Neque enim tribunos pl. in castris fuisse consentaneum est, & si fuissent, & spopondissent, eorum suprà meminisset Liuius, cùm dixit: Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum.

266 POSTHVMIVS in ore erat.) Vet. lib. In ore omnium erat. Piaculaque pro populo dare Romano.) Vet. lib. Romano dare. Noxam nocuerunt.) Vet. lib. Noxa nocuerunt. Eo iustius bellum gesturos.) Vet. li. Romanos eo iustius bellum gesturos, quod placet. Qui te captum victori cum qua potes fide restituis?) Vet. lib. Qui te nunc captum victori. Nunquam ne causa defiet.) Vet. lib. Deficiet.

267 Quod nec ad Luceriam ire.) Hoc loco Luceria Samnitium est, quod fortè ad eos, vt dixi, post Caudinam cladem defecerit, quemadmodũ tacitè intelligi vult Liuius. PVBLILIVS in Samnio subsistit aduersus Caudinas legiones.) Si, Aduersus, legas, Caudinas legiones Samnitium exercitum ad Caudium victorem intelligas, si, vt malim, & est in quibusdam libris Vet. Adducens Romanorum exercitum ad Caudium sub iugum missum, accipias necesse est. Ita verò accipiendum esse, docet Liuius lib. 25. Caudinæ legiones, quæ sine armis redierãt Romam, armatæ remissæ in Samnium, eundem illum hostem sub iugum miserunt, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Idem autem tradit hoc loco Liuius. Ex quo intelligi debet, Publilium cum Caudino exercitu in Samniũ esse profectum, Papirium cum nouo in Apuliam. SAMNITES ea tempestate in montibus vicatim habitantes campestria, & maritima loca contemptu cultorum molliore, atque vt euenit ferè, locis simili genere, ipsi mõtani, atque agrestes depopulabantur.) Clareanus meritò obscuritatem huius loci iactat, non enim solùm obscurus est, sed etiam vitiosus. Lege autem ex veterum librorum fide. Contẽpto cultu molliore, vt sit: Samnites montani campestria loca depopulabantur contempto cultu molliore, & locis eiusmodi, vt fieri solet. Tum quoque profectos inde.) Vet. lib. Tum verò profectos.

268 Auctoribus dijs, vt videtis, ad rem agendam proficiscimur.) Vet. lib. Rem gerendam. Consulere quid victis patiendum censeret.) Vet. lib. Paciscendum, probè: agitur enim de conditionibus pacis.

269 Id magis mirabile est, ambigi Luciúsne Cornelius Dictator cum M. Papirio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium, atque inde Luceriã gesserit.) Scriptores Capitolini L. Cornelium Dictat. cum L. Papirio mag. equit. ascribentes has res ab eo gestas esse sentire videntur. Puto autem hunc esse L. Cornelium Lentulum, qui antè consul fuit, qui ob res benè gestas ad Caudiũ Caudinus appellatus sit: siquidem Caudinus pòst fuit Lentulorũ cognomen. Sequitur hunc errorem alius error, Cursorne Papirius proximis comitijs cum Q. Æmilio Cæretano iterum ob rem benè gestam Luceriæ continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratum sit. L. Papirium Cursorem COS. III. & Capitolini triumphi eius scriptores & Liuius ipse, qui post hunc eundem IIII. consulem nominat, sentiunt. Quod autem ad Q. Æmilium Cæretanum attinet, cùm ne de hoc quidem nomine inter auctores conueniat, an Æmilius, an Aulius sit, vt ait Liuius, intelli-

intelligendum eſt Aulium à Liuio, & ſcriptoribus Capitolinis magis probari: nam in Vet. lib. apud Liuium & hoc loco, & infrà, Aulius eſt, non Æmilius. Cæterùm Ceretano ex Capitolinis lapidibus & veteribus aliquot libris legendum eſt, non Cæretano. Cum Ferentanis vno ſecundo prælio debellauit, vrbemque ipſam, quo ſe fuſa contulerat acies, obſidibus imperatis, in deditionem accepit.) Oppidum intelligit nomine Ferentum. De quo Horatius Oda 4. lib. 3. Et arum pingue tenent Humilis Ferenti, quo loco ait Acro: Ferentum oppidum eſt Apuliæ Venuſinæ ciuitati vicinum in valle ſitū. Itaque Diodorus li. 20. hanc victoriam ſic deſcribit, ῥωμαῖοι δὲ διαπολεμοῦντες σαμνίταις φερέντιν πόλιν τῆς ἀπουλίας κατὰ κράτος εἷλον. Fuit autem Ferentium, quod & Ferentinum eſt dictum, in Samnitibus, de quo ſic Stephanus, φερεντῖνος, λέγεται καὶ φερέντιος πόλις σαμνίτων ἐν ἰταλίᾳ. τὸ ἐθνικὸν φερεντινὸς. Huius meminit Liuius lib. 10. Idque oppugnatum eſſe vna cum Romulea ſcribit anno V. C. CDLVI. Porrò autem Ferentinum alterum in Volſcis, ſiue in Latio fuiſſe ſatis conſtat. Quod ipſum Volſcis ademptum, Hernicis donatum eſſe à Romanis Liuius ſcribit lib. 4. Itaque lib. 7. Ferentinum Hernicorum vrbem vi captam eſſe ab ijſdem ait, & Ptolemæus Ferentinū inter mediterraneas vrbes Latinorum ſtatuit. Ab hoc ciues Ferentinates appellati ſunt, vt hoc libro Liuius. Præter Aletrinatem, Ferentinatemque, & Verulanum omnes Hernici nominis populi populo Rom. bellum indixerunt. Et Plin. lib. 4. cap. 5. Ex agro Falerno Ferentinates. Hinc concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita eſſe ſcribit Liuius lib. 1. & 8. Quod, vt ſuprà dixi, concilium Dionyſius τὸν ἐν φερεντίνῳ ἄλσος vocat. Hinc etiam idem Liuius lib. 1. meminit aquæ Ferentinæ. & 2. capitis Ferentini. Poſtremò Ferentiam oppidum collocat in Tuſcis Ptolemæus, quam Ferentinum etiam nominat Plinius lib. 3. cap. 5. cùm ait: Feſulæ, Ferentinum. Præter hæc ſunt etiam populi quidam nomine Frentani Apulis finitimi. De quibus Mela, Picentes, Frentani, Apuli. Et Plin. Peligni Frentani, Marrucini, Veſtini. Et pòſt: In ora Frentanorum. Item, Anxani, Frentani. Ptolemæus item poſt Apulos ſtatuit Frentanos, Pelignos, & Marrucinos. Et Polybius lib. 3. μαφηνίνων, καὶ φρεντανίνων χώραν. Quæ cùm ita ſint, non eſt dubium, quin libro hoc extremo ſit legendum, Frentani, vbi vulgò legitur, Marrucini, Marſi, Peligni, Frentini. Hæc dixi, vt intelligerent omnes, quanto cum ſtudio atque iudicio in veterum auctorum lectione verſandum eſſet. Cum ad mœnia Satrici admotus eſſet exercitus.) Vet. lib. Satricæ, per mendum. Intelligit enim Satricum coloniam Romanam in Latio, quippe cùm ſubijciat: Plus ea voce, quàm armis illatis terroris colonis iniectum. Qua noctis hora, quamque per portam, & quam in viā egreſſurus hoſtis foret.) Vet. lib. Quaque porta. Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiā dedit.) Vet. lib. alij, Quæ cognomen via dederat. Alij, Quæ cognomini viam dedit. Hinc ego ſuſpicor legendum: Quæ cognomen auo iam dedit. [Liuius hunc à curſu laudat, non auum: Nihil igitur hic agit Sigonius.] Vt intelligamus, quemadmodum neceſſariò intelligendum eſt, non hunc primùm inueniſſe hoc Curſoris cognomen, ſed auum eius antè. Auus autem eius fuit L. Papirius Curſor, qui cenſor fuit anno V. C. CCCLXI. & pòſt etiā tribunus militum conſulari poteſtate. Hic enim de quo non loquitur Liuius in lapidib. Capitolinis L. Papirius Sp. F. L. N. Curſor dicitur.

Quod vnus fuit, quod adoleſcens in incremento rerum.) Scribe ex Vet. lib. Quod adoleſcens, quod in incremento rerum, vt tertia eſſe cauſa videatur. M. CVRIVM.) M'. Curium, Capitolini lapides: item alij. Si Punicum Romano præuertiſſet bellum, ſenioréque in Italiam traiecisſet.) Senſus: Si Alexander antè intuliſſet Romano bellum, quàm Pœni: Quod futurum erat, ſi ſenior in Italiam traiecisſet: niſi malimus legere pro Punicum Indicum. Quem iuuenes duos.) T. Manlius Torquatus, & M. Valerius Coruus, de quibus paulò pòſt. Ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Coruus. [Hæc ex Glareano habet.] Quem qui ex regibus conſtare dixit.) Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plutar. in Pyrrho. Inter purpuram atque aurum eneruatum fortunæ ſuæ apparatibus.) Vet. lib. Oneratum, Quod placet: ſubdit enim prædam veriùs quàm hoſtem, & præceſſit, Mulierum, ac ſpadonum agmen trahentem. 270

Non intelligunt ſe hominis res geſtas, & eius iuuenis cum populi iam octingenteſimum bellantis annum conferre.) Scribe ex Vet. lib. Se vnius hominis. Opponuntur enim hæc inter ſe. Vnus homo, idemque iuuenis, & populus idemque iam octingenteſimum annum bellans. Paulò antè dixit: quòd vnus fuit, quòd adoleſcens, Elatorièque autem dixit, Octingenteſimum. [Hinc inſcitiam Hiſtoriæ Alexandri Sigonius prodit: Alexander enim cùm ex India Babylonem rediiſſet, iam claſſem deſtinarat in Carthaginienſes non in Romanos: Etſi tum rebus, humanis ereptus non eſſet, ac in Africam veniſſet, aliquot annis ibi bellandum erat, ponito X. Iamque Alexander erat XLIII. annorum, ſic ſenex non tamen, Valde veniſſet in Italiam. Senſus igitur eſt: Si Alexander præuertiſſet bellum Africanum quàm Romanum, hoc eſt, prius Africam aggreſſus quàm Italiam, id enim in eius ſenectute futurum erat.] 271

Impedimentum maius, quàm auxilium traheret.) Vet. lib. Impedimentum magis. Cum & fœderibus vetuſtis iuncta Punica res Romanæ eſſet.) Fœdera hæc renouata iterum atque iterum, & quo tempore, latè tradit Polybius libro 3. Abſit inuidia verbo.) Vet. lib. Vero. M. FOLLIVS Flaccina.) M. Foslius Flaccinator, ex conſulatu Capitolino. L. PLAVTIVS Venox.) Venno, ex conſulatu Capitolino, vt dixi. Induciæ biennij, cùm per aliquot dies fatigaſſent ſingulos, precibus impetratæ.) Diſpunge ita, vt ſit, fatigaſſent ſingulos precibus, non autem, precibus impetratæ. Nihil eſt enim tam familiare Liuio, quàm fatigare precibus, vt libro 1. Precibus raptarum fatigata. Ex Apulia Teanenſes.) Theanenſes ſine aſpiratione, ex Vet. lib. & Græcis τέανον. Ex Apulia Teanenſes, Canuſiníque populationibus feſsi, obſidibus L. Plautio conſuli datis in deditionem venerunt.) Hac de re ſic Diodorus libro 20. ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς ἀπουλίας τὴν διαυνίαν πᾶσαν, καὶ προσαγόμενοι καιροίους ὁμήρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον. Et duæ Romæ additæ tribus Vfentina, ac Falerina.) Earundem meminit Diodorus: προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς πρυπαρχέσαις τὴν τε φαλερείναν, καὶ τὴν ὠφεντίναν. Inclinatis ſemel in Apulia rebus, Theates quoque Apuli ad nouos conſules C. Iunium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam, petitum fœdus venerunt.) Parum conſtat, qui ſint Theates Apuli. Nam Theate Theatinos edit, vt Reate Reatinos, quos tamen non inter Apulos, ſed inter Marrucinos collocat Plinius. De Teanenſibus autem dixit paucis ante verſibus, Teanenſes, Canuſiníque populationibus feſsi obſidibus L. Plautio conſuli datis in deditionem venerunt, vt ſuperuacaneum fuiſſe videatur, eoſdem ad nouos conſules fœdus petitum veniſſe, niſi fi, quia pacis per omnem Apuliam præſtandæ auctores venerant, audacter id petentes impetrauerint. Cæterùm Teanā duo fuiſſe, auctor eſt Strabo, vnum cognomine Sidicinum, alterum Apulum. Et Plinius lib. 3. cap. 11. Apulorum, inquit, tria genera ſunt, Teani à duce Gares, Lucani ſubacti à Calchante, & Daunij. Vet. lib. Teates habent. Stephanus populos, & ciues Teani vocat τεανεῖς. Polybius tamen lib. 3. nominat Calenos, Teanitas, Daunios, Nolanos, vt Campaniæ mediterranea incolentes, καλινοὶ, τεανῖται, δαύνιοι, νωλανοί. Neque vt æquo tamen fœdere, ſed in ditione populi Rom. eſſent. Vet. lib. Sed vt in ditione. Eſt autem hoc vnum è tribus generibus ſocietatis ineundæ, de quibus Liuius lib. 35. aut enim victis leges dantur, aut pares bello paciſcuntur, aut cū nunquam hoſtes fuerint, fœdere iūguntur. Apulia perdomita, nā Tarento quoq; valido oppido Iunius potitus erat.)

Quid

Quid ſit hoc loco Tarentum ambigitur, neque enim Tarentum Apuliæ eſt, neque à Romanis hoc tempore captũ eſt. Neque verò Ferentum habere locum poteſt, quod quibuſdam placuit, eſt enim biennio antè captum. Vet. lib. alij Acronto, alij Acerronto cùm habeant, me in hanc ſententiam trahunt, vt putem legendum eſſe Acheronto, quod oppidum erat in Apulia, vt ait Horatius, & eius interpres Acro: quanquam Horatius Acherontiam vocat Oda 4. lib. 3.

Mirum quod foret omnibus
Quicunque celſæ nidum Acherontiæ,
Saltuſque Bantinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti.

Qui ſine legibus certis, ſine magiſtratibus agere querebantur.) Vet. lib. Sine legibus certisque magiſtratibus. SATRICVLAM oppugnare.) Saticulam, vt antè.

SATRICANI magno cum tumultu.) De Saticulæ ciuibus cùm agatur, Saticulani certè ſcribendum eſt. Nam
273 Stephanus σατίκολα πόλις. τὸ ἐθνικὸν σατικολανός. Et Diodorus lib. 19. vbi Saticulæ meminit à Romanis obſeſſæ, ait: ῥωμαίων σατικόλαν πολιορκούντων σαμνίται ἔπεφάνησαν μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, καὶ δόντες λύσιν τῇ πολιορκίᾳ. PLISTIAM ipſi ſocios Romanorum circumſidunt.) Diodorus lib. 19. Pliſticam vocat, cùm ait hac de re ita: Πλεισκιλῶ μὲν ἔχουσαν φρούραν ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. Bellum deinceps ab Q. Fabio dictatore geſtum eſt.) Glareanus hunc dictatorem hoc anno fuiſſe ſine conſulibus exiſtimat, verùm errat. Fuit enim Q. Publilio, & L. Papirio quartùm conſulibus, teſte Diodoro, qui in horum conſulatu ait: εἰωθότες δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τῆς πολέμου καθιστᾶν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, τότε σχεῖν ἐρήσαντο τότε κοίντον φάβιον ἡγεμονίαν μετὰ ἀυτὸν κοίντον ὄλιον ὕπαρχον, ὅτοι τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες παρεπάξαντο τοῖς σαμνίταις καὶ τὰς καλυμένας λαυσόλας. Narrat deinde Romanorum item, vt Liuius, fugam, & Q. Aulij magiſt. equit. necem. eſt enim apud Diodorum ὄλιον, pro Aulium, vt cùm dicimus Clodius, pro Claudius. Conſules noui ſicut ſuperiores Romæ manſerunt.) Deſunt nomina nouorum conſulum, ſine dubio librariorum vitio, neque enim aliàs vnquam ea ſtudiosè Liuius prætermiſit. Sunt autem apud Caſſiodorum L. Papirius, Q. Publilius. Item que in Capitolinis tabulis, L. Papirius Curſor IIII. & Q. Publilius Philo IIII. Et apud Diodorum lib. 19. λεύκιος παπίριος τὸ τέταρτον, καὶ κόιντος ποπίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita reſtituendum eſſe apud Liuium puto, vt eſt in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum conſulibus nominandis mirè diligens eſt, ita vt neque cognomina, neque multiplicatorum honorum notas vllas prætereat, & L. Papirium biennio poſt conſulem quintum tradit. Quod non faceret, niſi hoc anno eum conſulem quartum nominaſſet. Hoc ipſum, vt dixi, cùm Glareanus non intelligeret, annum vnum ſine conſulibus interſeruit: L. autem Papirium, & Q. Publilium in inſequentem annum tranſtulit, ita vt vno anno Liuium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. [Glareanus vbique teſtatur ſe pro vno anno cum nemine certaturum. At hîc ita nunc clamat, quaſi id nõ legerit apud eum.] Eo intentius Dictator in mœnia hoſtium verſus, id bellum tanti ducere, quod vrbem oppugnabat: ſecuriorab Samnitibus agere, ſtationibus modò oppoſitis, ne qua in caſtra vis fieret. Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque ocium pati.) Huius loci ſenſus, quem ſibi ignotum eſſe Glareanus ait, hic eſt: Dictator ad oppugnationem vrbis conuerſus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, at cęteris in rebus nulla belli ſpecies erat. Nam à Samnitibus ſecurus, ſtationibus tantum, ne qua vis in caſtra fieret, oppoſitis erat. Quo fiebat, vt Samnites, cùm ſe contemni putarent, ferocius obequitarent vallo caſtrorum, neque quietem agere poſſent. In veteribus enim libris obequitare legitur, non adequitare. Poſt hæc nouæ orationis principium fieri debet. Et cùm iam prope. Nec, vt fit, ad ducis caſum perculſa magis, quàm irritata eſt multitudo omnis, qui circà erant in Aulium temerè inuectum.) Vet. lib. Omnes, qui circa erant. SORA ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum.) Sic Diodorus lib. 19. σωρανῆς τε ἔπεισαν καταφάξαι τὴς παρ' ἀυτοῖς ῥωμαίους, συμμαχίαν δὲ ποιῆς σαμνίτας σωῆδεν.

274 Et ſi homines iuuare velint, iniqua loca ſunt.) Vet. li. Omnes. Ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum eſt.) παρεπάξαντο ποιῆς τὰς σαμνίτας ἐπὶ τὰς καλυμένας λαυσόλας. Conſules M. Petilius, C. Sulpicius.) Pœtelius ex cõſulatu Capitolino. Diodorus, μάρκῳ πόπλιῳ, γαΐῳ σκιπίκι: at πόπλιῳ mendosè. Arx ab hoſtibus capta eſt, defendite, ite.) Vet. lib. Ite, defendite: ſic ſuprà, Ite conſules, redimite ciuitatem. Et lib. 7. Irent, crearent conſulem ex plebe.

275 Concurſantes per viam.) Vet. lib. Per vias. Ex his CCXXV.) Vet. lib. CCXXXV. AVSONA, & Minturnæ, & Veſtina vrbes.) Vet. lib. alij Veſtitia, alij Veſtia. Ego Veſcia legendum puto. Nam Veſcia, vt libro 8. dixi, Auſonum erat, auctore Stephano. Vicit tamen ſententia, vt mitterentur coloni.) De Luceria colonia deducta in Apulia loquitur. De qua ſic Diodorus in conſulatu priore: οἱ δὲ ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ κατὰ πὸν ἀπωλίαν ποιήγματι τελέως ἀποβάλωσιν ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς λικερίαν πόλιν ὀπφανεσάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. Dictatorem que quæſtionibus exercendis dici placuit, C. Mænius dictus, is M. Foſlium magiſtrum equitum dicit.) Hos iterum ambos factos eſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis. De quibus ſic Diodorus lib. 19. ὁ δὲ δῆμος δύο δυνάμιν τε ἱκανὴν ἐξέπεμψαν ἐπ' ἀυτούς, καὶ στρατηγὸν ἀυτοκράτορα γάϊον μάνιον καὶ μετ' ἀυτὸν κατὰ τὸ πάτριον ἕτερον μάνιον φίλβιον ὕπαρχον. τότων δὲ τὸν πλησίον καταύπης καταστρατοπεδεύσαντων οἱ καμπανοὶ τὸν μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀγωνίζεσθαι. Ergo Diodorus Dictatorem creatum rei in Campanos gerendæ, non quæſtionis in eos exercendæ cauſa ait. CALAVIOS Ouium, Nouiumque.) Vet. lib. Ouum, Nouumque: ſunt autem hæc Calauiæ gentis prænomina. Qui vſquam coiſſent, coniuraſſentue aduerſus Romanum populum.) Pro certo habeo legendum eſſe, aduerſus remp. nam ſubdit, coitiones honorum adipiſcendorum cauſa factas, aduerſus remp. eſſe. Et hæc eſt trita loquendi forma. Error ex notis ortus, R. P.

276 Quæſtores idoneos eius criminis.) Vet. lib. Quæſitores, vt Virgil. Quæſitor Minos vrnam mouet. Tutos à criminibus iſtis eſſe.) Vet. lib. Criminationibus. Ijs enim à ſenatu mandata res eſt.) Vet. lib. Erat.

277 Cùm audiſſet arcem Fregellanam à Samnitibus captam.) Q. Fabium Dictatorem his COSS. ad arcem Fregellanam rem geſsiſſe, non C. Pœtelium ſcribit Diodorus. De C. tamen Pœtelio auctores ſunt ſcriptores Capitolini. Diodorus ſic lib. 19. τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν κοίντος φάβιος, ὅς ἰῶ ἀυτοκράτωρ ἡρημένος τῇ τε φρεγελλανῶν πόλιν εἶλε καὶ τῶν ἀλλωτείως διακειμένων ποιῆς τὴν ῥώμιν τὰς ὀπφανεσάτας ἐξώγρησε. Et frequenter ibi habitatur.) Vet. lib. Habitabatur. SVESSA, & Pontia coloniæ deductæ ſunt.) Vet. lib. Sueſſam, & Pontiam: ſic lib. 10. Soram atque Albã coloniæ deductæ. Sic Diodorus, ὁ δὲ δῆμος κατὰ νᾶν τῶν ποιημάτων ἀυτῷ ποιησάντων ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς πὴν νῆσον ποπίδιαν καλυμένην. Et in tertiam Caſsinum vt deducerentur coloni s. c. factum eſt.) Vet. lib. alij habent, Et Minturna, & Caſinum vt deducerentur coloniæ: alij Veternam & Caſinum: alij Internam, & Caſinum. Quæ voces in eam Gelenium traxerunt ſuſpicionem, vt: Et in tertiam Caſsinum affirmari eſſe legendum, & pro deducerentur coloniæ, Deducerentur coloni, ſubiecerit. Ego autem reſtituendum puto ita: Et vt Interamnam, &

nam,& Caſinum deducerentur coloniæ.Etenim Velleius lib.1.poſt Sueſſam Aruncam coloniam deductam,cuius hoc loco meminit Liuius:Interamnam deductam eſſe ſcribit.Et Liuius libro 10.anno CDLVIII.ait:Samnites Interamnam coloniam Romanam,quæ via Latina eſt,occupare conati, neque tamen quo anno deducta colonia ſit antè dixit,niſi hoc loco tradiderit.Mouet etiam me loquendi forma,Deducere colonias vel colonos in Caſinum tertiam coloniam. Conſules M.Valerius,P.Decius.)M.Valerius hic non eſt Coruus, ſed M.Valerius Maximus,vt eſt in Capitolino horum conſulatu. Dictatorem C.Iunium Bubulcum dixit.)Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum:Dictatorem C.Sulpicium Longum is magiſtrum equitum,C.Iunium Bubulcum dixit.Etenim ſatis apparet,errore librarij C.Sulpicij nomen deſiderari,neque enim Liuius magiſtros equitum prætermittere ſolet. Cenſura clara eo anno Ap.Claudij,& C.Plautij.)Pro C.Plautio L. Claudium edit Diodorus li.20.C.Fabium Frontinus de aquæductibus.C.Plautium Capitolini ſcriptores. Ob infamem atque inuidioſam ſenatus lectionem.)Vet.lib.Atque ignominioſam,Egregiè. Nam libertinorum filij lecti erant. POTICIA gens.)Potitia:Græci enim ποτίπ@.

In plauſtra ſomno victos conijciunt.) Vet.lib.Vinctos,probè.Etenim niſi ſomno vincti fuiſſent,vinculis 278
conſtringendi fuerant, quòd Romam inuiti perducerentur. PENTRORVM Samnitium.) De Pentris Samnitibus item lib.22. Sed quem eſſe iam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?)Lege,ecquem eſſe,& cum priore membro iunge ita:dummodo conniterentur vno animo inuadere hoſtem victum acie, caſtris exutum, ecquem eſſe iam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?

Sed loca difficilia hoſti queſita,ipſos cum ſua fraude impediebant.)Vet.lib.Sed loca difficilia ab hoſte que- 279
ſita ipſos cum ſua fraude impediebant. Ab oppugnando Sutrio,quę vrbs ſocia Romanis velut clauſtra Etrurię erat.)Sutrium coloniam deductam àRomanis poſt annos VII.quàm Roma à Gallis capta eſt,ſcribit Velleius. Eandem ἄποικον hoc anno vocat Diodorus,præterea Liuius lib.27.inter colonias numerat. Nec quicquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium geſtum eſt.)Vet.lib.Memoria dignum. Inter patricios magiſtratus,tribunosque.)Vet.lib.Tribunosque plebis.

Nam & ſi tenuerit lex Æmilia eos cenſores,quorum in magiſtratu lata eſſet,quia poſt illos cenſores creatos 280
eam legem populus iuſſiſſet,quodq; poſtremum iuſſiſſet,id ius ratumq; eſſet,nō tamen aut ſe, aut eorum quenquam,qui poſt eam legem latam creati cenſores,teneri ea lege potuiſſe.)Hæc cauillatio hanc habet vim: Legem Æmiliam de annua & ſemeſtri cenſura tenuiſſe tantùm cenſores eos,quorum in magiſtratu lata eſt, quia bis de illorum magiſtratu ſciuit populus,primùm comitijs cenſorijs,vt cenſuram in quinquennium obtinerent: deinde legem ferente Æmilio Dictatore,vt obtinerent in XVIII.menſes. Itaque videri latam legem illam in eos tantùm cenſores,qui tum erant,non in eos,qui futuri erant.Hunc ſenſum nō percipiens Glareanus,hîc aliquot verba interciduſſe ſine cauſa exiſtimat. Cùm centeſimus iam annus ſit.)Vox illa,Iam,habet hanc vim,vt centeſimum annum iam præteriſſe ſignificet:ſic enim res habet.Quod intelliget,qui ſummam annorum cōcipiet. Vbi duæ contrariæ leges ſunt,ſemper antiquæ abrogat noua.)Alij in manuſcriptis libris legi aiunt, vt Ferrarius: Antiquam abrogat noua: At ego legi:Antiquæ obrogat noua.Eſt autem obrogare legem, non tollere legem latam,id enim abrogare dicitur:ſed nouam legem ferre veteris infirmandæ cauſa. Interregno quinque dieb. contentum fore.)Vet.lib.Quinque dierum.

Gens antiquior originibus huius vrbis.)Potitiam intelligit,quæ ante aduentum Æneæ Herculis ſacrum ſa 281
ciebat:vt ait lib.1. Niſi Æmiliæ legi parueris,in vincula duci iubebo.)Vet.lib.Te in vincula. Quoſdam etiã pedem referentes,fluctuantesq;,& inſtabilem.)Vet.lib. Fluctuantemq; & inſtabilẽ aciem. SILVA erat Ciminia,magis tũ inuia atq; horrenda,quàm nuper fuêre Germanici ſaltus.)Cęſarẽ intelligit,qui, vt ait Florus, Germanos hoſtes Hercinijs quæſiuit in ſiluis. Sed in ſaltus & paludes omne genus diffugerat. Et de bello Etruſco:Ciminius interim ſaltus in medio ante inuius planè quaſi Calydonius,vel Hercinius. Eos ipſos non ſignũ certum,non ducem ſequentes fundit Romanus,fugatosq; perſequitur.)Vet.lib.Fugatos eques perſequitur.

Coortis vndiq; Tuſcis,Vmbrisq; opprimeretur.)Ve.li.Vndique ab Tuſcis. Cùm hæc in Etruria gerũ- 283
tur.)Vet.lib.Dum hæc.[Ita Badius.] FABIVS infeſtus priuatim Papirio erat.)Ve.li.Infenſus.[Ita Badius.]
Sine reſponſo ac mentione facta fuſi,legatos dimiſit,vt apparet.)Vet.lib.Ita legatos dimiſit,vt appareret. Atque ei legem curiatam de imperio ferenti,triſte omen diem diffidit,quod Fauciæ curiæ fuit principium.) Curiatis comitijs mandari conſueuiſſe imperiũ,ex eo intelligi poteſt,quod Liuius ait li.6.Curiata comitia rem militarem continent.Et curiatam legem latã de imperio Camillo abſenti tradẽdo.Et Cicero contra Rullum: Conſuli ſi legem curiatam nō habet,attingere rem militarem nō licet.Et ad Lentulum: Appius legem curiatã ferre vult. Erant autem comitia Curiata,cùm populus deſcriptus in curias ſuffragabatur.Nomina XXX.curiarum interciderunt,Feſtus Tifatæ,& Titiæ meminit,Liuius nunc Fauciæ, quam prærogatiuam fuiſſe ſignificat in imperio Papirio mandando.Me vt hæc dicerem,coëgit Glareanus,qui ſe non ſatis intelligere hunc locum inquit. [Non veretur dicere Glareanus ſe non omnia intelligere:Sigonio verò omnia inuia ſunt peruia ſcilicet.) Cùm ab neutris prælium inciperetur.)Vet.lib.Inciperet.

Nam & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt.)Tranſit à bello Samnitum, ad res in Etruria cum 284
Vmbris & Etruſcis geſtas,adhibita particula,Nam,quod mirabile mihi cùm videretur, inſpexi veteres libros diligentius,quorum alios ita habere inueni,vt vulgò legitur,alios ita:Nam & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt,fuſi tamen magis,quàm cæſi hoſtes,quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria geſtæ.& ad Vadimonis lacum Etruſci:Tum intellexi cauſàm admirationis meæ probabilem eſſe,Deeſſe enim huic tranſitioni hæc verba:Interea res in Etruria geſtæ,quæ in veteribus libris luxata erant Itaque ita lege:Interea res in Etruria geſtę,nam & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt,&c.Et ad Vadimonis lacum Etruſci,coniungit enim Vmbrorum,Etruſcorumque,vt ante bellum. Hinc temerè Glareanus mendum eſſe putauit in voce Vmbrorum,quos Samnitum populos eſſe voluit,& ad Samnitium bellum hæc referenda eſſe. [Glareanus non eſt Geographiæ tam imperitus,vt Vmbros Samnites credat,nec hoc dixit, ſed hoc loco putat aliud nomen ſubſtituendum.] Ad Vadimonis lacum.)Polybius lib.2.πὲδ λιμνα λίμνλω vocat.

CAMPANI ab ſuperbia & odio Samnitium,gladiatores,qui ſpectaculum inter epulas erant, eo ornatu ar- 285
marunt,Samnitiumque nomine appellarunt.)Hinc Cicero dixit pro Sextio: Ex ergaſtulis emptos nominibus gladiatorijs ornauit,& ſortito alios Samnites,alios prouocatores fecit.Et Lucilius,vt eſt apud Marcellum.

Æſerninus fuit flacco ore vna equidem
Samnis,ſpurcus homo,vita illa dignus,locoque
Cum Pacidiano componier,optimus multo
Poſt homines natos,gladiator,qui fuit vnus.

Erant etiam alia gladiatorum nomina, vt Thrax, Mirmillo, Retiarius, de quibus alij. Præſtantiore,

quàm Dictator victoria.) Vet.lib. Præstantiore etiam, quàm. [Ita Badius.] Is profectus ad Nuceriam Allifates iam tum pacem petentes, quòd vti ea cùm daretur noluissent, aspernatus, oppugnando subegit.) Vet. lib. Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, iam tum pacem petentes, quod vti ea cùm daretur, noluissent, aspernatus, eam oppugnando subegit. Ita autem legendum esse apertè etiam docet Diodorus, qui scribit, Sp. Nautio, & M. Popillio consulibus, ita: οἱ δὲ νικεῖαν πρὸ ἀλφατέρνων οἰκοῦντες πεσόντες ὑπὸ πάντων τῶν ῥωμαίων φιλίας ἀπέτυχον. Id est, Qui Nuceriam Alphaternam incolunt à Romanis defecerunt. Itaque paulò antè Liuius dixit: Clasis Romana à P. Cornelio in Campaniam acta, cùm appulsa Pompeios esset, socij inde nauales ad depopulandũ agrum Nucerinum profecti. Est autem Nuceria in Campania IX. millia passuum distans à mari, auctore Plinio, qui idem de Alphaternis populis mentionem facit. Neque verò hîc Alifæ locum habent, quas suprà captas tradidit, neq; postea defecisse adscripsit. Glareanus tamen Luceriam sine causa emendat. Volsinienſium.) Vulsinienſium, ex Capitolinis triumphis. In agro Pipinienſi.) Scribe Pupinienſi, id est, qui erat in Pupinia, de qua dicá pòst, quod quid ea sit, se dicat Glareanus ignorare.

286 Vrbem Romanam oppugnaturos minati sunt.) Vet.lib. Expugnaturos. Mirabilia dictu.) Vet.lib. Mirabile dictu. [Ita Badius.] VMBONIBVS, incussáque ala.) Vet.lib. Vmbonibus incussa ala.

287 L. POSTHVMIVS, T. Minucius.) Ti. Minucius, tum ex fragmento consulatus Capitolini, tum etiam apertius ex Diodoro, qui πρέσειον μινύκιον edit. TIFERNVM Postumius.) Tifernum cùm sit in Vmbria oppidum, miratur Glareanus hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam sequenti libro. Ego verò vtroque in libro Trifernum in omnibus veteribus libris legi reperio.

288 Alij haud dubiè Samnites victos, ac triginta inde millia hominum capta tradunt, alij æquo Marte discessum.) Malim in dubia inter auctores victoria duo millia, quàm triginta, vt Diodorus scribit: στρατῶτας δ' ἐξώγρησαν ὑπὲρ τὰς δισχιλίας. SAMNITIVM imperator Statius Gellius.) Diodorus vocat γέλλιον γέλιον. BOVIANVM, vbi postero die cœptũ oppugnari, breui capitur.) Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bouianũ, quod anno CDXLIII. suprà expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine vlla defectionis mentione, captum à Liuio scribi, ne miretur, Diodorus admonet, qui Bolam, non Bouianum captum ait, libro vigesimo, vbi res gestas his consulibus edit: τῶν δ' ὑπατευόντων δίδυς ἐλάντων πόλιν βοῶλαν γάλλος ὁ γάϊος τῶν σαμνιτῶν ἡγεμὼν ἐφύλη μὴ στρατιῶν ἑξακισχιλίων. [Glareanus hîc tibi occasionem præbuit inspiciendi locum apud alios auctores: Quare pro gratia non erat reddendũ conuicium.] SORA, Arpinum, Consentia recepta ab Samnitibus.) Vet.lib. Censennia. Diodorus Serẽniam edit, libro vigesimo: οἱ δ' ὕσπατοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἁλούσας ἀπεκτήσαντο σώραν, ἀρπίνας, καὶ σερέννιαν. Consentia certè locum non habet. Qua de re laborat Glareanus. P. SVLPICIO Auerrione.) Sauerrione ex tabulis Capitolinis.

289 Vnum & quadraginta oppida intra dies triginta omnia oppugnando ceperunt.) Vet.li. Dies quinquaginta: atque ita etiam Diodorus libro vigesimo: ἐχειρώσατο μὴ πόλις ἐν ἡμέραις πάσαις ν. MARRVCINI, Marsi, Peligni, Ferentini.) Suprà ostendi legendum esse Frentani. Eadem menda est apud Cæsarem libro primo de bello ciuili. Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam peruenit. Diodorus item libro vigesimo: Cum Marrucinis, Marsis, Pelignis amicitiam & societatem initam pariter scribit. Cùm appareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem videret, neque eius accipi nomen, quod scriptum faceret. Vox, Eius, non est in veteribus libris: Sic Piso apud Gellium de eodem: Cn. Flauius patre libertino natus scriptum faciebat, isque in eo tẽpore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumque primæ tribus ædilem curulem renunciauerunt: at ædilis qui comitia habebat, negat accipere, neq; sibi placere, qui scriptum faceret, curulem ædilem fieri. Cn. Flauius dicitur tabulas posuisse, scripto sese abdicasse. Isque ædilis curulis factus est. Factum porrò esse cũ Q. Anicio Prænestino scribit Plinius libro trigesimo tertio, capite primo. Hic autem non C. Flauius, vt vulgò, sed Cn. dicitur in veterib. libris apud Diodorum, apud Ciceronem in epistolis ad Atticum, & apud Pisonem: ex quo perspici potest, etiam hoc loco Cn. Flauium esse scribendum. Porrò autem pro tribu ædilem fieri, est à prima tribu ædilem renunciari, vt ait Piso. Ab eodem institutum dicitur, vt equites Idibus Quintilibus transuehereẽtur.) Idem ijsdem verbis tradit Valerius. Cæterùm id significare videtur, de quo Plutarchus in Pompeio, ad sedentes in foro censores, vnumquenque equitem equum suum adduxisse, & de stipendijs legitimis confectis interrogatos rationẽ ijs reddidisse, ita: τότε παρεκάθευτο μὲν οἱ τιμηταὶ γέλλιος, καὶ λέντυλος ἐν κόσμῳ, καὶ παρόδῳ· ὧν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ἄφθη δ' πομπήϊος· ἄνωθεν ἐπ' ἀργυρᾶ κατεργόμενος· τὰ μὲν ἄλλα σῶμα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸ ἵππον. εἶτα ὁ παρεσβύτερος· ὑπερώτησε, πῶς θάνομαι σοῦ ὦ πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσας τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Cæterùm de censura Ap. Claudij huius copiosè Diodorus lib. 20.

IN EPITOMEN LIBRI X.

Lex de prouocatione ad populum à Valerio consule tunc primùm lata est.) Turpem mendam tolle ex veteris libri fide. Et à Valerio consule tunc tertium lata est, restitue: id enim scribit Liuius: Primus autem legem de prouocatione tulit anno CCXLV. P. Valerius Poplicola, deinde anno CCCIIII. L. Valerius Potitus, nunc demùm tertiùm M. Valerius Coruus. ANIENSIS & Terentiana.) Terentina. Q. FABIO ducibus.) Vet.lib. Q. Fabio consulibus ducibus. Qui iureiurando adstrictus fuerat, quo maiore constantia virtutis in aciem descenderet.) Vet.lib. Qui iureiurando obstrictus, quo maiore constantia virtutis pugnaret, in aciẽ descenderat, probè.

IN LIBRVM X.

290 SORAM, atque Albam coloniæ deductæ.) Soram, atque Albã colonias duas deductas esse decennio post Interamnam tradit etiam Velleius. Itaque videndum est, quid sit, quòd Liuius anno CDXXXIX. lib. priore Soræ coloniæ meminerit, vbi ait: Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum. Et pòst de eadem: ad recuperandam coloniam, M. LIVIO Dentre, & C. Æmilio consulibus.) Scribe M. Æmilio ex Diodoro, & ipsomet Liuio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno M. Æmilium vocat. Vt tumultus eius causa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magistro equitũ profectus primo congressu Æquos subegit. Vet.lib. Dictator diceretur C. Iunius Bubulcus. is cum M. Titinio magistro equitum profectus. TVRIAS vrbem in Salentinis, vi cepit.) Vet.lib. Thurios, oppidum est in Sallentinis, quod auctore Stephano Thurij, Thuriæ, & Thurium dicitur: Itaque Liuius paulò pòst Thuriæ redditæ. Sallentini, duobus ll, scribendi, vt

pòst

pòst dicam. ILLIRICI.)Vet.lib. & Capitolini triumphi,Illyrij. Ibi expositis paucis,qui loca explorarent,cùm audissent tenue prætentum littus esse,quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua maritimis æstibus, agros haud procul campestres cerni,vlteriora colles videri esse,ostium fluminis prælti, quo circumagi naues in stationem tutam vidisse,Meduacus amnis erat,eò inuectam classem subire aduerso flumine iussit.) Hoc in loco valdè laborat Glareanus,vt aliquorum verborum ordinem reperiat,neque sese explicare potest.Est autem locus valdè memorabilis,propter situ vrbis huius,quæ pòst in æstuario,de quo loquitur,condita est.Interpungitur autem,& legitur in veteribus libris hoc modo:Ibi expositis paucis,qui loca explorarent,cùm audisset,tenue prætẽtum littus esse,quòd transgressis stagna ab tergo sint irrigua æstibus maritimis,agros haud procul proximo s cãpestres cerni,vlteriora colles,inde esse ostium fluminis prælti,quo circumagi naues cùm in statione tutam vidisset(Meduacus amnis erat)eò inuectam classem subire aduerso flumine iussit. [In Venetis facilè concesserit Sigonio Glareanus,tamen occasionem discutiendi loci ei dedit.] Est autem ita accipiendum: Cleonymus cùm audisset hæc ab exploratoribus,itemque cùm alia vidisset,ita fieri iussit.

Simul Marsos agrum vi tueri,in quem colonia Carseoli deducta erat.)Aliquot libri habent:Simum à Marsis.Quo fit,vt putem legendum esse:Simul à Marsis agrum vi teneri. Nam sequitur: Prælio vno Marsos fundit. Carseolos coloniam biennio pòst Albam,& Soram,deductam scribit Velleius. Cur autem Liuius hanc deductã quadriennio pòst etiam repetat,vt de Sora antè admonui,causa incerta est. M. ÆMILIVM Paulum.) Paullum scribi duobus ll Capitolini lapides,& nummi argentei docent. MILIONIAM, Plestinam.) Glareanus miratur Milionia,& Plestinam hic Marsorum oppida dici,quorum illud paulò pòst Samnitiũ esse traditur, hoc verò lib.9.inter Samnitium etiam oppida numeratum est,nec iustè miratur: Nam Samnitium oppida sunt Milonia,& Plistia.Marsorum verùm Milionia & Plestinia,vt pòst etiam dicam ex veterum librorum, & Stepliani auctoritate. [Glareanus accusat Codices,quos sæpè etiam reprehendit Sigonius: Verùm id quod sibi laudi dat, in alio carpit.] Eò & hostes sequuti,quanquam ex re benè gesta.)Vet.lib.Et quanquam. 291

Quo magis festinantes videt dictator.)Vet.lib.Festinantes ire videt. Et super alios alij nunciant.) De Romanis intelligendum,non de Etruscis. Itaque noua periodus instituenda est. Cæterùm satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum.) Vet.lib. Cæterùm fretus satis esse etiam nunc. Agger pondere suprastantium in fossam procubuit.)Vet.lib.Superstantium. Per interregem ea comitia facta.)Probo magis,habita,quod est in Vet.lib. Q.APVLEIO.)Appuleio,ex Capitolinis tabulis. Qua non infimam plebem accenderent,sed ipsa capita plebis.)Vet.lib. Qua non infimam modò plebem. Rogationem promulgarunt.)Vet.lib.Rogationem ergo promulgarunt. Vt tres antiquæ tribus Ramnenses, Tatienses, & Luceres.)Has libro primo vocauit centurias,quas nunc tribus nominat.Easdem tamen & Plutarchus in Romulo, & Pædianus,& Festus tribus vocant. 292

Pro lege Licinia quondam.)De hac libro sexto tradidit. Seu Ap.Clausum, seu Ap. Claudium mauultis.)Suprà ostendi legendum,seu Actium Clausum. 293

Semper ista audita sunt eadem,penes vos auspicia esse,vos solos gentem habere.)De patricijs loquitur,qui soli se gentem habere gloriabantur,quod est idem,atque gentiles esse:sic enim definit Gentiles in Topicis Cicero ex Scæuolæ sententia,Gentiles sunt,qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum nemo seruitutem seruiuit,neque capite diminutus est.Eiusmodi verò esse se patricij profitebantur, quòd Romulus tales legisset,id est,qui patrem,gentemque haberent,nam paulò pòst patricios interpretatur,qui patrem ciere possent,id est,nihil vltra,quàm ingenuos.Itaque li.6.Ap.Claudius ita loquitur: An hoc si Claudiæ familiæ nõ sim,sed vnus Quiritium quilibet,qui modò me duobus ingenuis ortum,& viuere in libera ciuitate sciam, retice re posim.Post autem hæc laus gentilitatis cum plebeijs etiam communicata est,vt hoc loco Decius argumentatur. En vnquam fando audistis.)Vet.lib.En Romæ vnquam fando audistis. Qui patrem ciere auumque possent.)Voces,Auumque,inducendæ sunt,neque enim reperiuntur in Vet.lib.neque verò desiderantur.Patriciorum enim tradit etymologiam,eosque dictos ait,qui patrem ciere possent.Quod etiam Dionysius & Plutarchus in Romulo prodidit.Qui verò auum addiderunt,id credo ea moti ratione fecerunt,quòd subdit:Consulem iam patrem ciere possum,auumque iam poterit filius meus. Cuius orationis hic est sensus: Si patricij sunt, qui patrem ciere possent, ego certè patricius, qui patrem consulem,multoque magis filius meus, qui partem & auum ciere consulem potest. Vti rogatis iubendam censeo.)Suprà ostendi, Vti rogas legendum esse. PORCIA tamen lex sola.)Vet.lib.Porcia inde lex. SVLPITIO Auerrione.)Sulpicio Sauerrione,ex Capitolinis lapidibus. 294

Eodem anno ab Etruscis aduersus inducias paratum bellum.)Inducię datæ fuerant in biennium Liuio, & Æmilio consulibus extremo anno CDLI. At hoc anno,qui est CDLIIII.aduersus inducias parant bellum,rectè: non enim biennium completum est,neque enim annus quo datæ sunt numeratur. Hoc dixi, vt defenderem à Glareani calumnia Liuium. [Magna verò calumnia,si quis dicat aliquem memoria lapsum.] M. VALERIVM consulem omnes sententiæ.)Hic est M.Valerius Coruus,qui anno priore V. hoc verò VI. consul creatus est Plutarcho,Liuio,& Cicerone,& Suetonio auctoribus. Pecuniam ingentem sine labore ac periculo paratã.) Vet.lib.Partam. Vt nemo extra munimenta progredi auderet.)Vet.lib.Munitiones. 295

In agrum Æquicolorum deducta.)Vet.lib.In agro Æquicolarum,Rectè vtrunque:sic enim in epitoma lib. 19.Colonia deducta in agro Sallentino Brundusium.Et lib.20.Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto,Cremona,& Placentia.Æquicolarum autem ab Æquicola scribendum,vnde Virgilius:Duris Æquicola glebis. Neque enim audiendus est Gelenius,qui Plinium scribentem Carseolanos esse Æquicolarum, Æquicolorũ emendat,atque diminutiuum esse ait. Legem recitari iussit, qua intra decem annos eundem refici consulem nõ liceret.)Hæc lex lata est anno CDXIII.C.Marcio,Q.Seruilio consulibus,vt ait Liuius lib.7. extremo. Ea verò nũc tenetur Q.Fabius:nam tertium consul fuerat anno CDXLV.Hic autem annus,quo quartus ei defertur cõsulatus est CDLIIII.Legis autem hæc erat sententia,vt nemo postquam cõsul fuisset nisi exactis decem annis reficeretur, ita vt inter duos consulatus anni X.interessent, qui inter tertium & quartum Fabij consulatum numerari non possunt. Quod cùm ita sit,ergo meritò contemnenda sunt ea,quæ à Glareano contra Liuium hoc in loco sunt dicta.De Scipione enim quod ille opponit,suo loco respondebo. [Glareanus carpitur iniustè,nec enim respõdet ad alteram partem,quando hæc lex toties neglecta est.] 296

Ab Sutrio,& Nepete.)Nepet,vt antè dixi. Non fefellere ad Tifernum.)Trifernum,vt antè. Siue qui a ex omnium.) Vet.lib. Seu quia ex omnium: sequitur enim alterum membrum: Seu quia discrimen. ET IPSOS nominatim iuuenes pari comitate vtrunque nunc laudibus,nunc promissis onerat.)Vet.lib. Vtcunque. Auersoque hosti ab tergo repente se ostendere.)Vet.lib.Et aduerso hosti. Ni secunda acies iussu consulis in primum successisset.)Vet.lib.In primam. Non verò tantùm metu terruere.)Vet.lib.Non verò metu 297

tantùm. Capti trecenti fermè & viginti.) Vet.lib. Capti ad trecentos fermè, & triginta. Ni P. Decius conſul.) Vet.lib. Ni P. Decius conſul alter. Nec valli tantùm, ac foſſarum veſtigia relicta, ſed multa illis inſigniora monumenta vaſtitatis circa, regionumque depopulatarum. Vet.li. Sed multò illis inſigniora monumenta vaſtatis circà regionibus, depopulatisque.

298 Cum primò vocatæ Q. Fabium dicerent omnes centuriæ.) Primo vocatæ centuriæ dicebantur, quæ primo poſt prærogatiuas vocarentur. Nã ſic paulò pòſt loquitur: Eumq; & prærogatiuæ, & primo vocatæ omnes centuriæ conſulem cum L. Volumnio dicebant. Ex quo conuincitur in veteribus libris eſſe mendosè: Cum primò vocatum Q. Fabium. FABIVS primo de ſe eadem ferè.) Vox, primo, non eſt in veteribus libris, nec deſiderari videtur. Maieſtatemque priſtinam tum honori, tum patricijs gentibus redderet.) Id fore putabat nobilitas ſi duo, vt antè, patricij conſules facti fuiſſent. Ad Murgantiam, validam vrbem.) Stephanus: *μοργάντιον πόλις Ἰταλίας. λέγεται καὶ μοργέντια. τὸ ἐθνικὸν μοργεντῖνος.*

299 Ad Romuleam vrbem.) De hac ſic Stephanus: *ῥωμυλία τῶν ἐν Ἰταλίᾳ σαμνιτῶν πόλις, τὸ ἐθνικὸν ῥωμυλιάτης.* Cæterùm ibi plus laboris ac periculi fuit, & defenſa ſumma vi mœnia ſunt.) Vet.lib. Nam & defenſa. Sed alterius P. Volumnij.) L. Volumnij, ex ipſomet Liuio & Capitolinis tabulis. Cæterùm magis eò profectum eſt, quod.) Vet.lib. Eò magis.

300 Ibi longiores orationes habitæ in eandem fermè ſententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat.) Vet.lib. In quam paucis antè certatum verbis fuerat, rectè: idcircò enim ait, longiores nunc orationes habitas. In Campaniam, Falernumque agrum tranſcendunt.) Vet.lib. In Campanum, Falernumque agrum. Per Veſtinos in Campanum, Falernumque agrum tranſcendunt.) Veſcinos legendum eſt, à Veſcia oppido in his locis, vt alibi dixit: nam Veſtini Sabinos attigerunt, non Campanos: ſic paulò pòſt, Veſtinum & Falernum agrum: itẽ, in ſaltu Veſtino Falernum contingente, lege Veſcinum, & Veſcino. CALOBENVM agrum.) Calenum ſine diphthongo ex Capitolinis triumphis, & Græcis, *καλανὸς*.

301 Prædam, Prædæque cuſtodes exire, ignobile agmen.) Vet.lib. Immobile agmen, Verè: nam ſubdit, Samnites præda impediti. STATIVM Egnatium ducem.) Vet.lib. Statium Minatium. Quod fuerat dies decẽ octo.) Vet.lib. Per dies decem, & octo.

302 Aduerſus quatuor populos duces conſules illo die deligi meminiſſent.) Vet.li. Duos conſules, optimè. Quatuor enim populos duobus conſulibus opponit. Qui haud dubiè tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuiſſe extemplò dicturum.) Ludit in vocibus Ductor & Dictator. Ad collegam P. Decium poſcendum, id ſenectuti ſuæ adminiculum fore.) Vet.lib. Hunc ſenectuti ſuæ. Eſſe præterea viros natos militiæ.) Vet.lib. Gnaros militiæ, Verè: nam ſequitur oppoſitum, ad verborum, linguæque certamina rudes, ſic ſuprà: Gnaros Oſcæ linguæ. Conſules creati Q. Fabius, & P. Decius, Ap. Claudius prætor, omnes abſentes.) Nõ eſt prætereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos ſæpè, inprimis autem Clareanum torſit, explicetur. Id eſt, quid ſit apud Liuium, Abſentem conſulem aut prætorem creari: non enim eum ſignificat tantùm, qui abeſt ab vrbe, ſed etiam, qui cùm in vrbe ſit, abeſt à campo, in quo tamen comitia creandi magiſtratus cauſa habeantur: Sic loquitur lib. 4. Plebs tribunos Plebis Sex. Tempanium, A. Sellium abſentes fecit, hos verò ex caſtris in vrbem cum conſule reuerſos paucis antè verſibus tradidit, & hoc libro ſuprà: Conſul ex Dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeò abſentem creatum tradidêre quidam, ſic hoc loco. Q. Fabius, & P. Decius facti conſules ſunt, cùm in campo non adeſſent, Ap. Claudius prætor, cùm non ſolùm in campo, ſed ne in vrbe quidem tum, ſed in Etruria verſaretur. Hoc autem ita eſſe apertè docet Dionyſius lib. 9. de Ap. Claudio conſule abſente facto, id eſt, vt ipſe interpretatur qui in campum non deſcẽderat. *ἄππιον κλαύδιον πολλὰ αὐτέπαινον, καὶ ἀδὲν εἰς τὸ πεδίον ἐλθεῖν βουληθέντα ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ἀδὲν ἧττον αἱρεθῆναι συμβάλλεσθαι, καὶ ἐψηφίσαντο ἅπαντα ὕπατον.* [Abſentes hos dici æquè Clareanus atque Sigonius ſciuit.] Publicè vinum, ac thus præbitum.) Vet. lib. Ac thus ſacrificijs præbitum.

303 Quam arborem conſeruiſſet.) Vet lib. Seruiſſet. Vt quod populi ſit, populus iubeat potius, quàm gratificentur.) Sic locutus eſt Pædianus in oratione pro Cornelio: promulgauit legem, ne quis, niſi per populum legibus ſolueretur, eamque tulit inuitis optimatibus, qui vel pauci gratificari ſolebant: ſic enim legendum eſt, non paucos, vt vulgò legitur, nam antè præceſsit, eaque ipſa ſenatuſconſulta per pauculos admodum fiebant.

304 Qui nomina dederitis mecum ducam.) Vet.lib. Dederint. Ad oppidum Aharnam.) Vet. lib. Adharnaham. Ad Cluſium, quod Camars olim appellabant.) Hinc Polybius li. 2. *σαμνίται καὶ γαλάται παρεταξαντο ῥωμαίοις ἐν τῇ καμαρτίων χώρᾳ.* Quos Polybius Camartinos vocat, eos Cluſinos eſſe intelligendũ eſt. Minus quinque millia peditum, equitumque cum Fabio veniſſe.) Vet.lib. Equitumq; mille cum Fabio, Rectè: minor enim numerus equitum debet eſſe, quàm peditum.

305 L. POSTHVMIVS Megillus.) Vet.lib. & lapides Capitolini, L. Poſtumius Megellus. SAMNITI, Galliſque delegata pugna.) Vet. lib. Samnitibus, Galliſque. ETRVSCOS ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos mouit.) Polybius libro 2. vbi de hac re loquitur: *καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν σεντινατῶν χώρᾳ. περὶς τὰς προσεσημένας, τὰς μὲν πλείστας ἀπέκλειναν.* [Conueniebat vt diceret vbi & quis eſſet ille ager, ſed neſciebat: In Vmbris eſt.]

306 COELESTIVM, infernorum iras.) Vet. lib. Infernorumque. [Ita Badius habet.] CORNELIVS Scipio, & C. Marcius.) Vet.lib. L. Cornelius Scipio.

307 Et in Etruria per eos dies.) Vet.lib. Per eoſdem dies. Res ex ſententia geſtæ, & præter ingentem.) Vet. lib. Nam præter ingentem. Peditum quadraginta millia CCCXXX. equitum ſex, & quadraginta millia.) In quibuſdam libris eſt, equitum ſex millia, Rectè: non enim equitum numerus numerum peditum ſuperare debet. L. VOLVMNIVM proconſulem ducem conſulibus, exercitumque eius legionibus cõſulum adijciunt.) Vox, Ducem, non eſt in pleriſque libris veteribus, & inducenda eſt. Nam ſine ea præclarè ſtat *ἀνάθεσις*. adijciunt pro conſulem conſulibus, & exercitum pro conſulis legionibus conſulum. In Tifernum montem.) Trifernum, vt antè.

308 Et parte alia in Eſetrunium, quæque Vulturno adiacent flumini, deſcendere.) Vet.lib. Et parte alia in Æſerniacum, quæ Vulturno adiacet flumini, vt agrum Æſerniæ intelligat oppidi Samnitium. Agrum Veſtinum, Formianumque.) Lege, vt ſuprà, Veſcinum. L. VOLVMNIVS proconſul ſequeretur.) Vet.lib. Proconſule. Superſunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum iam volumen, annumque ſextum, & quadrageſimum à M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Rotundus numerus erit, ſi annus conſulum Valerij, Cornelijque numerabitur, id eſt, ſi anni extremi non negligentur, neque verò aliter loqui poteſt, cùm dicat: Bella agimus per annum XLVI. alibi, vt oſtendam, primum annum non numerat. L. POSTHVMIVS Megillus.) L. Poſtumius Megellus, vt antè. ATILIVS.) Atilius. Veteres

teres libri,& Capitolini lapides. Velut ex compoſito ibi obuium habuere hoſtem.)Vet.libri pleriq;,habuit& rectè:refertur enim ad vocem,Atilius. SAMNITES prohiberẽtur.)Venuſtior eſt priſca lectio. Samnitem prohiberent.Cuius hic eſt ſenſus:Romani ibi obuium habuerunt hoſtem Samnitem, vbi & intrare, nedum vaſtare Samnitium agrum ipſi prohiberentur,& egredi in fines populi Rom.Samnitem prohiberent. Deinde nouæ periodi faciendum eſt initium.Cum caſtra caſtris.

Quam ædilis curulis ex multatitia pecunia faciendam curauerat,dedicauit.) De L.Poſtumio Megello con 309
ſule loquitur,quem in ædilitate ædem Victoriæ faciendã curaſſe ait:cùm ſuprà tamen huius ædilitatis nulla mentio ſit,neque hoc librorum vitio.Eſt enim hoc Liuio familiare,vt magiſtratus alicuius,aut legis,aut rei, non anno illo,quo de ea actum eſt,verùm multos poſt annos mentionem inferat.Quæ res ſæpè angit Glareanum, vt in lege Oppia abroganda,quam nunquam antè latam eſſe ſcripſerat lib.34. [Glareanus non fruſtrà clamat in hoc [illegible]
πρωτερον ὑστερον.] POSTHVMIVS Milioniam oppugnare adortus.)Vet.lib.Milonium.Item Stephanus μιλωνίαν ,,
vrbem eſſe Samnitium clariſsimam ſcribit. Ab hora quarta vſque ad octauam fermè horam.)Vet.lib.Ab hora quarta dei ad octauam.

Hoſtem in caſtra venturum,niſi illi extra exiſſent.) Vet. lib. Niſi ipſi. Armatis ac dimicantibus dubiã 310
victoriam eſſe.)Turpe mendum ſenſum attendentes tollimus,ita,haud dubiam victoriam eſſe:ſiquidem altera, quæ ſequitur pars ἀνυπόστατος id oſtendit.Qui nudus atque inermis hoſtem maneat,ei aut mortem,aut ſeruitutem patiendam. Tunc enim verò conſul indignum facinus eſſe vociferari.) Vet.lib.Tum verò. Procedunt aduerſus hoſtem nec ſpe,nec animo certiorem.) Vet.lib. Fortiorem,Egregiè. Nam de Romanis dixit,mœſti ac propè victi. Procurrerant Samnites.)Vet.lib.Procurrerunt.

Numerus fuit ſeptem millia CCC.)Vet.lib.Septem millium ac ducentorum. Numerus relatus ſeptem 311
millia trecenti.)Vet.lib.Septem millium & ducentorum.

L.HORATIVM,M.Valerium conſules.)M.Horatium,L.Valerium,fuerunt enim ãnno CCCIII. ab vrbe con 312
dita.Liuius,Dionyſ.Caſsiod. Noua lege,vt qui iuniorum non conueniſſet ad imperatorium edictum,quique iniuſſu abiiſſe.caput Ioui ſacratum erat.)Vet.lib.Sacratum eſſet. Ibi ex libro vetere linteo lecto ſacrificatum ſacerdote Ouio Paccio quodam.)Sunt,qui ambigant,Lecto,ad librúmne, an ad ſacerdotem referendũ ſit. Mihi non eſt dubium,quin ad librum referatur:hic enim eſt ſenſus,In eo linteis contecto loco ex veteris libri lin tei lectione ſacrificatum eſt,Ouio Paccio quodam ſacerdote rem diuinam faciente. Tum in loco circà omni contecto aræ in medio.)Paulò antè hunc locum linteis contectum dixit.In hoc ergo loco tam vndique clauſo erant aræ in medio,vel,vt Feſtus ait,ara. Eis dictum,vt vir virum legeret.)Vet.lib.Eis edictum:ſic ſuprà lib. 9.Etruſci lege ſacrata coacto exercitu,cùm vir virum legiſſet.Et Virgil.11.Legitque virum vir. Ea legio linteata ab integumento conſepti,quo ſacrata nobilitas erat appellata.)Vt Septum,ſic Conſeptum dicitur, qua voce vſus eſt & Varro, & Columella.Vocat autem conſeptum,locum vndique ſeptũ cratibus,qui quòd linteis erat contectus,linteatæ legioni dedit nomen,quæ ibi conſcripta eſt.Quare Feſtus ait: Legio Samnitium linteata appellata eſt,quòd Samnites iiitrantes ſinguli ad aram velis linteis circundatam,non ceſſuros ſe Romano militi iurauerunt.

PAPIRIVS nouo exercitu,ita decretum fuerat,ſcripto.) Vet.lib. Ita enim decretum fuerat. Aureã o- 313
lim,atque argenteam Samnitium aciem à parente ſuo occidione occiſam.) De hac re lib.9. Duo exercitus erant. Scuta alterius auro,alterius argento celauerunt. Datum hoc nomini.) Vet. lib. Datum hoc forſan nomini. Exeunti iam in aciem.)Vet.lib.Iam fortè in aciem. C.CEDITIVM,& Trebonium.)Vet.lib.C.Cædicium,& C.Trebonium.

Promouent & Samnites ſigna,inſequitur acies ornata,armataque.) Ornatam vocat linteatam legionem, 314
cui dixit arma fuiſſe inſignia data,vt inter cæteros eminerent,ea fuit XVI.millium.Armatam alteram vocat XX. millium,quam pòſt linteatam conſcriptam eſſe dixit.

Vt paruo admodum plures caperentur.) Vet. lib. Paruo admodum numero plures. Neque obſidio, 317
neque bellum ex æquo erat.Papirius, inquit, ad Sepinum difficilius bellum geſsit.Etenim ſæpè in acie, ſæpè in agmine,ſæpè circa ipſam vrbem aduerſus eruptiones hoſtium pugnauit. Neque verò aut obſidendi, aut dimicandi facilis,& expedita ratio erat,quòd Samnites non minus acriter armis mœnia ſua defenderent, quàm ipſi ſe muris tutarentur.Quòd autem ait,In agmine,in itinere faciendo intelligit.Hæc dixi, quia Glareanus vitium ſubeſſe ſuſpicatur ſine cauſa. [Glareanus dubitat:at apud Sigonium ne dubitare quidem oportet.] Tranſ- [illegible]
iere, ac tranſiecti.)Vet.lib.Tranſiecti ſunt. Æris grauis tranſiecta vicies centum millia, & quingenta triginta millia.)Vet. lib.Æris grauis magna vis tranſiecta,vicies centies millies, & quingenta triginta millia. Sic etiam lib.26.Et auri,argentique relata ad imperatorem magna vis. Minus duo millia capti.)Vet.lib.Capta. In Etruria Troilium.)Troſſulum.Plin.lib.33.cap.2.

SERVILIO Tullo.)Ser.Tullio.Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum,cum multarum ædium Fortu 318
næ à Ser.Tullio dedicatarum meminerit,Fortis tamen Fortunæ ab eo dicatæ non meminit.De ea tamen ſcriptũ eſt apud Varronem lib.5.de lingua Latina. Cenſa capitum millia ducenta ſexaginta duo.) Et Liuiani,& epitomarum manuſcripti libri,ſeptuaginta,habent. Cenſores viceſimi ſexti à primis cenſoribus, luſtrum vndeuiceſimum fuit.)In Capitolinis fragmentis hoc luſtrum triceſimum eſſe,ſcriptum eſt. Varietatis cauſa eſt, quod Liuius decem luſtra ante cenſores creatos acta præterire videtur. Numerus etiam hic cenſorum negligentiam eius arguit in tradendis antè cenſoribus,neque enim qui ab eo ſuprà editi ſunt hanc ſummam conficere poſſunt.

IN EPITOMEN LIBRI XI.

Eoque inſulam Tiberis egreſſo,eodem loco ſedes Æſculapij conſtituta eſt.) Caſtiga ex fide Vet. lib. Ædes Æſculapio conſecrata eſt. Nam Feſtus etiam lib.9.inquit.In inſula Æſculapio facta ædes fuit, quòd ægroti à medicis aqua maximè ſuſtententur.Et Valerius lib.1.At in ripam Tiberis egreſsis legatis,in inſulam, vbi templum dicatum eſt,tranſnauit. Plebs propter æs alienum,& graues & longas ſeditiones ad vltimum ſeceſsit in Ianiculum.)Vet.lib.Poſt graues & longas ſeditiones.Nam Auguſtinus etiam lib.3.cap.17.de ciuitate Dei ita loquitur:Poſt graues & longas Romanas ſeditiones ad vltimum plebs in Ianiculum hoſtili diremptione ſeceſsit. Vnde à Q.Hortenſio Dictatore deducta eſt.)De hoc Dictatore ſic Plinius lib.16.cap.10. Q.Hortenſius Dictator, cùm plebes ſeceſsiſſet in Ianiculum,legem in Eſculeto tulit,vt quod ea tuliſſet,omnes Quirites teneret.Idem ſcribit Gellius lib.15.cap.27.Idem eſt in libro primo Inſtitutionum Iuſtiniani. Hac de re ſuprà dixi in librum octauum. Coloniæ deductæ ſunt Caſtrum,Sena,Adria.)De Sena per hos annos in agro Gallorum deducta. Polybius lib.2. VOLSINIENSES.)Vulſinienſes,lapides Capitolini.

IN EPITOMEN LIBRI XII.

L. CÆCILIVS prætor.)Hunc Cæcilium prætorem Oroſius & Auguſtinus lib.3.cap.17. vocant. Polybius lib. 2. λεύκιον στρατηγὸν nominat,in eiuſque occiſi locum ſuffectum eſſe M'.Curium. Duce,qui præerat claſsi occiſo.)Vet.lib.Duumuiro,qui præerat claſsi.Duumuiri autem nauales creari primùm cœpti ſunt anno ab vrbe condita CDXLIII.

319 BRVTIOS.)Bruttij duobus tt,in Capitolinis lapidibus ſcribuntur,itemque in nummis argenteis,quos perantiquos pater habet tuus,cum his literis EPETTION.Prætereà Euſtathius in Dionyſium docet,omninò βρεττίους διὰ δύο τ ἢ eſſe ſcribendos. Cùm in præſidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Iubellio miſſa eſſet.)Polybius lib.1.hunc Δέκιον καμπανὸν vocat.

IN EPITOMEN LIBRI XIII.

VALERIVS Leuinus.)Læuinus,ex Capitolinis lapidibus à Lęuo,vt Craſsinus à Craſſo,Albinus ab Albo. Plutarchus in Pyrrho mendosè ἀλβίνῳ habet,pro λαιβίνῳ. C.FABRICIVS miſſus ad eum,vt.) Vet.li. Miſſus ad eum à ſenatu,vt. CYNEAS legatus.)Cineas:ſic enim Plutarchus in Pyrrho: ſic Suidas κίνεας. Iamdiu à conſilijs publicis abſtinuerat.)Vet.lib.Cóſilijs publicis ſe abſtinuerat. P.DOMITIVS cenſor primus ex plebe luſtrum condidit.) Vet.lib. Cn.Domitius. Quod placet:eſt enim Cn.Domitius,qui per hæc tempora cum P. Dolabella conſul fuit:præterea Publij prænomen nuſquam aliàs in Domitia gente reperi, vt autem C.Marcius Rutilus primus è plebe cenſor fuit,auctore Liuio,ſic Cn. Domitius primus è plebe cenſor luſtrum condidit.
Cum Carthaginienſibus quartò fœdus renouatum eſt.)Huius fœderis meminit Polybius libro tertio: πλειόνων ποιουντων συνθήκας ῥωμαῖοι κατὰ τὸν τύραννον διέβασιν περὶ τῆς συνήθειας τὸν χαρχηδόνιος ἐπὶ σικελίας πόλεμον. Is,qui ad eum à Pyrrho transfugerat.)Hunc alij Timocharem,alij Niciam appellarunt,auctor Gellius lib.3.cap.8.

IN EPITOMEN LIBRI XIIII.

CVRIVS Dentatus,cùm delectum haberet,eius,qui citatus non reſponderat,bona vendidit.)Vet.lib.Bona primus vendidit.Hac de re ſic Varro,vt eſt apud Marcellum. Manius Curius conſul in Capitolio cùm delectum haberet,nec citatus in tribu ciuis reſpondiſſet,vendidit tenebrionem,Valerius & bona,& ipſum, qui citatus erat veniſſe à Curio ſcribit lib.6.cap.3. PIRRHVM iterum ex Sicilia in Italiam reuerſum vicit.) Vet.lib. Iterũ Pyrrhum,præclarè:eſt enim aliud iterum reuerſum,& iterum vicit.Eſt autem, iterum vicit,intelligendum. Cenſa ſunt capita ciuium CCLXXXI.millia.)Placet legi CCLXXXXI.millia, vt ſingulis luſtris numerus ciuium augeatur.Nam tertio antè luſtro cenſa ſunt CCLXXII.millia,altero verò CCLXXVIII.hoc,CCLXXXXI.proximo inſequẽti CCXCII. Coloniæ deductæ ſunt Poſidonia & Conſa.)Coſſa legendum eſt. Velleius lib. primo. Coſſam,& Pæſtum colonias deductas ait,Fabio Dorſone,Claudio Canina conſulibus.Et Plin.lib.3.cap.5.Coſſam Vulcientium coloniam deductam ait:Ita etiam lib.vet. Carthaginenſium claſsis auxilio Mamertinis venit,quo facto ab ijs fœdus violatum eſt.)Primum intelligendum eſt placere antiquis Grammaticis,Carthaginienſium dici,quòd à caſu dandi eiuſmodi nomina edantur additis ſyllabis enſis,idque præceptum verſu Ennij confirmari. Hoſtem qui feriret mihi erit Carthaginienſis:deinde verò vocem,Mamertinis,mendum continere,neque enim de Mamertinis adhuc dicendi locus eſt,verùm initio belli Punici:& Mamertinis quidem etiam tum non Pœni, ſed Romani venerunt auxilio.Tarentinis autem reponendum eſt,non ſolùm quia ita habent manuſcripti libri, ſed etiam,quia Anno Carthaginienſis apud Liuium lib.21.id factum eſſe ſignificat,cùm ait: ſed vt Tarento tum, & Italia non abſtinueramus ex fœdere,ſic nunc Sagunto non abſtinemus:ſic Oroſius,vt ibi dicam. PYRRHI mortem.)Vet.lib.Pyrrhi regis mortem.

IN EPITOMEN LIBRI XV.

SALENTINI.)Sallentini duobus ll,ſcribi debent ex fide Capitolinorum triumphorum, & Græcis ſcriptoribus:ſic enim Stephanus, σαλλεντία πόλις μεσαπίων,τὸ ἐθνικὸν σαλλεντῖνος. TVNC primùm populus Romanus argento vti cœpit.)Plin.lib.33.cap.3.Q.Fabio conſule argentum ſignatum eſt annis quinque ante primum Punicum bellum cœptum. Quæſtorum numerus ampliatus eſt.)In Vet.lib.eſt.Quæſtorum numerus ampliatus eſt,vt eſſent. Deſideratur autem numerus: ſic enim in epitoma lib. 2. Numerus tribuum ampliatus eſt,vt eſſent XXI.& libri decimi.Collegium augurum ampliatum eſt,vt eſſent nouem. Et libri 20. Prætorum numerus ampliatus eſt,vt eſſent quatuor. Puto legendum hîc eſſe, vt eſſent octo. Quæſtores enim primùm duos creatos eſſe anno primo poſt reges exactos ſcribit Plutarchus in Poplicola. Duos deinde his additos eſſe, vt eſſent quatuor, duos qui vrbanas,duos,qui militares res curarent,anno ab vrbe condita CCCXXXIII. tradit Liuius lib. 4.. & lib. 6.& Tacitus lib.11.cùm autem Tacitus ſubſequatur his verbis: Mox duplicatus quæſtorum numerus ſtipendiaria iam Italia,& accedentibus prouinciarum vectigalibus,eos profectò octonos factos eſſe hoc tempore ſignificare videtur.

IN EPITOMEN LIBRI XVI.

Origo Carthaginienſium,& primordia vrbis referuntur.)Ve.lib. Vrbis eorum referuntur. Cenſa ſunt ciuiũ capita CCCLXXII. millia.) Melius Eutropius,qui CCXCII.millia edit.Et enim tertio antè luſtro cenſa ſunt CCLXXVIII.millia,neque interea clades vlla accepta eſt,vt tantoperè ciuium numerus imminutus ſit.

320 Edidit primus.)Vet.lib.Primus edidit. ESERNIA.)Vet.lib.& Græci,Æſernia. Res præterea contra Pœnos & Volſcos proſperè geſtas continet.) Dij boni quid hoc tempore rei Romanis cum Volſcis erat toties victis?certè nihil.Ergo non Volſcos,ſed Vulſinios ſcribe,vt eſt in Vet.lib.Cum quibus hoc tempore bellatum eſſe docent hiſtorici, & maximè Capitolinus M.Fuluij Flacci conſulis triumphus de Vulſinienſibus,primo anno primi belli Punici actus.

IN

IN EPITOMEN LIB. XVII.

CN. DVILIVS COS.)C.Duillius.Vet.lib.lapid.Capit.& reliqui. Ob quam cauſam ei perpetuus honos habitus eſt,vt reuertenti à cœna tibicines canerent,& funale præferretur.)Vet.lib. Perpetuus quoque honos habitus eſt,vt reuertenti à cœna tibicine canente funale præferretur. Sic Valerius lib. 3. cap.6.Ad funalem cereum præeunte tibicine,& fidicine à cœna domum reuerti ſolitus eſt. M. CALPVRNII tribuni militum virtute.) Hunc lib.21.Calpurnium Flammam nominat Liuius:eundem Q. Cædicium Cato, alij Laberium appellarunt, auctor Gellius lib.3. cap.7.

IN EPITOMEN LIB. XVIII.

ATTILIVS Regulus in Africa.) Vet.lib.Atilius Regulus conſul in Africa. Serpentem portentoſæ magnitudinis. Hanc hiſtoriam à T.Liuio curiosè pariter, ac facundè relatam ſcribit Valerius lib.1. Quam eandem recitat etiam ex Ælio Tuberone Gellius lib.6. Cùm aliquot prælijs aduerſum Carthaginenſes pugnaſſet.) Vet.lib.Cùm aliquot prælijs benè aduerſus Carthaginenſes pugnaſſet. Inter cauſas petendi ſucceſſoris erat, quòd agellus eius à mercenarijs deuaſtaretur.) Vet.lib. A mercenarijs deſertus eſſet.Sic Valer.lib.4.cap.4.Conſulibus ſcripſit villicum in agello,quem ſeptem iugerum in Pupinia habebat,mortuum eſſe,occaſionemque nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento, diſceſsiſſe: ideoque petere, vt ſibi ſucceſſor mitteretur,nè deſerto agro nō eſſet,vnde vxor & liberi ſui alerentur. T. CORVNCANVS.)Ti. Coruncanius. Vet.lib.Triumphi Capitolini,Polybius,Pomponius de origine iuris. M.SEMPRONIVS Sophus, Valerius Maximus cenſores.) P.Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus cenſores,ex Capit.lapid. CENSA ſunt ciuium capita CCCXVII.millia CCXVII.) Vet. lib. CCXCVII. millia DCCXCVII.rectè. Nam priore luſtro ex Eutropij ſententia cenſa ſunt. CCXCII.millia. Etſi eam minimè impetraret.) Vet. lib. Etſi eam non poſſet impetrare. Iureiurando adſtrictus eſt rediturum.) Vet lib. Iureiurando adſtrictus rediturum.

IN EPITOMEN LIB. XIX.

C. GLAVCIAM dixit.) Et hîc & apud Suetonium in Tiberio legendum eſt, Claudium Cliciam, ex Capitolina huius Dictatura,apud Suetonium enim eſt Iliciam. COLONIÆ deductæ ſunt Fregellæ.)Veter.lib. Fregenæ,optimè. Fregellæ enim Colonia deductæ ſunt anno CCCXXVII. in agro Volſcorum,auctore Liuio lib.8. Idem etiam Fregenarum meminit maritimæ coloniæ lib.31. Alij porrò,& Fregenarum meminit Cato in fragmentis Originum,& Plin.lib. 3. cap. 5. Eadem menda eſt apud Velleium lib. 2.vbi ait:Poſtque XII. annos Æſulum,& Alſium,Fregellæque poſt biennium,proximoque anno Torquato, Sempronioque conſulibus Brundueſium, legēdum eſt enim Fregenæ. CENSA ſunt ciuium capita CCLI.millia.)Priore luſtro cenſa ſunt CCXCVII. millia,hoc autem CCLI.minore multo ſumma.Hic autem numerus,ſi probè habet,idcircò imminutus eſt, quia maxima pars cum P. Claudius conſul rem nauali prælio malè geſsiſſet, interijt. A ludis diuertens.) Veter. lib.Reuertens.Gellius lib.10.cap.6.de hac eadē Claudia,à ludis exiens. Ob eam cauſam multata eſt.) Vete. lib.Multa ei dicta eſt:Sic loco citato Gellius,ob hæc mulieris verba tam improba,ac tam inciuilia C.Fundanius, & Ti.Sempronius ædiles pl.multam dixerūt ei æris grauis XXV. millia. Id factum Fabio Licinio,Otacilio Craſſo conſulibus.De eadem Suetonius in Tiberio. Rebus aduerſus Pœnos pluribus ducibus geſtis.) Vet.lib. A pluribus ducibus proſperè geſtis.

Duæ tribus adiectæ ſunt Velinæ,& Exquilinæ.) Turpis menda eſt in voce Exquilina,hæc enim tribus vna 321
fuit ex vrbanis quatuor à Ser.Tullio Rege factis,vt ſuprà diximus. Itaq; non Exquilina,ſed Quirina reſtituendum eſt,manuſcriptis præſertim libris ita admonentibus.

IN EPITOMEN LIB. XX.

SPOLITIVM.)Vet.lib.Spoletum.Priſcianus etiam ita dicendum eſſe contendit. TVTIA virgo.) Vet. lib.Tuccia.Sic alibi Tucciæ gentis mentio. Qui in Italiam eruperant.) Vet.lib.irruperant. Eo bello populus Rom.ſociorum,Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur.) Vet.lib.ad trecenta millia.Eadem ſumma colligitur etiam ex Polybij lib.2.qui quot quique ſocij pedites, quot equites dederint, exponit. In ſumma tamen concipienda ineſt apud eum labes:inquit enim omnem exercitum tam Romanorū,quàm ſociorum fuiſſe,pedites τὰς πεντηκιδεκα μυριάδας, cùm ſit legendum πεντήκοντα: equites autem fuiſſe ἑξακισχιλίους, cùm ſit legendum ἑξακισμυρίους apertè ex verbis eiuſdem. Bellum Illyrijs propter vnum ex legatis,qui ad eos miſsi erāt occiſum,indictum eſt.)Legatos duos miſſos ſcribit Polybius lib.2.C.& L. Coruncanios: ex ijs alterum Teutæ reginæ iuſſu fuiſſe interfectum qui liberius in eam inuectus fuerat. ὥσε προσεῖναι τινὰς ἢ παῤῥησιασάμενον τῶν πρὸς ἐκεῖνον ἀποκτεῖναι. M. CLAVDIVS Marcellus conſul occiſo Inſubriū Gallorum duce Viridomaro opima ſpolia retulit.)Lege Virdumaro.Sic enim Propertius lib.4. Virdumari genus hic Rheno iactabat ab ipſo. Et in lapidibus Capit. M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS COS. DE GALLEIS INSVBRIBVS ET GERMAN. ISQVE SPOLIA OPIMA RETVLIT DVCE HOSTIVM VIRDVMARO AD CLASTIDIVM INTERFECTO. Iterum Illyrij cùm rebellaſſent domiti in deditionem venerunt.) De Illyrijs priore bello triumphauit Cn. Fuluius Centumalus COS. vt eſt in Capit. triumphis. De iiſdem hoc tempore L. Æmilius Paullus Polybio auctore lib. 3. Eius belli initium intulit Teuta regina,huius Demetrius Pharius Rex. Cùm antè diſperſi fuiſſent.)Vet.lib.Cùm antè per omnes diſperſi fuiſſent. Muniuit,& circum Flaminium extruxit.)Locus,vt omnes ſentiunt,mancus,ita reſtitui debet.C.Flaminius cenſor viam Flaminiam muniuit, & circum Flaminium extruxit. De via, & circo à C.Flaminio hoc anno cenſore factis auctor eſt Caſsiodorus & Feſtus.De luſtro condito C.Flaminio.& L. Æmilio cenſoribus Liuius lib.22.& 23. vt de hac lectione omnino dubitandum non eſſe videatur. Caſsiodorus ita:L. Veturio, C. Lutatio conſulibus, via Flaminia munita,& circus Flaminius factus eſt.Feſtus autem ita:Flaminius circus,& Flaminia via dicta eſt à Flaminio cenſore, qui interfectus eſt ad lacum Thraſimenum.

Circus Flaminius,quondam prata Flaminia dictus.Liuius libro tertio.

IN ITALIA belli ſecundi Punici acta narrantur.)Malim, vt alibi, Initia narrantur. PYRENEO ſaltu.) Pyrenæo:ſic Græci πυρηναῖον. Fuſis, qui obſiſtere ei conati erant.)Vet.lib.Fuſis Volſcis,qui.Sic autem tradit de Volſcis Liuius.

IN LIBRVM XXI.

Perfecto Africo bello.)Hoc bellum cum mercenarijs militibus per quinquennium in AfricaCarthaginienſes geſſerunt poſt bellum primum Punicum,auctor Polybius libro 1. Tactis ſacris iureiurando adactum.) Hoc narrat Antiocho Annibal apud Polybium libro tertio. Sicilia,Sardiniaque amiſſæ.) Sicilia amiſſa eſt primo Punico bello. Sardinia inter primum & ſecundum, auctor Polybius. Nimis celeri deſperatione rerum.)Vet.lib.rerum deſperatione.Hæc ſententia ſumpta eſt à Polybio:καρχηδόνιοι δὲ βαρέως ἔφερον καὶ πάλιν ὑπὲρ σικελίας ἤπλαν. σωσπέτηνε δ' αὐτῶν πάλιν ὀργὴ τὰ κατὰ σαρδόνα, καὶ τὸ τῶν τελαντίων σωτεθέντων χρημάτων πλῆθος. mille autem ducenta talenta impoſita tradit. Per quinque annos.) Malim per quatuor. Nam Polybius libro primo extremo ſcribit tribus annis,& quatuor menſibus hoc bellum eſſe confectum: τέσσαρας μὲν ἔτη, καὶ τέτταρας τοῦ μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς καρχηδονίους. Vt appareret,maius eum,quàm quod gereret.)Vet. lib. vt appareret omnib. maius eum.

322 Floreæ ætatis,vti ferunt,primo Amilcari conciliatus.) Hac de re Polybius nihil. Paulò tamen pòſt,Anno, florem ætatis,inquit, Aſdrubal quem ipſe patri Amilcari fruendum dedit. Genere inde ob altam indolem profectus animi adſcitus.)Vet.lib.Ob altam indolem animi profecto aſcitus.In quibuſdam etiam lib. profecto, vacat. In imperio poſitus.) Vet.lib.Imperio potitus. Cum hoc Aſdrubale,&c.fœdus renouauerat populus Romanus,vt finis vtriuſque imperij eſſet amnis Iberus.) Hoc ſextum fuit fœdus cum Pœnis ictum Aſdrubale duce. Itaq; rectè Cato libro quarto Originum dixit:Carthaginienſes ſextùm de fœdere deceſſere. Tertij fœderis meminit Liuius libro nono.P.Cornelio Aruina, Q.Marcio Tremulo conſulibus. Quarti in epitome lib. 13.dum cum Tarentinis,& Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius libro tertio confecto primo Punico bello. Sexti cum Aſdrubale icti, & Polybius libro tertio, & hoc libro ſæpius Liuius. ANNIBAL intra prætorium delatus.)Vet.lib.in prætorium. Prærogatiuam militarem.) Polybius πάλιν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. Hunc vix dum puberem Aſdrubal literis ad ſe accerſierat.) Vix dum puberem appellat iuuenem natum annos ad XXII. Id ita eſſe apparet ex eo,quod Probus tradit, imperium Annibali mortuo Aſdrubale eſſe delatum, cùm eſſet minus XXV.annis natus,per triennium autem antè ſub imperatore Aſdrubale militaſſe ſcribit hoc loco Liuius. Atque hoc idem alia etiam confirmari ratione poteſt. Annibal enim anno ætatis nono cùm patre Amilcare in Hiſpaniam venit,qui per annos nouem in ea prouincia fuit. His annis, qui XVII. eſſe concipiuntur ſi VIII.quibus ſucceſſor Amilcaris Aſdrubal in Hiſpania rem geſsit,adiunxeris, annorum XXV. ſummã effeceris, ex quibus triennio detracto,relinquuntur anni XXII.quos natus Annibal Carthagine in Hiſpaniam ad Aſdrubalem miles venit. Hæc ex Liuij,& Polybij verbis omnia collecta ſunt. [Hic vide quàm nititur hic defendere Liuiũ,& primam ☞ Glareani annotationem conuellere,ſed nihil facit.]

,, Deinde breui effecit,vt patri in ſe minimum momentum ad fauorem conciliandum eſſet.) Vet. lib.vt pa-
323 ter in ſe. Veſtitus nihil inter æquales excellens,arma atque equi conſpiciebantur.) Conſpiciebantur, conſpicua erant,intellexit:veſtitu non differebat à cæteris, armis,& equis differebat: ſic alio loco, conſpectum eſſe, pro excellere dixit.Hoc non intelligens Clareanus,interpretatur,ſi quando arma,& equi conſpiciebãtur, equi-
☞ tum,peditumq; idem primus erat,quo nihil abſurdius. [Glareanus dubitauit, nihil aſſeruit, idq; ea de cauſa vt
,, alijs eſſet cogitandi occaſio: Hanc ſanam Glareani curam diſſimulans,aſſertiuè accipit,quæ dubia relicta ſunt,
,, vt lector videret illum carpendi ſtudioſiorem,quàm vt ingenuè doceret.Doceri petit Clareanus,conuitijs aſper-
,, gi odit.] Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica,nihil veri,nihil ſancti,nullus deũm metus.) Sæpè,vt dixi, ſententiam pro nomine ponit, vt Saluſtius de Catilina.Animus audax, ſubdolus, varius,cuiuslibet rei ſimulator, ac diſſimulator,alieni appetẽs,ſui profuſus,ardens in cupiditatibus,ſatis eloquentiæ,ſapientiæ parum. Vltimus conſerto prælio excedebat.)Vet.lib.confecto. Quibus oppugnandis,haud dubiè Romana arma mouebantur,in Olcadum fines prius induxit exercitum.) Vox vna deeſt,quæ maximè ſententiam ſuſtinet,ea ex vet.lib.reuocanda eſt. Quibus oppugnandis, quia haud dubiè Romana arma mouebantur.De Olcadibus Polybius & Stephanus. Vt non petiſſe Saguntinos,ſed rerum ſerie finitimis domitis gentibus,iungendoq; tractus ad id bellũ videri poſſet.) Vet. lib.Iungendisq;.Sic paulò antè.Solicitandis gentibus,imperioq; iungendis ſuo. Carteiam vrbem caput gentis eius.)
Carteiam Olcadum caput eſſe ait:cùm ſit vrbs Baſtulorum ad Calpen montẽ auctore Ptolemæo, Plinio,& præter cæteros ipſomet lib.28.Ad Carteiam claſſe acceſsit.Vrbs ea in ora Oceani eſt. Quare ſequutus Polybium lego Altheiam,in eo enim eſt ἀλθίαν.Eſt autem Olcadum vrbs,teſte Sephano:ἀλθαία πόλις ὀλκάδων,οἱ δ' ὀλκάδες ἔθν. ἰβη-
νείας πλησιόχρων καρχηδόνι, λιμὴν καλὸς ἐν καινῷ πόλει, τὸ ἐθνικὸν ἀλθαῖος. Cunctis ciuium ſuorũ,ſociorumque animis in ſe firmatis.Vox ſuorum,abeſt à vet.lib. HERMANDICA.) Polybius:ἑλμανδικη: Stephanus, ἑλμανδικὴ πόλις ἰβηρίας ἐντὸς ἄβηρος παραμῦ. καὶ ὀλβιανός. Itaque Helmandica lego. ABRACALA.)Vet.lib.Arbocala.Polybius ἀβόκαλα CARTEIORVM vrbs vi capta.)Vet.lib.Carthorum.Polybius Vacceorum. Itaque eandem vocem repono:dixit enim in Vaccæos promotum bellum. Concitant Carperanos.) Hos vbiq; καρπησίους vocat Polybius. IN RIPA elephantos antè quadraginta diſpoſuit.) Non vereor ne vox, Antè, mendosè ſit, pro, Ad:ſiquidem Polybius ait:καὶ τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε πρὸ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν. Id eſt, & Elephantis, quos ad quadraginta habuit.Sic alibi docebo ex Ad, Ante factum eſſe. OLCADVM, Vacceorumq; centum millia fuere.) Polybius item:πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνδρῶν. Vel inermi equite equo temerè acto peruerti poſſet.)Vet.lib.Vel ab inermi equite. Poſtremi,quibus ingreſſus in ſuam ripam tutior fuit.) Vet. lib. Poſtremis,quibus regreſſus in ſuam ripam tutior fuit,Egregiè:vt ſit,poſtremis Annibal fugam ex ripa fecit.

324 Quos cùm adiſſet idem,qui litis erat ſator,nec certamen iuris,ſed vim quæri appareret.) Veter.lib.Quibus cùm adeſſet idem, qui litis erat ſator:ſenſus eſt, Annibalem, qui litem inter Turdetanos & Saguntinos ſerebat, Turdetanis aſſuiſſe contra Saguntinos. Legati à Saguntinis Romam miſsi auxilium ad bellum iam haud dubiè imminens orantes.Conſules tunc erant,P.Cornelius Scipio,& T.Sempronius Longus.)Diſſentit Liuius à Polybio,quem maximè tamẽ in hoc bello tradendo ſequitur,de rebus ab Annibale in Hiſpania geſtis,de anno, quo Saguntus oppugnata eſt, & quo legati ad Annibalem miſsi ſunt. Quia verò multo veriſimilius & planius

hæc

mihi non videtur Liuij. dicere Carteiã nec aliud Olcadum, ſed eius gentis, id eſt Carteiorũ vt paulò poſt commemorat Hermandica et Arbucalam Carteiam vrbes. ab Hermandica proficiſci, Equilib. oſtendum priùs aeſtate domitæ gentis. et quæ ſeq.

hæc omnia Polybius explicat,ea quemadmodum apud ipſum diſpoſita ſint, prius demonſtrabo,tum demùm, quæ Liuius tradiderit,ſubiungam.Sic igitur Polybius: P. Cornelio, M. Minucio conſulibus. Annibal mortuo Aſdrubale Imperator in Hiſpania declaratus in Olcadum fines tranſgreſſus, Altheiam capit, & Carthaginem in hyberna recedit. L. Veturio. C. Lutatio conſulibus. Annibal vere primo in Vaccæos ducit, Arbocalam,& Helmandicam eorum vrbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulſi Romam legatos res has nunciatum mittunt. Legati Romani in Hiſpaniam venientes ab Annibale Carthagine Noua,dum in hybernis eſſet,auditi ſunt. Bellum Annibali indictum, niſi Sagunto abſtineret,ab ijſdem idem Carthagine factum. M.Liuio, L. Æmilio conſulibus. Annibal Carthagine Noua profectus Saguntum oppugnat,& intra octo menſes capit,& in hyberna reuerſus omnes milites domum ad ſuos reuiſendos miſit. Legati alteri Carthaginem miſsi ad depoſcendum Annibalem ruptí fœderis auctorem,& niſi traderetur, ad bellum apertè indicendum, indictum eſt. P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo conſulibus. Annibal motis Carthagine Noua caſtris traiecto Ibero Ilergetes, Barguſios, Auſetanos,& cæteros Hiſpaniæ populos vſque ad Pyrenæos montes ſubigit, ijſque ſuperatis,per Galliam ad Alpes venit,& in Italiam quinto menſe,quàm Carthagine mouerat,tranſgreſſus P. Cornelium conſulem ad Ticinum, Ti. Sempronium conſulem ad Trebiam fundit.Hæc Polybius,cui aſſentiri videtur Probus,qui per triennium res in Hiſpania ab Annibale geſtas ſcribit. Liuius autem ita: L. Veturio, C. Catulo conſulibus. Annibal Altheiam Olcadum capit,& in hyberna Carthaginem Nouam reuertitur. M. Liuio. L.Æmilio conſulibus. Arbocala,&Helmandica Vacceorum,& Carpetani ſubacti,Saguntus oppugnari cœpta. P.Scipione. Ti.Longo conſulibus. Legati Saguntini,qui antequam Saguntus oppugnaretur profecti erant, his cõſulibus Romam peruenìunt.Legati Romani P. Valerius Flaccus,Q. Bæbius Tamphilus in Hiſpaniam ad Annibalem Saguntum oppugnantem cum veniſſent,& ab eo non admiſsi: Carthaginem profecti,Saguntum octauo menſe, quàm cœptum erat oppugnari, captum, inde in hyberna Annibal ſeceſsit. quinto deinde menſe, quàm ex hybernis profectus eſt,in Italiam venit.Quæ ſi ita ſunt,inquit,fieri non potuit, vt P. Cornelius, & Ti.Sempronius conſules fuerint,ad quos,& in principio oppugnationis legati Sagũtini miſsi ſint, & qui in ſuo magiſtratu cum Annibale,alter ad Ticinum amnem,ambo aliquanto pòſt ad Trebiam pugnauerint, aut Saguntum principio anni quo P.Cornelius,& T.Sempronius conſules fuerunt,non cœptum oppugnari eſt, ſed captum.Hæc Liuius. Non intelligit autem ſi capto Sagunto Annibal in hyberna conceſsit,& primo vere in Italiam ſuperatis Alpibus venit,Saguntum ne initio quidem conſulatus Scipionis,& longè potuiſſe capi. ſiquidem inierunt Idibus Martijs,quo tempore illum ex hybernis mouentem tranſitum in Italiam paraſſe veriſimile eſt,ſed captum eſſe Liuio, Æmilioq; conſulibus.Quod ſi ita eſt,ne legati quidem Saguntini,qui aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti ſunt,Scipione,& Longo conſulibus Romam peruenire potuerunt, præſertim verò cùm Legati Romani,quos ſerius miſerunt, Annibalem Saguntum etiam oppugnantem inuenerint. Habet igitur incommoda multa hæc Liuiana tractatio,in quæ miror illum incidiſſe,Polybio præſertim hæc omnia diligentiſsimè explicante. T.Sempronius Longus)Polybius πρέσβεων σεμνοτέρων nominat. Eutropius Tiberium,itemq; Probus,& plerique vetuſti libri.Filius etiam huius in Capitolinis tabulis Ti. F. Ti. N.Longus ſcribitur. Legatos ad res ſociorum inſpiciendas.) Sic Polybius πρεσβευτὰς ἐξεταστὰς τῶν ὑπηκόων τῶν πεπονθότων. Q. BAEBIVS Pamphilus.)Vet.aliquot lib.Q.Bæbius Tamphilus: Ita Capitolini vbique lapides,nummi argentei, Bæbius Tampilus. Mille fermè paſſus à mari.)Sic Polybius: ὡς ἐπὶ χιλίους σταδίους. Et iuuentus delectu vbi plurimum periculi ac laboris oſtendebatur, ibi vi maiore obſiſtebant.) Vet.lib obſiſtebat. AD centum enim quinquaginta.)Vet.lib.ad centum enim & quinquaginta.

FALARICA erat Saguntinis miſsile telum.)Feſtus:Falarica genus teli miſsile,quo vtuntur ex falis,id eſt, lo- 325
cis extructis, vel, vt ait Nonius, ex turribus ligneis dimicantes. Nec tuto eos adituros inter tot effrenatarum gentium arma.)Vet.lib.efferatarum,probo:Porrò autem Polybius hanc legationem admiſſam eſſe ab Annibale ait. ÆGATES inſulas,Erycemque ante oculos proponite.) Vet.lib.inſulam.Sic Polybius πρὸ αἰγούσας, ἃς τὰς αἴγας appellat.Ad Ægates autem inſulam priore bello nauali prælio victus eſt Amilcar, idemque in fœderibus iungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, præſidia deducere iuſſus eſt,auctor Polybius. Sed Tarento tum in Italia non abſtinueramus ex fœdere.)Vet.lib.Sed tunc Tarento & Italia. Cæterùm hic eſt locus, quem Glareanus malè habere credidit,quia Tarentinis Pœnos auxilio veniſſe nunquam accepit. At ſuprà in epit. lib. 14.Carthaginienſium claſsis auxilio Tarentinis venit:quo facto ab ijs fœdus violatum eſt.Item Oroſius: Tarentini Pyrrhi morte comperta noua arma ſollicitant aduerſus Romanos Carthaginienſium auxilia poſcunt,atq; accipiunt.

ALCON inconſcijs Saguntinis.)Vet.lib.Alcon inſcijs Saguntinis. 326

Ne ignoretis.)Vet.lib.Ne ignoraretis. [Ita Badius.] Octauo menſe,quàm cœptum oppugnari,captum 327
Saguntum.)Polybius:πόλιν ὀκτὼ μησὶ κρατήσαντες εἷλε πρὸ πόλιν.

Quinto deinde menſe,quàm à Carthagine profectus ſit in Italiam peruenìſſe.)Polybius item:πρὸ μὲν πέμπτου 328
περᾶσαι τὴν καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενον. Trepidarent magis, quàm conſulerent.) Vet.lib.Conſultarent. HISTROS,atq; Illyricos.)Iſtros atq; Illyrios:Capit.Triumphi.Nominat bella inter primum,& ſecundum Punicum bellum geſta cum Sardis,Corſis,Iſtris,Illyrijs & Gallis.De quibus triumphi aliquot acti ſunt.
POENVM hoſtem veteranum trium & viginti annorum militia duriſsima inter Hiſpanas gentes ſemper victorem primùm Amilcare,deinde Aſdrubale,nunc Annibale duce acerrimo aſſuetum.)Lege XVIII. annorum, non
XXIII. [Hic omittit V.annos belli Africi pudendo errore,ritè igitur legitur XXIII. non XVIII.] Amilcar enim no- cc
uem imperauit annos,Aſdrubal octo,vnum Annibal auctore Liuio:ſi quidem intelligendum eſt octauum annum Aſdrubalis primum eſſe Annibalis:error ex notis natus,V.enim in X.mutatum eſt. L.Manlius prætor.) Meminit huius prætoris etiam Polybius,cæterùm hoc anno L.Manlius,C.Terentius Varro,M. Æmilius,C.Atilius Serranus prætores à Liuio memorantur.L.Manlius Galliam,C.Atilius Ligures,M. Æmilius Siciliam, C. Terentius vrbanam iuriſdictionem obtinuiſſe videtur. Aut ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant.) Aliquot.lib.Vet.non habent vocem,belli,nec neceſſaria ea eſt. M. Liuium.)Hic M.Liuius, is qui poſtea Salinator dictus eſt,eſſe non poteſt,quòd conſul eſſet,tùm cum hęc legatio miſſa eſt,aut ſi poſteriore anno miſſa eſt, vel reus, vel damnatus,vt lib.29.apparet. [Glareanus omnino putat Salinatorem fuiſſe.] dd

Lutatio conſule.)Lutatio ſcribe:ſic enim lapid.Capit.ſic Græci,ſic pleriq; veteres libri. Niſi ex auctoritate,aut iuſſu icta.) Vet.lib.Niſi aut ex auctoritate,aut iuſſu veſtro icta.Hæc aũt de fœdere diſceptatio apud Polybium eſt multis verbis. Et quod diu parturit animus veſter,aliquando pariat.)Hoc à Cicerone ſumptũ,qui dixit in Antoniũ.Vtinam aliquando dolor populi Rom. pariat,quod iamdiu parturit. Tum Romanus ſinu ex toga facto:Hìc,inquit,vobis bellũ,& pacẽ portamus.) Sic Polyb.ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ 329
τὸ

τὸν πόλεμον, ἐντεῦθεν καὶ ἡ πόλεμον αὐτοῖς ἔφη, καὶ πάλιν εἰρήνην φέρειν. Itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est.) Senatus Rom. non stetit conditionibus ijs pacis, de quibus inter Lutatium Imperatorem, & Amilcarem conuenerat, verùm x. legatos in Siciliam misit, ex quorum sententia, auctoritateque aliud ictum fœdus, ac confirmatum est, auctor Polybius. Ita nequicquam peragrata Hispania in Galliam transeunt. In his noua terribilisq; species visa est, quòd armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt.) Excidit hoc loco nomen eius populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt, vt enim in Hispania Barguſios, & Volcianos aditos dixit, ſic in Gallia præcipuos quosdam nominabat populos, præſertim verò cùm dicat: In his noua terribilisque ſpecies viſa, quòd armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt. Non enim totius Galliæ hic erat mos, ſed præcipuè eorum, quos primùm adierunt, & pòſt ſubiungat: Eadem fermè in cæteris Galliæ concilijs dicta, auditaq;. Qui verò populi fuerint, ne diuinare quidem poſsum. Ita tamen legendum exiſtimo. Ita nequicquam peragrata Hiſpania in Galliam ad..... tranſeunt. In his noua, &c. Idem ſentit etiam Glareanus.

330 Si cætera proſpera euenisſent.) Vet. lib. Proſperè. Tredecim millia octingentos quinquaginta peditès.) Sic Polybius: πεζοὶ μύριοι τετρακισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα, ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. Firmatque eum Africis maximè præſidijs peditum Afrorum XI. millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus, ad hæc peditum auxilia.) Harum copiarum ſumma ad verbum ſumpta est à Polybio, qui ita ait: πεζῶν λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, λυγισινῶν τετρακοσίους βαλιαρεῖς πεντακοσίους. Ex cuius verbis perſpicuè apparet in Liuianis libris deesſe vocem, quingentis, vt ſit Balearibus quingentis, atque ita hunc locum esſe legendum & diſtinguendum. Peditum Afrorum XI. millibus DCCCL. Liguribus CCC. Balearibus D. Ad hæc: Nota numeri D. creauit errorem, præſertim verò cùm ſequeretur, AD. eaq; excidit. ELEPHANTI XIIII.) Vereor vt legendum ſit XXI. Nam Polybius edit: ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα.

331 Aptæ inſtructæque remigio.) Hoc ait Polybius πληρώματα ἔχουσαι. Cæterùm in numero nauium non diſcrepant. Præter Etouiſſam vrbem.) Ptolemæus nominat ἠπορήσαν, ſtatuitque inter ἐδυπανὲς. Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit.) Sic Polybius: πεζῶν μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δ' ὡσεὶ μυρίους, καὶ δισχιλίους, καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν. ILERGETES, inde Barguſiosque & Auſetanos, & Aquitaniam.) Sic Polybius: τὸ τῶν ἰλουργητῶν ἔθνος, καὶ βαργουσίους, ἔτι δὲ τοὺς αἰρηνοσίους, καὶ τοὺς αὐδοσίνους. Quos vocat Liuius Auſetanos, eos Ptolemæus ἀυθηπανὲς nominat. Aquitaniam, quæ ſubiecta Pyrenæis montibus est.) Aquitania pars est Galliæ citra Pyrenæos montes. Hiſpaniæ autem oram Liuius nominat, neque enim adhuc Annibal in Galliam traiecerat. Vox autem corrupta est. Hanc oram Ptolemæus vocat ἀκητανίαν: Plutarchus λακητανίαν: Strabo ἰακητανίαν. Sic enim inquit: σωοικεῖται δὲ τὸ πλεῖόν ἐθνῶν ἡ χώρα γνωριμωτάτου ὄντος τῶν ἰακητανῶν λεγομένου. τοῦτο δ' ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν παρωρείας τῶν Πυρηνίων εἰς τὰ πεδία πλατύνεται. id est, Hæc ora compluribus incolitur gentibus, è quibus nobiliſsima Lacetana dicitur. Hæc à Pyrenes radicibus inchoans in campos latius extenditur. Et pòſt Liuius, C. Scipio cum Pyreneæos montes circumuectus Emporijs appuliſſet claſſem, orſus à Lacetanis omnem oram vſque ad Iberum flumen Romanæ ditionis fecit. Et Saluſtius in epiſtola Pompeij: Recepi Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam. PYRENÆVM tranſgreditur, & ad oppidum Illiberim caſtra locat.) Illibirrim vocat Strabo libro quarto, ἐκ μὲν τῶν πυρήνης ῥουσκίνων καὶ ἰλυβέρεως πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερον αὐτῶν. De Ruſcinone paulò pòſt Liuius. Nuper circa Padum Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægrè patiebantur.) Hæ coloniæ deductæ ſunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio COSS. prid. K. Ianuarij, auctore Pædiano in Piſoniam, nec diſſentit Polybius. Hac de re etiam in epitome libri 20. C. LVTATIVS, C. Seruilius, T. Annius. Lutatij nomen haud dubium est, pro C. Seruilio, & T. Annio, Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales: alij, P. Cornelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem.) De his ita Pædianus: Deduxerunt triumuiri P. Cornelius Aſina, C. Papirius Maſo, Cn. Pompeius, ſiue Cn. Cornelius Scipio. Porrò autem in vulgatis Liuianis libris erat A. Seruilius. Scripſi tamen C. Seruilius, quia hic pater est C. Seruilij conſulis anno DLVII. auctore Liuio, qui in conſulatu Capitolino C. F. ſcribitur. Polybius C. Lutatium conſularem, & duos prætorios nominat.

332 Syluæ tunc circa viam erant, pleriſque incultis.) Vet. lib. Pleriſque locis incultis. Polybius: τὰς ὑλώδεις τόπους vocat. Nec dum per patentia loca ducebatur agmen, cùm apparuit hoſtis.) Senſus docet legendum esſe: Nec dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hoſtis, vbi rurſus ſyluæ intratæ, tum poſtremos adorti, vt fit, hoſtes non apparuiſſe interea dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret, vbi ſyluas intrauerit, extremum agmen esſe adortas: potest etiam vulgata lectio retineri, hoc ſenſu, neque adhuc per ſatis patentia loca ducebatur agmen, cùm apparuit hoſtis, vbi ſyluæ intratæ ſunt, vehementius ſe intulit. Finis, & Gallis territandi.) Vet. lib. Finis inde & Gallis territandi. CANNETVM vicum.) Vet. lib. Tannetum. Polybius libro 3. πόλιν παντὸς καλουμένην κόμιον. Ptolemæus πάνιτον. Liuius lib. 30. vbi de eadem hac re loquitur, Tanetũ edit. C. ATILIVM prætorem.) Nomen prætoris non affert Polybius, cætera ab eo ſumpta ſunt. Tranſcripta legione noua.) Polybius: ἄλλα δ' στρατόπεδα συνάγειν, καὶ κατυγρέφειν. Sexaginta longis nauibus.) Polybius: ἑξήκοντα ναυσὶν tantùm dixit. Mox peruenit Maſsiliam.) Hoc quid ſit exponit Polybius: πεμπταῖος. id est, quinto die. AD proximum oſtium Rhodani.) Polybius: πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ ῥοδανοῦ, τὸ μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον. Metu, aut pretio pacatis.) Polybius: τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος. Et diffiſi citeriore agro.) Veter. lib. Sed diffiſi. Cæteros accolas fluminis Annibal, & eos ipſos, qui ipſas ſedes tenuerunt, ſimul perlicit donis.) Vet. lib. Et eos ipſos, quorum ſedes tenuerat. Polybius: φιλοποιησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμὸν. Rectè autè: Quorum ſedes tenuerat, quia ſubdit: Simul & ipſi traijci exercitum leuarique quam primum regionem ſuam tãta vrgente hominum multitudine cupiebant. Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriumque temerè ad vicinalem vſum paratarum.) Vicinalè dixiſſe videtur Liuius, pro vicinitatis. Hoc ſic expreſsit Polybius: ἐξεπόρισε παρ' αὐτῶν πάντα μονόξυλα πλοῖα καὶ λέμβους ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλῆθει διὰ τὸ πολὺν καὶ τὸν διαβάσεως πολλὰς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν ῥοδανόν. Vſum viciniæ expreſsit in mercibus vltrò citroq; deuehendis. Nouasq; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus.) His verbis vocem expreſsit Polybij μονόξυλα. Millia quinque & viginti fermè.) Polybius ὀκτὼ διακόσια σταδίους. Supra paruæ inſulæ circumfuſum amnem.) Polybius: περὶ σταδίους τόπον ἐν ᾧ σωρεύεται πολὺ τὸ χώριον ὑποζύγιον παρεκβάλλεται.

333 HISPANI ſine vlla mole in vtres veſtimentis coniectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incubãtes flumen tranſnatauere.) Vet. lib. habent Suppoſitis. Quam vocem ſententia quoq; deſiderat. Eques ferè propter equos nantes nauium agmen ad excipiendum aduerſi impetum fluminis parte ſuperiore tranſmittens tranquillitatem infrà traijcientibus lintribus præbebat.) Equites, habent Vet. lib. Hinc ego legendum ſuſpicor: Equites ferè præter equos nantes. Est enim hic ſenſus: Nauium agmen ad excipiendum aduerſi fluminis impetum equites præter equos nantes ſuperiore fluminis parte tranſmittens tranquillitatem lintribus, quib. pedites inferiore parte traijciebantur, præbebat. Inquit autem, præter equos nantes: nam non omnes equi in naues impoſiti fuerant, verùm

magna

magna pars loris à puppibus trahebantur. Sic propè etiam Polybius. [Rectè quidem Polybius, at vide quæ hîc fit constructio, equites transmittens.] Imposuerunt in naues.) Vet.lib. Imposuerant. Cum varijs vlularibus, cantuq;.) Polybius, τῶν βαρβάρων παιανιζόντων. Certè variata memoria est.) Vet.lib. Certè varia memoria est. Tradunt ferocissimum ex ijs irritatum à rectore suo, cùm refugientem in aquam natantem sequeretur.) Vet.lib. Cùm refugientem eum in aquam: Rectorem autem intelligit. Vtquenque timendum altitudinem destituerat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente.) Sensus, quem elicere Clareanus non potuit, hic est: Elephantem à rectore suo irritatum, cùm eundem refugientem in aquam sequeretur, traxisse gregem impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente, prout quisque eorum altitudinem aquæ timens, à vado destituebatur.

Nec Scipionis stare sententia poterat, nisi vt.) Lego Scipioni. Hoc enim Latina locutio postulat, sic paulò 334
pòst: Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire. Et lib. 30. Proinde seu ipsi staret iam sententia, seu consulendus Asdrubal esset. Et lib. 44. Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere. Reguli Matali aduentus.) Magili, ex Polybio: τὸν βασιλίσκους ἀεὶ ἢ μάγιλον. Ab occasu solis ad exortus.) Vet.lib. Ad ortum. Alpes quidam habitari, coli, gignere atque alere animantes, peruias paucis esse, exercitibus inuias.) Malim, peruias paucis, esse exercitibus inuias, id est, quas pauci legati Gallorum superauerint, eas hic exercitus non traijciet. HAS alpes ingentibus sæpe agminibus.) Quoties Galli alpes superauerint ante hoc tempus, tradidit suprà lib. 6. & Polybius lib. 2. Nec maiores quidem eorum.) Vet.lib. Ne maiores quidem eorum. Tuto transmisisse.) Vet.lib. Tutò transisse. Cepisse quondam Gallos ea.) Romam intelligit. Ad Insulam peruenit, ibi Arar, Rhodanusq; amnis diuersis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in vnum.) Polybius, ἥκει πρὸς τὸν κυλουμένου ὕσσον, ἔχουσαν ἢ τὸν περιηγοείαν ὑπὸ τῶ συμπώματο, τῆ μὲν γὰρ ὁροδιανὸς, τῆ ἢ σκύρας περισαρόμενο ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλάγιαν συμπίπτουσιν. mendum tamen puto esse in voce σκύρας pro ἄρας. AD LÆVAM in Tricastinos flexit, inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios, haud vsquam impedita via, priusquam ad Druentiam flumen peruenit.) Hoc de itinere nihil Polybius: at Ammianus lib. 15. Annibal Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos, & oram Vocontiorum extremam ad saltus Tricorios venit, indeque exorsus aliud iter antehac insuperabile fecit, excisaque rupe in immensam elata per Druentiam flumen gurgitibus vagis in totum regiones occupauit Etruscas.

SAXA glareosa voluens.) Vet.lib. glomerosa, rectè. Subdit enim, nihil stabilis, nec tuti ingredientibus præ- 335
bet. GENVA repetit.) Antea Placentiam, at Genuam habent & veteres libri, & Ammianus loco citato. Suprà autem dixit eum præter oram Ligurum peruenisse Massiliam. Gallisque ad visenda loca præmissis.) Legatos Boiorum intelligit, qui se huius itineris duces futuros esse professi fuerant. Cùm repentè conspiciunt alios arce occupata sua super capita imminentes.) Vet.lib. sua supra capita.

Quosdam & armatos, in de ruinæ maximæ, modò iumenta cum oneribus deuoluebantur.) Vet. lib. Qui- 336
dam & armati in ruinas maximas, modò iumenta cum oneribus deuoluebantur. Castellum inde, quod caput eius regionis erat, vicosq; circumiectos capit.) Hanc πόλιν vocat Polybius, id est, vrbem eam, ex qua Allobrogum incursiones in exercitum Annibalis fiebant. Frequentem cultoribus alium, vt inter montana populum.) Populum dixit, æquè ac Græci δῆμον vlurpant. Qui & populum significat & castellum. Occurrantes per obliqua montani erupto medio agmine viam insedere.) Vet.lib. perrupto medio agmine, Rectè. Nono die in iugum alpium peruentum est.) Polybius: ἐννατῶ ἢ διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς ἐν αὐτῶ κατεσρατοπέδευσε, καὶ δύο ἡμέρας ἔμεινε. Occidente iam sidere Vergiliarum.) Polybius: διὰ τὸ συμπίπτειν πρὸς ἢ πλειάδα ἢ δύσιν. Circumpadanos campos.) Polybius: τὰ ἀεὶ ἢ παδόν πεδία.

Natura locus iam ante præceps recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.) 337
Ita emendauit olim Valla, cùm antè legeretur: Natura locus iam ante præceps, recèti terræ lapsu impeditus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat: Vtranque autem lectionem mendosam esse sensus ipse docet. Describit enim Liuius locum angustum, & abruptum. Nam paulò antè dixit: Ventum est ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, vt, &c. Ex emendatione autem Vallensi nihil elici de angustia potest. Quamobrem ex veterum libris aliquot fide dignis ita legèdum est: Natura locus iam antè præceps recenti terræ lapsu impeditus, in miram admodum altitudinẽ abruptus erat. Duo enim significat incommoda naturalib. incommodis accessisse, quòd cùm natura locus iam antè præceps esset, nunc delectu terræ impeditus erat, & in magnam admodum altitudinem abruptus. Quo fit, vt expresserit causam, cur dixerit: Multo angustiorem rupem, atq; ita rectis saxis. Ita etiam Polyb. ὥστε τοῖς ὑποζυγίοις διωσατὸν ὅλῶ παρελθεῖν διὰ τὸν συνόπτα ἀρτίλον ὄντα πεῖα ἡμισείδια ἢ γῆς ἀπερρωγυίας: καὶ περὶ τῆς μήσης. τότε ἢ καὶ μᾶλλον, ὅτι περσφάτως ἀπερρωγυίας ἐντεῦθα πάλιν ἀνυμίσας, καὶ διαρραπήναι σωλῆνα τὸ πλῆθο. Et paulò antè dixerat: ὥσπερ ἢ συνῆς, καὶ κατωφερῆς ἢ κατάβασεως. Haud dubia res visa, quin per inuia circa, nec trita antea, quam uis longo ambitu circumduceret agmen.) Sensus est: Digressus ad rupem intuisendam Annibal sensit, se per inuia loca, nec trita antea agmen ducere, neque ea re quicquam profecisse quòd longo ambitu exercitum circumduxisset, quo facilius & expeditius iter haberet. Polybius ait, Annibalem inspecta rupe conatum esse eam superare, verùm noua accedente niue deterritum esse, atque ad saxum illud cedendum se conuertisse, in quo nihil abeo dissidet Liuius. Itaque in leui tantùm glacie, tabidaq; niue volutabantur iumenta, secabãtur interdum, etiam tum infirmam ingredientia niuem & prolapsa iactandis grauius in continendo vngulis, penitus perfringebant, vt pleraq; velut pedica capta hærerent indurata & alta concreta glacie.) Primùm dicam, quæ in his verbis emendanda arbitror, deinde qui sit eorum sensus. Nam eum Clareanus homo ingenuus planè se ignorare profitetur, in vet. lib. est, pro, Itaque, ita, pro infirmam, infimam, pro secabantur, necabãtur, pro interdum etiam tum, Interdum etiam dum, pro alta concreta, alte concreta. [Clareanus libenter fatetur se nescire quædam, imo plurima exemplo D. Erasmi præceptoris sui, Angeli Politiani, aliorum doctissimorum virorum. At Sigonio omnia sunt peruia.] Ea verò omnia probè habere sensus ipse demonstrat, qui est eiusmodi: In superanda rupe duplex labor susceptus est, vnus propter recentem modicam, alter propter veterem intactam niuem. Nam cum superior illa hominum iumentorumque incessu dilapsa esset, & per nudam infra glaciem, fluentemque labem liquescentis niuis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, vt ab lubrica glacie non recipiente vestigium, & in prono citius pede se fallente. Et seu manib. in assurgendo, seu genu se adiuuissent, ipsis adminiculis prolapsi, si iterùm corruissent, nec stirpes circa, radicesue, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant. Atq; hunc, inquit, in modum in leui glacie, tabidaq; niue iumenta volutabantur, adde deinde: Necabantur interdum etiam, dum in fimam ingredientia niuem, & prolapsa iactandis grauius, vt se continerent, vngulis, perfringebãt, vt pleraq; velut pedica capta hærerent indurata, & altè concreta glacie. Quam posteriorem sentẽtiam sic expressit Polybius: τὰ δὲ ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τῶ κάτω χιόνα κατὰ τὸν ἔξαν ἐσασιν, διακόψαντα ἢ ἔμμενε μὴ τῶν φορτίων. Id est, iumenta verò perfringebant, vbi prolapsa erant, infimam niuem in assurgendo, qua fracta hærebant vna cum oneribus.

Quinto

338 Quinto decimo die Alpibus ſuperatis.) Polybius: πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ παρῆλθε τὰς Ἄλπεις. INFERIORA vallis.) Vet. lib. Inferiores valles. L. CINCIVS Alimentius, qui captum ſe ab Annibale ſcribit, maximè auctor moueret me.) Vet. lib. Alimentus, non hic ſolùm, ſed etiam in epiſtolis ad Atticum. Quod probo. Cognomen enim eſt Cinciorum, vt Rutilus Marciorum, non, vt vulgò, Rutilius. In iiſdem libris eſt, Maximus auctor, & hoc quoque placet. Maximum enim auctorem vocat locupletiſsimum, quippe qui rebus ipſis gerendis interfuerit. Poſtquàm Rhodanum tranſierit, triginta ſex millia hominum. Polyb. 38. millia edit. πλείους εἰς δεκακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. eorum vero dimidiam partem in Alpibus ſuperandis amiſiſſe. Ingentemque numerum equorum & aliorum iumentorum amiſiſſe in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digreſſo.) Ne in id incommodum incidamus, vt dicendum ſit Annibalem in Taurinis, id eſt, in Italia ea amiſiſſe, quæ in alpibus traijciendis amiſerat, legendum eſt, in Taurinos: Item q; Degreſſo, non digreſſo. Eſt autem verbum Liuio familiare, vbi de deſcenſu loquitur, idq; ſæpiſsimè vitiatum, vt infrà oſtendam: Senſus autem erit, ſe audiſſe, ipſo in Taurinos, quæ Gallis proxima gens erat in Italia, degreſſo, triginta ſex millia poſtquam Rhodanum tranſierit amiſiſſe. Taurinos ſcribit Polybius ad radices alpium fuiſſe. [In Taurinos etiam Glareanus legendum antè admonuerat.] Otium etenim ex labore.) Vet. lib. Otium enim ex labore. Ea P. Cornelio conſuli cauſa fuit, cum Piſas nauibus veniſſet, exercitu à Manlio Atilioq; accepto tirone, & in nouis ignominijs trepido, ad Padum feſtinandi.) Sic Polybius: καὶ πόλιν ἣ κατέπλευσε εἰς Πίσας. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τυρρηνίας, καὶ φθάσας τὰ φθοῤ τῶν ἐξεπελέκων στρατόπεδα τὰ μεταπολεμοῦντα τοῖς Γίοις ἦκε πρὸς τὸν ἐπὶ πάδον πεδίον. Intelligendum autem eſt, Genua Piſas veniſſe. Liuius porrò nomine Piſarum prouinciam Liguriam, vt Arimini citeriorem Galliam ſignificare ſolet. L. Manlius Galliam, C. Atilius, opinor, Ligures prouinciâ obtinebat, vt antè dixi. Taurinorumq; vrbem vnam caput gentis eius, quia volens in amicitiam non veniebat, vi expugnarat.) ἣν χ' ὑπακουόντων δὲ οὐ προσεπεδίδοσαν τὴν βαρυπάτην πόλιν ἐν πεισὸν ἡμέραις ἐξεπολέμησε.

339 Confeſsionem ſedentis ac detrectantis certamen.) Vet. lib. Cedentis. Quaſſata, fractaque arma.) Vet. lib. Confractaque. Ac nihil magis vereor, ne antequam vos.) Vet. lib. Quàm, ne antequem vos. Licuit in Hiſpaniam prouinciam meam ire.) Vet. lib. Licuit mihi in Hiſpaniam. Peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia aſſequi terra non poteram, neque regreſſus ad naues erat, quanta maxima celeritate potui, tanto maris, terrarumque circuitu in radicibus Alpium obuius fui.) Hoc loco illud admirationem mouere facilè poteſt, quî factum ſit, vt ſi regreſſus ad naues non erat, tanto maris, terrarumque circuitu obuius fuerit. Hoc enim dicere vult, ſe quia hoſtem aſſequi terra non poterat, naues conſcendiſſe. Quod cùm ita ſit, ergo rectè legitur in veteribus libris. Quia aſſequi terra non potui, regreſſus ad naues, quanta maxima celeritate, &c. ANNIBAL hic æmulus itinerum Herculis.) Herculem fama erat vnum ante Annibalem cum exercitu alpes tranſmiſiſſe, cùm à Gerionis bello recederet. Probus in Annibale. Ammianus lib. 15. Hinc Graiæ Alpes ab illo dictæ. Reſpiceret profectò, ſi non patriam victam, domum certè, pacemq; & fœdera Amilcaris ſcripta manu.) Vet. lib. Domum certè, patremq; probo. Pacem cum victis fecimus, tutelæ noſtræ deinde duximus, cùm Africo bello vrgerentur.) Commemorat beneficia populi Rom. erga Pœnos, maximè, quòd eos auxilio iuuit bello Africo. De qua re ſic Polybius lib. 1. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ῥωμαῖοι τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια προθυμίας οὐδὲν ἀπέλιπον. Itaque ſuſpicor hoc loco legendum eſſe: tutelæ noſtræ deinde addiximus, aut quid tale.

340 Vnuſquiſque ſe non corpus ſuum, ſed coniugem, ac liberos.) Vet. lib. Non corpus ſuum ſolum, ſed, &c. Porrò autem ſumma huius orationis eſt apud Polybium, vt etiam eius, quæ ſequitur Annibalis. Vt viginti annorum militiam veſtram.) Elatorie XX. annorum militiam vocat Annibal, quam ſupra XVIII. Liuius verius appellarat: at ſeruit cauſæ Annibal. Cæſo, victo, circumſeſſo à Gallis.) Vet. lib. Circumſeſſoq;.

341 Tum laudaſtis me milites.) Veter. lib. Collaudaſtis me milites. Traductus Romanus exercitus in agrum Inſubrium, quinque millia paſſuum à vico tumulis conſedit.) Probo Clareani ſuſpicionem, Vici nomen deſiderari: Probus hanc pugnam pugnatam ad Claſtidium ait, cuius vici poſt meminit Liuius. Mutatam ſecum fortunam.) Vet. lib. immutatam. Seruis quoque dominos proſecutis libertatem proponit.) Vet. lib. Promittit.

342 Scipio iaculatores, & Gallos equites in fronte locat, Romanos, ſociorumque quod roboris fuit in ſubſidijs.) Polyb. ὁ μὲν ἓν πόλιν παρατίθεται τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις γαλατικοὺς ἱππεῖς: τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπὶ μεγάλῳ κατεῖχε. ANNIBAL frænatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.) Polybius: ὁ δ' ἀννίβας τὸν μὲν κεχαλινωμένον ἵππον, καὶ παῦ τὸ σάσιμον αὐτῆ κατ' ὀφθαλμοὺς τάξας, τοὺς δὲ νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου κέρατος ἐποιμάκη πρὸς κύκλωσιν. Tranſire non potuit pontem, vt extrema reſoluta erant.) Vet. lib. Quod extrema. Circa flumen interceptos.) Vet. lib. Citra flumen.

343 Ad Claſtidium vicum.) Polybius: κλαστίδιον πόλιν vocat: mentio Claſtidij eſt in triumpho Marcelli Capitolino. Hæc ſicut audita erant, rex Meſſanæ Æmilio prætori, cuius Sicilia erat prouincia, perſcribit.) Lege ex veteribus libris: Hæc, ſicut nunciata erant Meſſanæ, rex Æmilio prætori. Hiero enim Syracuſarum rex fuit, non Meſſanæ, niſi intelligas: Rex Meſſana, vbi tum fortè erat, perſcribit. Æmilius hic eſt tertius huius anni prætor. Nequid moram conſcendendi facerent.) Vet. lib. Ne quis moram conſcendendi faceret. Malim tamen: Nequid. EXTEMPLO & circa prætorem ad ciuitates miſſi legati.) Circa prætorem, dixit, pro, à prætore. Ego malim, circa à prætore. Sublatis ornamentis veniebant.) Sublatis, intelligit in altum elatis, vt procul conſpici poſſent. Itaq; ſubſequitur oppoſitum. Demendis armamentis eo tempore conſumpto.

344 Nam vt ſocijs naualibus affatim inſtructam claſſem, ita inopem milite habebat.) Socios nauales hoc loco remiges vocat, eosq; demum, qui nautica miniſteria aliqua in naui obeunt, vt lib. 6. De remigum ſupplemento agi cœptum eſt, in quam rem, cùm neque hominum ſatis, nec ex quo pararentur, ſtipendiumque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempeſtate in publico eſſet, edixerunt conſules, vt priuati ex cenſu, ordinibusq; , ſicut anteà, remiges darent. Nam, vnde cùm pecunia in ærario nõ eſſet, paraturos ſocios nouales, paulò poſt ait: Milites, nautasq; . Item : legiones ſociosq; nauales. Item: Claſſicos milites, nauales q; ſocios. Fugam, cæteræ ceperunt. Vet. lib. Cæteræ fugam ceperunt. Et fretum intranti.) Vet. lib. Ei fretum intranti. Quibuſdam volentibus res nouas.) Vet. lib. Et quibuſdam.

345 Conſul alter equeſtri prælio vno, & vulnere ſuo minutus.) Quid ſi legas, vna. Duo millia peditum, & mille equites, Numidas pleroſque, miſtos quoſdam & Gallos.) Polyb. ἐξακισχίλιοι μὲν πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ κελτοὺς, καὶ νομάδας εἰς χιλίους. Vltra differri, ac teri tempus.) Vet. lib. aut teri. Fama prius, deinde recognitum.) Lege, re cognitum.

346 Prædare omnes iuberent.) Polybius: πᾶσιν ἀρίστοις εἶδωλα παρήγγειλε. ANNIBAL prima luce.) Polybius, ἅμα τῷ φωτὶ. Erat fortè brumæ tempus, & niualis dies.) Polybius: ἦσαν δὲ αἱ ὧραι τοῦ χειμερινὲς τροπὰς, καὶ τὰ ἡμέρας νηφεπώδεις καὶ νιφετώδεις. Pectoribus tenus.) ἕως τῶν μασῶν, Polybius. BALEARES locat ante ſigna, leuem armatu-

armaturam.) Vet.lib.Leuemq; armaturam. Sic lib.22. Baleares, cæteramque leuem armaturam post montes circunducit. Et Polybius: τὺς λογχοφόρους, καὶ βαλιαρεῖς ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους. Duodeuiginti millia Romanorum erant, sociûm, nominisq; Latini XX.) Polybius: Romanorum XVI. millia tradit: τὺς μὲν ῥωμαίους ἑξακισχιλίους τὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. Nam cùm vix per se resisterent X. millibus equitum quatuor millia, & fessi Romani plerisque integris Pœnis.) Voces Romani, & Pœnis, absunt à Vet.lib. & glossema sunt alicuius, qui verba illa, vt fit, interpretatus est.

Vestigia cedentis sequentes agminis.) Vet.lib. Vestigia sequentes cedentis agminis. Elephantes pro- 347
pè omnes absumpsit.) Polybius: ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρήναι, πλὴν ὀνὸς. absumpsit. reposui ex Vet.lib. Cùm antè, consumpsit, legeretur. Emporium propè Placentiam fuit, & opere valido & magno munitum præsidio.) Vet. lib. Et opere magno munitum, & valido firmatum præsidio, valdè probo: sic paulò pòst, ad firmandum præsidio saltum. Cæterùm ne hyberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, & quæ his impeditiora erant, Celtiberis, Lusitanisq;.) Glareanus, Celtiberos, & Lusitanos impeditiores, quàm Numidas fuisse intelligit, in quo vehementer, vt opinor, errat. Sensus enim est: Hyberna & Romanis inquieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, & eadem his equitibus erant impeditiora, quàm Celtiberi, Lusitanique in Hispania fuerant. Nam paulò antè dicebat Annibal ad milites: Satis adhuc in vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus pecora consectando nullum emolumentum tot laborum vidistis. Causam deinde subdit, quòd omnes vndique clausi commeatus erant. In Vet.lib. est: Æqueq; his impeditiora erant. Suspicor inde: Omnes enim vndiq;, legendum. [Glareanus hic nihil definit, Sigonius autem non est ausus in contextum hoc ponere, cùm dubitet.] Quo magis ratam fore cum his pacem, societatemque crederet, traduntur.) Sensus est: Venienti in Ligures Annibali quæstores, tribuniq; Rom. intercepti à Liguribus traduntur, quo ipse ratam magis societatẽ cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta iniuria affecissent.

ego alia ratione nō his duab aliena, facile explicam ibo, vt dicat Liuius. et quod maiori impedimento Romanis esset, praeter Numidas, vagantes. etiam Lusitanis et Celtiberis.

Transeuntem Appenninum.) Vet.lib. Transeuntem autem Appenninum. Sed perculsos hostes in ca- 348
stra persequerentur.) Vet.lib. Pulsos hostes.

Et sicut æquata fermè pugna erat, ita clade discessum est.) Vet.lib. Ita pari clade discessum est. Empo- 349
rijs appulisset classem.) Emporium vocat Polybius: τὲς καλούμενον ἐμπορεῖον τόπους. Item Strabo lib. 3. ORSVS à Lacetanis vsque ad Iberum flumen.) Vet.lib. Orsus à Lacetanis omnem oram vsq; ad Iberum flumen, &c. ANNO non inscius erat, eum reliquerat Annibal ad regionis eius præsidium.) Nemo est, qui non sit quæsiturus nomen huius regionis, in qua Anno erat. Quod ipsum librariorum vitio prætermissum est. Illud est in Vet. lib. Anno nō inscius in Iberi prouincia erat. Idq; historiæ veritas quærit. [Badius ita habet, Hannonis cis Iberum prouincia erat: Non est igitur nomen vllum omissum vt imaginatur Sigonius.] Et Stissum propinquum ca- ¶
stris oppidum expugnatur.) Cissam vocat Polybius: αὐτὸς προπεδίδωσαν αὐτοῖς πρὸς τὸλιν παρεσαρκιδομένων πλησίον. Vet. lib. Habent, Scissum. Circa Pyreneum relictis.) Vet. lib. Citra. Scipio raptim ad famam nouorum hostium agmine acto.) Vet.lib. Accito, acciuit autem agmen Scipio classicorum militum, & naualium sociorum, quos vagos, palantesque per agros Asdrubal oppresserat, vt in paucos præfectos animaduerteret. Excito deinde Scipione hybernis, hostis cis Iberum Tarraconem versus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore defectionis, & Ilergetum gentem cum infesto exercitu inuasisset.) Hunc locum, vt vitiosum notat Glareanus, probatq;, vt ita legatur: Hostis cis Tarraconem Iberum rursus cedit, neq; Liuij sententiam assequitur, quæ vetusta in lectione continetur, ita: Excito deinde Scipione hybernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infesto exercitu inuasisset, &c. Quod enim ait: Toto cis Iberum rursus cedit agro, rectè ait: quia paulò antè idem Asdrubal trans Iberum se receperat: pòst autem digresso ab Tarracone Scipione reuersus est. Tum excito hybernis Scipione, toto rursus cessit agro. Quia verò trans Iberum Asdrubal se receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem solicitauerat, ab auctore defectionis Asdrubale relictam fuisse. Nam Ilergetes cisIberũ sunt. [Rectè hic Glareanus dubitauit, quod ex vetusto exem- ¶
plari Sigonius ostendit.]

Hominum species procul candida veste visas, nec tamen illis congressos.) Vet. lib. alij: nec tamen cum illis 350
congressos, alij nec tamen cum vllo congressos. Subinde alijs procurandis propè ciuitas operata fuit.) Vet. lib. Propè tota ciuitas. [Ita Badius habet.] Vt is exercitus Idibus Martijs Arimini esset in castris.) Vet.lib. ¶
Adesset. Memori veterum certaminum cum patribus, quæ tribunus plebis, & quæ postea consul, priùs de
consulatu, qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat.) De C. Flaminij tribunatu sic Cicero in Catone. Q. Fabius Max. Cos. iterum Sp. Caruilio collega quiescente, quod potuit C. Flaminio tribuno pl. restitit agrum Picenum, & Gallicum viritim contra senatus auctoritatem diuidenti. Et Valerius lib. 5. Cùm Flaminius tribunus pl. legem de Gallico agro viritim diuidendo promulgasset inuito senatu, precibus, minisq; eius resistens, ac ne exercitu quidẽ aduersus se conscripto, si in eadem sentẽtia perseueraret, absterritus, postquam pro rostris ei legem iam ferenti pater manum iniecit, priuato fractus imperio, descendit è rostris. Idem Polybius lib. 2. Cicero de Inuent. De consulatu, & triumpho C. Flaminij scribit Plutarchus in Marcello: Cùm augures vitio creatos esse consules Flaminium, Furiumque dixissent, senatum eos exemplo ab exercitu literis emissis reuocasse: receptas autem literas Flaminium non antè aperuisse, quàm hostes fuderit. Itaque ei redeunti triumphum vix concessum esse, ipsum priuatum triumphasse, atq; consulatu se abdicare coactum esse. Triumphauit de Gallis. Ob hoc ratus auspicijs emenẽtidis, Latinarumq; feriarum mora.) Olim Emendis, inde ementiendis, factum est: In quo verbo sensus est ille quidem, verùm non germanus. Quis enim erat, cuius interesset ementiendis consulto auspicijs C. Flaminium consulem retinere, ne aduersus ferocissimum hostem exiret? Malim ego petendis, aut repetendis, vt est in Vet. aliquot libris, id est, cum secunda non apparuerũt iterum atq; iterum vsq; ad perlitationem petendis. Quam rem sæpissimè consules ne extemplo in prouincias ire possent, moratam esse alibi tradit, vt lib. 41. Cn. Cornelio, & Q. Petilio consulibus. Consulem antè inauspicato factum, reuocantibus ex ipsa acie dijs, atq; hominibus non paruisse, & nũc comitia prætorum & Capitolium & solennem votorum nuncupationem fugisse.) C. Flaminium vt dixit vitio cõsulem factum à senatu à bello quod cum Gallis gerebat, reuocatum non paruisse tradit Plutarchus. Quod cùm ita sit sanè intelligi potest, cùm in vet. lib. Conscientias prætorum, inueniatur, conscientia præteritorum, esse emendandum. Nam quo modo vulgò legitur: Comitia prætorum, nihil ad rem pertinet, neque enim initio consulatus habebantur comitia prætoribus creandis, sed eodem ferè tempore, quo consulibus. Hanc autem lectionem excogitauit Paulus Manutius, qui in eiusmodi veterum auctorum mendis, & dignoscendis, & emendandis maxima cum ingenij & doctrinæ laude iam per multos annos versatur. Ne senatum inuisus ipse, & sibi vni inuisum.) Vet.lib. Inuisus ipsi.

IN EPITOMEN LIB. XXII.

Cùm in iniquo loco conflixisset.) Veter. lib. Cùm iniquo. Idemque milites facere commilitoni-

bus iussit.) Veteres libri non habent vocem, commilitonibus. Effecitq́; vt omnes minimè relictum iri à se Italiam.) Vet. lib. vt omnes non relictum iri.

IN LIBRVM XXII.

Iam ver appetebat.) Polyb. ἐνισαμένης ἤδη τῆς ἐαρινῆς ὥρας. Cum Annibal ex hybernis mouit.) Annibalem in Gallia hybernasse tradit Polybius, itaque tacitè intelligendum est apud Liuium, eundem ex Liguribus, in quos profectum esse ante dixit, in Galliâ in hyberna se recepisse. Viderent hybernis.) Vet. lib. Hybernis viderent. Duos se consules creasse, vnum habere, quod enim illi iustum imperium, quod auspicium esset magistratus, id à domo, publicis, priuatisque penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, secum ferre, nec priuatum auspicia sequi, nec sine auspicijs profectum in externo ea solo noua, atq; integra concipere posse.) Nihil erat causæ, cur hoc loco verbum facerem, nisi Glareanus admoneret nos, vt videremus, quemadmodum Liuius paucis verbis pugnantia diceret. Nam paulò ante dixisse, Flaminium Capitolium, & solennem votorum nuncupationem fugisse, ne Latinas indicere, ne Iouj Latiali solenne sacrũ in monte Albano faceret, nunc autem dicere. Eundem ferijs Latinis actis, sacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio ritè nuncupatis ab domo iustum imperium, atq; auspicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te, cæterosq́; admonere, vt videant, ne temerè Glareano assentiantur, neque enim ipsum vt aliàs Liuianam sententiam percepisse. Hoc enim ait Liuius: Quæstum esse senatum, duos se consules creasse, vnum habere, consulem enim eum demum esse, qui iustum imperium & auspicium habeat. Iustum autem imperium & auspicium à domo, & à priuatis, publicisque pœnatibus secum in prouinciâ ferri Latinis ferijs actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quæ quia non fecit Flaminius, propterea consulem non esse habendum, sed priuatum. Auspicia enim nõ sequi priuatum, qui autem sine auspicijs sit profectus, vt Flaminius, ea in externo solo noua, atq; integra ipsum non posse concipere.

352 Scuta duo sanguinem sudasse.) Hæc eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio: θυρεοὺς τε λέφ' αὑτῶν αἷμα μελανὲς διαῤῥύηναι. Et quod ait: Ardentes lapides cœlo cecidisse, ille vertit: καὶ λίθους ἐκ τῆς ἀέρος διαπύρους, καὶ φλεγομένους φέρεσθαι. Et quod ait: Antij metentib. cruentas in corbem spicas cecidisse, ille vertit: καὶ θέρη σαχύων ἐπὶ ἅλωνα πεσεῖν κείμενα. In Veteribus autem libris est: Et in Antij agro metentibus. Falerijs cœlum findi visum, velut magno hiatu, quaque patuerit ingens lumen effulsisse: sortes suas sponte attenuatas, vnamque excidisse ita scriptam: Mauors telum suum concutit. Sic lib. 21. Cæræ sua sponte sortes extenuatas. Prænestinæ autem quædam sortes inter cæteras fuerunt, quæ perfracto quodam saxo erupisse dicuntur: id est, in robore insculptæ priscarum literarum notæ, auctor Cicero lib. 2. de Diuin. Plutarchus autem vbi hoc prodigium tradit, tabulas quasdam cœlo decidisse ait, quarum vna has literas haberet, sic enim ait: τῶν δ' ὑπὲρ φαλερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι λάξαντος, ἐκπεσεῖν, καὶ διαπερᾶσαι πολλὰ γράμματα. καὶ τάπων ἐν γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν. αὖθις τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει. Lunæque inter imbrem cadentis.) Lego, candentis, id est, splendentis, præcessit enim speciem cœli ardentis. Decemuiri Ardeæ in foro maioribus hostijs sacrificarunt.) Mirum Glareano videtur, Decemuiros Ardeę sacrificasse, cum ibi prodigium nullum extitisset, neq; videt idem cùm aliàs factum, tum lib. 42. Nam cùm columna rostrata Romæ fulmine discussa esset, Decemuiri lustrandum oppidum, supplicationem, obsecrationemq́; habendam, victimis maioribus sacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Mineruæ promontorium renunciarunt. Decembri iam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, &c. ac per vrbem Saturnalia die ac nocte clamatum, populusq; eum diem festum habere, ac seruare in perpetuum iussus.) Hic dies ad XIIII. Kal. Ianuar. fuit, auctore Macrobio libro primo. Maxima Gallos, si tædio labori, longæque viæ, vt est mollis ad talia gens, dilaberentur, cohibentem.) Succensere solet Liuio Glareanus, vt falsam Gallis molliciem ascribenti, idque immeritò. [Non solùm hoc loco malè Gallis loquitur Liuius, sed & in prima Decade multis in locis.] Hæc enim ille ab alijs sumpsit, vt à Polybio, καὶ μάλιστα μὲν τῶν κελτῶν μαλακίας καὶ φυρποτίας, ἵν' ἐὰν κοπιάσουσιν πρόσωπα πάλιν εἰς τὸ ἴσον κολύῃ. Et paulò post: Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant, &c. Polybius: οἱ δὲ κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τὴμπεδον πρόῤῥαινον διατεταραγμένων, καὶ διαπεπατημένων εἰς βάθος τῶν ἑλῶν, ὀκνηρὸς δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν. Maximeq́; omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum iam & tres noctes toleratæ.) Polybius: πάντες μὲν οὖν ἐκκοπάσουσι καὶ μάλιστα διὰ τὸ ἀγρυπνίαν, ἐως αὐ ἐξῆς ἡμέρας τέτταρας, καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος ποιέμενοι τὴν πορείαν.

353 Iumentorum itinere toto prostratorum passim acerui, tantùm quod extaret aqua quærentibus ad quietem parui temporis necessarium cubile dabant.) Hoc ita Polybius: τῶν δὲ ὑποζυγίων ἀυτῷ τὰ πλεῖσα πίπτοντα διὰ τὰς πηλὰς ἀπώλοντο μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῇ μεσοῦν τοῖς ἀνθρώποις, καθεύδουσιν δὲ ἐπ' ἀυτῶν, καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεχόντων, καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπενοιμῶντο. Ipse Annibal æger oculis, &c. elephanto, qui vnus superfuerat, quòd altius ex aqua extaret vectus.) Vet. lib. Ab aqua. Cæterùm hoc sic Polybius: αὐνίβας δὲ μόλις ὅπη τῷ ἐλεφάντι φθείνοντι θηρίου διεσώθη μὴ πολλῆς ταλαιπωρίας παραλυθὲν διὰ τὸν βαρύτητα τῆς ἀπενεχθείσης ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι' ἣν καὶ τέλος ἐξερρύη τῆς μιᾶς ὄψεως. Fesulas.) Polybius & cæteri, φαίσολαν vocant. Quare non est omittenda diphthongus. Sicut olim Camillum ab Veijs.) Hac de re lib. 6. Consulem super caput, lapsum effudit.) Plutarchus in Fabio: φλαμίνιον ἐξέπεσε κατενεχθὲν εἰς κεφαλὴν. ANNIBAL quod agri est inter Cortonam vrbem, Thrasymenumq́; lacum.) Polybius κυρτώνιον vocat, quam Polybius Cortonam, neq; esse in Polybio menda potest, cùm Stephanus scribat, κυρτώνιον πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν κυρτωνῖνος, ὡς σατορνῖνος. Πολύβ. γ. Et alio loco scribat προτέραν vrbem esse Etruriæ. Thrasimenum, Græci ταφρισμένην λίμνην appellant. Baleares, cæteramq́; leuem armaturam.) Polybius, vt antè, τὰς δὲ βαλιαρεῖς, καὶ λογχοφόρους. Vt cùm terræmotum, qui multarum vrbium Italiæ magnas partes prostrauit.) Hæc verba vertit Plutarchus in Fabio, vbi huius terræmotus meminit.

354 Non illa ordinata per principes, hastatosque ac triarios.) De hoc loco dicam in 30. librum. Circa consulem tamen acrior, infestiorque pugna est.) Vet. lib. Pugna erat. Donec Insuber equum, Ducario nomen erat, faciemq́; noscitans.) Probo magis antiquam lectionem, quam alij respuerunt. Donec Insuber eques, Ducario nomen erat, faciem noscitans. Cur probem, hęc causa est, quod ni. Eques, dicturus Liuius fuisset, Insuber quidam, dixisset: præterea, faciem equumq́;, potius dixisset, si modo verisimile est, Flaminium, ex quo cum Gallis Insubribus bellauit per annos VII. eodem semper equo esse vsum. Polybius à quibusdam Gallis eum interfectum tantummodo scribit. Equitem certè eum fuisse, apparet ex eo, quod subdit. Subditisq́; calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit.

355 Cùm in tumulo quodam constitissent.) Polybius: ἀπεχώρησαν εἰς πινὰ κώμην τυῤῥηνίαν. Neque perspicere præ caligine poterant.) Veter. lib. Prospicere. Triarij obiectis clypeis arcuere.) Veter. lib. Scutis. [Ita Badius.] Rectè est enim scutum Triariorum. libro 8. Triarij sub vexillis considebant, scuta innixa humeris tenentes. Cùm calescente sole depulsa nebula aperuisset diem.) Veter. lib. Dispulsa. Quindecim millia

Roma-

Romanorum in acie cæsa sunt.)Polybius:ἡμισυ τῶν ῥωμαίων εἰς μυρίους, καὶ τετρακισχιλίους M. POMPONIVS prætor,Pugna,inquit,magna victi sumus.)Polybius:διόπερ ἅμα τῷ στρατηγὸν εἰπεῖν τοὺς ὄχλους ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειποψυχοῦμεν μάχῃ μεγάλῃ.Plutarchus autem sic:ὡς παρῶν ἤκουσεν ὁ στρατηγὸς πομπώνιος, προσελθών, νενικήκαμεν ὦ ἄνδρες ῥωμαῖοι μεγάλῃ μάχῃ. Cum C.Centronio proprætore.)Vet.lib.quidam,Centronio.Polybius γαῖον κεντήνιον vocat, & C. Centenium Probus.Paulò pòst:C.Centenij Penulæ etiam meminit, vt dubitandum nõ sit,quin C.Centenio sit legendum.

Actum pro penatibus,pro vrbe dimicandum esse quando Italiam tueri nequiuissent.) Restituenda est pri- 356
sca lectio.Cum Pœnis pro vrbe dimicandum esse.Vrbis enim tantùm mentio facienda est,quia dixit:Negotium ab senatu datum,vt muros, turresque vrbis firmarent.Si penatum autem mentionem facturus fuisset,pro vrbe, pro penatibus,dixisset,vt oratio rhetoricè cresceret. Per Vmbriam vsque ad Spoletum venit,inde, &c. in agrum Picenũ auertit iter.) Vmbriæ tantùm,& Piceni meminit Polybius: διανύσας τὴν τῶν ὁμβρων καλουμένην χώραν, καὶ τὴν τῶν πικέντων ἣν κατὰ δεκατεῖς πρὸς τοῖς ἑπτὰ ἀδρίαν τόπους. PRÆTVLIANVM,Adrianumq; agrum: Marsos inde,Matrucinosq; & Pelignos deuastat,circaq; Arpos,& Luceriam proximam Apuliæ regionem.) Polybius ita: διελθὼν τε, καὶ καταδείρας τὴν τε πρεστεπανὴν, καὶ τὴν ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν μαρουκινὴν, καὶ φρεντανὴν χώραν ὥρμησε ποιεῖσθαι τὴν πορείαν ὡς ὀλίγου τὴν ἰαπυγίαν.ἀφ' ἑξάμηνον δὲ τούτοις ὕστερος λουκρίας, ὥστε ἀποικίας ῥωμαίων ἐπόρθει τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα στρατοπεδεύσας πρὸς τὸ καλούμενον ἰδώνιον, ἐπόρθησε τὴν ἀργυρίππαν, καὶ πᾶσαν ἀπλέως ἀλειπλάτει τὴν ἀπουλίαν. Q.FABIVS Maximus Dictator,quo die magistratum inijt.)In quibusdam Vet.lib.inueni,Dictator iterùm.Quam vocem credo consultò ab istis emendatoribus esse omissam, quod nescirent Fabium antè altera dictura esse functum:itaque extare inscriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiq.vrbis,eiusmodi: Q.FABIVS MAXIMVS DICTATOR BIS COS. V. CENSOR INTERREX II. ÆD. CVR. &c. Fuit autem dictator paulò ante hoc bellum cum C.Flaminio magistro equitum,vt ait Valerius lib.1.cap.1.Occentus soricis auditus Fabio Maximo Dictaturam, C.Flaminio magisteriũ equitum deponendi causam præbuit. [Liuius sanè hîc fatetur vetustate propè oblitos homines eius imperij,quid ad hoc dicis?] Plus negligentia cærimoniarũ, auspiciorumque temeritate,quàm insciti a pec- cc
catum.)Corrige ex Vet.lib.Plus negligentia cærimoniarum,auspiciorumq;, quàm temeritate atq; insciti a peccatum.Negligentia dixit,id est,despicientia atq; neglectu.Plutarchus: ὀλιγωρίᾳ καὶ ἀφροντίσει τῆς στρατηγῆς πρὸς τὸ δαιμόνιον.Et Liuius infra: Clades per temeritatem atq; insciti am ducum acceptas.

Ver sacrum vouendum.) Festus:Ver sacrum vouendi mos fuit Italis, magnis enim periculis adducti vouebant,quæcunq; proximo vere nata essent apud se animalia,immolaturos.Sed cùm crudele videretur, pueros ac 357
puellas innocentes interficere,perductos in adultam ætatem velabãt, atque ita extra fines suos exigebant,& Sisenna hist.lib.4.ait: Quondam Sabini feruntur vouisse,si res communis melioribus locis constitisset,se ver sacrum facturos:ex Nonio.Plutarchus votas esse capras, sues, oues, boues, quotquot vere proximo orirentur,ait: itemq; Liuius.Itaq; quoniam in Vet.lib.legitur:Suillo,ouillo,caprino,ouillo grege, suspicor legendum:suillo, ouillo,caprino,bouillo grege:nam Plutarchus vertit: αἰγῶν, συῶν, προβάτων, βοῶν. Extremã enim vocem,ouillo, quia temerè iteratam esse emendatores duxerunt,omninò repudiandam esse duxerunt. M.ÆMILIVM prætorem,ex collegij pontificum sententia,omnia ea,vt maturè fiant,curare iubet.)Hoc loco ver sacrum iussu pontificum votum esse ait à M. Æmilio prætore.At lib. 33. vbi de hoc tempore, & de hac re loquitur à Mammula,vt aut vitium sit librarij,aut auctoris.Ver,inquit,sacrum ex pontificum iussu fecere,quod A. Cornelius Mammula prætor vouerat:fuisse autem hoc anno Mammulam prætorem hinc intelligi potest, quòd anno insequenti Sardiniam proprætore obtinuisse traditur. L. Cornelius Pont.Max.)Hic est L.Cornelius Lentulus Caudinus, qui consul cum Q.Fuluio Flacco fuit inter primum & secundum bellum Punicum: ante hunc fuerat L. Cecilius Metellus,is qui Palladium ex incendio rapuit: ante Metellum Ti. Coruncanius, qui primus è plebe factus est. Datum donum duit populus Rom.) Quid si, votum donum duit? Eiusdem rei causa ludi magni voti.) Vet.lib.Et eiusdem rei causa. Æris CCCXXXIII. millibus,triente.) Hoc sic vertit Plutarchus:ἀπὸ σησαρτίων τετρακοσίων τεσσάκοντα τριῶν, καὶ δίλωσείων τετρακοσίων τεσσάκοντα τριῶν, ἔτι τετρημορίου προσόντος. Tum ædes vota Veneri Erycinæ,ædem Q.Fabius Maximus Dictator vouit.)Castiga ad fidē optimi cuiusq; libri. Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q.Fabius Maximus Dictator vouit.Nam sequitur:Menti ædē Attilius prætor vouit. Menti ædem Attilius prætor vouit.)Satis constat T.Otacilium Crassum prætorẽ hoc anno fuisse. Itaq; anno sequenti Liuius T.Otacilium proprætorem vocat. Eundem etiam T. Otacilium Crassum Mentis ædem dedicasse idem tradit lib.23.Quare dubium non est,quin & hîc,& infrà alibi mendosè sit Atilius, pro T.Otacilius. Tum de bello reque publica.)Vet.lib.deq; rep. Viatorem misit,qui consuli nunciaret,vt sine lictoribus ad dictatorem veniret.)Idem tradit Plutarchus in Fabio. Vetustate iam propè oblitos eius imperij.) Paucis antè annis idem Fabius Dictator primùm fuerat, & ante eum L. Cæcilius Metellus, ante Metellum C. Duilius, ante Duilium, Ti.Coruncanius,ante Coruncanium, A.Atilius Calatinus, qui ante annos XXXIII. fuit. Itaq; miror eum,ciues,sociosq; vetustate oblitos fuisse Dictatorij imperij,scribere,nisi fortè intelligendum est, oblitos fuisse Dictatoris rei gerendæ causa creati. Nam post A.Attilium Calatinum omnes comitiorum habendorum causa vsq; ad Q.Fabium Maximum Dictatorem iterum creati sunt:ex Capitol.tabulis.

ANNIBAL ex Arpis in Samnium transit.)Vet.lib.ex Arpinis.Sunt autem Arpini Arporum populi. TE- 358
LESIAM vrbem capit.) Polybius ἐ ἐνουσίαν. Ego tamen nihil mutandum puto. Vt se in agrum Casinatem ducat.)Sic Plutarchus:ἡγεῖτο πρὸς τὸ κασίνατον. Per æstiuos saltus deuiosq; colles.) Vet.lib. Calles.Sic paulò pòst:Prope inuijs callibus ad Dictatorem profugerunt.

Dictator vnicus in rebus afflictis quæsitus.)Vet.lib.Affectis. Modo consuli Luctatio quæ res alia quàm 359
vel celeritas victoriam dedit.)Lutatio,ex Græcis & Capitolinis tabulis.Malim etiam ita legi:Modo C. Lutatio. Sic enim paulò antè dixit.L.Papirius Cursor,absq; nomine magistratus, quem magistratum si nominasset,Lutatio consuli,potius dixisset,vt semper alias.Sic alibi ostendam proconsul Scipio,pro P.Scipio esse mendosè,neque verò in hac re consulatus nomen momentum aliquod ad augendum habet.C.Lautatium Catulum intelligit,qui bello Punico primo confecto triumphauit.

Successit tamen Pœnus cum expeditis equitibus, atque ad lacessendum hostem raptim, & procursando 360
recipiendoque sese pugnauere.)Vet.lib.Cum expeditis equitibus ad lacessendum hostem carptim: vt sit sensus: Pœnus cum equitibus ad lacessendum carptim hostem paratis succesit.Itaque procursando, recipiendoque sese pugnarunt. Linterni.) Veter. lib. & Græci,Literni. Maximè,si posset,superfaltus ab hoste insessos.) Vet.lib.Super saltu ab hoste insesso:Rectè.Nam paulò antè dixit:Minucius se coniunxerat Fabio ad firmandum præsidio saltum.Item:Qui ad transitus saltus insidendos locati erant. Saltum vocat Polybius: τὰ στενά,id est, angustias.

GERIONEM peruenit.)Polybius:γερύνιον vocat.Stephanus:γερσωσίον πόλις ἰταλίας, κουαδράτῳ ἢ γερυνίων ταύτην 361
καλεῖ

καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν γεροωίνθ. In Vet.lib. sæpè est Gerionum. Extracta propè æstate per ludificationem hostis.)
☞ Vet.lib.Exacta. [Ita Badius.] Sic paulò post: Per variam fortunam diei maiore parte exacta. Sacrorum causa Romam reuocatus. Plutarchus: τῶν ἱερίων καλύντων αὐτ εἰς ῥώμλω ὀπίνας θυσίας In Hispania terra, mariqúe cœptum bellum est.) Vet.lib. Pugnari cœptum. Quadraginta nauium classem Himilconi tradidit.) Polybius: ἀσθρύβας ἀνήχθη τεσσαράκοντα νεωσὶ κατεφρακτοις ἐκ καινῆς πόλεως εἰς χειρισμένθ ἀμίλκαν τῶ σόλου ναύαρχον. Ex his verbis Amilcarem præfectum esse, non Imilconem apparet, nisi vitium sit apud Polybium. Deinde minus terra propter ingentem famam nouorum auxiliorum concurrere ausus.) Vet.lib. Occurrere, Verè. Sic enim Polybius: τὸ μὲν χῶν ἀπαντῶν ἀπεδοκίμαζε. Quinque & triginta nauium classe.) Polybius: συμπληρώσας ἢ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς. Altero ab Tarracone die ad stationem XX. millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis peruenit.) Legendum X. millia, ex Vet.lib. & ex Polybio, qui LXXX. stadia ait: καὶ ἦν ἀπὸ ταρράκωνθ, εἰς τὸς ἀπὸ τ ἴβηρα ποταμὸν τόπους. καθορμισθεὶς ἢ τῶν πολεμίων ἐν διοσήμοις ἀπὸ τὸς ὀγδοήκοντα σταδίους.

362 Cum alij resoluunt oras, aut anchoram vellunt, alij ne quid, &c.) Vet.lib. Cum alij resolutis loris anchoram
☞ vellunt, &c. [Ita Badius.] Duæ tamen primo concursu captæ erant.) Vet. lib. primo occursu. Proras littore illisas.) Vet.lib. Littori. Ad v. & XX. naues ex XXX. cepere.) Puto legendum, ex XL. tot nauium clas-
☞ sis Asdrubalis fuit, vt antè scripsit XXV. captas item tradit Polybius. [Hæc à Glareano antè annotata fuerunt.] Tecta quoque coniuncta muro.) Vet. lib. Iuncta.

363 Fuissetque per Pœnum hostem.) Vet.lib. Fuissetque propter per Pœnum hostem. Magnoq; commeatu adiecto.) Vet.lib. Aduecto. Acedux erat Sagunti nobilis Hispanus.) Hic à Polybio dicitur ἀζίλυξ, conconstantissima libri fide, vt Abilux vocandus esse videatur.

364 Argenti pondo bina & selibras.) Plutarchus vertit: δραχμὰς πενθήκοντα καὶ διακοσίας. CCXLVII. Cum plures Romanos, quàm Pœnos recepisset.) Vet.lib. CCLIII. Plutarchus, ducẽtos quadraginta vertit. Vereor ne scriptum fuerit, CCXLII. vt in vetere lectione V. pro X. temerè scriptum sit. Argentumque pro eis debitum, &c. tardius rogaretur.) Rogaretur, pro erogaretur, dictum videtur. Cuius vrbis captæ, atque incensę ab se vsum horreorum pauca reliquerat tecta.) Vet.lib. In vsum horreorum. Polybius: βουλόμενθ σιτοδοκίαις χρήσασθαι πρὸς τὰ παρόντα χειμάσια.

365 Duo ferme à Gerione millia.) Polybius: ἀπὸ τ πόλεως ἑκκαίδεκα σταδίους. Numerij Decimi Samnitis deinde aduentu prælium restitutum.) In Vet.lib. est, interuentu. Porrò autem Decimij legendum est. Nam Numerius prænomen est. Decimorum autem sæpè mentio fit. Cùm læta ciuitate dictator vnus, nihil nec famæ, nec literis crederet, vt si vera omnia essent, secunda se magis, quàm aduersa timere diceret.) Vet.lib. Et, vt vera omnia essent. M. Metellus tribunus plebis.) Hic à Plutarcho μετέλλθ dicitur. Fuit autem etiam gens Metilia, è qua tribuni pl. multi, atque ita puto legendum: Nam M. Cæcilius Metellus dixisset, vt infrà L. Cæcilium Metellum deferendæ Italiæ auctorem nominauit. Huius M. Metilij legati cum C. Lætorio meminit etiam libro 25. Id vnum enimuerò ferendum esse negat.) Vnum, abest à Vet. lib. Duos prætores Sicilia atque Sardinia occupatos.) T. Otacilius Crassus Siciliam, A. Cornelius Mammula Sardiniam obtinuisse videtur. Cornelius quidem sequenti anno in ea pro prætore fuit, & Crassus classem hoc anno obtinuit. Reliqui duo prætores fuerunt, M. Æmilius, qui vrbanam, M. Pomponius Matho qui peregrinam prouinciam obtinuit. Sed Campanum, Calenumque.) Vet.lib. Et Campanum, Calenumq;. Exercitum cupientem pugnare. Vet. lib. Verùm etiam exercitum cupientem pugnare.

366 Se sæuo tempore, & sine ignominia seruasse exercitum.) Vet.lib. Sé in tempore, & sine ignominia. Est autem, In tempore, idoneo tẽpore, vbi tempus tulit ac postulauit. Quod qui ignorarunt, sæuo addiderunt. Consule creato M. Atilio Regulo.) Polybius: μάρκον ῥηγῖλον vocat. Iterùm creatum esse pòst scribit Liuius. Fuerat enim antè consul cum P. Valerio Flacco. C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat.) Huius prætoris priore anno non meminit. Vrbanus autem prætor fuit. Quod nulla memoria habeat annalium.) Sic Plutarchus: παῖγμα μὴ πρότερον ἐν ῥώμῃ γεγονὸς. Id est, vt magister equitum æquo esset cum Dictatore imperio. Item Polybius: ὁ πρότερον οὐδέποτε σώνεσθαι κατὰ ῥωμαίους. Sibi communicatum cum illo, sed nõ ademptum imperium esse.) Sed, vacat, ex Vet. lib.

367 Tumulus erat inter castra Minucij, Pœnorumque: eum, qui occupasset, haud dubiè iniquiorem erat hosti locum facturus.) Vet.lib. Minucij, & Pœnorum, quem qui occupasset. Plutarchus ad verbum ita: ὧν ὁ λόφθ κατὰ μέσον, καταληφθῆναι μὲν ἦν χαλεπὸς, &c. Prima & quarta Minucio, secunda & tertia Fabio euenerunt.) Plutarchus primam & quartam legionem Fabio, secundam & tertiam Minucio euenisse tradit. Principio leuem armaturam dimittit, deinde conserto agmine mittit equites.) Plutarchus sic vertit: πρῶτον μὲν ἀπέστειλε τὴν κούφην σπεῖραν, ἔπειτα τὰς ἱππάδας, τέλθ δ' ὁρῶν ἢ αὐτὸς ὧν ἐβρέθη θουκυδίδης τοῖς ὅπλ λόφου πάσῃ δυνάμει, καὶ ἐκέλευε σωτεταγμένθ. Ita est, inquit, nõ celerius, quàm timui deprehendit fortuna temeritatẽ.) Sic Plutarchus: ὦ ἡράκλεις, ὡς ταχίων μὲν ἢ ἐγὼ πρὸς σαβίνους, βραδίων δ' ἢ αὐτὸς ἑαυτὸν δεδιὼς ἐσολώλεκα. Sæpè ego inquit, audiui milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit, secundum eum, qui benè monenti obediat, qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi esse ingenij.) Hanc sententiam expressit ex Hesiodo, qui ait:

Οὗτθ μὲν πανάριστθ, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει
Φραστάμενθ, τά κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλθ ἦσιν ἀμείνω,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνθ, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
Ὃς δ' μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου κλύων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρῆιθ ἀνήρ.

Hanc eandem sententiam sic vertit Cicero pro Cluentio: Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi, veniat in mentem, proximè accedere illum, qui alterius benè inuentis obtemperat. Insultitia contrà est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui quod stultè alteri venit in mentem comprobat. Eandem ita adumbrauit Plutarchus: τὸ μὲν ἀμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον δεῖ, ἢ δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς παθήμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ νοῦν ἔχοντθ.

368 Tandem eam nubem, quæ lederet in iugis montium solicitatam procella imbrem dedisse.) Plutarchus: τὸν δὴ τῶν ἄκρων τοῦτον καθημένην νεφέλην ὅτι μὴ ζάλης ποτὲ, καὶ καταχύσεων ὄμβρον ἐκρήξει. Meningæ insula vastata, & ab incolentibus circa eam ne & ipsorum vteretur, diripereturq; ager, decem talẽtis argenti acceptis.) Hanc insulam Cercinam vocat Polybius: μὴ ἢ ταῦτα καταπλεύσας ὁ λιβύης οἷς δεῖ ἢ κερκινιτῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τὴ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν, ἀπηλλάγη. In Vet.lib. Menia insula est: duæ hæ finitimæ insulæ sunt ad Syrtim. Cùm
☞ à sequentibus palantes.) Malim, vt antè, frequentibus. [Ita Badius.] quia præcesit, Insulas cultorum egenteis, & pòst: Littoribus hostium plenis. Sempronio Blæso.) Blæso, ex Capit. lapid. & Græcis libris. Tradiraque Lilybæi tota Atilio prætori.) Iam ostendi hoc anno Atilium nullum prætorem fuisse, T. Otacilium fuisse.

fuiſſe.Ea res me admonuit,vt turpe mendum delerem,& pro,tota Atilio,T.Otacilio ſcriberem. Literisque Fabij accitus.)Lege Literis Q. Fabij perſpicuè.

Ad depoſcendum Demetrium Pharium.)Hic rex Illyriorum fuit paulò ante hoc bellum à Romanis bello ſuperatus:auctor Polybius lib. 3. qui item eundem ad Philippum ex acie confugiſſe ait. BIENNIO antè L. Manlius prætor in Gallia vouiſſet.) Miror dixiſſe, Biennio antè, de eo qui anno antè prætor in Gallia fuerit,vt lib.21.tradidit. CAESO Quintius Flaminius.) Lege K. Quinctius Flamininus. Sic enim & antiqua prænominis nota,& nominis, cognominisq; huius vera ſcriptura cuſtodietur,vt enim Augurinus Minuciorum, Cenſorinus Marciorum cognomen eſt, ſic Flamininus Quinctiorum, lapidibus Capitolinis, & quibuſdam etiam Vet.lib.teſtibus. 369

M.Pomponium Mathonem.)Scribe M'. Pomponium Mathonem,ob cauſam,quam pòſt dicam. CN. Claudius Appij filius Cento.)Scribe,C.Claudius Ap. F. Centho, ex Capitolinis conſulibus. BABBIVS Herennius tribunus plebis.)Herennius hoc loco cognominis eſt,vt lib.9. prænominis,in Herennio Pontio C.Pontij patre,alio loco pro nomine eſt,vt in M.Herennio conſule.Vereor tamen ne & in prænomine,& in cognomine vitij aliquid ſit.Hoc autem loco ſuſpicor,ne Vibus Terentius ſit legendum:eſt enim Vibus cognomen, vt in Vibo Sextio,& Vibo Virio.Hic autem cognatus fuiſſe C. Terentij à Liuio dicitur. In Italiam abductum.) Veter.lib.adductum.[Ita Badius.] VOLSONE.)Vulſone,ex conſul.Cap.& vet.ſæpè libris. L. Æmilium Paulum,qui cum M.Lælio cõſul fuerat.) Vet. lib.M.Liuio:Rectè. Sic enim eſt apud Caſsiodorum,& apud Plin. lib.39.conſules autem fuerunt biennio antè. Damnatione collegæ.) D.M. Liuio Salinatore agit, qui conſularis damnatus eſt à populo, quòd prædam non æqualiter diuiſerat militibus:Auctor Frontinus lib. 4.cap.2. Inter ciues,& inter peregrinos.)Veter. lib. Inter ciues & peregrinos:ſic alia vbiq;. Quia in tali tempore nullus nouis magiſtratus videbatur mandandus.)Nouum hominem hìc intelligit,non vt paulò antè C.Terentium appellauit,id eſt,eum qui primus ex familia ſua magiſtratum curulem cepiſſet,ſed eum qui non anteà magiſtratum eundem geſsiſſet,quiq; nouus ad munus illud tractandum veniret, id eſt, qui tum primùm præturam caperet. Is proximo comitiali die.)Vet.lib.Ita is proximo. Parque magis in aduerſando.) Veter.lib.Par magis. 370

Alij nouas quatuor legiones quinque legionibus additas,vt nouem legionibus rem gererent.) Veteres legiones quatuor fuiſſe,non quinque apparet ex eo,quòd Fabio prima & quarta, Minucio ſecunda & tertia euenerunt.Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem geſtam ait,nõ nouem: τοῖς δὲ τέτταρσι τοὺς ὁκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτε συνέβη ῥωμαίοις. Hæc autem ſumit à Polybio Liuius. Numero quoq; peditum, equitumque legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adiectis,vt quina millia peditum,treceni equites eſſent.) Romulus primus legiones conſtituit ex tribus millibus peditum ſingulas, vt vnaquæq; tribus,tum cum tres erãt, tria millia daret.Pòſt quatuor millium facta eſt,vnde quadrata dicta, equitum ducentorum.Hoc autem primùm tempore,quinque millium peditum reddita eſt,& trecentorum equitum Liuio,& Polybio auctoribus.Poſtremò C.Marius ſex millium vt eſſet,inſtituit,vt ait Feſtus. Itaque alius alijs temporibus fuit militum legionis numerus. Septem, & octoginta millia armatorum, & ducentos.) Plutarchus ſummam confecit,octo,& octoginta.Sic enim ait:μυριάδες ἐννέα δισχιλίων αὐτῶν δέουσαι. At Polybius: πλὴν εἰς ὁκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς δ' μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. AB HIERONE claſsis Hoſtiam cum magno cõmeatu acceſsit.) Vet. lib. Cum magno apparatu. [Ita Badius.] Quod placet,vt non commeatum ſolùm,ſed etiam ſagittarios, & funditores ab Hierone miſſos intelligat. Legati in ſenatum introducti.) Vet.lib.Legati Syracuſani in ſenatum. [Ita Badius.] Cædem C. Flaminij conſulis, exercitusque allatam adeò ægre tuliſſe regem) Vet.lib.Adeò effeciſſe regem, quod probo: quia rectior oratio eſt,& quia ſequitur,vt nulla ſui propria,regniq; ſui clade moueri magis potuerit. Quantum præterea opus eſſet,quo iuſsiſſent,ſubuecturum.) Veter. lib.& quo iuſsiſſent. 371

Nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat,& vbi ad decuriatum,aut centuriatum conueniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites coniurabant.) Quod hoc loco ait intereſſe Liuius inter ſacramentum & iuſsurandum, id tradit Seruius in VIII. Æneid. intereſſe inter coniurationem, & ſacramentum. [Sigonius oſtendere debebat coniurationem & iuſsurandum eſſe quod non facit.] Nam cum ipſi qui conuenerant,ſimul iurabant,coniuratio,cum ſinguli iureiurando adigebantur,ſacramentum erat, auctore Seruio.Coniurationem autem & ſacramentum idem eſſe apparet ex eo,quod Liuius in ſacramento explicando coniurandi verbum adhibuit. Sacramentum ergo voluntarium, iuſsurandum neceſſarium, & legitimum ait fuiſſe. 372

Pro Gerionis caſtelli Apuliæ inopis,tanquam pro Carthaginis mœnibus.) Vet.lib.Gerioni, vt verè ita legendum eſſe videatur,quia Polybius γηρύνιον edit. CN.Seruilius atq; Atilius.)Vet.lib.Atq; M.Atilius. 373

A veritate laborare nimis ius ſæpè aiunt,extingui nunquam.)Vox,ius,non eſt in Vet.lib.hoc ſenſu tritum illud prouerbium eſt,Hominem veritatis cauſa nimis ſæpè laborare,nunquam verò extingui. Hæc autem vox, ius,ex ingenio à Valla allata eſt. Nec ego,vt nihil agatur,ſed vt agentem te ratio ducat,non fortuna.) Vox vna, Moneo ,ex Vet.lib. repetenda eſt, ita: Nec ego, vt nihil agatur,moneo,ſed vt agentem. Quid conſilij aduerſus collegam ſeditioſum,ac temerarium virum, atq; auctoritatis fore? Vet.lib.Non virum,habent, ſed virium:vt ſit,conſilij,virium atq; auctoritatis.

Claudijque conſulis primo Punico bello memorata natalis clades.)P. Claudium Pulchrum intelligit, qui pullos paſcere nolentes,in mare projci iuſsit,vt biberent:auctor Cicero de Diuinatione. Valerius de contempta religione. Si maturitas temporum expectata foret.) Vet. lib. Temporis. 374

Cum vtriuſq; conſulis eadem,quæ ſemper antè fuiſſet,ſententia.) Vet. lib. Cum vtriuſque conſulis eadem eſſet,quæ ſemper antè fuiſſet ſententia. Numidas ad inuadendos ex minoribus caſtris.) Polybius: τὸν δὲ νομάδας ἐπαφῆκε τοῖς ὑφορωμένοις ἀπὸ τῆς λάπυγος παρεμβολῆς. Nihil conſulto collega ſignum propoſuit.) Vet. lib. Signum pugnæ propoſuit.Signum autẽ eſt, vt ait Plutarchus: χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος. CN.Seruilio media pugna tuenda data.)Polybius,Seruilio M.etiam Atilium priore anno Seruilij collegam addit,quem tamen ætatem excuſantem Romam à conſulibus miſſum fuiſſe antè Liuius ſcripſit. Balearibus, leuiq; alia armatura præmiſſa.) Polybius antè ait: τοὺς μὲν βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους. Dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata.)Vet.lib.Media acies. 375

Galli ſuper vmbilicum erant nudi.Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis.) Polybius: τῶν μὲν κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' ἱσπήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων. Ex quo intelligi poteſt prætextis purpura dixiſſe Liuium,quod Polybius περιπορφύροις:& cum prætexta toga dicitur,præcisè,dici,pro prætexta purpura toga. Numerum omnium,qui tum peditum, equitumque in acie ſtetere, illum ferunt, videlicet quadraginta peditum 376

millia,decem equitum.) Vox illum apertè mendosè est:neq; enim intelligere potes quo referenda sit:suspicor millia pro ea scriptum fuisse,& L.millia esse legendum, ita: Numerum omnium, qui tum peditum,equitumq; in acie stetere,L.millia fuerunt,videlicet quadraginta peditum millia,decem equitum. De summa peditum, equitumque idem scribit Polybius. Placet autē, vt quemadmodum de Romanis dixit in vniuersum affuisse VII. & LXXX. millia:sic de Pœnis dicat,deinde verò distinguat. Dextrum tegebat Maharbal.) Vet. lib. Regebat. Polybius pro Maharbale edit Annonem: τὸ δὲ δεξιὸν ἄννων. Romani diu,ac sæpè consilio agitabant, quam fronte,&c.)Malim,consilia. Est enim hæc ei trita locutio. Agitare consilia. Agitare consilio, adhuc non legi. Asdrubal,qui ea parte prærat, subductos ex media acie Numidas.) Asdrubal læuum cornu regebat, Numidæ in dextro erant. Itaq; mirum videtur,Liuium ita loqui. Asdrubal Numidas ad persequendos hostes mittit, cùm ea parte præesset. Ego certè malim: Qui læua parte præerat. Siquidem hoc loco Polybius ait Asdrubalem à læuo cornu ad Numidas subleuandos se contulisse: ἐπεὶ δ' οἱ περὶ τὸν ἀσδρούβαν παρεβοήθησαν ἀπὸ τῶν δ' ἀνυμώνων τοῖς νομάσι.

377 Quam mallem vinctos mihi traderet.) Plutarchus τοῦτο μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον, id est, Hoc mallem,quàm si mihi vinctos traderet. Hæc exigentem.)Cùm legeretur:Hæc exagentis. Valla emendauit, exigentem. Malim ego,Exequentem,quo verbo vtitur sæpè Liuius. Quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites.)Polybius item ad septuaginta millia occisa ait. Quod sequitur: Et tanta ciuium, sociorumque pars,expositionis vim habet:eum enim numerum ciuium,sociorumq; parem propè fuisse significat. CVM quinquaginta fermè equitibus Venusiam profugit.)Polybius septuaginta edit: ἑβδομήκοντα μὲν εἰς οὐενουσίαν μετὰ γναίου δίφυλου. Inter eos Cn. Seruilius,& C. Minutius Numatius,qui magister equitum priore anno aliquot diebus antè fuerat.)In veteribus libris est,M. Numacius,mendosè vtrobique. Fuit autem magister equitum aliquot ante dies Manius Pomponius Matho,is(vt reor)qui consul fuit anno DXVII. quemadmodum scriptum est in consulibus Capitolinis. Cùm autem Liuius M'. Matho,aut Manius Matho scripsisset, imperiti librarij M. Numatius,& Minutius Numatius fecerunt. Postremò imperitiores emendatores C. prænomen de suo addiderunt. Prætereà senatores,aut qui eos magistratus gessissent, vnde in senatum legi deberent.) Eorum qui in senatum venicbant,alij senatores erant, quippe qui lecti à censoribus essent, alij iure magistratus, quem aut tum gerebant,vt antè gesserant,ius quidem sententiæ dicendi habebant,verùm sententias non rogabantur, sed quas senatores dixissent,in eas descendebant. Itaque de M. Liuio dixit Liuius lib. 27. Sed tum quoq; aut verbo assentiebatur,aut pedibus in sententiam ibat. Hinc cum senatores in curiam vocabantur, ita vocabantur. Senatores,quibusq; sententiam dicere licet. Seminarium autem senatus,id est,eorum qui à censoribus legerentur, cùm alij multi pro arbitrio censorum fuerunt,tum maximè ij,qui curules magistratus gessissent. Hæc ferè ex Liuio & Gellio. Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata, par cætera Alliensi,vtque hæc illa ijs,quæ post pugnam accidere leuior,quia ab hoste cessatum est,sic strage exercitus grauior.) Placet prisca lectio. Hæc est pugna Cannēsi clade nobilitata,par Aliensi. Cæterùm,vt hæc illa,&c. sic Polybius: ἡ μὲν οὖν περὶ κάνναν γενομένη μάχη ῥωμαίων, ἠ μαρχη πλονίων ἐτελέωτη τ' πρότον αὖτον. Qui in maioribus castris prærant.) Vet. lib. Qui maioribus castris præerant. Vno agmine Cannusium abituros esse.) Cannusium vno n, & veteres libri,& Græci scribunt. [Nam Canusi lapidosus aquę non ditior Vrna. Hor. lib. 1. Serm. Satyra 5. Hoc adducere debebat pro fide Sigonius.] In ijsdem vet. lib. est, Vno agmine inde Canusium abituros:sic paulò pòst. Atq; vnde protinus Canusium peruenerunt. Et exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis sis, an Latinus socius.) Hæc interrogatio fiebat,vt in Romanos Annibal animaduerteret,socios conciliandæ eorum sibi gratiæ causa dimitteret.

378 Quanuis per confertos hostes.)Id est,per quamuis confertos. Quietem & ipse sibi sumeret.) Vet. lib. Et ipse sibimet. Maharbal præfectus equitum.)Hunc vocat Plutarchus in Fabio: ἔφηκμ ἢ μαρχηδόνιον. Immò,vt quid hac pugna sit actum scias,die quinta,inquit,in Capitolio epulaberis,sequere cum equite.) Vet. lib. alij,die quinto habent. Ego legendum puto, diequinti, copulatè pro aduerbio. Nam vt Gellius & Macrobius tradiderunt,die quarto,& die quinto de præterito dicitur, diequarti, & diequinti de futuro,vt hoc loco. Accedit quod Cœlius,& Cato cùm hunc eundem locum tractarent, diequinti dixerunt,à quibus Liuius hæc verba mutuatus est. Cato in originibus: Igitur Dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit. Mitte mecum Romam equitatum, diequinti in Capitolio tibi cœna cocta erit. Cœlius historiarum lib. 2. Si vis mihi equitatum dare,& ipse cum cętero exercitu me sequi, diequinti Romæ in Capitolio curabo,vt tibi cœna sit cocta. Plutarchus πεμπταῖον γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν καπιτωλίῳ δειπνήσειν. Præcedant,Annibal inquit,nuncij,lætа res est,sed via maior,quàm vt eam statim capere animo possim.)Ego neq; hanc lectionem, neq; hūc sensum probare possum. Vet. lib. est,Præcedant Annibal inimici letales,& via maior,quàm vt eam capere non possint. Hinc ego hanc elicio,& lectionem & sententiam: Præcedant,Annibal inquit,nuncij letales,est via maior,quàm vt eam statim capere nunc possint,respondet enim ad id,quod Maharbal dixerat, sequere cum equite, vt prius te veniſſe, quàm venturum sciant,viam maiorem esse,quàm vt statim capere nunc equites prælio defessi possint. Vincere scis Annibal,victoria vti nescis.)Plutarchus: σὺ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δ' χρῆσθαι οὐκ οἶδας. Et omnium primum brachio fluminis obiecto,eos excludit.)Malim,brachio, flumini obiecto:sensus est enim,Annibalem brachio obiecto Romanis vsum fluminis,& aquationis eripuisse. sic enim captiui ipsi pòst aiunt:cum circumsessi ab exercitu victore,aqua arceremur,lib. 4. Muro Ardeæ brachium immiserat. Item:Et mœnibus hostiū vallum obiecere. Intra castra hostes acceperunt.) Vet. lib. Receperunt. Eos, qui Canusium perfugerant,mulier Paula nomine Busa genere clara,ac diuitijs mœnibus tantùm,tectisq; à Canusinis receptos,frumento, veste, viatico etiam iuuit.)Nemo est,qui non quærat,quid sit,mulier Paula,nomine Busa,genere clara,menda enim est in voce Paula. Nam de Busæ nomine satis constat,ipse enim pòst ait:sed Canusij grauius onus Busæ multitudo faciebat. Et Valerius libro quarto de liberalitate:Busa nomine,regionis Apuliæ ditissima. Suspicor igitur legendum esse: Muliercula Busa nomine,vt mulierculā appellet,eam comparans cum Canusinis. Id enim fecit muliercula, inquit, quod cuncta ciuitas non fecit, vt veste,frumento, & viatico Romanos iuuaret. Qua de causa Valerius eandem etiam,Fœminam appellauit: & pòst Liuius: Ne à muliere Canusina populus Venusinus beneficijs vinceretur. Est autem hic mos Liuij,vt primùm appellationis nomen afferat, deinde proprium, vt lib. 23. Cum præfecto nomine Isalca. Item lib. hoc:Eques,Ducario nomem erat.

379 L. Publicius.) L. Poblicius, ex Capitolinis lapidibus & nummis argenteis. Custodiendosque semetipsos contra Annibalem Scipioni tradunt.) Veter. lib. Annibalem contra. Sic sæpè alias præpositio postponitur. Appiusque,& Scipio.) Veter. lib. Appius,& Scipio. Occidione occisum cum duobus exercitibus consulem,delectasq; omnes copias,allatum fuerat.) Suspicor legi oportere: occisos cum duobus exercitibus consules,subdit enim:Consule exercituq; ad Trasimenum priore anno amisso,non vulnus super vulnus,sed multiplex clades cum duobus consulibus consulares exercitus amissi nunciabātur,nec vlla iam castra Romana, nec ducem,nec militem esse. Non enim inquit,consul cum exercitu amissus, quod vulnus super vulnus fuisset,

sed

ſed duo conſules cum duobus exercitibus perijſſe:ideò multiplex cladis accepta nunciabatur. Amiſsi annunciabantur.) Vet.lib.Nunciabantur. P.Furius Philus,& M.Pomponius prætores.)Horum alter vrbanã, alter peregrinam iuriſdictionem habebat.

Percontarentur aliquos profectos ex fuga,paſsim diſsipatos,fortè referant.) Vet.lib.Si fortè referant. 380
Canuſijque ſe eſſe,) Que,vacat in aliquot vet.lib. Sed Annibalem nunt ſedere.)Sed,vacat in aliquot ve.li.
Senatuſconſulto diebus XXX.luctus eſt finitus.) Sic Plutarchus: πένθους ὁ μὲν τόπον, ὁ δὲ χρόνον ὥρισε, καθ' οἰκίαν ἑκάστῃ τὸν θρῆνον ἐπιτελεῖν κελεύσας ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον. T.OCTACILIO.)Otacilio,ex Græcis & Capitolinis monumentis.
M.CLAVDIVM,qui claſsi ad Oſtiam ſtanti præeſſet,Canuſium ad exercitum mittendum.)Subaudienda ſunt verba,cenſuerunt patres,vel decreuerunt. Sic enim Plutarchus in Marcello: λόγμα δὲ βουλῆς ἀχθὲν ἐξέπεμψεν εἰς κωμήτιον παρὰ θάλατταν, ὃ τοὺς ἐκεῖ συλλεγμένους πειρατὰς, ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων. Scitatum quibus precibus, ſupplicationibusq; deos poſſent placare.) Vet.lib.Quibus precibus ſupplices deos poſſent placare.

I pſe legione claſsis,ea tertia legio erat,cum tribuno militum Teano Sidicino præmiſſa.) Vet.lib.Cum tri- 381
bunis militum Teanum Sidicinum,rectè:Hanc enim legionem ex claſſe Canuſium adducturus, Teanum præmiſit.

T.SEMPRONIVS magiſter equitum.)Hic eſt,qui pòſt ab Annibale occiſus eſt in Lucania, quem Valerius lib.5.cap.1.Tiberium Gracchum vocat.Quare Ti.Sempronius ſcribendum eſt.Eſt autem Tiberij prænomẽ Sempronijs familiariſsimum. Ad milites ex formula accipiendos.) De hac formula ſcribit lib.8.vbi de fœdere cum Latinis icto agit. Trecenos pediti,ſeruo centum.)Vet.lib.Centenos. Ad Heracleam cũ Pyrrho.) Plutarchus in Pyrrho.

Si tam duri oris eſſe velitis.)Vet.lib.Si duriores eſſe velitis. Vix exiſtimari poteſt.)Vet.lib.æſtimari. 382
Priori Punico bello Calpurnius Flamma.)Liuius lib.17.vt eſt ſcriptum in epitoma. Diminuti capite.) 383
Hoc eſt,amiſſa ciuitate & libertate.Sic enim pòſt ait:abalienati iure ciuium, ſerui Carthaginienſium facti.
Neque ijs quadraginta millia hoſtium obſtitere.)Suprà quinquaginta millia edidit. In Vet.autem libris eſt hoc loco:Sexcenta millia,vt videantur opponi,ſexcentis armatis,ita:Ex millibus ſeptem armatorum ſexcenti extiterunt,qui erumpere auderent,neque ijs ſexcenta millia hoſtium obſtitere.Eſt autem hic numerus vſitatus etiam Ciceroni pro magno quodam & immenſo numero.

Vnus ex ijs domum abijt,quod fallaci reditu in caſtra,iureiurando ſe exoluiſſet.)Hæc Polybij ſententia fu- 384
it,vt ait Cicero libro 3.de Offic.Polybius bonus auctor imprimis ſcribit ex decem nobiliſsimis, qui tunc erant, miſsi,nouem reuertiſſe,à ſenatu re non impetrata,vnum ex decem,qui paulò pòſt quàm egreſſus erat è caſtris,re diſſet,quaſi aliquid eſſet oblitus remãſiſſe.Polybij liber ille, vbi hoc tradebat intercidit. Eadem hiſtoria eſt apud Gellium lib.7.cap.8. Eſt & alia de captiuis fama, decem primos veniſſe,&c.)Acilij hæc opinio fuit eodem Cicerone teſte.Acilius autem ille,qui Græcè ſcripſit hiſtoriam plures ait fuiſſe,qui in caſtra reuertiſſent eadẽ fraude,vt iureiurando liberarentur. Ab cognato Scribonij tribuni plebis de redimẽdis captiuis relatũ eſſe.) Legendũ tribuno plebis,id eſt,ab Scribonio tribuno pl.L.Scribonij captiui legati cognato relatum eſſe. Omnium notis,ignominijsque confectos eſſe.)Vet.lib.Affectos.Cicero lib.3.de Offi. eoſdem à cenſoribus omnibus ignominijs notatos eſſe ſcribit.Et Gellius lib.7.cap.8.de ijſdem,omnium notarum eos damnis & ignominijs affecerunt. APVLORVM pars.)Ἀργυριππηνοὺς defeciſſe ex Apulis ſcribit Polybius. SAMNITES præter Petellinos.)Nec Petellini inter Samnites,ſed inter Bruttios,neque ijdem hoc tempore ab Annibale defecerunt, cùm ſequenti libro vnà in Bruttijs in amicitia Romana manſiſſe dicantur.Quid ergo? obloquimur ſæpè bonis auctoribus,eosque aut inconſtantiæ,aut imprudentiæ,aut negligẽtiæ arguimus,ſed ſine cauſa, vt hoc loco Clareanus Liuio,quem iccirco temeratæ confuſionis arguit. [Glareanus dicit Liuio multa commixta, quod ſatis notũ
eſt:Sententia itaque in alios à Sigonio contorta in eius caput recidit.] Quam iuſtè ipſe viderit, non enim hoc ,,
loco Petellinos,legendum eſt,ſed Pentros,quod ille didiciſſet, ſi accuratius manuſcriptos libros, quos ne adiſſe quidem videtur,legiſſet,Pentrorum Samnitium meminit in lib.9.Inde victor exercitus Bouianum ductus:Caput hoc erat Pentrorum,Samnitium longè ditiſsimum.Poſsis etiam legere:præter Petellinos Bruttij omnes.
Et Græcorũ omnis fermè ora,Tarentini,Metapontini.) Polybius ita: καρχηδόνιοι πεφροντικότα τὰ μὲν λοιπὰς παλαιὰς φιλίαν πάσης, ἡ μεγάλης καλουμένης ἑλλάδος ὅσαν ἐγκρατεῖς, ταραντῖνοι τε καὶ λοκροὶ ἐνεχείριζον ἑαυτούς. Polybius ſtatim hos populos defeciſſe ait,quod tamen non ita eſſe,infrà apparebit,niſi,Statim,intelligamus. Vt primùm potuerunt. Cæterùm quatuor hi populi Græci vocabantur,quòd Græcorum coloniæ eſſent. CROTONENSES.) Croto Crotonienſes edit,at Cortona Cortonẽſes,Priſcianus.Accedit quod Croto Crotoniatas quoq; edit, vt omninò Crotonienſes videatur eſſe legendum. Neque ante conſulis Romani aduentum,nec poſtquam is redijt.) Ex veteribus lib.Neque ante conſulis aduentum Romam.In ijs enim eſt:ante conſulis aduentum Romani. Obuiam itum frequenter omnibus ordinibus ſit.)Plutarchus in Fabio: ἀπῆντησεν ἅπαντι πρὸς τὰς πύλας ἥ τε βουλὴ, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀπαζόμενοι.

IN LIBRVM XXIII.

ANNIBAL poſt Cannenſem pugnam caſtra capta, ac direpta confeſtim ex Apulia in Samnium mouerat.) 385
Glareanus putat legendum: Caſtris captis ac direptis,neque enim,inquit,Annibal Romanorum caſtra capta ac direpta mouit,neque ſua cepit,ac diripuit,verùm contrà.Errat autẽ,non enim ea eſt mens ſcriptoris,ſed hæc:Annibal poſt Cannenſem pugnam confectam,& poſt Romanorum caſtra capta,ac direpta,in Samnium mouerat, ita vt verbum,mouerat,abſolutè accipiamus,vt ſæpè aliàs,non ad caſtra referamus. [Hic rectè Glareanum car-
pit,ſed Glareanus antè ſuum errorem errorem agnouerat quàm hîc admonuit.] Accitas in Hirpinos.)Irpi- ,,
ni Samnitium ſunt auctore Strabone lib.5. dicti: ἀπὸ τοῦ ἵππου,id eſt,lupo,qui dux eis in deducenda colonia fuit. Græcè autem ſine aſpiratione ſcribuntur. Pollicente ſe Coſſam traditurum.) Vet.lib.Compſam & Compſanus.Plinius li.3.ca.11.Compſam in Irpinis ſtatuit,de qua nunc Liuius. Quacunque arte poterat, diſpoſuit.)
Vet.lib.Potuit. PACVVIVS Calauius.)Calauium gentis Campanæ nomen eſſe conſtat. Ergo Pacuuius hoc in loco prænomen eſt.Vereor tamen ne Pacullus ſit legendum.Nam Silius Italicus hunc Pactulonem vocat. Et Liuius lib.39.Pacullæ Miniæ Campanæ ſacerdotis meminit.Et in hoc libro haud ita multò pòſt:Minios Celeres Stenium, Pacuuiumque nominat. In veteribus etiam libris eſt Pacinus. Filiamque Romam nuptum Liuio dediſſet.)Vet.lib.Romæ.

386 Video quę ſententia de hoc ſit data.)Quid ſi legamus,lata:ſenſus enim eſt.Video hunc à vobis condemnatum eſſe. Hoc multò magis in ſecundo,ac tertio ſenatore eſt factum.)Vet.lib.Ac tertio citato ſenatore. Si plebis ibi eſſet concilium.)Vet.lib.Adeſſet.

387 Ad Satriculam.)Saticulam,vt in libro ſeptimo dixi,& ſæpius aliàs. Cœptumque propter vos cũ Samnitibus bellum, per centum propè annos variante fortuna euentum,tulerimus.)Elatoriè dixit Terentius, per centum propè annos.Veriùs autem legatus Romanus in concilio Ætolorũ lib.31.qui per annos ſeptuaginta bellatum eſſe cum Samnitibus ait.Etenim cœptum eſt anno ab vrbe condita CDXII.M.Valerio,A.Cornelio COSS. finitum an.CDLXXIX.C.Fabricio,C.Claudio COSS.De ijs enim C.Claudius COS.triumphauit, vt extat in Capitolinis triumphorum fragmentis. [Hæc omnia diligenter à Glareano notata, tanquam ipſe primus inuenerit narrat.] Quod fœdus æquum dedimus,quod leges noſtras.)Hoc factum M. Foslio, L.Plautio conſulibus,vt ait li.9.Eodem anno primùm præfecti Capuæ creari cœpti, legibus ab L.Furio prætore datis. Pœnus ne Africæ quidem indigena ab vltimis terrarum oris freto Oceani Herculisque columnis, expertem omnis iuris,& conditionis,& linguæ propè humanæ militem trahit.)Vet.lib.habent:Indigenam, quam lectionem probo,vt non Annibalem,ſed militem eius Africæ indigenam eſſe neget,quippe quem ex vltimis terrarum oris extraxiſſet.Etenim li.28.ſic ait,cùm de exercitu Romano loquatur:Romana arma,& exercitum alienigenam. [Et hæc quoq; à Glareano notata ſunt.] VESCI humanis corporibus docendo.)De Annibalis crudelitate loquitur,qui adeò efferauerat animos militum,vt eos etiam veſci carnibus humanis docuerit. Hoc autem falſum eſſe tradit Porphyrius lib.2.περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. SVBIVS Virius.)Vet.lib.Vibius Virius:puto legendum Vibus Virius.Eſt enim Vibus,prænomen,vt in P.Seſtio Q.F. VIBI.N. Capitolino conſule. LATINORVM quondã poſtulationis.)De qua ſuprà lib. 8.

388 Balneis includi iuſſit,vbi feruore atque æſtu anima intercluſa.) Vet.lib.Fœtore atque æſtu. DECIVS Magius.)Magios item gentem Campanam eſſe,& hic Liuius,& contra Rullum Cicero oſtendit, cùm inquit: Magios,Bloſios mihi videbar illos videre,ac Iubellios. Quare Decius,quod aliàs nomen eſt gentis, in hoc viro prænomen eſt,mendosè,vt ſolet,pro Decimus. MARIVM Bloſsium.) Bloſios pariter gentem eſſe Campanam idem Ciceronis locus docet:vnde C.Bloſius genus traxit,is qui cum Ti.Graccho tribunus pl.fuit. De quo Cicero in Lælio,& contra Rullum. Quod ſi ita eſt,ergo corruptè Marius pro Marco,vel Manio. Sit enim prænomen neceſſe eſt. MVNIOS Celeres.)Vet.lib.Minios,rectè:nam Paculłæ Miniæ Campanæ lib.39. meminit. Conuiuium non ex more Punico,aut militari diſciplina eſſe,ſed vt in ciuitate atq; etiam domo diu ad varias omnium voluptatum illecebras inſtructum.)Malim pro diu,diuite:vt in ciuitate,& domo diuite. Nam Calauios, quorum domi erat Annibal inclytos nobilitate,ac diuitijs paulò antè nominauit.In Vet.lib.eſt interdiu,luxatis fortaſsè ſyllabis.Hoc certè ſententia poſtulat,vt recta ſit ἀνάθεσις.

389 ANNIBALEM pater filio meo potui placare.)Vet.lib.Annibalem modò. Sed ſi nihil ſancti, non fides, non religio,non pietas,audeantur infanda, ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt,vnus es aggreſſurus Annibalem.)Longè aliter hæc oratio,&legitur & interpungitur in Vet.lib.& proculdubio melius:Sed ſi nihil ſancti,non fides,non religio,non pietas audiantur,infanda ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt,vnus es aggreſſurus Annibalem.Duo enim argumenta ſunt,quibus deterret filium pater ab impetu in Annibalem faciendo,vnum ἀπὸ τῆς αἰχρᾶς,alterum ἀπὸ τῆς ἀδυνάτου. Quid tot dextræ?torpeſcent ne in amentia illa? vultum ipſius Annibalis,quem armati exercitus tremunt,horret populus Rom.tu ſuſtinebis?)Et hic etiam locus caſtigatior,ac ſyncerior eſt in manuſcriptis exemplaribus,ſic:Quid tot dextręˀtorpeſcent'neˀin amentia illa vultum ipſius Annibalis,&c.quaſi verò velit intelligi,alij temporibus eum poſſe,in amentia illa fore,vt non poſsit. O patria, ferrum,&c.recipe.)Vet.lib.Accipe. Senatus frequens datur Annibali.)Vet.lib.Datus. Iuraque inde cum cæteris populis Romanum etiam periturum.)Vet.lib.Cum cæteris populum Rom.etiam petiturum. Haud paruo initio minui videbatur ius libertatis.)Vet.lib.Iudicio.Iudicium enim intelligitur, quod parabatur in Magium ex s.c. Atque ante pedes deſtitutum cauſam dicere iuſsit.)Videtur legendũ,ante pedes ſtatutũ, quod librarius per errorem ſcripſerit ſyllabam,des:ſic Cicero ad Att.Alter qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſubleuauit quidem. Extemploque impoſitus in nauim,& Carthaginem miſſus.) Malim, eſt Carthaginem miſſus. Habetis libertatem Campani.)Vet.lib.Habetis en libertatem Campani. Transfugæ magis,quàm hoſpitis fore domicilium.) Vet. lib. domicilium fore. Veſtræ res meliores, facilioresque erunt.) Vet.lib.Felicioresque.

390 Q.FABIVS Pictor legatus à Delphis Romam redijt.) Eiuſdem legati meminit Plutarchus in Fabio.Hunc eundem illum eſſe,qui res Romanas ſcripſit tradit Appianus in Annibalis hiſtoria, quam manuſcriptã ſæpius apud eũ,quem antè etiam nominaui,omni & literarum,& humanitatis, genere ornatiſsimum Ludouicum Beccatellum,legi,cuius hiſtorici,vt horum temporum æqualis,ſæpè & in hoc bello,& in alijs meminit Liuius. Cum ſex imperatoribus eum.)Præteritus eſt Ti.Sempronius,quem Annibal ad Trebeiam vicit, non librarij vitio,ſed auctoris.Quod ex verbis ipſis intelligi perſpicuè poteſt.Nam Dictatorem & magiſtrum equitum nominat,Q.Fabium,& M.Minucium,& duos conſules occiſos,C.Flaminium,& C.Paullum:& duos, quorum alter ſaucius fuerit,P.Cornelius Scipio,alter vix cum L.hominibus euaſerit,C.Terentius Varro. Pro his tantis totque victorijs verum ſacrum dijs immortatibus agi.)Vet.lib.Non habent vocem,verum:& pro tantis totque, habent tot tantisque.Quidam libri olim habebant,rerum non,verum.Itaque in ſuſpicionem venio, ne quoniã huic ſententiæ ſubaudiendum eſt verbum,petere,ne pro RERVM voce perſpicuè deprauata,petere,ſit ſubſtituendum.Quod tamen non affirmo. Dimidium ſuper treis modios expleſſe.)Hinc Plinius lib.33. ca.50. Annulorum aureorum promiſcuus fuit ſecundo bello Punico,neque enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti.)Vet.lib.Etiam nunc te pœnitet. Nunc interroganti ſenatori,&c.ſi reticeam.)Videtur legendum,interrogante ſenatore. Reſpondeam, inquit,Himilconi.)Vet.lib.Reſpondeam igitur Imilconi,& rectè:Cur enim vox inquit,in media oratione inculcetur,quæ initio ſolet collocari?apta autem eſt huic loco particula,igitur,qua concludit, ſibi potius reſpondendum eſſe,quàm reticendum.

391 Quam nunc vicimus dat nemo.) Legendum perſpicuè.Quam nunc cùm vicimus. Dictatorque cum Magone in Hiſpaniam,&c.)Miratur Glareanus Liuium Dictatoris Carthaginienſis meminiſſe. Iam nunc mirari deſinat. [Glareanus quærit duo, nihil de admiratione, Sigonius ad vnum reſpondet, alterum omittit.) Nam Gellius libro 10.capite 24. hæc verba profert ex Catonis origine. Dictatorem Carthaginienſium magiſter equitum monuit, mitte mecum Romam equitatum, die quinta in Capitolio tibi cœna cocta erit. Dictatorem autem Cato vocat imperatorem Annibalem. Latoque, vt ſolet, ad populum, vt equum aſcendere liceret.)De hoc more,de quo ambigit apud Liuium Glareanus,agit etiam Plutarchus in Fabio, id eſt,

cur

cur Dictator peteret,vt sibi equum ascendere liceret: πρῶτον μὲν ὑπόσωπτο τὸν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι φθονῶν τὸν στρατηγὸν αὐτὸν ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηρόμην κατὰ δὴ πινὰ νόμον παλαιόν. εἴτε δ' ἀλκῆς τὸ πλεῖσον ἐν πεζῷ πιστευόμενον, καὶ δι' ὃ τότε δ' στρατηγὸν αἱρούμενον διεῖν ἀξιοῦσθαι τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ περιλείπειν εἰθ' ὅπ τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τ' ἄλλα, καὶ μέγα τὸ τ' ἀρχῆς κράτος ἔχειν, ἔνιοι τότε βουλόμενον δ' δικτάτωρα τὸν δίμηνα φαίνεσθαι δεόμενον. Et sex millia hominum Gallicis spolijs.) Vet.lib.Ea sex millia hominum.Eos enim intelligit,quos se noxa, pecuniaque exoluturum Dictator promiserat. Itaque cũ XV. millibus armatorum ab vrbe proficiscitur.)Vet.lib.Ita cum.

Legatos properè ad prætorem Romanum Marcellum Claudium,qui Canusij cum exercitu erat,mittunt.) 392
Vet.lib.Casilini,quam lectionem probat Glareanus.Ego cõtrà probo magis,Canusij,quòd & primo libro Marcellum magnis itineribus Canusium contendisse dixerit,& quòd Plutarchus in Marcello, Canusio item Marcellum ad tutandos socios esse profectum, tradiderit: ἔπειτα δόγμα τ' βουλῆς δεξάμενοι εἰς κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τὰς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων, ὡς ἐ μέσον πῶς χώραν. Perque agrum Satriculanum.) Vet. lib.Saticulanum,rectè,vt antè dixi. L.BANTIVS.)Hunc λεύκιον βαῦλιον vocat Plutarchus in Marcello. SEMINECEM eum ad Cannas in aceruo cæsorum corporum inuentum.) Eadem ad verbum scribit Plutarchus in Marcello. Equum eximium dono dat,bigatosque quingentos quæstorem numerare iubet.) Plutarchus ita:ἵππον τε διωρεῖτο πολεμιστὴν ἄυτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας.

In hac comitiaria duorum exercituum statione.)Vet.lib.In hac continua duorum. Priusquam aliquis 393
motus in muris oriretur.)Vet.lib.Intus oriretur. Vix equidem ausim affirmare, quòd quidã auctores sunt, duo millia,& CCC.hostium cæsos,non plus vno Romanos amisisse.) Suprà quinque millia hostium cæsa,haud plures,quàm quingentos Romanos cecidisse tradit Plutarchus,hoc tamen à Liuio reprobari ait: λέγονται γοῦν πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν,ἀποκτεῖναι δ' ῥωμαίων ὀ πλείους, ἢ πεντακοσίους.ὁ δ' λίβιος ὅπω μὲνοὐ διαβεβαιοῦται γενέσθαι μαχίλιω ὄντων,οὔτε πεσεῖν νεκροὺς τοσούσδε τῶν πολεμίων. Ingens eo die res,ac nescio an maxima illo bello gesta sit.) Hinc Cicero in Bruto ait:Post Cannensem illam calamitatẽ primũ Marcelli ad Nolam prælio populus Rom. se erexit.

Cùm à Casilino dictatorem Romanum,legionesque nuncij accipi nunciassent.)Vet.li.Legionesq; minus 394
accipi nunciatum esset.Pro his repositum est,nuncij accipi nunciassent,rectè:quod ad sententiam pertinet, quod autem ad verba,malim legi,auctore Valla.Legionesque nouas accipi nunciatũ esset.Nam de his legionib. paulò antè scripsit. CASILINVM quingenti Prænestini habebant.)In vet.lib.Nullus numerus est Prænestinorũ. Paulò pòst Liuius eos quingentos septuaginta fuisse scribit:at Strabo lib.5.quingentos quadraginta: ἐν τῷ κασιλίνῳ πολιορκούμενοι παρανεσίνων ἄνδρες μ καὶ φ ὑπὸ λιμοῦ λοιμὸν δὲ τοσοῦτον αὐτέχον,&c. Vt ergo de Perusinis ait,CCCC. & LX.sic de Prænestinis,D & LXX.scribendum,videtur. Cùm dies aliquot suspecti Campanis,&c. traduxissent,iamque de Capuæ defectione agi,accipíque Annibalem satis pro certo habuere.) Tempus,habuere,non est sententiæ huic aptum.Haberent,sensus postulat.In vet.certè libris est,habere:reliquæ duæ literæ nt, ex principio insequentis vocis,interfectis,sunt repetendæ.

T.SEMPRONIVS præerat.)Ti.Sempronius,vt antè: magistrum enim equitum intelligit. Quia prædi 395
ctum erat dictatoris.)Vet.li.Quia edictum erat dictatoris. Nuces inde fusæ ab Romanis.)Hinc Festus Prænestinos Nuculas dictos esse ait,quòd inclusi à Pœnis Casilini famem nucibus sustentarint. Et cùm hostes obaarassent,quicquid herbidi terreni extra murum erat,raporum semen iniecerunt.) Glareanus credit eam hoc loco fuisse Liuij sententiam,vt idem Pœni, qui herbidum terrenum extra muros obaarassent,raporum semẽ iniecerunt, cùm rapos,non Pœni, sed Casilinates iniecerint,ac fructum ex Pœnorum obaratione illa se capturos esse indicauerint,neque verò aliter Liuius tradit,atque Strabo li.5.ὁ δ' αὐτὰς ἰδὼν αὐτοὺς πλησίον τῶ τείχους ἀποστρεφομένας γογγύλων ἐθαύμαζεν. Quod autem ait Strabo πλησίον τῶ τείχους,id est,propè muros,Glareanus intra muros interpretatur,quasi verò Pœni ad terrenum obarandum Casilinum accepti sint. [Quid hoc loco in Liuio reprehendat Glareanus,non intellexit Sigonius.] Eóne vsque dum ea nascantur ad Casilinum sessurus sum?)Vet.li.Sessuri sumus.

Cùm obsistere malis nequirent Petellini.)Vet.li.Quibus cùm resistere malis nequirent Petellini. Con- 396
sultique iterum à M.Æmilio prætore patres.) Hoc anno M. Pomponius prætor vrbanam, P. Furius peregrinam sortem,M.Marcellus Siciliam,L.Postumius Galliam sortiti sunt.Quod cùm ita sit, certè mendosè legitur hoc in loco.M.Æmilio,pro M.Pomponio.Quod inde etiam intelligi potest,cùm ait:Consulti iterum:tum enim consulti sunt primum,cum C.Furius,& M'.Pomponius prætores senatum in curiam Hostiliam vocauerunt. Germanam autem lectionem,& quæ deprauando nomini causam dederit,fuit,puto,quòd scriptum erat,consultiq; iterum à Manio prætore.Nam Pomponium hoc prænomen tulisse suprà ostendi.Quam vocem qui deprauatam esse duxerunt Mamilio fortasse,atque inde,M.Æmilio fecerunt. Relaxata postero die per minorem trepidationem retinuerunt optimates,)Vet.li.Relaxata postero die per minorem trepidationem re tenuerunt optimates. L.FVRIVM prætorem cum classe.)Lege P.Furium.Sic enim aliàs vbique hunc Liuius vocat. L.ÆMILIVS qui consul censorque fuerat.) L. Æmilium Papum consulem cum C.Atilio Regulo,censorem cum C. Flaminio intelligit.Glareanus inscitè L.Æmilium Paullum, qui ad Cannas ceciderat interpretatur. M.ATILIVS Regulus,qui bis consul fuerat.) M. hic Atilius Regulus consul primùm fuit cum P. Valerio Flacco,iterũ suffectus in locũ C. Flaminij ad Trasimenum occisi cum Cn. Seruilio Gemino. Qui ceciderant pugna Cannensi.)Vet.lib.In pugna Cannensi. L.ÆMILIVM,C.Flaminium censores.)De his censoribus dixi in epitoma libri 20. Cùm de ea re M.Æmilius prætor.)Lego Manius prætor,vt antè dixi,vt sit M'. pomponius. Vt ex singulis populis Latinorum binis senatoribus,si patres Romani censuissent,ciuitas daretur.)Vet.lib. quos patres Romani censuissent.

M.Fabium Buteonem ex s.c.sine magistro equitum dictatorẽ.) N. Fabium scribi oportere existimo, quia 397
inquit,hunc vetustissimum ex censorijs,qui viuerent fuisse.Censor autem,vt opinor,fuit anno DXII. cum C.Aurelio Cotta,cùm consul fuisset anno DVI.vt est in Capitolinis tabulis: Neque dictatorem se sine magistro equitum.)Vet.li.Neq; dictatorem sine magistro equitum,probè:res enim eum non persona offendebat. Neq; duos dictatores tempore vno.)Horum dictatorum M.Iunij,& Fabij Buteonis, quorum alter rei gerendæ causa creatus aberat,alter senatus legendi causa dictus erat,meminit quoq; Plutarchus in Fabio. Ita in demortuorum locum sublecturum,vt ordo ordini,non homo homini prælatus videretur.)Sensus est: Dictator ne in legẽdo senatu ignominia quenquam afficeret,ex veteribus censorijs tabulis senatores eo ordine quo in illas relati erant,recitauit:in demortuorum autem locum alios ita sublegit, vt si quem alterri præferret, is eum ordinis, non hominis dignitate adductus,prætulisse videri posset.Nam primùm legit eos,qui curulem magistratum, deinde qui tribunatũ ædilitatemq; plebis,& quęsturã gessissent,tũ ex ijs,qui magistratũ non cepissent, qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent aut coronam ciuicam accepissent.In legẽdis aũt ijs qui magistratus gesserãt, quo quisq; eorũ ordine magistratũ ceperant,eos ita legebat ac recitabat. In demortuorũ locum legit,qui pòst L. Æmi-

Æmilium, C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, nec dum in ſenatum lecti eſſent, vt quiſque eorum ſenator primus creatus erat.) Vox, ſenator, redundat. [Nec Badius habet, & ante Sigonium notauerat Clareanus.] Hic enim ſenſus eſt: Qui poſt priores cenſores curulem magiſtratum ceperant, quo quiſque illum ordine ceperat, lectum in ſenatum eſſe. Tum legit, qui ædiles tribuni, prætores, quæſtoresque fuerant.) Paulus Manutius, vir, vt ſuprà dixi, ſummo iudicio præditus, legendum exiſtimat: ædiles tribuni plebis, quæſtoresq;, & rectè: nam prætura inter curules magiſtratus erat, quos ſuperiore verſu complexus eſt. Errorem attulit, vt ſolet compendioſa ſcriptura: Trib. pr. & Trib. pl. Tum ex ijs, qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent.) In manuſcriptis omnibus, & pleriſque etiam impreſſis legitur: Tum ex ijs, qui magiſtratus cepiſſent, qui ſpolia ex Romano, &c. Quod cùm emendatores neſcio qui non intelligerent, omninò tollendum putarunt. Eſt autem ita legendum: Tum ex ijs, qui magiſtratus non cepiſſent, qui ſpolia, &c. Nam ex ijs qui magiſtratus ceperant, legit primùm, qui curulem, deinde, qui plebeium ceperant magiſtratum. Ex ijs autem, qui omninò nullum ceperant magiſtratum, legit, qui ſpolia ex Romano hoſte haberent. Tempus hoc ſedulò terens.) Vet. lib. hîc, id eſt, in foro. Sic etiam reddit Plutarchus in Fabio, vbi eandem rem his verbis perſequitur: ὥσπερ ἰδιώτης δὴ ἀγρὸν αὐτοῦ ἐφόρει. Conſultus à M. Pomponio prætore ſenatus.) Ita lib. vet. Ex hoc loco conuincitur etiam ſuprà bis mendosè eſſe M. Æmilio prætore. Quo ſtatu reſpublicæ eſſent.) Vet. lib. reſpub. eſſet. [Ita Badius.] Comitiaque edixit, quibus L. Poſtumius III. abſens, qui tum Galliam prouinciam obtinebat, & Ti. Sempronius Grachus, qui tum Magiſter equitum eo accurrerat, conſules crearentur.) Vet. lib. qui tum Magiſter equitum, & ea accurrerat. Suſpicor legendum, ad ea, vt comitia intelligamus: opponit enim hunc Poſtumio, ille enim abſens in Gallia, hic cum ad comitia accurriſſet, conſul eſt creatus: ſic paulò antè. Qui tum Galliam prouinciam obtinebat. L. autem Poſtumius Albinus primùm cum Sp. Caruilio Maximo, iterùm cum Cn. Fuluio Centumalo conſul fuerat. Alia ſupra alia cumulante in eum annum fortuna.) Vet. lib. Super aliam. Noua clades nunciata.) Huius Poſtumianæ cladis auctor eſt etiam Polyb. lib. 3. extremo. Litanam Galli vocant.) Huius ſiluæ, & harum inſidiarum meminit etiam Frontinus lib. 1. cap. 6.

398 Poculumque idem ſacerdotis eſſe, ac templi antiſtitibus.) Vet. lib. Sacerdoti. Mœſtitiæ ſpeciem publicæ,) Vet. lib. Mœſtitiæ publicæ ſpeciem. [Ita Badius.] Duo ne conſulares exercitus ſatis firmati tanto bello ſufficerent.) Vet. lib. Ne ſecundo conſulares exercitus ſatis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibaturratio. Quod cùm ita ſit, aptior eſt certè ad ſententiam emendatio Vallæ, qui pro, ne ſecundo, legit, nec quomodo, Sequitur enim: Itaq; Galliam omitti eo anno placuit. P. & Cn. Scipiones inter ſe partiti copias, vt Cn. terra, P. mari, nauibusq; rem gereret.) In Vet. lib. eſt, partiti copias: vt legendum eſſe videatur, partiti ſunt copias. Ita enim lib. 24. Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, vt Epicides præeſſet cuſtodiæ vrbis, Hippocrates aduerſus conſulem Rom. bellum gereret. Niſi malis, Partitis copijs & ſententiæ aliquid deeſſet, vt lib. 25. optimum rati diuiſis bifariam copijs, totius ſimul Hiſpaniæ amplecti bellum, ita inter ſe diuiſerunt, vt P. Cornelius duas partes exercitus aduerſus Magonem duceret, Cn. Cornelius cum Aſdrubale bellum gereret. Fecerant ij transfugæ motum in Carpeſiorum gente.) Clarenus nuſquam ſe legiſſe Carpeſios populos ait, Itaq; Tarteſios mauult, à Tarteſo oppido ad Calpen ſito. Carpeſiorum tamen ad Iberum meminit Polybius lib. 3. & Stephanus ita: καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.

399 Vrbem Aſenam.) Vet. lib. Aſcuam. Digreſſus colle.) Degreſſus, vt aliàs.

400 Itaque duo diuerſa prælia erant.) Vet. lib. Ita duo.

401 Recepta Petelia Pœnus ad Conſentiam copias traducit.) Si Conſentia in Bruttijs pro Romanis ſtabat, profectò non Petelini vni inter Bruttios in fide Romanorum poſt Cannenſem cladem manſiſſe videntur, quod antè dixit, præſertim verò cùm Conſentia Bruttiorum metropolis ſit, auctore Strabone lib. 6. Itaque vrbe defenſoribus vaſtata facilè potiti ſunt hoſtes.) Magna menda eſt in voce, vaſtata, quæ ex priſca lectione deletur, quę eſt defenſoribus vacua, ſiquidem opulentiſsimam olim vrbem eò redactam, vt omnis ætatis minus viginti millia ciuiũ ſupereſſent, ſcribit. Sic lib. 42. Vacua defenſoribus mœnia. Senatus decreuit, vt Ti. Sempronius conſul deſignatus, cùm primùm magiſtratum inijſſet, ad populum ferret.) Videndum etiam atque etiam, quid ſit, quod in omnibus vet. lib. legitur: Vt Ti. Sempronius COS. des. cùm in bono iniſſet. Nam qui emendarunt, cùm primùm magiſtratum iniſſet, mentem potius attendiſſe videntur auctoris, quàm verba. Valla olim legendũ putauit: Cum bono omine ad populum ferret: quod non probo, quia nullam habet rationem vocis Iniſſet. Ego malim, cùm magiſtratum iniſſet. Sic enim Cicero prima Philip. Vti C. Panſa. A. Hirtius conſules deſignati, cùm magiſtratum inierint. Et Cœlius ad Ciceronem D. E. R. I. C. vti C. Paullus, C. Marcellus, cùm magiſtratum iniſſent. Vt Fabium duumuirum eſſe iuberent ædis dedicandæ cauſa.) Miror hoc loco neglectam eſſe Vallæ correctionẽ, quæ veterum librorum auctoritate confirmatur. Vt duumuiros eſſe iuberent: miror item ſpretam eſſe alteram Clareani, ædium dedicandarum cauſa. Duę enim erant ædes dedicandæ, quarum cauſa duumuiri creandi erant. Quare paulò pòſt ita loquitur: Interea duumuiri creati ſunt, Q. Fabius Maximus, & T. Otacilius Craſſus ædibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinæ. M. ÆMILIO Lepido, qui bis conſul augurque fuerat.) M. Æmilium Lepidum, & M. Valerium Læuinum bis conſules nominat Liuius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Caſſiodorum inuenias niſi ſemel fuiſſe. Hinc ego ſuſpicor, ne ſuffecti fuerint L. Veturio, & C. Lutatio conſulibus, Lepidus II. Læuinus primùm. Quoniam autem ea pars in Capitolinis conſulatibus deſideratur, & Caſſiodorus eorum tantum conſulum, qui primùm facti ſunt, qui ordinarij nominantur, meminit, in neutro horum monumentorũ hæc nomina inueniri. Sed de hac re accuratius in Faſtorũ conſulariũ commentarijs: me enim mouet, quòd duo patricij conſules comparantur. C. LECTORIVS, & T. Sempronius.) C. Lætorius, & Ti. Sempronius, vt ſæpè dixi. Prætoresque Fuluius Flaccus.) Caſtiga: Prætores, Q. Fuluius Flaccus, perſpicuè. Cæterùm conſul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, cenſor cum T. Manlio Torquato.

402 Sex legiones in caſtra Claudiana ſupra Sueſſulam deducerentur.) Hinc paulò antè dixit: Claudius à Canuſio Calatiam petit, atque inde Vulturno amne traiecto, perq; agrũ Saticulanũ, Trebianumq; ſuper Sueſſulã per montes Nolã peruenit. Et paulò pòſt M. Claudius ad eũ exercitũ, qui ſupra Sueſſulam Nolæ præſideret, miſſus. Delatum ad populum, vt ciues Romani eſſent.) Emendo. Dein latum ad populum. Hæc eſt enim vſitata in hac re loquendi forma: & ipſe ſubdit: Maximè, vt hoc ferretur, mouerat. Cui ineunti conſulatum cùm tonuiſſet, vocati augures vitio creatum videri reſponderunt.) Plutarchus idem in Marcello: ἀπεφοιτήσαντι δὲ τῆς θεοῦ, τῶν ἱερέων εἰς αὖθις πεμπόντων, ἐμφανῶς ἐκώλυεν ἀκούοντων καὶ δεδιότων τὸν δῆμον αὐτὸς ἐξομόσατο τὴν ἀρχήν. FABIVS Maximus tertiùm.) Primùm fuit cum M'. Pomponio Mathone: iterum cum Sp. Caruilio Maximo.

403 TI. Sempronius militibus Sinueſſam diem ad conueniendum edixit.) Idem Sempronius paulò antè diem duabus legionibus vrbanis Cales ad conueniendũ edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus eſt miſſus: nunc Sinueſſam ad conueniendum diem edicit volonibus, & ſociorum XXV. millibus, quæ ſibi ſorte euenerant.

rant. Ante calendas Iulias primas.) Vet.lib. Iunias, quod placet: qu'a de hoc tempore locutus, Quintiles dixiſſet. TERENTIANVM mitti cum aliquo legatorum.) Senſus eſt: Terentianum exercitum in Siciliam mitti, legiones ex Sicilia reuocatas M. Valerio cum claſſe ad tutandam oram maritimam dari. Ad M. Valerium prætorem circa Nuceriam caſtra habentem.) De legatis Philippi loquitur per Apuliam venientibus. Ex quo, Luceriam, videtur eſſe legendum. Nam paulò pòſt ait: Ti. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones cùm duxiſſet, M. Valerium inde prætorem Brunduſium cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu miſit. [Hæc de Luceria Glareanus ante Sigonium notauit, ſed ipſe ſubticet, quaſi ipſe primus hoc notaſſet.] Itineraque cum cura demonſtrent. (Que, abeſt à vet.lib. Q. FVLVIVS Flaccus Corcyræos ad perſequendum.) Caſtiga ex vet.lib. P. Valerius Flaccus. Etenim Q. Fuluius Flaccus prætor vrbanus, cui ſuburbana littora cuſtodienda tradita erant, adhuc ab vrbe nõ mouerat. P. autem Valerius Flaccus, de quo pòſt meminit etiam Liuius, M. Valerij Læuini prætoris, cui ora inter Brunduſium & Tarentum tutanda decreta fuerat, legatus erat. [Et hæc ex Glareani annotationibus habet.]

T. MANLIVS Torquatus, qui bis conſul, cenſorque fuerat.) Conſul fuit cum Atilio Bulbo, quo in magiſtratu de Sardis triumphauit, iterùm cum Q. Fuluio Flacco, quem eundem etiam in cenſura collegam habuit, auctoribus Capitolinis ſcriptoribus. 404

Linternum.) Vet.lib. Liternum.

Hominum eo tumultu nocturno cæſa plus duo millia.) Vox, nocturno, redundat, nam ex priore verſu ſatis intelligitur rem nocte actam eſſe: abeſt certè à vet.lib. 405

Exercitusque Cumas reductus.) Miror, quòd Cumas M. Valerius exercitum reduxerit, cùm ipſe Luceriæ in Apulia præſideret, Cumis autem Ti. Sempronius in præſidio eſſet, præſertim verò cùm ex Irpinis reduxiſſe dicatur. 406

Ad naues XXV. quibus Q. Fuluius Flaccus præfectus præerat. Legendum, vt antè dixi, P. Valerius Flaccus. Et paulò pòſt: Iuſſuſque; Q. Valerius, ſic enim veteres libri.

M. MARCELLVM pro prætore.) Vet. lib. Pro conſule: ſic etiam paulò pòſt: ſic Plutarchus ad Nolam ἀνθύπατον vocat, id eſt, pro conſule. 407

CALARBS. (Carales, Græci & Latini libri veteres auctores. T. OTACILIVS prætor quinquaginta nauium ab Lylibeo claſſe in Africam tranſuectus.) Vet.lib. Quinquaginta nauium claſſe ab Lylibeo in Africam tranſuectus.

PYRRHO regi nos adiunximus.) Samnites loquuntur. Eſt autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorũ, Samnitum, Lucanorum & Bruttiorum copijs, exercituque geſtum. Quod ex triumphis illorum annorum intelligi poteſt. M. quidem Curius non tam de Pyrrho rege, quàm de Samnitibus triumphaſſe traditur. 408

A quo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimusque in ea per annos propè quinquaginta ad id tempus, quo tu in Italiam veniſti.) Pax data Samnitibus eſt anno ab vrbe condita CDLXXIX. quo anno C. Claudius Canina conſul de ijs triumphauit, cùm per annos LXX. geſtum bellum eſſet, vt ait Liuius lib. 31. in oratione legati Rom. in concilio Ætolorum. Quod ita eſſe inde facilè intelligi poteſt, quòd cœptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio conſulibus anno CDXII. ſi igitur anno CDLXXIX. victis Samnitibus pax data eſt, in pace autem fuerunt vſque ad aduẽtum Annibalis in Italiam, P. Scipione, & Ti. Longo conſulibus anno DXXXII. id eſt, annis LIII. poſtquam pacẽ Samnites acceperant: ergo hoc loco legendum videtur, In ea fuimus per annos prope LX. Nam vox illa, propè, maiori numero non expleto adijcitur. In hac autem oratione omnia oratoriè in maius ornantur, vt cùm ait: per centum propè annos cum populo Rom. bellum geſſimus, nullo externo adiuti, nec duce, nec exercitu. Non ego ſecundis noſtris rebus gloriabor.) Vet.lib. Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur, rectè: loquuntur enim legati Samnitum, Irpinorum, Caudinorumque. Sequitur autem: Quæ aſpera, aduerſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus. Numidarum paucorum illi quidẽ præda erunt, præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris.) Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his verbis, & Nolæ ademeris. Suſpicor autem, quia in veteribus libris legitur, præſidiumque miſſum nobis & Nolæ ademeris, ne ſit legendum: præſidiumque miſſum nobis & Nolam ademerit. Suadent enim Samnites, vt Annibal præſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos mittat, quòd idem præſidium & ſe defenſurũ ſit, & Nolam, cui maximè imminebat Annibal, Romanis adempturum ſit.

HERIVM Perrium.) Vet.lib. Henum. Legatum ne Rom. & legionis vnius, atque alæ magno certamine vix toleratis pugnam?) Vet.lib. Legati ne Romani. 409

MARCELLVS tirone milite, ac Nolanis ſubſidijs fultus nos iam iterum laceſsit.) Vet.lib. Pro fultus, inultus, habent, id eſt, impunitus: innuit cladem à Marcello ante acceptam ad Nolam, quam adhuc Annibal non erat vltus, idcirco ait: Inultus iterum nos iã laceſsit? Ferrum nunc hebet, an dextræ torpent?) Vet.lib. Ferrúm ne hebet, an dextræ torpent? Fortè ita legendum: Ferrúmne nunc hebet? Nunc paucis plures vix reſtatis.) Vet.lib. Reſiſtitis. Hoſtium plus mille cæſi eo die, capti mille DC. & ſigna militaria vndeuiginti, & duo elephanti, quatuor in acie occiſi.) Vet.lib. Hoſtium plus vel cæſi, vel eo die viui capti v. millia. Suſpicor autem legendum: Hoſtium plus vel cæſi eo die, vel viui capti quinque millia: ſi quidem Plutarchus hunc numerum edit in Marcello, vbi hunc totum locum ita vertit: νεκρῶν μὲν γενομένων πεντακισχιλίων, ζώντων δὲ ἐλεφάντων τέσσαρας μὲν πεσόντας, λαβόντας δὲ ἑπτά. Tertio pòſt die mille CCLXXII. equites miſti Numidę, Hiſpanique ad Marcellum transfugerunt.) Hoc ſic vertit Plutarchus: ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τοῦτο μάχῃ ἱππεῖς ἰβήρων καὶ νομάδων μιγάδες αὐτομολοῦσιν ὑπὲρ τοὺς τετρακοσίους. Diſcrepat autem in numero, niſi fortè legendum ſit: ὑπὲρ τοὺς χιλίους τετρακοσίους. 410

Daretque opima ſpolia victus.) Opima propriè dici ſpolia non potuerũt, ſiquidem ea opima ſunt quæ dux duci detraxerit: Dux autem ſit, cuius auſpicijs bellum geratur, vt ſuprà traditum eſt. Neuter enim eorum equitum dux erat. 411

Niſi fide ſtaret reſp. opibus non ſtaturam.) Ita Saluſtius in epiſtola Pompeij, voce, Fide, vtitur. Ego non rem familiarem modò, ſed etiam fidem conſumpſi: ſenſus eſt: Niſi reſp. pecunia mutuo ſumpta ſubleueturi, præſenti ęrarij pecunia ſe ſuſtinere non poſſe. Conduceretque ex lege præbenda, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent.) Nihil deſideratur, contra quàm cenſet Glareanus. Lex enim quam requirit, hæc eſt, vt conducerent ea lege, vt cùm primùm pecunia in ęrario eſſet, ijs primis ſolueretur. Hinc ego malim legi, conducerentque ea lege. Hæc prætor in concione edixit.) Malim: Hinc prętor. Senſus eſt: Hinc, id eſt, ex S. C. prætor in concione edixit, qua die quæ exercitui Hiſpanienſi præbenda eſſent, eſſet locaturus. Vt quæ in naues impoſuiſſent, ab hoſtiũ, tempeſtatisque publico periculo eſſent.) Suſpicor ne vox deſit, legendumque ſit: ab hoſtiũ, tempeſtatisque vi publico periculo tuta eſſent, poſtulat enim vt populus Rom. ſibi damnum prętet, quod à tempeſtate, & hoſtibus afferri poſſit. Hi mores, eaque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore vno pertinebat.) Vitiatũ eſſe ſuſpicatur hũc locũ Glareanus, ob verbi pertinebat, vſum: neque intelligit eodẽ modo locutũ etiam Ciceronem eſſe de natura deorũ. Ratio quædã pertinens per omnem rerum naturam. [Glareanus non ait Vitiatum vt hic vertit verba, ſed hæret vt ſolet.] 412

ILLITVRGI obſidione liberato ad Incibili oppugnandũ Punici exercitus traducti.)

Glarea-

Glareanus legit, Ab Indibili, putatque viri nomen esse, eius de quo pòst sæpius Liuius: verùm errat. Nam siue Incibili, siue Indibili legas, oppidi nomen est: sic enim Frontin. lib. 1. cap. 3. Cn. Scipio in Hispania aduersus Annonem ad oppidum Indibili cùm animaduertisset Punicam aciem directam. De huiusmodi nominibus sic Priscianus lib. 6. Inueniuntur & barbara in I. Liuius vigesimo tertio ab vrbe condita: Illiturgi oppidum oppugnabatur. ☞ [Probat hanc correctionem Glareanus.]

IN EPITOMEN LIBRI XXIIII.

SYPHAX rex Numidarum in amicitiam ascitus contra Massanisam regem Masæsulorum pro Carthaginiensibus pugnans victus.) Syncera lectio, & sententia huius loci eruitur partim ex ipso Liuio, partim ex veteribus epitomæ libris, in quibus ita est, & à Massanisa rege Massyliorum pro Carthaginiensibus pugnante victus.

IN LIBRVM XXIIII.

4.13 Vt ex Campania in Bruttios reditum est, Anno adiutoribus.) Sic libro priore ferè extremo: Annibal ab Nola remisso in Bruttios Annone cum quibus venerat copijs. Ducibus Bruttijs Græcas vrbes tentauit.) Polybius libro tertio omnem ferè Magnam Græciam ad Annibalem post Cannensem cladem defecisse ait: Sunt autem Græcæ vrbes Rhegium, Locri, & Croto, quas à Bruttijs separare videtur & hoc loco, & suprà, cùm vnos ex Bruttijs Petellinos in fide Romana mansisse dixit, alioquin & Rhegini, & Locrenses, & Crotoniatæ etiam permanserunt. Interim Locrenses frumentum.) Hoc loco Locrenses à Pœnis oppugnantur, cùm tamen priore libro antequam Anno in Bruttios rediret, eos & ad Pœnos defciuisse scripserit, & Romanis portas clausisse, neq; verò occurri potest, eos postquam se à Pœnis ad Romanos contulissent, à Pœnis inuadi, neque enim de ijs ita hoc loco dixisset: Pauci magis taciti probarent constantem fidem, quàm probatam tueri auderent. Quid ergo est? an priore libro rem strictim ἐν παφέργῳ demonstrauit, hîc autem pluribus verbis ac consultò expositit? Idem de Croto ne iudicandum est, quod oppidum & priore libro captum esse à Bruttijs excepta arce dixit, & hoc loco repetit: verùm ibi breuiter, hîc verò pluribus verbis: Ita est profectò, vt etiam in principio lib. 25. ostendam. Ab Annone nihil certi allatum.) Vet. lib. Ablatum.

4.14 Vt plebes ab optimatibus dissentirent.) Vet. lib. Dissentiret.

4.15 Fidem erga populum Rom. quinquaginta annos ab se cultam.) De Hierone Rege loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem venit Romanam M'. Valerio Maximo. M'. Otacilio Crasso consulibus, vt scribit Polybius, à quo anno ad hunc numerantur anni XLIX. Legatique ad Annibalem missi, ac remissi ab eo cum Annibale nobili adolescentulo Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis.) Duos legatos vbique nominat Liuius ad Annibalem ab Syracusanis missos de fœdere contra Romanos iungendo Hippocratem & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracusis, Annibalis adolescentuli tertij legati nusquam meminit nisi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani, qui legendum putat, ac remissi ab eodē Annibale nobiles adolescentuli Hippocrates, Epicides: ita vt mentio tollatur tertij legati Annibalis, & omnia ad imperatorem Annibalem referantur.

4.16 Tamque laxaret elatum pedem abstricto nodo.) Lego, ab stricto, ita postulante sensu.

4.17 Moram vllam offerret.) Vet. lib. Afferret. Vt tempora postulabunt belli.) Vet. lib. Vt belli tempora postulabunt.

4.18 Stantibus vobis in aciem armatis.) Vet. lib. In acie. Lacus Thrasymenus, & Cannæ triste ad recordationem exemplar, at ad præcauendum simile vtiles documento sunt.) Vet. lib. Vtilia documēta sunt. Quod magis placet: Sic enim inter se hæc respondebunt: Triste exemplar ad recordationem, vtilia documenta ad simile præcauendum. Cum securibus sibi fasces præferri.) Minatur se in eum animaduersurum, quòd secures sibi præferantur, quas nisi extra vrbem consul non præferebat. Prætor vnus refectus Q. Fuluius Flaccus nonùm, alij creati T. Otacilius Crassus iterum, Q. Fabius consulis filius.) Fœdam labem in his verbis insidentem nemo adhuc non solùm non exemit, sed ne animaduertit quidem. Quid est enim, Refectus nonum? nónne qui nouies iam prætor factus est? certè, at hic honos nemini vnquam habitus est, ne ipsi quidem. Sequamur igitur auctoritatem manuscripti libri, in quo est. Prætor vnus refectus Q. Fuluius Flaccus, noui alij creati T. Otacilius. Interest autem an aliquis reficiatur, an nouus fiat. Nam qui reficitur, continuat magistratum in annum sequentem. Qui nouus fit, is aut tum primum, aut certè interposito anno honorem illum rursus capit. Maximum Rullum cū P. Decio ad bellum Gallicum.) Hi consules fuerunt anno CDLVII. Q. Fabius Maximus Rullianus V. P. Decius Mus. IIIII. Liuius lib. X. Sic postea Papirium, & Caruilium aduersus Samnites, Brutiosque & Lucanum cum Tarentino populum.) L. Papirius Cursor II. Sp. Caruilius Maximus II. consules fuerunt anno CDLXXX. atque ambo in magistratu de his populis triumpharunt. vt extat in Fragmentis Capitolinis. Cùm summo imperatore opus esse reip. sciret, seque eum haud dubiè esse.) Vet. lib. Quod cùm summo imperatore opus esset reip. sciretque eum haud dubiè esse. Ex prętoribus prioris anni propretor Q. Mucius obtineret Sardiniam.) Vet. lib. Pro prætore.

4.19 HADRIÆ aram.) Vet. & Græci libri Adriæ.

4.21 Fortissimus quisque pugnator esse desierat.) Adde hęc verba ex vet. lib. fide, incuria librariorum omissa: Segnibus, ac timidis tradita pugna erat. Ea demum vox ita animos accendit, atque renouato clamore velut alij repentè facti tanta vi se in hostem intulerunt.) Vet. li. Ita animos accendit, vt renouato clamore, velut alij repentè facti tanta vi se in hostem intulerint.

4.22 Graccumque orabant, vt epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit: in publico epularentur omnes.) Malim legi, si in publico epularentur omnes, vt repetenda sit vltima syllaba vocis præcedentis, permisit, quanquam eodē genere hoc libro vsus est. Permissum ipsi erat, faceret quod è rep. duceret esse. POMPONIO pro prætore cum eo exercitu, qui super Suessulā in castris erat accito.) M. Pomponium pro prætore in agro Gallico manere iussum paulò antè tradidit. Cùm coortum prælium videret.) Vet. lib. Cùm cœptum prælio videret. Grauiter est ab consule increpatus.) Vet. lib. Increpitus.

4.23 Præerat Statius Metius.) Vet. lib. Statius Minius, probo, ne duo prænomina coeant, Minij autem gens Cāpana est, vt suprà ostendi. Hic autem Campanus fuit.

4.24 Haud multò minorem, quàm à Beneuento acceperat reddidit hosti cladem.) Vet. lib. Ad Beneuentum. TELESSIA Cossa.) Vet. lib. Compsa. Ita verò nominari Irpinorum vrbem, quam nunc significat, antè etiam docui. Statiuaque ad Ardoneas communita.) Ptolemæus Erdoneæ in Apulis meminit. Ardonearum nemo.

nemo: Strabo lib. 6. περιδόνιαν appellat, vt puto, mendosè. Non id modestia militum, aut ducis, nisi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri. Vet. lib. Sed ad conciliandos. Quod genus dicendi planius est. P. VALERIVS legatus missus.) P. Valerium Flaccum, quem suprà Q. Fuluium Flaccum bis per mendum vocauit, significat. Hoc autem loco vulgo T. Valerius legebatur in vet. lib. hoc nomen omissum est. Suspicor autem ne M. Liuius potius reponendum sit, præsertim quòd eo præfecto Tarentum amissum sit, Polybio, Liuio, & Plutarcho auctoribus, quanquam apud hunc mendosè est μάρκιον λεύκιον, pro μάρκον λίβιον. [Hæc ex Glareani cõmentarijs habet, omisso eius nomine.] Spe labefactandæ fidei haud absistens Salapiam tendit.) Vet. lib. Haud absistens, hoc sensu: Annibal vbi se à proditoribus Tarenti non excipi vidit, haud diu ad Tarentum absistens Salapiam tendit, quòd celeritate discessus speraret, se fidem hominum esse labefactaturũ, se Tarenti capiendi causa cùm venisset, elusum esse, si legas: haud absistens spe, id erit æquè ac si dicas: Haud spe destitutus.

Et insulam, & arcem, & alia quæ poterat, quæque opportuna erant, præsidijs firmarat.) Insulam, Syracusarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam, vt pòst dicam. 425

Transuecti per Thicam.) Vet. lib. Ticam. legendum est autem Tycham vel Tychen, pars vna & hæc Syracusarum fuit, quòd ibi templum Fortunæ esset, ita appellata: auctor Cicero in Verrem. In Acradinam.) Vet. lib. Achradinam. Sic Stephanus ἀχραδίνη νῆσος ἔχουσα πόλιν ὧ ἐπολέμησε μάρκελλος, ἡ ἀχραδίνη μοῖρα συρακουσῶν. Hanc partem etiã Syracusarum fuisse scribit eodem in loco Cicero.

Vtrum quod satis libertatis foret, contenti nece tyranni essent.) Vet. lib. libertati, id est, quod ad libertatem recipiendam satis valeret. 426

Periculumq; ingens manet, nisi communi concordiæ consulitis, ne libera efferatur res. Pòst hanc orationem.) Nihil est obscurius his verbis: Ne libera efferatur res. Qua de re nos etiam admonuit Glareanus. Dicam ipse quid sentiam: puto legendum esse, Ne libera efferatur resp. Fecit enim litera prima sequentis vocis, Pòst, vt librarius literam, P, inconsultò præteriret. Verba autem sunt ad tyrannicidas, quorũ hic est sensus: Quæ egistis magna sunt, sed inchoata vestra gloria nondum perfecta est. Nam nisi ciuitatis cõcordiæ consulitis, timendum est, ne resp. liberata intereat, quasi dicat: nõ est satis ciuitatem tyranni de liberare, nisi intestina seditione liberetur, alioquin fiet, vt quodammodo libera seruiat. Quòd autem dixit, Efferatur, verbo vsus est translato. Efferri enim dicuntur cadauera. Sic lib. 28. Meo vnius funere elata populi Rom. esset Resp.

SOPATRVM, ac Deomenem.) Vet. lib. Dionem. Dein factio, & pauci auctores.) Vet. lib. Ac perpauci auctores. THEMISTIO.) Vet. lib. Themisto, & sic vbique.

Sicut tum extemplò prætores rogationem promulgarunt.) Vet. lib. Sic tum extemplò. Vt omnis regia stirpis interficeretur.) Vet. lib. Vt omnes regiæ stirpis interficerentur. 427

Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filiam.) Vet. lib. Demarata. Item filias. Stirps autem Hieronis regis hæc fuit.



Classem nauium centum Romanus habebat.) De Ap. Claudio loquitur, de quo ita Polybius lib. 8. ἄππιος μὲν ἑκατὸν πεντηκοῖς σκάφεσι, μάρκος δὲ κλαύδιος πεζικὰς ἔχων διακοσμεῖς ἐφώδευε τοῖς κατὰ τὴν σικελίαν. 428

Vtra societas sit vtilior longè minoris adeò rem momenti consultatione esse.) Vet. lib. consultationẽ. Hinc ego, ad consultationem lego. Sic enim paulò pòst: Esse etiam momenti aliquid ad consilium. Et Cicero de Fin. Ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum. Sed tamen Hieronis potius.) Si rectè attendas, nihil huic sententiæ deesse reperias, contrà quàm statuit Glareanus, qui subaudit verbum offendere. [Glareanus hoc loco nihil statuit, sed Academicum agit, vt solet.] 429

Vt Leontinos irent.) Vet. lib. Vt in Leontinos irent. Ducunt Megaram.) Vrbs Siciliæ Megara, quæ antè Hybla dicebatur auctore Stephano. Hanc etiam Megaras vocat Liuius. Et Plutarchus in Marcello, μεγαρέας πόλιν, fortè pro μέγαρας. 430

Ad Olympium, Iouis id templum est.) Thucydides ὀλυμπίειον vocat lib. 7. Huius templi Iouis Olympij Syracusis meminit lib. 16. Diodorus, ita: κατέσησε ἡ πρὸς τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἐκκλησιαστὴν ἀγχίλῳ, ὧ ἀμφιπολίαν διὸς ὀλυμπίου συρακόσιοι καλοῦσι. 431

Iunctæ aliæ binæ ad quinqueremes &c. turres contabulatas, machinamentaq; alia quatiendis muris portabant.) Hoc sic Plutarchus in Marcello: ὑφ' ἡμερῶν ἑξήκοντα νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανικὸν ἄθλον ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος. Vterq; horum à Polybio sumpsit, qui li. 8. ita scribit: ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παρειλημμέναις τὰς τάρσους, τὰς μὲν δεξιὰς, τὰς δὲ τὰς δύο νύμας, ἃ συνεζευγμένας πρὸς ἀλλήλας συὼ δύο κατὰ τὰς ἐφιλωμένους τοίχους προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῶν ἐκτὸς τοίχων εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβήκας. Quas Poly. σαμβήκας dixit, turres contabulatas vertit Liuius. Porrò autem cùm vterque Græcorum horum auctorum octo quinqueremes nominet, quæ binæ coniunctæ fuerint exemptis remis interioribus, suspicor ne quid vitij sit apud Liuiũ, præsertim verò cum Polybij locũ hunc ad verbum verterit, sitq; legendum: Iunctæ aliæ binæ ad octo quinqueremes. Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus ferè cauis aperuit, &c.) Polybius sic: γενομένων δ' ἀμπῶν ἐντὸς ἕλκει πρὸς τῇ χῇ πέλιν ἑτέραν ὑποιμίκει παρασκεδὴν πρὸς τὰς ἀποκοπτομένους ἀπὸ τῶν πλοίων. ὡς αὐτόματους ὕπλους κατεπύκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστικοῖς τὸ μέγεθος κατὰ πᾶν ἐκτὸς ὄπαφάνειαν. οἷς τοξόται καὶ σκορπίδια παρεσήσας ἐντὸς τῶν τειχους, καὶ ξύλλων διὰ τύπων ἀχρήστους ἐποίει τὰς ὄπας. Quæ propius quidem subibant naues quo interiores ictib. tormentorum essent, in eas tollendas desuper murum eminentem ferrea manus firmæ catenæ illigata, cum iniecta proræ esset, grauique libramento recelleret ad solum suspensa prora nauim in puppim statuebat. Pulcherrimus locus ita deformatus est, vt nulla ne que sententiæ, neque latinitatis adsit integritas. Describit autem machinamenti rationem, quo Archimedes naualem belli apparatum, & oppugnationem Syracusarum elusit. Vitium verò est in his vocibus. In eas tollendas desuper murum eminentem. Quæ quid ad rem pertineant, non satis apparet. Ego autem vestigia germanæ lectionis sequutus, quæ sunt in vet. lib. hoc modo: In eas tollendo desuper murũ eminente ferrea manu. Corrigendum puto: In eas tollenóne super murum eminente ferrea manu. Est autem tolleno machina quæ ferrea manu sibi illigata naues in altum suspẽdebat. De qua sic Festus: Tolleno dicitur machinæ genus, quo trahitur aqua in 432

alteram partem prægrauante pondere. Et Vitruuius li.4.ca.21. Tolleno dicitur quoties vna trabs in terrā prælatā defigitur, cui in ſummo vertice alia tranſuerſa trabs longior dimenſa medietate connectitur eo libramento, vt ſi vnum caput depreſſeris, aliud erigatur. Eſt autem vſus hac voce Liuius li.etiam 38. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitésue robuſtos incutiebāt. Eſt aūt hic horum verborum ordo. Tollenone ſuper murum emiſſo Archimedes prora nauis ſuſpenſa è ferrea manu firmæ catenę illigata, cum eadem manus iniecta proræ eſſet, & graui libramento ad ſolum recelleret, ſtatuebat nauim ipſam in puppim. Hoc autem ſic Polybius lib.9. ἅμα δ' καθίει χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἀλύσεως δεδεμένην, ἣ δραξάμενος ὁ τὸν μεράλην διακίζων, ὅθεν ὑπολάβοιτο τὴ πρώρας κατὰ γε τὸν ἠέρναν τ μηχανῆς ἐντὸς τῆ τείχης, ὅτε δ' ἀνφίζων τὸν πρῶραν ἀρθὸν ποιήσειε τὸ σκάφος ὅλη πρύμναν, τὰς μὲν πρώρας πᾶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθίστατο, τὸν δ' χείρα, καὶ τὸν ἄλυσιν ἐκ τ μηχανῆς ἐξήρτανε διὰ πινὸς χαρισηείας. ἢ γενομένου πνὰ μὲν τῶν πλοίων πλάγια κατέπιπτε, πνὰ δ' κατεσέρετο, πὰ δ' πλεῖστα τ πρώρας ἀφ' ὕψους ῥηθείσης ἐμπιζόμενα πλήρη θαλάττης ἐγίνετο, καὶ παραχῆς. Et Plutarchus ita in Marcello: τῶν δ' νεῶν τὰς μὲν πρὸ τειχῶν ἄφνω ὑπερωρούμενα κεραίαις, τὰς μὲν ὑπὸ βείβης σηείζον καὶ αὖθις ὠθοῦσα κατέπινεν εἰς βυθόν, τὰς δ' χερσὶ σιδηραῖς, ἢ σόμασιν εἰκασμένοις γεράνων ἀναπτῶσα πρώραθεν ὀρθὰς ὅλη πρύμναν ἀνέβαλλιζον. Hic ſenſus atque hæc lectio cùm & Polybij, vnde Liuius, & Plutarchi, qui à Liuio ſumpſit, verbis confirmetur, ſatis magnam apud quenq;, vt reor, habebit auctoritatem. Dein remiſſa ſubitò, velut ex muro cadente nauim cum ingenti trepidatione nautarum, ita vndæ affligebant, vt etiam ſi recta recideret aliquantum aquæ reciperet.) Legendum puto, affligebat, vt vox Vndæ, ſit caſus dandi, non nominandi, hoc ſenſu: Archimedes qui ſuſpēſa prora nauim in puppim ſtatuebat, eadem remiſſa eandem vndæ affligebat. Eſt autem dictum: Affligere vndę, vt lib.44. vaſa parietibus affligunt. Et apud Ciceronem pro Rabirio: Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij afflictam nauim videres. Hoc autem dixit Plutarchus: τοῖς ὑπὸ τὸ τεῖχ εἰκαιφυκόσι κριμνοῖς, καὶ σκοπίλοις πεσὼν ῥάσσειν. Ad Heracleam, quam vocant Minoam.) Vrbs Siciliæ, de qua Stephanus in vtraque voce: & Suidas. HIERONIS impenſis, Archimedis vnica arte.) Polybius: ὡς Ἱέρων μὲν χορηγὸν γενόμ τ, ἀρχιτέκτον δ' καὶ μηχανοῦ τὰ ὁπωνηπάπαν ἀρχημήδους.

433 Profectus Carthaginem, accitusque ibi, & ab legatis Hippocratis, & literis Annibalis, qui veniſſe tempus aiebat.) Qui, Accitus ibi, ſcribit, verè portenta ſcribit. Vet.lib.habent, Aditusq; ibi. Quid eſt, literis Annibalis aditus? nihil aliud niſi linguæ Latinæ monſtrum. Legendum ergo: alteriusque, vt intelligamus, Imilconem ab legatis Hippocratis, & alteris Annibalis Carthagine eſſe aditum: nā in veteribus libris eſt, & literisque, præterea, Qui veniſſe tempus aiebant, non aiebat, vt ad vtrunque referatur. Circa Accillas vrbem.) Vet.lib. Acrillas, atque ita puto legendum: Nam Stephanus pòſt ἀκραίφιαν vrbem ſic ait: ἀκρίλλα πόλις σικελίας οὐ πόῤῥω συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν ἀκριλλαῖ. Idém mendum eſt apud Plutarchum in Marcello, qui inquit: εἶλε δ' τὸ ἱπποκράτες πρὸς ἀκίλας σρατόπεδον. ACRAS perfugit.) ἄκρα ὅλη συρακουσίων κτῆμα: Stephanus. Adeò vterque populus in Siciliam intentus fuiſſe vi deri poterat.) Quid ſi legas, optarat, id eſt, adeò Romanus Pœnuſque optarunt videri in Siciliam intētos eſſe, vt ab Italia in Siciliam verterint bellum. Murgantiam primùm.) Strabo μοργαίπαν vrbem in Sicilia nominat: Stephanus etiam μοργαίπαν dici ſcribit. AENNA in excelſo loco.) Vet.lib. Enna. Item Græci ἔννα.

434 Præſidio decedere apud Romanos capitale eſſe, & nec liberorum etiam ſuorum cauſa parentes ſanxiſſe.) Vet.lib. Eam ſanxiſſe, vt videatur eſſe legendum: & nece liberorum etiam ſuorum eam parentes ſanxiſſe, vt cùm ait: Eam, legem intelligamus, qua capitale factum erat, præſidio decedere, ita vt ad rem referatur, nō ad verbum, placet autem, vt de Torquato, qui in filium animaduertit, intelligatur, vt Valla docuit. Cauete ne quiſquam ex ijs ſuperſit.) Vet.lib. Cauete, quiſquam ex ijs ſuperſit. Si vitiandæ, non ferendæ cauſa.) Vet.lib. Inferendæ.

435 Fugaque & cædes omnia tenet.) Vet.lib. Tenent.

436 Ceſſere inde Romani propius pacata loca.) Vet.lib. Per prius pacata loca.

437 Saguntum oppidum, quod cauſa belli eſſet, octauum iam annum ſub hoſtium poteſtate eſſe.) Si primo huius belli anno captum Saguntum eſt, hic autem annus eiuſdē belli eſt quintus, vt Liuius auctor eſt, profectò pro octauo quintum annum eſt reponendum. [Hæc ex Glareano habet tacito eius nomine vt ſolet.] CN. Fuluius Centimalus.) Vet.lib. & lapid. Capitol. Centumalus. [Ita Badius.] Quod in Coſſano agro eſt.) Vet.li. Compſano. Eſt autem Coſſa Etruſcorum, Compſa Samnitium. Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra venit.) Valerius eandem hiſtoriam recitat li.2.ca.1. vbi eſt Sueſſam, pro Sueſſulam. Et is, vt deſcenderet ex equo, inclamauit.) Vet.lib. Et vt is deſcenderet. CLASSIVS Altinus Arpinas.) Vet. lib. Claſsius Altinus Arpinus, rectè: ab Arpis enim erat, vnde Arpini, non ab Arpino, vnde Arpinates dicti.

438 Si ſibi præmio foret.) Vet.lib. præmium. Cùm eam tunc rem ad conſilium retuliſſet Fabius, aliis pro transfuga verberandus, necandusque videri.) Vet.lib. pro, alijs, Altinus habent, perſpicuè verum. Vt proditio pro ſeptemuirali iudicio eſſet.) Vet.lib, Proditis pelli ſeptemuirali iudicio eſt. Locus deprauatus eſt. Ad Faleriorum, Pyrrhiúe proditorem.) Falerijs ludimagiſter principum libros Camillo tradidit, Nicias, vel Timochares ſe veneno ſublaturum eſſe Pyrrhum Fabricio pollicitus eſt, in vtrunque animaduerſum eſt. Liuius libro quinto, Gellius lib.3.cap.8. Et non vocitent, documentum autem ducat.) Vet.lib. Et non nocitiuum documentum: & hic locus inſanabilis eſt, niſi quis de ſuo addens diuinare velit.

439 Ab altero prætore Sempronio Tuditano oppidum Cliternum expugnatum.) Tuditano Ariminū prouincia obtigerat. Itaque pro Cliterno, repono Aternum, quæ vox eſt in veteribus libris: & Strabo li.5. Aternum oppidum eſſe ait cum flumine eiuſdem nominis Piceno vicinum. Cliternum collocat Ptolemæus in Sabinis. [Antonius Sabellicus ante Sigonium hoc docuit.]

440 SYPHAX erat rex Numidarum.) Hunc eundem Maſæſulorum regem fuiſſe ſcribit lib.28. his verbis, Syphacem primū regem ſtatuit tentare. Maſæſulorum is rex erat. Et li.29. Maſæſulorumque fines, id Syphacis regnum erat, Egregiè: erant enim Maſæſuli & Maſſyli Numidiæ populi, vt eſt apud Dionyſium de ſitu orbis.

Τοῖς δ' ὅτι δὴ νομάδων πυρὸ πέπλατο δῶτα θύλα,
Ἔνθα μασσυλιοὶ τε, καὶ ἀγρόνομοι μαυσιλῆες
Βόσκονται.

Et Appianus in Lybico: Νομάδων δ' τῶν ἐν λιβύῃ λαυκέσι μὲν ἦσαν κατὰ μέρη πολλοὶ. σύφαξ δ' ὑπὸ πᾶσιν καὶ πρώτος εἶχε πεδὸς ὅλη ἐλαίων ὄπωνῶν. Quod autem Maſſaniſam Maſæſulorum item regem vocat, mendosè, pro Maſſylorum vocat: ſiquidem in hoc libro haud ita multò pòſt ait: Galam Maſſaniſæ patrem in altera parte Numidiæ, Maſſylia ea gens vocatur, regnaſſe. Et Appianus in Libyco ait: μασσυλίων δ' οὗ γένους ἀλκύμη πατὴς λοῦ τῆ βασιλέως μασανάσσης. De Maſæſulis autem ſic Stephanus: μασσαυλία χώρα λιβύης πεδεσχὼς ἦ ὅλη μαυρισίων. τὸ ἐθνικὸν μασσαυλοὶ, καὶ μασσαυλιεῖς, καὶ μασσαυλῖται. De Maſſylis autem ſic: μάσυλοι λιβυκὸν γένος. πολύβιος ἐν ἕβδόμῳ μασυλεῖς αὐτὺς φησί. Et Euſtathius in Dionyſium: μασυλιᾶς δ' πολύβιος μασουλεῖς γράφει. Hoc autem ita eſſe tum demum credidi, cum veteribus libris Liuianis, & epitomarum diligenter inſpectis, Maſæſulos Syphaci, Maſſylios Maſſaniſæ aperte attribui vidi. Cuius rei nodum implicuit magis, quàm ſoluit Glareanus. [Glareanus neutiquam implicat,

Tu

Tu implicas tuis allegationibus & reticentia. Quin explicas in quibus nationibus: aut Africæ locis habitent Massyli, & in quibus Massæsyli.] Cum duobus Romanis relata Numida, legatosque Hispaniam misit.) Vet.li. Relata, Numidasq; legatos, vt præter Romanos legatos, quos remisit, Numidas & ipsum misisse intelligamus. Ad capiendam fidem ab imperatoribus Romanis.) Vet. lib. Ad accipiendam. MASSYLA ea gens vocatur.) Vet.lib. Massylia. MASANISSAM.) Massanisam, Græci enim μασανίσσης, Vet.lib. Massanisa. SYPHAX cũ paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas, extremi prope Oceanum aduersus Gades colunt, refugit.) Legendum puto, Numidis, quasi cum paucis equitibus Numidis refugerit. Hoc facio, ne Maruſios in Numidia reponamus. Quo nihil potest esse ineptius.

IN EPITOMEN LIBRI XXV.

ANNIBAL vrbem Tarentum præter arcem per Tarentinos iuuenes, qui se noctu venatum ire simulauerãt, 441
cepit.) In Vet.lib. est. Præter arcem, in quam præsidium Romanorum fugerat, per Tarentinos, &c In insidias ductus,) Vet.lib. Deductus. Conflixit acie cum Annibale, qui cum exercitu eum cæcidit.) Vet.lib. Conflixit cum Annibale, & cum exercitu cæsus est. Ad triginta septem millia cæsa ex mille octingentis præda ingens capta.) Emenda ex vet.lib. & ipsomet Liuio. Ad mille octingentos triginta capti. præda ingens parta.

IN LIBRVM XXV.

SALENTINORVM.) Sallentinorum, vt antè dixi. Eodem tempore in Bruttijs ex XXII. populis, qui anno priore ad Pœnos defciuerant, Consentini & Thurini in fidem populi Rom. redierunt.) De Bruttiorum defectione sæpius agit Liuius. Omnes locos nominabo, vt si quid in hac re difficultatis infideat, leuemus. Anno DXXXIIII. Varrone & Paullo consulibus post Cannensem cladem ita loquitur: Defecere ad Pœnos Bruttij omnes Lucani, præter hos Surrentini, & Græcorum omnis fermè ora Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique. Lib. 22. Eodem anno lib. XXIII. ita. Petillia in Bruttijs à Pœnis capta, post Consentia. Tum Croto vrbs Græca à Bruttijs occupata. Postremò Locrenses defciuere ad Bruttios, Pœnosque. Rhegini tantummodo regionis eius in fide erga Romanos ad vltimum manserunt. Anno DXXXV. Ti. Sempronio consule, & lib. 24. scribit Rhegium à Pœnis frustrà tentatum. Locros ab eis captos. Croto à Bruttijs occupata, omnis Locros multitudo translata. Anno DXXVII. Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus, li. 25. ita. In Bruttijs ex XII. populis, qui anno priore defciuerant, Consentini & Thurini in fidem populi Rom. redierunt. Hoc loco, priorem annum videtur intelligere, annum DXXXV. & redituſn ad Romanos factum esse anno D XXVI. quanquam de eo scribat in anno DXXXVII. illo anno omnium Bruttiorum populorum, quos hoc loco XII. fuisse ait, defectionem factam esse accipere debemus: ita vt ter de hac re locutus sit: primùm breuissimè, pòst aliquanto latius, idque non suo anno, sed anno DXXXIIII. ad Cannensis cladis damna ingentia demonstranda, qua consternati tot populi defecerint: postremò latissimè anno suo DXXXV. quanquam ibi nihil de Petelia, & Consentia dixit, de quibus obiter antè dixerat. Hæc mihi pluribus verbis exponenda fuerunt, vt quoquo modo possem Liuium à Glareani obrectatione mea interpretatione defenderem, paulò pòst ostendam videri hoc loco legendum esse, Derinæi, non Thurini. [Glareanus secutus est Codicum quos habere potuit fidem, pulchrè occasionem præbens alijs inquirendi meliores codices. Hic omnia putat eo animo à Glareano facta, quo animo ille vbicunque Glareani scripta vellicare conatur. Hoc etiam malè habet hominem, quòd Glareanus Liuium non vt deum colit, sed vt alium hominem sanæ mentis.] Præfectus socium.) Egregiè: tales enim fuisse præfectos scribit Polybius lib. 6. παραφέρονται δ' αὐξήσεως ἀρχοντες παρὰ βάλληνοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οἱ τοῖς ὑπάτοις τὰς ὁπλιοτάτους παρὰ τῶν ἀλλοδαπῶν χρείαν ἐνεστώσαν παρεγγενόντων συμμάχων ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς ἐξάγειν τὰς ὁπαγομένους ἐπιφαρσιναείους, ἃ μαθαρμωσάμενον, ὁπλίκτας. Multa prælia parua, haud vllum dignum memoratu fecit.) Vet.lib. Haud vlla digna memoria fecit. Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes.) Eandem rem expressit sic libro quarto: Animos multiplex religio, & pleraque externa inuasit, nouos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quæstui sunt capti superstitione animi. Cùm emoueri eam multitudinem.) Vet.lib. Emouere. M. ÆMILIO prætori vrbis negotium datum est.) Emendandum est M. Atilio prætori vrbano. Nam hoc anno M. Atilius prætor fuit vrbanus, M. Æmilius peregrinus. Sic enim suprà Liuius. M. Æmilius prætor, cuius peregrina sors erat, iurisdictionem Atilio collegæ prætori vrbano mandarat, vt Luceriam prouinciam haberet. Item hoc libro infrà: Prætorum Fuluij Flacci, quæ Luceriæ sub Æmilio prætore essent. In libris porrò vet. est pro vrbis, vrbano, quomodo scribendum esse videtur. Edixit, vt quicunque libros vaticinios, precationésue, aut artem conscriptam sacrificandi haberet, eos libros omnes, &c.) Hinc lib. 39. Quoties hoc patrum maiorumque ætate negotium est magistratibus datum, vt sacra externa fieri vetarent? sacrificulos, vatesque foro, circo, vrbe prohiberent? vaticinios libros conquirerent, comburerentque omnem disciplinam sacrificandi præterquam more Romano abolerent. C. PAPYRIVS C.F. Maso.) C. Papirius C.F. Maso, ex consulatu eius Capitolino, in quo primus in monte Albano de Corsèis triumphauit.

CN. Seruilius Cepio.) Cæpio ex Capit. lap. nummis argenteis, Græcis monumentis, in quibus est κωπίων, & 442
permendum, κηπίων. L. QVINTIVS Flaminius.) L. Quinctius Flamininus. ex lapid. Capito. CENTONEM.) Centhonem, lap. Capit. C. Claudius hic Centho Dictator consul antè fuerat cum M. Sempronio Tuditano. Primo comitiali die.) Varro libro 5. Comitiales dies dicti, quòd tum iret populus ad suffragia ferenda, nisi si quæ feriæ conceptæ essent, propter quas non liceret, vt Compitalia & Latinæ. CN. Fuluius Flaccus, Claudius Nero.) Vet.lib. C. Claudius Nero. Eodem pòst etiam prænomine in consulatu afficitur. M. IVNIVS Syllanus.) Silanus, ex Capitol. lap. & Græcis libris σιλανὸς. P. Cornelius Sylla.) Lap. Cap. Sulla. Cæterùm P. hic Cornelius Rufinus dicebatur, in hoc autem magistratu Suellæ cognomen inuenit, vt pòst dicam. ÆDILIS Curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui pòst Africanus fuit cognomen.) Placuit hoc loco, adscribere. Polybium li. 10. auctorem esse, P. Scipionem cum L. Scipione fratre ædilem fuisse. Quod innuit etiam Velleius libro secundo cùm ait. Nam censura Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod solis contigerat Scipionibus. Commemorat enim fratres collegas in aliquo magistratu. ÆDILICIA largitio hæc fuit.) De largitionibus ædilium Cicero libro secundo de Officijs. M. FVNDANIVS.) Vet.lib. M. Fundanius Fundulus. Rectè est enim Fundulus Fundaniorum cognomen. Quod ex consulatu Capitolino C. Fundanij Funduli anno DX. intelligi potest. CLAVDIVS Nero Sueſſulam.) Vet.lib. C. Claudius, vt antè. M. IVNIVS Syllanus inter consules.) Assentior Vallæ & Glareano, quatenus voces illas, inter consules, mendosè esse dixerunt: dissentio ab ijsdem, quatenus pro ijs, Etruriam, esse restituendum putarunt. Neque verò nego. quin M. Iunius prætor Etruriam sit sortitus, siquidem in anno sequẽti ita ait: Prætoribus prioris anni

M.Iunio in Etruria,P.Sempronio in Gallia prorogatum imperium est,sed illud dico,non Etruriam,sed Tuscos esse reponendum,non solùm hoc in loco,sed etiam in frà,vbi ait:M.Iunio inter consules legiones vrbanæ prioris anni datæ,vbi,in Tuscos,legendum esse dico.Me autem,vt ita sentiam,adducit primùm Liuius, qui ita loqui solitus est,vt in anno DLX.Prætores prouincias sortiti L.Aurunculeius vrbanam,Cn.Fuluius peregrinam,L.Æmilius Regillus classem,P.Iunius Tuscos:& paulò pòst:P.Iunius in Tuscos exercitum scribere iussus: deinde erroris verisimilitudo.Nam pro Tuscos,vel in Tuscos:factum est à librarijs intus COS.& inter COS. Quæ qui explicare omnibus literis voluerunt,inter consules,& intus consuli,& creatus consul,hæc enim omnia in veteribus libris alijs atque alijs inueniuntur,scripserunt. HISPANIÆ P.Cn.Cornelius.)Vet.lib.P.& Cn.Cornelijs. Populantem temerè agros in Lucanis.) De eo ita huius libri initio.Prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio iusti ducis speciem nactus. Quia publicum periculum erat à vi tempestatis in ijs,quæ portarentur ad exercitus.)Hac de re sic lib.24.extremo.Alterum postulatum publicanorum fuit, vt quæ in naues imposuissent,ab hostium tempestatisq; vi publico periculo essent. Ea fraus indicata M.Æmilio prætori priore anno fuerat.) Superiore anno,vt ostendi,M.Atilius in vrbe mansit,quippe qui prætor esset vrbanus:reliqui prætores in prouincias profecti sunt.Ergo M.Atilio,vt antè corrigendum. Quia patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant,populus seuerior vindex fraudis erat.)Miratur Glareanus quid sit,quod cùm populũ fraudis vindicem vocet Liuius,paulò pòst,plebis consiliũ habitũ esse hac de re dicat,neque intelligit,cùm de tributis comitijs agitur,vt hoc loco,populum pro plebe accipi,præsertim verò cùm ab comitijs patres essent exempti.

☞ [Hoc ipsum vult Glareanus populum pro plebe accipi,sed sic non tollitur obscuritas.] Quod Liuius tradidit lib.2.Insignem annum maximè tributa comitia efficiunt res maior victoria susceptí certaminis, quàm vsu: plus enim dignitatis comitijs ipsis detractum est patribus ex consilio summouendis,quàm virium,aut plebi additũ, aut demptum patribus:& eodem libro,Consules,nobilitasque ad impediendam legem in concione consistunt, summoueri Lætorius iubet,præterquam qui suffragium ineant.Item Gellius lib.15.ca.27. Is,qui non vniuersum populum,sed partem aliquam adesse iubet,non comitia,sed concilium edicere debet. Tribuni autem neq; aduocant patricios,neque ad eos referre de re vlla possunt.Ita ne leges quidem propriè, sed plebis scita appellãtur, quæ tribunis pl.ferentibus accepta sunt.Sæpè autem populi voce Patres etiam continentur,vt eodem in loco significat Liuius.Consul Appius negare ius esse tribuno in quenquam nisi plebeium,non enim populi,sed plebis eum magistratum esse. Tribuni plebis,&c.ducentûm millium æris multam M.Postumio dixerunt, cuius cernendæ cùm dies aduenisset.)Magistratus multare quenquam non poterat,sed multã pronunciare, quam deinde populus aut iuberet,aut remitteret.Illud erat multam dicere,hoc multam certare. Sic lib.3. de Legibus Cicero:Magistratus nec obedientem,& nocuum ciuem multa, vinculis, verberibúsue coercento, ni par, maiorúe potestas prohibescit,ad quos prouocatio esto.Cùm magistratus iudicasset, irrogassitúe,per populum multæ,pœnæ certatio esto.Et Philip.XI.Crassus consul Pont.Max.Flacco collegæ Flamini Martiali multam dixit,si à sacris discessisset,quam multã populus Rom.remisit.Sic Liuius paulò pòst: Tribuni pl.omissa multæ certatione rei capitalis diem Postumio dixerunt.

443 Testulis datis tribuni populum summouerunt, cistellaque allata est,vt sortirentur,vbi Latini suffragium ferrent.)Vet.lib.habent,omnes,Vestibus datis.Quæ lectio neglecta est sine causa.In eiusmodi enim re sic loquitur Cicero in prætura vrbana: Accusabo,respondebis:testibus editis ita mittam in consilium,vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem,tamen isti turpe sibi existiment,non primo iudicare:& lib.26.Liuius.Bis est accusatus, pecuniæque anquisitum,tertio testibus datis,cùm iurati permulti dicerent,fugæ initium à prætore ortum,tanta ira accensa est,vt capite anquirendum concio succlamaret:Sic hoc loco:Tribuni qui diem dixerãt,datis testibus summouent populum,vt tribus ad suffragandum introuocent. Quod est æquè atque iudices in consilium mittere.Præterea pro,Cistella allata est.Vet.lib.habẽt:Si te illaque lata est,vt sitella,magis probem.Sic Cicero li.1.de Nat.deorum.Vt igitur Ti.Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M.Octauio deferentem sitellam.Idem tamen est,cistula,vt ad Heren.lib.1.Ille nihilominùs cistulam detulit.Et paulò pòst: pontes distur bat,cistas deijcit.Has vocat ὑδρίας.Plutarchus in Tiberio:καὶ τὸν δῆμον αὐτῷ καλοῦντος δὴ τὸν ψῆφον. ἠρτέθησαν ἅπαν πλουσίοντες ὑδρίαι.Sitellam autem tulerunt tribuni, vt ea sorte tribus educerentur, in quibus Latini ciues Romani facti suffragium ferrent, quasi verò in alijs tribubus censerentur, in alijs suffragarentur. Consilio diem eximeret.) Nota forma dicendi aliorum interpretatione facta est. Cicero de legib.3. Diem tollere dixit. Idemque sæpius Eximere.Quod est,ne quid eo die conficiatur in populo,vel in senatu de re aliqua, vel dicendo, vel alia ratione impedire. Vos in ordinem coactos esse.)Idem est in ordinẽ redactus: Quo de genere dicendi sic Priscianus li.18.In ordinem redactus est,id est,inter viles & abiectos connumeratus est.Liuius lib.30.ab vrbe condita,Tribuni plebis in ordinem redacti pro contemptissimis habiti sunt.Hinc etiam extra ordinem redacti,pro egregijs dicuntur.Attici ἐχειροτονητὸς ἀφνὸς.ξενοφῶν ἑλληνικῶν δ,ὡῦ ὃ τος δ αὐὴρ δ' χαρὶς τε μᾶλλον ἢ σωτετιμένος, ἢ χειροτονητὸς ἀφετῆς. M.FVRIVM Camillum.)Hac de re lib.5. Decemuiros ante eum.)lib.3. Tribuni pl.vocarunt plebem.quæ ita sciuit.Si M.Postumius.) Hanc lectionem nobis olim restituit Valla, cùm legeretur Tribuni plebis vocarunt,plebesque sciuit,& ita:Tribuni plebem vocarunt. Nos autem germanam lectionem esse censemus,Tribuni plebis plebem rogarunt,plebesque sciuit.Sic enim li.3.M.Duilius tribunus plebis plebem rogauit,plebesque sciuit.Et li.26.Vt M.Antistius tribunus plebis rogationem ferret, sciretque plebs. Et li.27.Ex auctoritate patrum ad plebem latum,plebemque sciuisse.Et lib.31.Tribuni ad plebem tulerunt,plebesque sciuit.Et Cicero Philip.1.Hoc accepimus à maioribus ius rogandi.Consules populum iure rogauerũt, populusque iure sciuit. Nouus Põtifex M.Cornelius Cethegus.)L.Lentulus duobus sacerdotijs præditus fuit, Pontificatu,& Pontificatu maximo.In eius mortui locũ M.Cornelius Cethegus Pontifex factus est,P.verò Crassus Pont.Max. Et Licinius Crassus.) Vet.lib.Et P.Licinius Crassus,quo eodem prænomine postea in consulatu afficitur. Ante hunc intra centum annos, & viginti nemo præter P.Cornelium Calussam Pont. Max. creatus fuerat,qui sella curuli non sedisset.)Nusquam alibi Calussam cognomen reperi. Puto autem legendum esse,Scapulam,vt P.Cornelius Scapula intelligatur,qui annos ante propè viginti consul fuit. Vt qui minores septem & decem annis sacramento dixissent,ijs perinde stipendia procederent,ac si septem & viginti annorum,aut maiores milites facti essent.)Vet.lib.Ac si septem & decem annorum.Hæc est enim ætas militaris legib. constituta.Qui cum P.Lentulo militabant.)Hic anno DXXXVI.Siciliam prouinciã in prætura habuit, eandemque biennio pòst prorogato imperio obtinuit.

444 Consulem te M.Marcello.)Vet.lib.Consulem, inquit, te M. Marcelle. Qui capti à Pyrrho ad Heracleam erant.)Hæc pugna pugnata est P.Valerio Læuino consule duce. De qua Plutarchus in Pyrrho, Florus,Orosius,qui scripsit de Viris illustribus. Imperatore eo,cui.)C.Terentio Varrone lib.22. Ad Aliam prope omnis exercitus fugit.)lib.5. Ad Furcas Caudinas.)lib.9. Vt vlla ignominia ijs exercitibus inureretur.

tur.)Valla reſtituit,Inureretur,cùm in Vet.lib.legeretur:Quæreretur,vt hodie quoque legitur. Mihi verò vetuſta lectio placet,vt quemadmodum Cicero dixit,Quærere alicui honores,ſic Ignominiam quærere dicamus.Quod verbum eò huic loco accommodatius eſt,quòd genus ignominiæ,qua notati ſunt Cannenſes iſti milites,nouum & nunquam antea vſurpatum eſt.Cicero Philip.9.Vellem dij immortales feciſſent , vt viuo potius Ser.Sulpicio gratias ageremus,quàm mortuo honores quæreremus. Apud patres noſtros captiui.)Bello Pyrrhi. Ex Cannenſi acie.)Vet.lib.Pugna.

Dum ne quis eorum munere vacaret.)Id eſt,dum ne quis excuſatus vacationem haberet militiæ. Sic enim 445
lib.26.Quibus ſenatus miſsionem,reditumque in patriam negauerat ante finem belli. Reficiendis ædibus Fortunæ,& matris Matutæ.)Vet.lib.Fortunæ,& Martis,vt ſuſpicandum ſit,ne vox,Matutæ , afficta ſit ab ijs, qui Matris pro Martis legerunt. Ex ijs tredecim ferè nobiles Tarentini coniurauerunt.) Vet.lib. nobiles iuuenes Tarentini,egregiè:nam paulò pòſt ſubiungit: Conſpecta ea præda iuuenum eſt.Ex ijs autem quod ait,ob ea, intelligendum eſt,id eſt,ob ſupplicium de obſidibus Tarentinis ſumptum. NICO,& Philomenes.)Vet.lib. Philomenus.Polybius lib.8.νίκων καὶ φιλίμενον.

Nocte per ſpeciem venandi vrbe egreſsi ad eum proficiſcuntur.)Ex hoc loco incipit fragmentum huius hi 446
ſtoriæ apud Polybium libro 8.vnde hæc ad verbum ſumpſit Liuius:τὸν μὲν οὖν πρῶτον ὡς ἐπ' ἐξοδείαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆ πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῇ περὶ τὴν ἡμιχηλιονίων νυκτὸς , ἄλλοι μὲν συνκαθέντες εἰς τινα τόπον ὑλώδη τῶν ὁδῶν ἔμειναν.ὁ δὲ φιλίμενον, καὶ νίκων προσῆλθον πρὸς τὸν παρεμβολὸν, &c. Fide ſanxerunt,liberos Tarentinos leges, ſuaſq; omnia habituros.)Sic Polybius:αὐτοί τε τοῖς περὶ τ' αὐτίκαν ἔδοσαν πίστις, καὶ παρ' ἐκείνων ἔλαβον ὅτι τάχιστα ἐφ' ᾧ ταραντῖνοι ἐλεύθεροι ὦσιν, καὶ μήτε φόρος προσέσται κατὰ μηδένα τρόπον, &c. Donabat aut præfecto,aut cuſtodibus portarũ.)Polybius:διὸ τότε μὲν ἐπέτρεψαν ἐξιδιάσασθαι διὰ τῆ ἑλισκομένων θηρίων τρῶτον μὲν τ' ὅπλα τ' πόλεως πεπαγμένον γάϊον λίβιον,ἔπειτον δ' τοὺς μὲν φυλάττοντας τ' πυλῶνα.Quo in loco C.Liuium præfectum appellat,quem poſtea Liuius M.Liuium Macatum, Cicero in Catone M.Liuium Salinatorem. Ægrum ſimulabat.)Polybius:ὁ δ' πάλαι ἐσκεπάρισο σκῆψιν, ὡς ἀῤῥωστῶν. Tridui via aberat.)Sic Polybius:ἀπέχε τῇ στρατοπέδῳ τειῶν ἡμερῶν ὁδὸν τῇ πάρυ. Decem millibus peditum atque equitum,quos in expeditione velocitate corporum,ac leuitate armorum aptiſsimos eſſe ratus eſt,electis.) Polybius:πορευσάμενός τε ἔπ' ἴππέων, καὶ πεζῶν τοὺς διαφέροντας δύκινησίᾳ καὶ τόλμῃ πρὸς μυρίους τ' ἀριθμὸν. Quarta vigilia noctis.) Polybius:ἀπὸ τῶν ἐφοδίων. Præmiſisque octuaginta ferè Numidis equitibus,&c.)Polyb.τῶν δὲ νομαδικῶν ἱππέων εἰς ὀγδοήκοντα προχειρησάμενος, ἐπέλαβε προπορεύεσθαι,&c. Ipſe raptim agmine facto,quindecim fermè millium ſpatio caſtra ab Tarento poſuit.)Malim,agmine acto,quod eſt moto. Quod Liuius quindecim millia,Polybius ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους. Et ne ibi quidem nunciato,quo pergerent, tantùm conuocato milites monuit,via omnes irent,&c.)Malim,quo pergerent,de Annibale enim loquitur,de quo ſic Polybius:καὶ σωαθροίσας τοὺς ἡγεμόνας,κυρίως μὲν οὖν διασάφει τῶν ὅπλων,ἁπλῶς δ' παρακάλει συνέχειν ἕκαστον τῇ πορείᾳ ἧς ὑφ' αὐτὸν πορευόμενους, &c.quo in loco legẽdum eſt ex Liuio:κυρίως μὲν ὑ διασάφει.Illud etiam intereſt,quòd Liuius milites,Polybius duces conuocatos ſcribit. Neu quid niſi ducum iuſſu facerent.)Polybius:καὶ μηδὲν ἰδιοπραγεῖν παρὲξ ἧς προσαγομένων.Sic enim legendum,non autem:καὶ μηδενὶ δημοπραγεῖν.vt legitur vulgò. Interea adeò nihil obedienter curatum eſt,vt contrà pro argumento fuerit illa procurſatio Numidarum , Annibalem exercitumque caſtris non mouiſſe.)Breuius Polybius:ἡ μὲν ὅλης πρόξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτοπτῶ τῷ λίβι.id eſt , Ex his minus ſuſpecta tota actio Liuio Præfecto erat.Quod autem ait Liuius:Nihil obedienter curatum eſt , ab equitibus intellige, quos ad arcendas populationes Numidarum præfectus emiſerat. ANNIBAL concubia nocte mouit. Dux Philomenus erat cum ſolito captæ venationis onere.)Polyb.δεῖνοι τῶν προτοπορείαν κινήσαντος αὐτῇ γενομένου σπουδάζων σωάψαι τῇ τεί χει πρὸς μέσας νύκτας,καθηγεμένα ἡ φιλίμενον.ἔχων,ὃ παρεσκευάκως οὖν ἄρχιον αὐτῷ πρὸς τῶν διατεταγμένων χρείαν. Parte alia portam Temenitidam adiret Annibal.Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat, aliquãtum intra mœnia includitur.)Ve.lib.Temenida.Sic etiam Polyb.κατὰ τῶν ἀπὸ ἡ μεσογαίου πρὸς ἕω ὑκειμένων πυλῶν ὡς ἀπὸ τὰς τιμενίδας προσαγορευομένας πύλας. Quod ait:aliquantum intra mœnia includitur: intelligendum eſt nihil eiuſmodi de porta à Polybio afferri,ſed de ſepulchris quibuſdam,ad quæ Nico, & ſocij eius venerunt, vnde ignẽ excitarunt,vt & Polybius & Liuius ait:Editus ex compoſito ignis ab Annibale refulſit.Idem redditum ab Nicone ſignum.Hæc autem ſepulchra intra mœnia atque intra portas fuiſſe ſcribit Polybius:νίκων δὲ τὰς πύφους.τὸ δ' πρὸς ἕω μέρος τ' ἧς ταραντίνων πόλεως μνημάτ' ἦν πλῆρες,διὰ τὸ τὰς τελευτήσαντας θάπτειν ἔσ τ' καὶ νυῶ ἔντος.Et pòſt:διὰ ταῦτα θέπτην ἔσ τ' καὶ νυῶ τὰς μεταλλάξαντας ἐντὸς ἧς πυλῶν.In Vet.lib. eſt,Aliquantum intra mœnia includuntur, vt omninò locus hic totus videatur ita eſſe ſupplendus. Conuenerat autem vt Philomenus portula aſſueta venationem inferens armatos induceret,parte alia portam Temenida adiret Annibal.Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat. Nico cum ſocijs ad monumenta eſſet. Ea aliquãtum intra mœnia includuntur.Nam niſi ita ſuppleas, vanum erit quod ſequitur: Cùm portæ appropinquaret, editus ex compoſito ignis ab Annibale refulſit , idem redditum ab Nicone ſignum: Neque enim quid cum Nicone Annibali conueniſſet præceſsit. Editus ex compoſito ignis ab Annibale eſt,refulſitque.)Vet.lib.Ab Annibale refulſit. ANNIBAL cum peditum agmine ingreditur,equites ſubſiſtere iubet,vt quo res poſtulet,occurrere libero campo poſſent.)Polybius apertiùs,ait enim Annibalẽ in forum veniſſe,equites intra mœnia ſubſiſtere iuſsiſſe,quare paulò pòſt Liuius:Cum ſilentio in forũ ducti Annibale ſe iunxerunt. Portulæ parte alia.)Vertit ex Polybio ῥινοπύλιν, & πυλίδα portulam. Vix ſuſtinere grandis beſtiæ onus.)Polyb.εἰπόντῶ ὅτι βαρύ ὄντι,φέρουσι δ' ὧν ἄγειον. Sequutus ipſe cum expedito venatore.)Polyb.καὶ σὺν αὐτῷ νομαδικὸν ἔχων διασκεδῶν ἕτερῶ. Ingreſsi deinde triginta ferè armati.) Polybius Afros triginta fuiſſe ait.

Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres diuiſa partes per vrbem dimittit,Tarentinos,&Afros quàm ma- 447
ximè frequentia occupare iubet.)Sæpè fit,vt qui locum ſe emendare exiſtimet, is non ſolùm non emendet, ſed magis etiam deprauet,ac cuiuſdam ſenſus ſpecie cæteris facultatem cognoſcendæ labis omnem eripiat, vt hoc loco Valla,qui cùm legatur in veteribus libris, Tarentinos & infrà: putauit emendatum eſſe locum,ſi pro, infra, Afros,repoſuiſſet.Cæterùm Polybius docet non ita legendum , multò verò minus ita interpretandum hunc locum eſſe,neque enim aut Tarentini,aut Afri ab Annibale ad occupanda frequentia miſsi ſunt,ſed Galli ducibus iuuenibus Tarentinis,quod etiã addit Liuius:quanquã quid eſt,Frequentia? quis ſic Latinè locutus eſt vnquã? occupare frequentia.Polybius Gallis mandatum eſſe ab Annibale ait, vt aptiſsimas quasq; in forũ ferentes vias occuparent.Hinc ego voces,Tarentinos,& fœdiſsimè deprauatas eſſe exiſtimo,pro,& ferentes vias,vocẽ autem, infrà,in fora,legendam eſſe,vt ita ſit:Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres diuiſa partes per vrbem dimittit, & ferentes vias in foro quàm maximè frequentia occupare iubet.Atque ſenſum hunc eſſe exploratum habeo.Polybius:πομεζάσας δ' ἧς πελάτ' εἰς διχιλίους,καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη τότης σωίσησε ἧς νεανίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρ ἧς τῶν χρεὼν ζόντων πρᾶξιν, προσιέναι διαλαβεῖν ἧς εἰς τῶν ἀγορῶν φερουσῶν ὁδῶν ἰὰς δημοσίας.&paulò pòſt:παρεγενόμενοι δ' τοῖς πλείοσιν.

Sueſſulam fert. Præfectus primo excitatus tum ultu.)Polybius,C.Liuium præfectum ad portam,atque inde in arcem peruenisſe,item ſcribit.Liuius nomen præfecti omittit,ne notam familiæ ſuæ nomini aliquam inureret,ſiquidem C.Liuij præfecti culpa, quem ebrium etiam tum fuiſſe ait Polybius, Tarentum amiſſum eſſe conſtat. Terrorem & tuba audita ex theatro faciebat.Nam & Romana erat à proditoribus ad hoc ipſum præparata,& inſcienter à Græco inflata quis,aut quibus ſignum daret incertum efficiebat.)Vet.lib.Scienter,idque rectè:ſic enim Polybius:*οἱ μὲν ἢ φιλίμενον ἠπιμασμένοι σάλπιγγας ῥωμαϊκὰς, καὶ πινὰν αὐτοῖς χρῆσθαι διωαμένων διὰ τὴν σωηθειαν ἑάντες ἀφὲ τὸ θέατρον ἐσήμαινον.* Poſtquam lux certior erat,&c.tum Annibal Tarentinos ſine armis conuocare iubet.)Polybius:*ἅνν⊙ ὃ φωτὸς εἰλικρινοῦς, ὁ μὲν ἀνίβας ἐκέλευε τοὺς ταραντίνους ἄνδ ὅπλων ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγορὰν.* Perſecuti fuerant.)Vet.lib.Proſecuti:eſt enim officij verbum,quod huic loco conuenit.Polybius: *ἀπεχώρουν εἰς τὴν ἄκραν.* Recipere ſe in domos ſuas quenq; iuſsit,& foribus nomen ſuum inſcribere.) Polybius: *συντάξας ἕκαστον εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπαναλθόντας μετὰ ταυτῆς ὅθεν τὴν θύραν ἐπηχθάλατο, ταραντίνα.*Inde *τῷ ὃ ὅθεν τὴν ῥωμαϊκὴν κατάλυσιν ἐπηχθάλαντο ταυτὸ τοῦτο θαύματον ἔσεσθαι τὴν ξημίαν.*Liuius: Si quis in hoſpitio ciuis Romani nomẽ inſcripſiſſet,eũ ſe pro hoſte habiturum.Idem affert rationem,quæ non eſt apud Polybium. Vacuas autem cernebat domos.

Quam cùm & mari,quo in peninſulæ modum pars maior circumluitur,& præaltis rupibus,& ab ipſa vrbe muro,& foſſa ingenti ſeptam videret.)Et præaltis rupibus. Et vacat, ex vet.lib.& ſenſu ipſo. Intelligit enim arcem à mari præaltis rupibus ſeptam fuiſſe,ab vrbe muro & foſſa.Itaque quod Glareanus hunc locum ſequenti repugnare ait:Et eſt non altitudine,vt cætera,tuta,ſed loco plano poſita,nõ procedit:hîc enim de altitudine,quę mare ſpectat,pòſt de ea,quæ terram,loquitur,ſiquidem in plano poſitam eſſe ait.

448 Vallo vrbẽ ab arce interſepire ſtatuit.)Polybius:*ἐκεῖνε διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τ ἄκρας.* Et ſi ferocius procurriſſent.)Priſcianus Liuiũ ait hoc loco ſcripſiſſe procucurriſſent,vt Cato dixit:Concucurriſſe.Polybius:*ἀραστως ἦσ ῥωμαίων, καὶ τετολμικότ⊙ ὅπ χειρούνθσ τοῖς ναπεναντίοις.* Loci anguſtiæ eos,impedimentaq; alia opere iã cœpto alia apparatu operis morabantur.)Placet vetus lectio,Impeditaque alia, vt ſit alia loca impedita opere iam cœpto,alia impedita apparatu operis. Vt ſimul interfaciendo muro adiuuaret.) Vet.lib.in faciendo. Ad Galeſum flumen,quinque millia ab vrbe abeſt, poſuit caſtra.) Polybius: *κατεστρατοπέδευσε ὡσὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀπεχὼν τ πόλεως ὡσεὶ τ ποταμὸν ὡσεὶ μὲν πσὶ γαλαῖον, ὡσεὶ ὃ τοῖς πλείοσι παρασαρεύόμενον ὑδρόταν.* Miſſum à Metaponto præſidium Romanis fecit animum.)Polybius: *παραπησύσης ὐπ μεταποντίου ἐπιθείας εἰς τὴν ἄκραν κατὰ θάλατταν, βραχύτ τοῖς ἁυχαῖς ἀναθαῤῥήσαντες οἱ ῥωμαῖοι νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις.* Annibal,conuocatis principibus Tarentinis,omnes præſentes difficultates expoſuit.)Polybius:*ἀθροίσας τοὺς ταραντίνους ἀπεδείκνυε, διότ κυριώτατον ὑπῆρχε πρὸς τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς τὸ τ θαλάττης ἀπολαμβάνεσθαι.* Et paulò pòſt:*ἐδίδαξε δὲ ταραντίνους ὡς ἐὰν ἀποκλεισθῶσι τ κατὰ θάλατταν ἐλπίδος. οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, ὡσὶ πόσιας αὐτοῖς δ' ἀνάγκ ἐξαιτες, λείψουσι ταύτην, καὶ παραδώσουσι τ τόπον.* Quo ſi naues ſint.) Vet.lib.Quod ſi naues ſint. Aſſentiebantur Tarentini,&c.)Polybius:*ὧν ἀκούοντες οἱ ταραντῖνοι τοῖς μὲν λεγομένοις συγκατετίθεντο,*&c. Punicas enim naues ex Sicilia accitas id poſſe facere.)Polybius addit, fieri hoc per ea tẽpora non potuiſſe. Euadent,inquit.Annibal.)Ficta à Liuio verba,quæ non ſunt apud Polybium. Via, quæ in portum per mediam vrbem ad mare tranſmiſſa eſt,tranſueham naues.)Polybius:*ὁ ὃ σωσεωραικὼς τὴν πλατέ αν δυσὶακόσμητον ὄσαν, τὴν παράρχουσαν μὲν ἐνὸς τ διατειχίσματ⊙, φέρουσαν ὃ ὡσὶ τ διατείχισμα ἐκ τ λιμέν⊙ εἰς τὴν ἔξω θάλασσαν, ταύτη διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τ λιμέν⊙ εἰς τὴν νότον παρεξιέναι πλαγίας.*Ex his apparet legendum eſſe apud Liuium,ex portu,non,in portum. Vet.quidem libri,in portu,habent. Tranſtulit enim plauſtris naues è portu per vrbem ad mare,quod ad meridiem ſpectat. Contracta extemplò vndique plauſtra.) Latius rationem exponit Liuius,qua tranſuectæ naues ſint,quàm Polybius,qui breuiſsimè eam eſt complexus. Hunc ſtatum rerum Annibal Tarenti reliquit,regreſſus ipſe in hyberna.)Polybius: *ἀνίβας ὃ φυλακὴν παλιπὼν τ πόλεως ἐπέζευξε μ τ διωάμεως, καὶ παρεγένετο περὶ ⊙ δὴ τ ἐξαρχῆς χάρακα.καὶ τὸ λοιπὸν τῆ χειμῶν⊙ ἐν ταῦθα διατείβων ἔμενε κατὰ χώραν.*

449 In M.Æmilij prætoris vrbis.)Iam bis admonui priore anno A.Atilium prætorem vrbanum fuiſſe, non M. Æmilium,qui ad Luceriam cum exercitu fuit. Quare & hic M. Atilij prætoris vrbani,legendum. Ex huius Marcij duobus carminibus alterius poſtea aucta declarata auctoritas euentu,alteri quoque,cuius nondum tempus venerat,aſſerebat fidem.)Valla ſic legit:alterius poſt rem actam editi cum rato auctoritas euentu:at ex fide antiqui exemplaris ita legendum:alterius poſt ea acta editi certo auctoritas euentu.quãquam malim:poſt acta. Duo enim Marcij vatis carmina erant,inquit,quorum priore Cannenſis clades iam accepta prędicta erat:poſteriore Pœnorum fugatio ex ludis Apollini deo vouendis.Factum eſt autem,vt auctoritas prioris verſus, qui poſt acta editus fuerat,ex certo rei euentu comparata fidem quoque alteri,qui ante rem editus erat,attulerit.

Ijs ſiat eſca caro tua.)Vet.lib.Fluat.Ego,Fuat.Feſtus:Fuam ſim,vel fiam. Virgi.Tros, Rutulúsue fuat: verbũ antiquum eſt.hæc autem carmina redolent antiquitatem. Diomedis Argiui campos.) Strabo lib.6.*λέγεται ὃ ἀμφοτέρα διομήδους κτίσμα.καὶ τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολλὰ διείνυρται τῶν διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις διωαστείας σημεῖα.* Hoſtes Romaniſi expellere vultis.)Hic totus locus tractatur ijſdem verbis à Macrobio lib.1.Satur. quo in loco legitur: Hoſtem Romani ſi ex agro pellere vultis. Qui quotannis comiter Apollini fiant.)Vet.lib.& Macrob.communiter,quod eſt ſumptibus populi,& priuatorum,vt ſe exponens ſubdit. Priuati vti conferant pro ſe ſuisque.)Malim,Pro ſe quiſq;. Ijs ludis faciendis.)Vet.lib.& Macrob. His ludis. Nam is dius extinguet) Vet.lib.& Macrob.is diuus. Perduelles veſtros, qui veſtros campos paſcit placidè.) Vet. lib.& Macrob. Paſcunt. Ad id carmen explanandum vnum diem ſumpſerunt.)Facit Macrobius,vt putem, mendum eſſe in voce,Explanandum,inquit enim, Ex hoc carmine cùm procurandi gratia dies vnus rebus diuinis eſſet impenſus.Puto autem apud Liuium legendum eſſe,Expiandum.Eſt enim idem Expiare,quod Procurare.Eadem macula multos etiam Ciceronis locos fœdauit,à nemine,quod ſciam,adhuc notatos. Nam in oratione de reſponſis.Religionis explanatio vel ab vno Pontifice perito rectè fieri poteſt.vbi legendum eſt,Expiatio. Nam in eadem ait:Expiabo religionem ædium mearum.Et in Philippica prima:Vt inexpiabiles religiones in Rempublicam inducerentur.Item in eadem de reſponſis,cùm ait: Portentorum explanationes Etruſcorum diſciplina contineri voluerunt,Expiationes,reſtituendum.Et enim Valerius, qui ijſdem ferè verbis eundem locum libro primo,capite primo tractat,ait:Portentorum depulſas Etruſca diſciplina explicari voluerũt.Ac vereor etiam,ne cùm Cicero ait de Diuin.li.2.Si ea dij nobis obijciunt,quorum neque ſcientiam, neq; explanationẽ habeamus: legendum ſit,expiationem. Sacra Græco ritu facerent,ijsq; hoſtijs.)Ex Macrobio legendum, hiſce hoſtijs. Ludos prætor in Circo Maximo cùm facturus eſſet,edixit.)Prætor erat vrbanus P.Cornelius Sulla, idemque ludos Apollinares hos ludos,qui deinde ſolennes prætorum vrbanorum fuerunt,primus fecit. Eundem Decemuirum vocat Macrobius, ſic:Bello Punico ſecundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primùm ſunt inſtituti ſuadente Cornelio Rufo decemuiro,qui propterea Sybilla cognominatus eſt, & poſtea corrupto nomine primus Sylla cœpit vocitari.Hinc etiam Velleius libro 2.L.Cornelium Sullam, ſic enim eſt in lapid. Capitol. non

Syllam,

Syllam,Dictatorem,ſextum eſſe à P.Cornelio Rufino,qui Pyrrhi bello floruit, ait: Quod ita eſſe cùm diuturnâ Romanarum familiarum obſeruatione compererim,placuit etiam hoc loco ſubtexere.



Hi Seruij Sullæ Dictatoris fratris filij dicuntur à Saluſtio in coniuratione Piſonis.

Id pro cætera ſecordia,negligentiaque à Campanis actum.Nam paulò plus CCCC. vehicula miſſa,& pauca præterea iumenta.) Vet.lib.quadraginta,habent,non quadringenta:quod ad ſecordiam Campanorum demonſtrandam magis valet,de qua caſtigati ab Annone ſunt, atque ita profecto legendum. Alia prædicta dies.) Vet.lib.Prodita.Feſtus,Referri diem proditam.

Collegam quoque,& exercitum eius ſe acciturum,totumque eò verſuros bellum.) Vet.lib. Verſurum. Manipulares ſui primum tranſcendentem foſſam, dein legio tota ſequuta eſt.) Vet.lib.Primum ttanſcenderunt foſſam. Capta itaq; momento temporis,velut in plano ſita,nec permunita caſtra.) Paulo ante negauit Pœnorum caſtra in plano eſſe,cùm dixit: Tantum pauoris iniecerunt, vtſi in plano caſtra poſita eſſent,haud dubiè primo impetu capi potuerint,altitudo loci,& monumenta defenderunt. Nunc ait, Ea caſtra momento capta, æque atq; ſi in plano ſita,nec permunita fuiſſent. Itaq; non ſibi repugnat. 450

Itaque Metapontini extemplò metu,quo tenebantur,liberati,ad Annibalem defecere. Hoc idem eadem ora matris & Thurini fecerunt.) Anno DXXIIII. poſt Cannenſem cladem acceptam, ad Pœnos Græcorum omnem fermè oram, Tarentinos,Metapontinos,Crotonienſes,Locroſque defeciſſe ſcripſit lib.22.Quod dixi ita intelligendum eſſe,vt non ſtatim eos defeciſſe accipiamus,ſed ſequentibus deinceps annis, vt cuique paulo facultas oblata eſt.Nam Locrenſes,Cortonienſeſque defecerunt anno DXXXV. Nunc demum verò anno DXXXVII. Tarentini,& Metapontini,Thurini,& Conſentini priore anno à Pœnis ad Romanos redierant,vt initio huius libri dixit.ergo Thurini iterùm hoc anno deficiunt ad Pœnos. Itaque quoniam mirabile videri poteſt,eoſdem quotannis deficere,neque ſuſpectam eorum, à quibus ſemel defecerint,fidem haberi: in altero horum locorum mendum eſſe ſuſpicor,duoſque populos eſſe Terinæos,& Thurinos,ſuprà autem, Terinæi, & Cõſentini,hoc loco,Metapontini & Thurini legendũ. Nam & Strabo,& Plinius Conſentiæ Terinam, Ptolemæus Thurio Metapontum adnectunt.De Terina quidem Bruttiorum vrbe ab Annibale hoc bello euerſa,quòd ſe eam tueri poſſe deſperaret. Strabo libro ſexto. M.Atinius Thurinis cum modico præſidio præerat.) Veter. libri Thurijs. Rectè. Thuriæ enim etiam dicuntur. Atinius tamen cum paucis receptus.) Vet.lib. Cum paucis ſe recepit: malim tamen,Receptus.à Thurinis enim primùm receptum,pòſt ad naues deductum Atinium ait. Quòd vrbi tam propinquæ tertium annum impunita defectio eſſet.) Capua defecit anno DXXXIIII. Ex quo apparet, cum,tertium annum,dixit, annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin Quintum,erat ſcribendum. 451

Ad exta,ſacrificio perpetrato,angues duo.) De eodem prodigio Valerius cap.de prodigijs. Intentius exta reſerata ſeruarentur.) Vet.lib.Reſeruata ſeruarentur. Fideq; ab eo accepta,ſi Romanum is imperatorem tradidiſſet,liberos cum ſuis legib. venturos in amicitiam Lucanos, deducit Pœnum in locum pacis Gracchum adducturus.) Puto legendum eſſe,ſi manum ſibi imperatorem.In vet.enim lib.ſæpe eſt ſi pro ſibi, quod imperiti eius ſcripturæ fecerũt,is.Cæterùm verba illa:Deducit Pœnum in locum pacis,deprauata ſunt valdè. Vet.lib.Dedit Pœnus.Hinc hanc ego lectionem elicio.Fideq; ab eo accepta.ſi Romanum ſibi imperatorem tradidiſſet,liberos cum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos,dein edit,quem ſit in locum cum paucis Gracchum adducturus. Valerius lib.1.Gracchus hoſpitis inſidijs in eum locum deductus, in quo Pœnorũ dux Mago cum armata manu delituerat.Hunc tamen locum,quouſq; melior lectio inueniatur,ſignandum eſſe aſteriſco puto. 452

Ad Cn.Cornelium quæſtorem.) Ipſius Gracchi imperatoris. Tum Baditus progreſſus ante ſtationes.) Hanc totam rem alijs tamen verbis expreſsit. Valerius capit. de humanitate. 453

Itaque equeſtre prælium erat.) Veter.lib.Ita equeſtre prælium erat. Pugnatum tamen vt in nulla pariter duas amplius horas, concitata etiam donec dux ſtetiſſet Romana acie.) Huius lectionis auctor fuit Lau- 454

rentius Valla,cùm anteà legeretur:Pugnatũ tamen vt in nulla parte duabus amplius horis concitata donec dux ſtetiſſet Romanam aciem.Ex quibus verbis melior & ſententiæ aptior lectio mihi videtur elici poſſe, quàm quæ à Valla collecta eſt,hoc modo:pugnatum tamen duabus amplius horis vi in nullam partem cõcitata,donec dux ſtetit Romana acie.Sic loquitur etiam lib.27.pugnatum amplius duabus horis eſt,cedere inde cæpere, & lib.42. pugnatum eſt amplius tres horas,ita vt neutro inclinaret ſpes.Senſus eſt:Quanquam pugnæ haud dubius euentus erat,quòd & imperator,& exercitus apud Romanos deterior multo erat,pugnatum eſt tamen per duas amplius horas ita egregiè,vt in nullam partem Romana acies inclinari poſſet, donec dux eorum ſtetit, poſtquam aũt cecidit,fuſa eſt extemplo Romana acies. Caſilinum frumentũ conuectum,ad Vulturni oſtium,vbi nunc vrbs eſt,caſtellum communitum,antè Fabius Maximus munierat,præſidium impoſitum.)Quod dicat,Vbi nũc vrbs eſt,non eſt,quod deſiderari quicquam putet Glareanus.Vulturnium enim oppidum intelligit,quod ad ipſius Vulturni fluminis oſtium fuit,vt Strabo lib.5.tradit.duo autem maritima caſtella hoc loco nominat. Vulturnum,quod in ore fluminis,& Caſilinum, quod ad flumen ipſum Vulturnum fuit. Quod autem inquit,Vulturnum antè à Fabio Maximo communitum fuiſſe,χτισποώμενον intelligendum eſt:nõ enim ſupra Vulturnum, ſed Puteolos communitos eſſe à Fabio ſcripſit lib.4. Tria aũt fuiſſe caſtella hoc bello communita,Vulturnum, Caſilinum,Puteolos,ipſe paulò pòſt tradit:ita,Ap.Claudius conſul D.Junio ad oſtium Vulturni,M.Aurelio Cor ta Puteolis præpoſito,ipſe Capuam regreſſus Q.Fuluium collegam inuenit Caſilino omnia comporãtem, molientemq; ad oppugnandam Capuam. Quoq; Mutius prætor ex Etruria coemerat.) Vet.lib. Alij Minutius,

☞ alij Mutinius habent. Ego M.Iunius. [Hic vide annotationes Glareani, & an Sigonius,vel ipſe hunc locum e-
,, mendarit,cognoſces.]Eſt enim M.Iunius Silanus is,cui Tuſci,vt ſuprà diximus,euenerũt: neq; enim Minucius vllus per hæc tempora prætor fuit,& Q.Mucius triennio antè in Sardinia, non in Etruria fuit,& nunc in eadem prouincia prorogato imperio erat.Error natus eſt ex M.Iunius,Miunius,Minucius,Mucius.

455 Circa Herdoneam Romanæ legiones,& prætor Fuluius erant.) Suprà,Ardoneas, dixit,vt puto,per mendum,dum de Q.Fabio prætore Apuliæ loqueretur,in qua nunc eſt Cn.Fuluius. Annibal quidem haud quaquam ſimili exercitu,neq; ita inſtructo aderat.) Liber Vallæ habuit ita: Haud quaquã ſimili ſua,neq; ſimili exercitu.Ex quo ille correxit:Haud quaquam ſimili via. Ego verò reperi in vet.lib. Haudquaquam ſimili ſentẽtia, neque ſimili exercitu: Idq; probo.

456 C.Lectorium.)C.Lætorium lap.Cap.nummi argentei. P.Cornelio.)Sullæ præt.vrbano. De exercitu volonum.) Feſtus,Volones dicti ſunt milites,qui poſt Cannenſem cladem vſq; ad octo millia cùm eſſent ſerui,voluntariè ſe ad militiam obtulere. Ne per metum,& deſperationem hoſti ſe dederent.) Vet. lib. Ne qui per metum. Ab Sueſſula ex Claudianis caſtris.) Claudiana caſtra ſupra Sueſſulam à M. Claudio Marcello communita intelligit,de quibus ſuprà. Liberos eos,ac ſuis legibus victuros.)Suprà: liberos cum ſuis legibus.Græci vno verbo αὐτονόμους,vocant.

457 Deinde in piſcatoria quadam naui.) In,abeſt à vet.lib. Circumuectiq; ita ad caſtra Romana.)Ita, abeſt à vet.lib. Damaſippus quidam Lacedæmonius.) Vet.lib.Damippus.Plutarchus etiam in Marcello: Δαπιπὸν τινὰ σαφπάπλω vocat. Medius maximè atq; vtriuſq; opportunus locus ad portum Trogilorum, & cætera,viſus.) Malim:medius maximè vtriuſque opportunus locus viſus. Vacat enim vox, Atque. Ad portum Trogilorum.)De hoc loco ſic Thucydides lib. ſexto:οἱ δ' ἁλίσους,ᾗ ξύλα συμφορῆντες παρέβαλον ὅθι τὸν τροχιλον καλέμενον ἦπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ μεγάλου λιμένος ὅθι πλῶ ἑτέραν θάλασσαν τὸ ὄπτείχισμα. Turrim, quam vocant Galeagram.)Plutarchus in Marcello,πυργόπνια vocat,omiſſo Turris nomine. Qui ob id ipſum intentius cuſtodiebatur.)Plutarchus vertit, negligentius, cùm ait: φυλαπόμενον μὲν ἀμελῶς. Feſtum Dianæ.) Eandem rem Plutarchus. Prope Hexapilon eſt portula,ea magna vi refringi cæpta.) Plutarchus: ᾗ πὰ ἑξάπυλα διακόψας. Epipolas frequentem cuſtodijs locum.Stephanus: ὄπτολαὶ χωρίον ὑπόκρημνον προσεχὲς συρακόσιοις. θουκυδίδης ἐκτῷ. Thucydides autem libro ſexto:καὶ ὀνόμασαι ὡσὸ ἀφ' συρακουσίων διὰ τὸ ὀπτολῆς τὸ ἄλλου εἶναι,ὀπτολαὶ. Partium ſenſu non ſatis pertinente in omnia.) Sic Vet. lib. At Valla mauult, pertingente,Glareanus pertendente:

458 quaſi verò Cicero non ita dixerit de natura deorum. Venæ in omnes corporis partes pertinentes. In Inſula, quam ipſi Naſon vocant.) Partem Syracuſarum eo nomine intelligit. Illacrymaſſe dicitur.) Plutarchus idem tradit. Athenienſium claſſes demerſæ.) Hanc Hiſtoriam breuiter tangit Iuſtinus lib. 4..Plutarchus in Alcibiade.Thucydides. Tot bella cum Carthaginienſibus.)His de rebus lib.19.& lib.20. Diodorus agit. AD Eurialum ſigna referri iuſsit.)Stephanus:Εὐρυηλὸς ἡ μακρόπολις ἀφ' ὀπτολῶν. πολίχριον ᾗ τῶπο συρακουσῶν ὑπόκρημνον. INTER Neapolim & Thicam,nomina partium vrbis,& inſtar vrbium ſunt.)Sic Plutarchus: πρὸς πῶ ἔξω πόλιν, ἧς τὸ μὲν νέαν,τὸ ᾗ τύχλω ὀνομάζουσιν. Cicero etiam in Verr.6.Vnam Syracuſarum partem, Inſulam, alteram Achradinam,tertiam,quòd ibi fanum fortunæ eſſet,Tychen,quartam,quòd poſtremò ædificata ſit,Neapolim nominatam eſſe tradit:ergo Tychen,hoc etiam loco ſcribendum. Precantes, vt à cædibus & ab incendijs parceretur.)Vet.lib.Vt cædibus & incendijs parceretur. Ne quis liberum corpus violaret.)Plutarchus: ἀφ' ᾗ ἐλεθέρων σωμάτων ἀπεῖπεν ἅψασθ. Portis regione platearum patentibus.Portæ,inquit, caſtrorum patentes partem & regionem eam,quæ in Plateas ferebat,ſpectabant.Sic paulò pòſt: Exponitq; milites regione portæ, quæ prope fontem Arethuſam eſt.Fortè dictum pro,E regione,vt Cæſar. Cùm vterq; vtriq; eſſet exercitui in conſpectu, fereq; è regione caſtris caſtra poneret.

459 Vt non modò non lacrymis.)Vet.lib.Vt non modo lacrymis.Hoc modò ſæpius Ciceronem eſſe locutum, alij collectis multis exemplis docuerunt.Et vt ferro potius morerentur,quidam inuadebant ſoli hoſtium ſtationes.)Vet.lib.Ferro quidam inuadebant,vt vox,Ferro,iteretur. Multo tamen maior vis peſtis Pœnorum caſtra,quàm Romana,diu circumſedendo Syracuſas,cæde,aquisq; affecerat magis.) Vet.lib.Cæde,aquisque afferatur magis etiam hoſtium exercitu.Corruptiſsimus locus ſine aut meliorum exemplarium, aut Polybij, apud

☞ quem hæc hiſtoria intercidit,ope ſanari non poteſt. Itaque ſignandus eſt aſteriſco. [Idem Glareanus habet.] Haud in magna oppida,cæterùm & ſitu, & munimentis tuta,tria millia alterum ab Syracuſis,alterum quindecim ab oſtio.)Suſpectas habẽo voces ab oſtio:neque enim oſtij ſuprà vlla mentio: vereor ne corrupta vox ſit, pro

☞ diſtantia,quòd oppida illa, alterum tria,alterum quindecim millia ab Syracuſis abfuerint. [Et hic etiam hæſit
,, Glareanus.]

460 Miſsiq́ue nuncijs Heracleam.Siciliæ Haracleam intelligit. Propè iterùm Romanis traditam,) Id eſt, vt primo bello Punico primum traderent. Multitudine ad concionem conuocata.) Veter. libr. Vocata. Nobiliſsimæ, pulcherrimæque vrbis Græcarum.Verba ſunt Ciceronis de Syracuſis, in VI. Verrina. Archias autem eam coloniam, vt Strabo ait libro. 8. deductus ex Corintho profectus. Famæ ne credi malis.) Id eſt, Rogamus te,ne malis poſteros fama accipere, quàm aſpectu, quanta vrbs Syracuſæ fuerint,ne gloriosiorem tibi putes Syracuſarum euerſionem, quàm incolumitatem. Incolumesque Syracuſas.) Aut nihil,

aut

aut aliquid eiuſmodi deſideratur. Sed ſaluas, incolumesque Syracuſas, Clareanus, alijq; vndiq; vitioſam eſſe ſuſpicati ſunt, credo ob dicendi genus; ſubauditur enim Oramus, vt alibi, ſic etiam Liuius, vt lib. 29. Quibus per vos, fidemque veſtram P. C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quicquam geſſeritis. De Siculis autem Marcellorum clientibus Pædianus in Diuinationem.

Nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinam iuſſit.) Onerarias naues non 461
conſueuiſſe remis agi indicat hic idem auctor lib. 27. Onerarias quoq; non eas ſolùm, quæ remis agerentur. Remis autem agi, non ſcapharum, vt Glareanus cenſet, ſed aliarum nauiũ ſolitas fuiſſe intelligi poteſt ex primo Polybij: ὅπη ϗ τάττοις ἐπέγνωσαν τὰς ἐπηγὲς ῥύματα δόντες ἐξ ἀνάγκης τῆς πέριτου ϛόλου ναυσὶ. Et li. 20. Diodori: ἐπακολουθεῖν ϗ τὰς ϛρατηγικὰς, ϗ τὰς ἐπηγὲς ῥυμουλκουμένας ὑπὸ ἡμιόλιας χωμένων. Ergo rectè Liuius, Remulco quadriremis trahi onerariam dixit, id eſt, impetu quadriremis, quæ remis agebatur. Sic etiam lib. 37. Contemplatus Eudemus hoſtes claudas, mutilatasq; naues, apertis nauibus remulco trahentes. [Glareanus ait Grammaticos ita exponere, vt ſanè facit Badius, ipſe nihil definit, ſed Sigonius vbiq; quærit carpendi occaſionem, vbi non erit locus,] "

Qui inter præſidia Romana fuerant.) Vet. lib. Intra. [Ita Badius.] Se quidem tertium annum circum- 462
ſedere Syracuſas, non ne populus reſeruatam ciuitatem haberet, ſed ne transfugarum duces, captam & oppreſſam tenerent.) Emenda ad fidem Vet. lib. Nón ne populus Rom. ſeruam ciuitatem haberet. Erroris cauſa nota eſt. Cum multa iræ, multa inuidiæ, auaritiæq; fœda exempla ederentur.) Vox inuidiæ, vacat, neq; eam veteres habẽt libri, neq; ſenſus poſtulat: ſic ergo lege, cùm multa iræ, multa auaritiæ fœda exempla. Archimedem memoria proditum eſt.) Multas huius caſus recitat ſententias Plutarchus, quarum vna contentus fuit Liuius.

Et quocunque occurriſſent loco.) occurriſſet. [Ita Badius.] ex vet. lib. de Indibili enim loquitur. Cum 463
obuijs hoſtibus manus conſeruit.) Vet. lib. Manum.

Duces Pœni.) Aſdrubal Giſgonis & Mago, contra quos P. Scipio inerat. Niſi defuncto ſuo fratre bel- 464
lo.) Vet. lib. Niſi defuncto fratre ſuo bello.) Vox certè, ſuo, cum bello iungenda eſt, non cum fratre. Nunc ab tergo, nunc in latera concurſantes.) Vet. lib. Incurſantes. Sic paulò pòſt: Impetus incurſantium Numidarum. Circunſpectare atq; agitare dux cœpit.) Vet. lib. Accogitare.

Nec moliri onera obiecta, nec cædere ſtipatas clitellas.) Moliri dictum pro amoliri, vt pòſt. Amoliri obiecta 465
onera. & pòſt: Fores nulla moliri potuerunt vi. In propinquam caſtris turrim.) Appianus in Hiſpanica, Cn. Scipionem cum ſocijs in turri incluſum crematum fuiſſe ſcribit. Anno ſeptimo poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio.) Venit in Hiſpaniam Cn. Scipio Ti. Longo P. Scipione conſulibus, vt ait Liuius lib. 21. Ne nuda auxilijs Romanis Hiſpania eſſet, quàm prouinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cùm maxima parte copiarum aduerſus Aſdrubalem miſit. Ab illo autem anno ad hunc ſex anni numerantur, non octo, vt eſt in Vet. lib. nec ſeptem, vt emendauit Clareanus. [Clareanus de vno anno cum nemine ſe certaturum ſæpe clamat. hic ſcit ſed ſedulò diſſimulat, atque hoc loco rectius ſeptem annos legitur.] Nam in hoc loquendi genere "
primus annus non numeratur, vt pòſt ſæpè dicam, ſic paulò pòſt: Inuictos per octo annos milites ſuos. Lego, ſeptem, tot enim ſunt, ſi primus numeretur. Primus dederat.) Paulò antè, prior. Eſt autem accipiendũ Priorem ad fratrem referri, Primum ad omnes. Primus enim omnium Romanorum in Hiſpaniam venit Cn. Scipio. Cùm deletus exercitus, amiſſæque Hiſpaniæ viderentur, vir vnus res perditas reſtituit.) Vet. lib. Vir vnus has reſtituit, vt ad Hiſpanias referatur. L. Martius Septimi filius.) Hic alio loco L. Martius Septimius dicitur. Ex quo puto legendum, L. Marcius Septimi filius, partim quia ita quidem lib. vet. habent, partim vt cognomen familiæ ſit. Quomodo dictum eſt, Q. Fabius Maximi filius. Ipſo minitante & increpante Marcio.) Vet. lib. Ipſo mulcente & increpante Marcio, vt duobus contrarijs remedijs mœrorem militũ ſuſtuliſſe Marcium intelligamus, modo conſulando, modo increpando. Sic etiam lib. 26. Militum animos nunc conſolando, nunc caſtigando ſedauit. Ad hęc tot iam nec opinata.) Lege, tot, tam nec opinata. Vtuntur enim Latini, Nec opinatus, pro inopinato. Liuius autem omnium maximè. Cicero pro Plancio: Tu me ignaro, nec opinante, inſcio. Res non eget exemplis, paulò pòſt: ad nec opinatum tumultum.

Ne tamen ſubita res, & nocturnùs error etiamnum ſuæ fortunæ conſilium perturbaret.) Vet. lib. Noctur- 466
nus terror.

Sed in rebus aſperis, & tenuibus fortiſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt.) Voces, & tenuibus, vacant. Ex 467
Vet. lib. & ex ſenſu. Ad id, quod ne timeatur, fortuna facit, minimè tuti ſunt homines.) Vet. lib. Minimè cauti ſunt homines, id eſt, non cauent homines ea pericula, quæ fortunæ beneficio non videntur eſſe timenda. Nequicquam mox omiſſam queraris.) Vet. lib. Quæras. Hic terror in fugam auertit omnes.) Vet. lib. Vertit. ITA nocte & die.) Vet. lib. Atq; ita nocte & die. Auctor eſt Claudius, qui Annales Acilianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit.) Vet. lib. Ex Græco ſermone vertit. C. Acilij Græci ſcriptoris meminit Plutarchus in Romulo, Dionyſius lib. 3. Cicero de officijs lib. 3. Claudium eum eſſe puto, qui Clodius Licinus à Liuio dicitur lib. 29. Alius Q. Claudius Quadrigarius fuit, cuius & ipſe ſæpè meminit. Septem millia cæſa hoſtium.) Vet. lib. ſeptem millia fermè cæſa hoſtium.

Flammam ei concionanti fuſam è capite.) De eadem flamma Valerius capite de prodigijs. Quæ po- 468
ſtremo in Romanos deos.) Signa, tabulasq;, & ſpolia Siculorum intelligit. Libyphœnicum generis Hipponiates, Mutinem populares vocabant.) Hipponiates non eſt proprium viri nomen, ſed patriæ, id eſt, ab Hippone vrbe Lybiæ, vt enim à Crotone, Crotoniates, ſic ab Hippone Hipponiates. Viri autem nomen eſſe cenſet Glareanus. Cæterùm Pædianus in Piſon. ex Varrone tradit, huic Mutini, quòd in Sicilia cum equitatu ſuo tranſierat ad Romanos ciuitatem datam, ædesq; & pecuniam ex ærario. Heracleam Minoam.) Minoæ vrbis Siculæ meminit Stephanus. Degenerem Afrum.) quia Libyphœnicum generis erat.

Ne ab ſuo ipſi equiti oppugnarentur.) Vet. lib. Ne ab ſuo & ipſi. Centimalum.) Centumalum, ex la- 469
pid. Capitol. L. Cornelius Lentulus, Cornelius Cethegus.) Vet. lib. M. Cornelius Cethegus. Sic enim pòſt Liuius. Sic tabulæ Capitolinæ in conſulatu eius. Sulpitio Gallia, Cethego Apulia.) Emendo, Sulpitio Apulia, Cethego Sicilia. Hic eſt enim M. Cornelius Cethegus, de quo pòſt ait: Id enim M. Cornelio mandatum, vt vbi ei videretur, vrbẽ eis, agrumq; in Sicilia aſsignaret, & pòſt. Inter has difficultates M. Cornelius prætor. Item; Ex Sicilia exercitus cui M. Cornelius præeſſet, vbi conſul in prouinciam veniſſet, dimitti iuſſus. Quibus ex locis ſatis probatur Siciliam Cornelio Cethego, non Apuliam obtigiſſe. Neq; verò procedit, quod Glareanus affert; hunc eſſe P. Cornelium Lentulum, qui proprætor in Sicilia eſſet. Nam Sicilia per hæc tempora duplex prouincia erat. [Idem dicit Clareanus lib. ſequente.] Vna qua vetus prouincia erat, quam P. Cornelius in prætura ſortitus fuerat, altera, qua regnum Hieronis patebat, quam poſt M. Marcellum M. hic Cornelius Cethegus obtinuit. Itaq; lib. ſequente de Sulpitio, vbi loquitur, ita emendo: C. Sulpitio, cui Apulia euenerat.

IN

Vt proconsul in Sicilia reliquias belli perficeret.) Vet.lib.Pro consule. C.Sulpitio,cui Sicilia euenerat.) Legio Apulia,cùm ob eas rationes, quas priore libro attuli,tum quia Liuius subdit hoc loco. Huic supplementum de exercitu Cn. Fuluij,qui priore anno in Apulia fœdè cæsus,fugatusq; erat,decretum.

470 Proprætor senatui scripserat.) Vet.lib.pro prætore. Solenne auspicatorum comitiorum.) Id est,solenne institutum,quo comitia auspicatò habebantur.Est enim substantiuum,vt aliàs. Blesus.) Blæsus,lap.Capit.& Græci. Ob exercitum in Apulia amissum.)Priore anno lib.25. Quid interfuisse inter Ti.Sempronium.)Id est,inter Cn.Fuluium,& Ti.Sempronium ἔλλειψις notanda. Cùm ad Beneuentum eos.)Hæc de seruis etiam à Ti.Sempronio seruatis,ait suprà. C.Flaminium,&c.)Flaminius ad Trasimenum, Paulus ad Cannas,Postumius in Gallia,Scipiones in Hispania ceciderunt.

471 Pecuniaque anquisitum:& paulò pòst,cùm tribunus plebis bis pecunia anquisisset, tertio capitis se anquirere diceret.) Anquirere pecunia,& anquirere capite,est id quod suprà de Postumio Pyrgensi dixit. Multam dicere,& diem rei capitalis dicere,id est,ad populum ferre de multa, vel de capite alterius, vt ea populus vel accipiat,vel antiquet:In Vet.lib.est:Capi se anquirere diceret.Quod tam capite,quàm capitis legi potest:Qui capitis voluerunt à syllaba,se,proxima decepti sunt. Perduellionis.) Genus iudicij capitalis quod continetur iudicio de maiestate.Minuit enim maiestatem populi Rom.qui exercitum eius hostibus sua culpa cędendum præbuit,& qui turpi fuga sibi salutem peperit,vt pòst Q.Cœpio contra Cimbros Cicero lib.2.de Oratore. Quoad vel capitis,vel pecuniæ iudicasset priuato.)Iudicare capitis vel pecuniæ,est diem rei capitalis, & multam dicere, vel capitis,& pecuniæ anquirere. Quidam Numida.) Vet.lib.Numida quidam. Equestria prælia fermè prospera faciebant.)De Campanis intelligendum est, qui prælio equestri superiores erant. Inita tandem ratio est,vt quod viribus deerat, arte æquaretur.) De Romanis accipiendum,qui quomodo equestri prælio victores esse possent,rationem inierunt:concludit enim inde equitatu quoq; superior Romana acies fuit. Frontinus lib.4.cap.7.Cùm Romani Campanis equitibus nullo modo pares essent,&c. Q.Nauium.)Q.Næuium Frontinus vocat loco citato.

472 Res nec explorata.)Eodem modo dictum est,quo nec opinata, pro Inopinata & Inexplorata. Claudius Nero.) Vet.lib.C.Nero. Campanos facilè in vallo Appius arcebat.) Vet.lib.à vallo. Legatus primi principis.) Vet. lib. primi pili, vt L.Marcius centurio primi pili apud Ciceronem pro Balbo. L.Portius Licinius.)L.Portius Licinius, ex Vet.lib.& Capit. consulibus.

473 Conuertere agmen peditum.) Vet.lib. Conuertere agmen retro peditum. Cæterùm Annibal, vt nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse, &c.Polybius lib.9.fic: αὐτίκας δὲ λυσαρεστήσαντος τοῖς ὅλοις, διὰ τὸ μήτε προσπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν ῥᾳδίως τοὺς ῥωμαίους, ἐβουλεύετο πῶς ἂν ἐκκόψαντα τὴν χῆν ποιεῖν. Et post aliquot versus: ὑπέλαβε εἰ λαθραίαν ποιησάμενος τὴν πορείαν αἰφνιδίως ὀλιφανεῖν τοῖς κύκλῳ τὴν ῥώμην τόποις, ἴσως μὲν οὐ κατὰ τὴν πόλιν αὐτὸν σαθρὸν τὴν πρεσβύτερον, ἐπιπλήξας τοῖς προηγεμόσι τοὺς ἐνοικοῦντας, εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τοὺς γε πρὸ τοῦ τείχους ἀναχώσειν, ἢ λύειν τὴν πολιορκίαν ἀπαναστήσαντας τῇ παρεδρᾷ βοηθεῖν, ἢ διαιροῦντας τὴν δύναμιν: ἀκροτελεύτιον ὑπάρξειν καὶ τοὺς βοηθοῦντας, καὶ τοὺς ἐπολειπομένους αὐτῷ. Si Roma in discrimine esset.)Vet.lib.Eo si Roma in discrimine esset. Vna ea cura angebat, ne vbi abscessisset,extemplo dederentur Campani.) Polybius: πίνυ ἠγωνία μὴ θεωρήσαντες ὀπὴ ἀπαλλαττόμενον οἱ καπυηνοὶ, πέμπτα διαπεμπόντες, ὡς ἀπελπισάμενοι προδώσωσι τοῖς ῥωμαίοις ἑαυτούς. Numida donis perlicit, vt literis acceptis specie transfugæ castra Romana ingressus,altera parte Capuam clam peruadat.) Polyb. γραμματοφόρον εἰς τὸν καπυλὸν πέμψει, πείσας τινὰ τῶν λιβύων ἀυτομολῆσαι πρὸς τοὺς ῥωμαίους, ὡ' ἀκεῖθεν εἰς τὴν πόλιν: παγνοηθεὶς πρὸ τῶν γραμμάτων ἐσφαλείς. Naues in flumine Vulturno comprehensas duci Casilinum, quod iam antè præsidij causa fecerat Castellum iussit.)In Vet.lib.omnibus est,duci Gladio,quod,pro qua voce alij Casilinum, alij Calatiam reponendum censent.Casilinum,quod ad Vulturnum flumẽ sit, Galatiam,quod paulò antè de eodem Annibale Liuius dixerit.Aduenientes cum Castellum Galatiam præsidio inde vi pulso cepisset, in circumsedẽtes Capuam se vertit. Verùm neutra lectio procedit.Casilinum,quod Romanorum castellum semper fuerit, nõ Annibalis, Galatiam, quod ad Vulturnum non fuerit.Itaq; incerta loci lectione,probo magis Vallæ opinionem,qui legendum putauit: Duci ad id,quod, vt castellum notet occultato nomine eius. P.Cornelius,cui Asinæ cognomen erat.) Consul hic fuerat an. DXXIX. P.Valerij Flacci.) Consul fuerat an. DXXIIII. Setiam,Soram,Lauinium præmisit.)Hæc oppida nunc Municipia dicuntur,at suprà Coloniæ nominatæ sunt.Sic Cicero in Pisonem, Placentiam coloniam vocat Municipium. Per Suessulam,Alifanumq;,& Casinatem agrum via Latina ducit.) Polybius per Samnitium agrum profectum esse Annibalem ait. Alifæ autem & Casinum Samnitium sunt: at Suessula Campaniæ,vt suprà diximus.Porrò autem legendum puto,per Suessulanũ, Alifanumq; & Casinatem agrum. Interamnam,Nequinumq;.)Aquinumq; ex Vet. lib.

475 Matronæ in publicum effusæ circa deûm delubra discurrunt,crinibus passis aras verrentes.) Hunc esse mulierum Romanarum morem scribit Polybius: αἱ γυναῖκες περιπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτιδον τοὺς θεοὺς πλωύουσαι ταῖς κόμαις τὰ πρὸ ἱερῶν ἐδάφη. ἔστο δ' ἐθὸς αὐτοῖς ὅτι ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοχερὴς τῶν παρεδρῶν καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Cui ne minueretur imperium,si in vrbem veniisset.) In vrbe enim proconsule nemo habebat imperium,sed ad vrbem. Inde in Pupiniam exercitu demisso.)Meminit huius agri Varro de lingua Latina. Valerius Maximus lib.4.cap. 4.cùm ait:M.Atilium regulum agellum in Pupinia habuisse. Et Liuius lib. 9. In agro Pupiniensi ad famam hostium consedit.Est autem nomen tribus, per quam tum venit Annibal, vt lib.33. Consul per tribum Sappiniam in Boios venit. Hoc adscripsi,quia Glareanus huius agri mentionem à nemine fieri ait: Qua de re antè dictum est. Annibal ad Anienem fluuium tria millia passuum ab vrbe castra admouit.) Polybius: διαβὰς τὸν ἀνίονα ποταμὸν, καὶ συναγρίσας ὡσεὶ μὴ πλεῖον τεσσαράκοντα σταδίων ἀποσχὼν τῆ ῥώμης. Ad portam Collinam vsq; ad Herculis templum est progressus.) Vet.lib.à porta Collina vsq; ad.

476 Aliæ paruæ magnæque res.)Vet. lib. Aliæ magnæ,paruæque res. His motus ad Turiam fluuium castra retulit sex millia passuum ab vrbe.) Quid sit Turia fluuius sex millia passuum ab vrbe distans, meritò mihi quærere Glareanus videtur:neque enim eiusmodi nominis flumen apud quenquam extat. In Vet.libris legitur Tutiam,& rectè: meminit enim eius Silius vbi de hoc Annibalis itinere loquitur. Ad lucum Feroniæ pergit ire,templum ea tempestate inclytum diuitijs.)De oppido Feronia,deq; Feroniæ deæ templo sic Strabo lib.5. ἐστὶ δ' σορακτῆ ὄρει φερωνία πόλις ὀνομαστὸν ἐπιχωρίῳ τινὶ δαίμονι πεμφθὲν σφόδρα ἐστὶ πρὸ πολλῶν, ἧς τιμᾶται ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιίαν ἔχον. &c. Capenates aliqui accolæ eius erant.)Sic lib.27.In agro Capenate ad lucum Feroniæ. Cœlius Romam euntem ab Ereto diuertisse eò Annibalem tradit,iterq; eius ab Reate, Cutilijsq;,& ab Amiterno orditur,&c.& hinc Amiternũ,Forulosq; vicũ venisse.)Miratur Glareanus,quomodo Cœlius ordiatur

iter

iter Annibalis ab Amiterno,cùm eundem addat,Amiternum tádem,Forulosq; vicum veniſſe. Magna quidem queſtio,atq; difficilis hæc videatur,niſi Liuiana verba attentè legantur. Eſt enim hæc ſententia: Cœlius ordiˢtur Annibalis iter à Reate,Cutilis,& Amiterno.Si quis autem quærat,quánam à Capua Amiternum idem venerit, reſpondet,altius iter eius repetendo: Ex Campania in Samnium, inde in Pelignos,pòſt in Marrucinos,poſtremò in Marſos,atq; inde Amiternum,Forulosq; veniſſe.Strabo autem lib.5.Sabinos vſq; ad Veſtinos pertendit, vrbesq; eorũ nominat νόμεντον, ἀμίτερνον, ἰντεροκρέα, ῥεάτιον, κοπασκωλίας, φορουλάς, κύειν, ἠρητόν.Ex quo apparet nullam eſſe in verbis auctoris,quam ille arguit,inconſtantiam. Nanque ex Lucanis in Bruttium agrum,ad fretum verò ac Rhegium eo curſu contendit,vt propè repentino aduentu cautos oppreſſerit.) Polybius: ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ τῆς δαυνίας, καὶ τὴν ἔρετλίας ἐπέσχε τοῖς περὶ τὸ ῥήγιον τόποις ἀνυπόπτως, ὥστε παρ' ὀλίγον μὲν καὶ τὴν πόλεως κυρεῖσαι.

Famesq;,quæ tam diu Capuæ erat.)Malim,Iam diu. Vibius Virius.)Vibus Virius.vt antè. Quorum ploratus hic quoq; prope exaudiebantur.) Vet.lib.hinc quoq;. 477

Neſtirpis,ne memoria originum ſuarum extaret.)Vet.lib.Neſtirps. Quo cùm veniſſent.) Vet.lib.veniſſet: præceſsit autem, ſenatus. 478

Literasq; à C.Calpurnio,populoq;Rom.Fuluio cùm reddidiſſet.) Voces, populoq; Rom.mendoſiſsimæ ſunt,neque enim literas à populo Rom.accepit Fuluius,ſed à ſenatu potius,immò verò à ſenatu quidem,ſed à C. Calpurnio prætore,qui ſenatuſconſultum miſit.Itaq; haud dubiè legendum eſt, C.Calpurnio prætore. Erroris cauſam attulit,quòd iiſdem literis prætor & populus Rom.ſcribuntur ita: P.R. PR. ſic paulò pòſt ait: Referente Calpurnio prætore ſenatus decreuit. Et cùm mirabundus,quidnam ſeſe vellet,reſedìſſet Flaccus.) Vet.lib. & comirabundus,quidnam ſeſe vellet,inquireret,reſidens Flaccus. Præfectum ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſurus.)De Capuæ loquitur præfectura. Fuiſſe autem Italica oppida alia colonias, alia municipia, alia præfecturas,ſatis conſtat. De Præfecturis aũt ſic Feſtus:Præfecturæ eæ appellantur in Italia,in quib. & ius dicebatur,& nundinę agebantur,& erat quædam earum reſp. neq; tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent,quarum duo fuerunt genera:alterum, in quas ſolebant ire præfecti quatuor VI. VIR.qui populi ſuffragio creati erant,in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum,Liternum,Puteolos,Acerras,Sueſſulam,Atellam, Calatiam: alterum, quos prætor vrbanus quotannis in quæq; loca mittebat legibus,vt Fundus,Formias,Cære,Venafrum,Aliſas, Priuernum, Anagniam, Fruſinonem,Reate,Saturniam, Nurſiam, Arpinum,aliaq; complura.

Claudio Neroni.)Vet.lib.C.Neroni,vt antè. Inter oppida Illiturgim,& Mentiſſam.)Scribe, Illiturgi. Numerat enim Priſcianus Illiturgi inter nomina neutra quæ deſinunt in i,& ſunt aptota. 480

Iuſsi deinde inire ſuffragium.)Vet.lib.Inire confiſum ſuffragium, quod quid ſit, quærendum eſt. [Badius legit confuſum ſuffragium,atq; ita Budæus in annotationibus in Pandectas]Quod ait,omnes cẽturiæ:mallem, Curiæ,quia curiatis comitijs imperium mandabatur,non centuriatis. P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniã iuſſerunt.)Egregiè:non enim magiſtratus mandatus eſt Scipioni,cùm pro conſule miſſus eſt,ſed imperium, vt pòſt etiam dicam. Vtiam reſiderant impetus.) Vet. lib.reſederat. [Ita Badius.] Ardorem eum,qui reſederat.) Vet.lib.reſiderat. Nullo die prius nullam publicam,priuatam q; rem egit, quàm.) Vet. lib.Vllam publicam. [Ita Badius.] Quàm in Capitolium iret.) Idem eſt apud eum,qui ſcripſit de Vir. Illuſtr. Emporis,Græca vrbe.)Vet.lib.Emporijs.Liuius Emporias vocat.Strabo lib.3. Emporium. Sic enim ait: ἐμπόριον μασσαλιωτῶν δὲ κλίσμα, ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς πυρήνης σταδίους. 481

Aſdrubal Giſgonis vſque ad Oceanum, & Gadeis Mago in mediterranea maximè ſuprà Caſtulonenſem ſaltum,Aſdrubal Amilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hybernauit.)Polybius lib.10. μάγωνα μὲν ἔπεμψαν διατρίβειν ἐντὸς ἡρακλείων στηλῶν ἐν τοῖς κοίλοις πεδιαρροδομένοις, ἀσδρούβαν δὲ τὴν πρὸς τῷ ποταμῷ βάλλειν τὴν λυσιτανίαν. ἄλλον δ' ἕτερον ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινὰ πόλιν ἐν τοῖς καρπητανοῖς, ἣ δὴν τῶν πεδιαπεμένων ἐλαττὸν δέκα ἡμερῶν ἀπέχειν τῆς καινῆς πόλεως. 482

Ad populum tulerunt,vt Marco Marcello,quo die vrbem ouans iniret,imperium eſſet.)Miratur Glareanus quaſi inconſtantiam Liuij,qui ſcribat. Negatum eſſe Marcello triumphum,permiſſum eſſe, vt ouans iniret: deinde per tribunos pl. ad populum ex ſenatus auctoritate latum,vt Marcello, quo die ouans iniret, imperium eſſet,poſtremò in monte Albano triumphaſſe:verùm nihil eſt inconſtantiæ. Nam Marcellus ex S.C. ouans inijt,ex ſui ſententia ſine S.C. (quod fieri poſt C.Papyrium Maſonem, qui primus id fecit, cœptum erat) triumphauit: quoniam verò ſine imperio triumphare non poterat, nec imperium niſi extra vrbem pro conſule erat,propterea latum eſt ad Populum,vt ei quo die ouans vrbem iniret,imperium eſſet.Idem autem de L. Æmilio Paullo ſcribit lib. 45. In monte Albano triumphauit.) Plutarchus in Marcello: ἐπεὶ φθόνον εἶχεν ὁ πέντε πείαμβος, σωιεχώρησεν αὐτὸς, ἢ μὲν ἐντελῆ καὶ μέγαν εἰς τὸ ἅλβανὸν ὄρος ἐξελάσαι, ἢ δὲ ἐλάττω καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, ἣν ὄβαν βαμαῖοι καλοῦσιν.

Id M.Cornelio mandatum.)M.Cornelius Cethegus,vt ſuprà dixi,prætor erat Siciliæ. Glareanus P.Cornelio legit,& P.Cornelium Lentulum intelligit,qui prætor antè fuerat.

Prærogatiua centuria iuniorum declarauit T.Manlium Torquatum.) Vt hoc loco in vet. lib. eſt pro Centuria, Veturia: ſic infrà. Redire in ſuffragium Veturiam iuniorum. Item: Veturiam ſeniorum citaret. Item: citatis Veturiæ ſenioribus: idque,vt ego cenſeo,rectè. Eſt enim Veturia centuriæ nomen,vt Galeria, cuius meminit lib. 27. his verbis: Galeria iuniorum, quæ ſorte prærogatiua erat. Q. Fuluium & Q. Fabium conſules dixerat. Quod qui non intellexerunt,Centuria ibi quoq; repoſuerunt. [Robortellus lib.2.emend.cap.31.vehementer hoc loco increpat Sigonium, oſtendens centurias quæ erant claſsium partes illarum vt nomina non habuiſſe vlla quibus vocarentur, ſicuti tribus ille XXXV. Atqui nonaginta tres erant, nec tamen vllum nomen habebant centuriæ, vt docet Halicarnaſseus. Et vt in hoc erroris conuincit Sigonium, ſic nullibi Veturiam legendum, ſed centuriæ vocem retinendam aſſerit, lib.2.cap.32.] Datum ſecreto in ouili cum ijs colloquendi tempus.) Ouile locus in campo Martio, quod etiam ſepta dicitur. Lucanus: Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. M. Claudium Marcellum fulgentem tum Sicilia domita,& M. Valerium abſentes conſules dixerunt.) Sic lib.ver. abſentes, id eſt, non petentes, intelligit: alioquin M. Claudius, qui paulò antè triumphauerat, ſi vrbe erat, ſed non in campo. 483

Quàm doctè fingunt magis, quàm norunt.) Platonem intelligit in libris de rep. P.Manlius Volſo.)Vulſo ex Iap.Cap. L.Cincius Alimentius.) Alimentus vt ſuprà. C.Lectorius.)Lætorius vt ſuprà. Ludi Apollinares & priore anno fuerãt,& eo an. vt fierẽt repẽte Calpurnio prætore ſenatus decreuit.) Placet Paulo Manut. legi, Referente Calpurnio,& rectè, Calpurnius enim prætor vrbanus, cuius ea cura erat ad ſenatũ de ludis retulit. 484

Ad victorias,quæ in ante fixæ erant.)Antes quadraturæ,& quadræ columnę: Marcellus. In locũ M. Æmilij Numidæ Decemuiri ſacrorum.)Emendo M'. Æmilij. Nam inuenio in tabulis Capit. vbi de tertijs ludis ſæcularibus fit mentio, huius Xuiri, vt reor, fieri mentionem, ſic: LVDI. SÆCVLARES. TERT.

M'. ÆMILIO M'. F. MAG. XVIR.
M. LIVIO M. F. M. N. SALINATORES.

PLEVRA-

Pleuratus & Scerdiletus.) Vet.lib. Scerdilendus. Polybius: σκερδιλαΐδιος. Olympiæ, Ætolis, in Capitolio ab Romanis.) Vet.lib. Olympiæ ab Ætolis. Rectè. [Ita Badius.] Et Oleniada, Naxumque Acarnanum. Item paulò pòst. Iam mœnia Oleniadon, Naxumq;.) Vet. lib. Etholoniadas. Item: Meniadas. Quæ lectio etsi ex omni parte recta non est, habet tamen vestigia aliqua germanæ integritatis. Est enim legendum: Et Oeniadas. Item, Iam Oeniadas. Est enim vrbs Acarnanum hoc nomine: de qua ita Stephanus: οἰνιάδαι πόλις Ἀκαρνανίας ἀφ' οὗ τοῦ ἀγχελόφ, ἡ ἠθνικὴ καλουμένη. Et Polybius lib. 10. in oratione Lyciſci. ἤδη παρῄρηται μὲν ἀκαρνάνων οἰνιάδας, ἠβῆσαι. vbi de his ademptis loquitur.

485 Per Pelagoniam, & Nymphæum, & Boleam in Theſſaliam deſcendit.) Vet.lib. Bœotiam, quæ vox apertè mendoſa eſt. Probo igitur coniecturam Glareani, qui legendum putat Berœam. De hac enim vrbe & Plinius & Strabo, & Stephanus ea tradunt, quæ ſuſpicionem Glareani corroborare maximè poſſe videantur. [Hic ſemel probat Glareanum, cùm plus quàm ſexcentos locos ab illo repurgatos habeat, ſicut proximè Oeniadas pro Oleniadas idem Glareanus emendarat, ipſe quaſi ex Stephano primus emendarit, obticet nomen Glareani.] Relicto ad fauces Theſſaliæ Perſeo.) Philippi regis filius Perſeus fuit. In Thraciam exercitum, ac Medos eduxit.) Mædos ſcribe ex 11. lib. Polyb. μαίδους. Et Stephanus μαίδοι ἔθνος Θρᾴκης πλησίον μακεδονίας. Alij ſunt Medi Aſiani. Incurrere ea gens Macedoniam.) Vet.lib. In Macedoniam. [Ita Badius.] Vrbem Iampharniam.) Vet.lib. Iamphorinam. Arcemque Medicæ.) Mædicæ, vt ſuprà. Et iam mœnia Oleniadon.) Et iam Oeniadas, vt dixi. Mortem occubuerunt.) Vet.lib. Oppetierunt. [Ita Badius.] Caſtra in extremis finibus ſuis obuiam hoſti poſuerunt.) Vet.lib. Obuia. Præda ex pacto Romani ceſsit.) De Anticyra capta loquitur eadem Lyciſcus Acarnanum legatus apud Polybium lib. 9.

486 Comprehenſæ Latumiæ.) Feſtus: Latumias ex Græco, & maximè à Syracuſanis, qui Latomias, & appellãt, & habent ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam vrbem. Pridie Quinquatrus.) Quinquatrus accuſatiuus caſus eſt, vt pridie Kalen. Cuius rectus eſt, Quinquatrus. Cicero ad Cœlium, Moleſtæ quinquatrus. Cariſius ſic: Quinquatrus, non quinquatria, non enim dictæ ſunt quinq; dies atri, ſed quòd Quinquatus antiqui dicebant, ſiue à quinquando, id eſt, luſtrando, quòd eo die arma ancilia luſtrari ſint ſolita. Quo ad eo animo in populum Romanum eſſe ſciret.) Vet.lib. Quoad alieno animo à populo Rom. eſſe ſciret. HAC circumfuſus multitudine ſimul Siculis obuiam egreſsis, poteſtatem Romam adeundi fecit, clariſsimarum vrbium excidio celeberrimis viris victos bello accuſatores in vrbem adducens.) Hic locus Vallæ tempore in manuſcriptis libris ita legebatur: Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculis obuiam egreſsis Romam præbuit, clariſsimarum, &c. atq; ita nunc etiam legitur: Valla autem multa hic verba deſiderari ſuſpicatus, ita ex ingenio legit: Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculis obuiam egreſsis poteſtatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel æmulis querimoniam præbuit, clariſsimarum, &c. Quam lectionem nemo iure probare poteſt, quia nimis multa de ſuo infercit, haud ſatis auctoris ſententiæ congruentia. Ego igitur veterem lectionem tueor, vno paululũ immutato verbo, & pro, præbuit, peruenit, reſtituo. ſic: Hac circumfuſus multitudine, ſimul Siculis obuiam egreſsis Romam peruenit, clariſsimarum, &c. hoc ſenſu: Læuinus Campanorũ multitudine, & Siculis obuiam egreſsis circumfuſus Romã peruenit, accuſatores bello victos Campanos, & Siculos in vrbem adducens Fuluio, & Marcello viris celeberrimis excidio clariſsimarum vrbium Capuæ, & Syracuſarum. Hinc Suidas: Ἐπεχείρησαν δὲ καμπανοὶ τῷ φλάκκου, καὶ οἱ συρακούσιοι τῷ μαρκέλλου κατηγορῆσαι. Sic paulò pòst: Vt victos armis accuſatores habeamus. ACARNANES, Locriq;.) In Acarnania Oeniadæ, Naſus captæ, in Locride Anticyra fuerat.

487 Vrbanæ duæ ſuperioris anni.) Aliæ hæ legiones ſunt à quatuor ijs, quas ante nominauit. Obrui ab Ætnæ ignibus.) Vet.lib. Obrui Ætnæ ignibus. Hæ Siculorum querelæ domos primum nobilium circumlatæ.) Vet.lib. Per domos. Aliam forſitan futuram fuiſſe ſententiam ſuam dicere.) Suam, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad Marcellum referendum eſt. Deprecari ſenatus præiudicium.) Senſus, precari ne permutatio prouinciæ à ſenatu permiſſa ſibi in contumeliam vertat. Rapiente fato Marcellum ad Annibalem.) Hoc ait, quia pòſt v. conſulatu Marcellus ab Annibale interfectus eſt.

488 Excedere templo.) Curiam intelligit. Nam ſenatus non niſi ſacrato haberi loco poterat. Inde paulò pòſt: Reductis in curiam legatis. Si ab inferijs exiſtas.) Vet. lib. Si ab inferis.

489 In fidem & clientelam, ſe, vrbemq; Syracuſas acciperet.) Vet.lib. Reciperet. Poſt hæc conſul clementer appellatos eos dimiſit.) Plutarchus qui totam hanc eandem hiſtoriam narrat, hoc ſic exprimit: ὁ δὲ μαρκέλλος τούτοις τε διηλλάγη καὶ τοῖς ἄλλοις συρακουσίοις ἀεὶ πρᾴως ὠγαθὴν διετέλει. Qui omnibus gerendis rebus affuerunt.) Vet.lib. Interfuerat. Mortuus enim poſt captam Claudius conſul erat.) Legendum pro conſule, quod eo anno, quo Capua capta eſt, P. Sulpitius, & Cn. Fuluius conſules fuerint. Q. autem Fuluius, & Ap. Claudius ad Capuam cum proconſulari imperio. Itaq; paulò pòst ait: Fuluio proconſuli. Niſi ſi accipias, conſul, pro eo qui conſulare gerat imperium, vt paulò pòſt: In conſilio arbitror me fuiſſe conſulibus Capua capta.

490 Idque & apud maiores noſtros factum eſt in Sutrianis, cùm deſeciſſent.) Vet.lib. In Satricanis, & rectè. Satricanos enim ad Samnites deſeciſſe anno ab V.C. CDXXXIIII. tradit Liuius lib. 9. De Satrinis autem, ſic enim legendum eſſet, nihil eſt traditum. Quod ſenatus maxima pars iubeat, qui aſsidens, id volumus, iubemusq;.) Solennia hæc verba eſſe videntur, quibus plebs in ſenatus conſulto comprobando vtebatur. Vet. lib. Qui aſsidetis. Extra filias, quæ nupſiſſent priuſquam in populi Rom. poteſtatem veniſſent.) Vet.lib. Enupſiſſent, egregiè, quaſi quæ à paterna domo in mariti tranſiſſent, vt enim Innubere eſt in mariti domum tranſire, ſic Enubere è patris domo exire. Liuius lib. 1. Ea cum Innupſiſſet: & lib. 10. Virginiam quòd è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit.) Vet.lib. Tantaq; indignatio fuit.

491 Tecta hoſteis incendiſſe ſeruos agricultores rempublicam adduxiſſe, nunc ad militiam paruo ære emendo, nunc remiges imperando.) Integra lectio, ſiquidem ex hac nullus ſenſus percipitur, eſt in vet. lib. ſeruos agricultores populi Romani abduxiſſe. Quanquam ſuſpicor etiam, ne pro, populi Rom. legendum ſit, prætores. Eſt enim lapſus, vt dixi, quotidianus. Querela autem plebis hęc eſt, quæ ſuas calamitates aperit, & ait tecta ab hoſtibus incenſa, ſeruos qui agros colebant à prætoribus abductos partim ad militiam paruo ære emendo, partim remiges impetrando. Intelligit autem eos, qui poſt Cannenſem pugnam à Ti. Graccho proconſ. armati fuerant. Itaque lib. 34. ait. L. Valerius loquens de hac re & tempore, ita: Serui, quibus arma darentur, ita vt precium pro ijs bello perfecto dominis ſolueretur emebantur. Glareanus hoc loco hæret. [Quid mirum ſi Glareanus hæreat, cùm & Sigonius eius Doctor hæreat?] Spatium deinde his tribuere ſe, dareq; ad cogitandum dixerũt.) Nemo hunc locum mendoſè eſſe animaduertiſſet, niſi veteres libri id docuiſſent, in quibus eſt: Spatium deinde tridui ſe dare ad cogitandum dixerunt. Eſt enim veriſimile certum dierum ſpatium eſſe datum. Aurum, argentum, æs ſignatum. Quia fœdè vitiatus hic locus multis in partibus eſt, ipſum, quomodo legendum eſſe cenſeo, recitabo: deinde cur ita legã, exponam. Loquitur ita Læuinus conſul de ratione auri, argentiq; in publicum

confe-

conferendi. Aurum, argentum, æs signatum omnes senatores crastina die in publicum conferamus, ita vt annulos sibi quisq; & coniugi, & liberis, & filio bullam, & quibus vxor filiæue sunt vncias, pondo relinquat auri, argenti, qui curuli sella sederunt equi ornamenta, & libras pondo, vt salinum, patellamque deorum causa habere possint. Cæteri senatores libra argenti tantùm, æris signati quina millia in singulos patres familiæ relinquamus. Ex eiusmodi verborum interpunctione, & lectione satis commodè sensum colligi puto, qui ex vulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem anteà legebatur: Singulas vncias auri pondo relinquant, argenti, qui sella. Inueni in vet. lib. legi: Singulas vncias pondo relinquat auri, argenti, ita vt aliud deinceps sequatur membrum. Qui sella curuli sederunt, ij sibi relinquant equi ornamenta, & libras pondo auri, argenti, ita vt salinum, patellamque habere possint. Cæteri senatores nihil auri sibi relinquant, ac libram argenti tantùm. Porrò autem æris signati quinque millia in singulos patres familiæ relinquamus. Quod autem ait: Vncias pondo auri: &, libras, pondo, rectè ait: sic enim loquebantur antiqui, cum libram ponderalem, non mensurale significabant, vt Plautus in Pseudolo: Eo Iaserpicij libram pondo diluunt, & in Rudente: Neq; piscium libram vnam iam hodie pondo cepi. Et Liuius hoc libro paulò pòst: Pateræ aureæ fuerunt CCLXXVII. librales fermè omnes pondo. Et libro quarto: Coronam auream libræ pondo. Itaque lib. 34. de hoc decreto sic scriptum est: Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus. Hic locus torsit Vallá & Glareanum. [Locus Glareanum torsit, sed eius obiectiones non diluuntur: maximè quæ ad rem pecuniariá intelligendam facere videbantur.] Cæterùm omne aurum argentum.) Cæterum nomen est, non aduerbium, intelligit enim reliquum aurum, argentumque in publicum conferendum, præter id, quod sibi quisq; ex senatus auctoritate reliquerit. Itaque accentus tollendus est. Publica prodendo tua nequicquam serues.) Vet. lib. Perdendo, verè. 491

Dasius, & Blactius.) Veter. lib. Blatius. Valerius Max. libro tertio, capite quarto: Blasium, vbi de eadem re agit, vocat. Quæ eadem scriptura est in vetustissimo, quem apud ingeniosissimum, humanissimumq; Ioan. Baptistam Pignam legi, libro est. Blasius de proditione Dasium appellabat.) Hoc item exponit Valerius. 492
BLASIVS vultu dissimulante, ac voce summissa monere Dasium cæpit, vt Romanorum potius, quàm Carthaginiensium partes foueret. Vt præsidium Punicum, hi autem Numidæ erant, Salapiaq; traderetur Marcello.) Solet in eiusmodi re Liuius numerum eorum, qui sunt in præsidio nominare. Quare non dubito quin vox, hi, mendosè sit, pro D. nam quingentos fuisse Numidas, qui traditi Marcello à Blasio sunt, eodem loco Valerius scribit, qui cætera à Liuio mutuatus est. Hoc autem tanto verius puto, quod subdit: Nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium viui venerunt. Præfectusque præsidij atque arcis M. Liuius.) Suprà nomen, vt dixi huius præfecti reticuit, quem C. Liuium Polybius nominauit. A Velia & Pesto.) Veter. lib. & à Pesto.

Vt ad componenda armamenta, expediendumq; remigem, ac militem ad imminens certamen satis temporis esset.) Adde vocem ex veter. lib. Vix satis temporis esset. Tarentini, vt recuperata vrbe ab Romanis, post centesimum prope annum arcem etiam liberarent. LXXX. anni numerãtur à L. Papirio, Sp. Caruilio COSS. quibus de Tarentinis debellatis triumphatum est anno ab vrbe condita CDLXXX. ad hunc annum, qui est DXL. 493

Nemo ante me nouus Imperator.) Capita huius orationis Scipionis sumpta sunt à Polybio, qui ita scribit lib. 10. ὁ μὴν ἀλλὰ τότε σωπροισμένων πᾶσι διωλύμενον παρεκάλει μὴ καταπεπλῆχθαι τῷ περγεγενημένῳ πάθει πρὸς τοὺς ἡμῖν ἀεὶ φιλορωμαίους ὑπὸ καρχηδονίων ἐδέποτε, &c. 495

Per nocturnos etiam visus omnia læta, ac prospera portendunt.) Polybius eum se à Neptuno in quiete monitum, vt vrbem eam inuaderet, dixisse ait. Sed vi vltro transeamus.) Vet. lib. Sed vt vltro transeamus. 496
IAM quid hoc bello memorem.) Veter. lib. Iam quid hoc de bello memorem. Italiæ, Siciliæ, maioris partis Sardiniæ.) Maioris partis Siciliæ, intelligendum. Nihil iam maius precatur deos.) Vet. lib. Nihil iam magis. Nam & deseruntur ab socijs, & diduxere exercitus.) Polybius: χωρὶς δ' ἀπ' ἀλλήλων διεσπασμένους σφαπτεδιδύειν, τοῖς τε συμμάχοις ὑβρεισικῶς χρωμένους ἅπαντας ἀπηλλοτριωκέναι. Hac oratione accensis militum animis relicto ad præsidium regionis eius M. Silano cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, &c.) Polybius: τοῦτα εἰπὼν, πεζοὺς μὲν ἔχοντα πεζοὺς, μὴ πανυπακοίους ἐπαγεῖς μάρκον ἀπελιπε ἢ συμαρχοντα πρὸς τῷ διάδασιν, ἐφεδρεύοντα τοῖς ἐν τοὺς τῷ ποταμῷ συμμάχοις. αὐτὸς δ' πρὸς ἄλλω ἑπεραίου διωάμιν. Polybius quingentos equites pro trecentis affert. Numerus copiarum Scipionis idem est apud Polybium. Quoniam in treis tam diuersas regiones discessissent Punici exercitus.) Asdrubal Gisgonis ad Gades. Mago supra Castulonensem saltum. Asdrubal Amilcaris proximus Iberò circa Saguntum. Liuius suprà. Sitam præterea cùm opportunè ad traijciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantæ vis classi, & nescio an vnum in Hispaniæ ora, qua nostro adiacet mari.) Verba Polybij: λιμένων δ' πρῶτον μὲν ὅπ λιμένας ἔχει σάλφ δ' ναυπικᾶς διωάμεσι, μόνη χεδὸν πᾶσ' χ' πρὸς ἰβηρίαν, ἅμα δ' δ' διότι πρὸς ἢ ὑπὸ λιβύης, πλεῖν, δ' πελάγιον διαρμαλίαν δ' φυσᾶς κεῖται τοῖς καρχηδονίοις. Ex quo apparet legẽdum esse: & nescio an vnam, quia dixit μόνη Polybius. Et ad Carthaginem, nõ ad portum referendũ esse, vt antè legebatur, quàm Rhenanus, Vnum, emendaret. Nemo omnium, quo iretur sciebat, præter C. Lælium. Is classe circumissus ita moderari cursum nauium iussus erat, &c. Polybius: πάλιν τότε τὸ μὲν δὴ τῆ σόλου γάϊω λαμπρῷ διὰ ὑπορρήτων ἐνχειλάμενος παρηγγειλε πλεῖν δεῖ πρὸς πρὸς τὸ πρὸς ἀρκτους μέρος πόλεως, δ' πρὸς ἐλλήσποντον χ' μὲν τῶν ἐντὸς ὅπ φαίνεται σφαπτεδείας τὰ φορμ δ' καράκτα διπλᾶν ἐξ διαλάβης εἰς διάλαβαν. χ' δ' πρὸς τὸ πρὸς πόλιν ἁπλᾶν ἐδέν. αὐτὴ δ' ἡ τόπου φύσις ἐκφαίνει δ' σφάλειαν αὐτῆ παρεσκεύαζε. Quod tergum vocat Liuius castrorum, id exteriorem partẽ nominat Polybius, quam frontem Liuius, eam ad vrbem versam Polybius.

Etenim sita Carthago sic est.) Vet. lib. Ceterùm sita Carthago sic est. Polybius, κεῖται μὲν ἔν. [Ita Badius.] Sinus est maris media ferè Hispaniæ maximè Africo vento oppositus, & quingentos passus introrsus retractus, paululò plus passum in latitudinem patens.) Ex Polybio legendum est, Ad duo millia, & quingentos passus: ipse enim ad viginti stadia, habet: κεῖται μὲν ἔν ἰβηρείας χ' μέσῳ πρὸς ἑσπερίαν ἐν κόλπῳ νέοντι πρὸς λίβα. τὸ μὲν βάθ ὅσον ὡς εἰκοσι σταδίων, τὸ δ' πλάτ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. Huius in ostio sinus parua insula obiecta ab alto portum ab omnibus ventis, præterquam Africo, tutum facit.) Polybius: νῆσ ὅπ τῆ σόματ αὐτῆ κεῖται βραχὺ διῆκ πρὸς τὸ μέρους εἰσπλουν εἰς αὐτ πολείπουσα. ταύτης ὑποδεχομένης τὸ πελάγιον κῦμα συμβάλλει πόλπον ὅλον διάγειν πλοῦ ἐφ' ὅσον οἱ λίβες καθ' ἑκάτερον εἰσπλοῦν παφαπίπτοντες, κλύδωνας ἀποτελῶσι, πᾶσ γε μὴν ἄλλων πνευμάτων ἀκλυδώνιος ὅρμ παγχάλεπος διὰ τὴν πρὸς χουσαν αὐτ ἤπειρον. Ab intimo sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita vrbs est, ab ortu 497

ſolis,& à meridie cincta mari,ab occaſu ſtagnum claudit, paulum etiam ad ſeptentrionem fuſum, incertæ altitudinis vtcunq; ex æſtuat,aut deficit mare,continenti vrbem iugum ducentos ferè, & quinquaginta paſſus patens coniungit.) Polybius: ἐν δὲ τῷ μυχῷ τῶν λόφων τούτων κεῖται χερρονησίζον ὅρος, ἐφ' ᾧ κεῖται συμβαίνει τὴν πόλιν φέρεσθαι θαλάττῃ μὲν ἀπ' αὐτοπρῶν, καὶ μεσημβρείας, ἀπὸ δὲ τῆς λύσεων λίμνη περιεπιλαμβανούσης, καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους, ὡς τε τὸ λοιπὸν πόρον μέχρι τῆς ἑτέρας θαλάττης, ὃς καὶ σωλάττει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, μὴ πλέον τεσσάρων ἢ δυοῖν σταδίων. Seruius Virgilium in primo hunc portum deſcripſiſſe ait,cùm inquit:

Eſt in ſeceſſu longo locus.Inſula portum
Efficit obiectu laterum,quibus omnis ab alto
Frangitur,inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.

Nam quod ſequitur,de ſcopulis,prætermiſſum eſt à Liuio,cum tamen apud Polybium ſit: ἡ δὲ πόλις αὕτη μεσόκοιλον ἔχει, κεῖται δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρείας πλευρὰν ὀπίπεδον ἔχει τὴν ἀπὸ θαλάττης πρόσοδον, τὰ δὲ λοιπὰ πέφυκε πρὸς λόφοις, ἀνοίγει μὲν ἐκείνοις καὶ πρὸς ἕσπερον, ἄλλοις δὲ πρὸς νότον πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, στιλπνοῖς δὲ καὶ ἀνσβάτοις. Et Virgilius:

Hinc atq; hinc vaſtæ rupes,geminiq; minantur
In cœlum ſcopuli,quorum ſub vertice latè
Æquora tuta ſilent.

Vnde cùm tam parui operis munitio eſſet,non obiecit vallum imperator Romanus.)Polybius: τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα τὸ στόμιον τῆς πόλεως πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον ἔκαισε κατὰ μέσον ὑπάρχον τῆς αὐτῆς στρατοπεδείαν. Siue fiduciam hoſti ſuperbè oſtentans,ſiue vt ſubeũti ſæpe ad mœnia vrbis recurſus pateret.) Polyb. εἴτε καταπλήξεως χάριν, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὀπτολὴν ἁρμοζόμενος, ὅπως αὐεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγὰς, καὶ τὰς ἀναχωρήσεις εἰς τὴν παρεμβολήν.

☞ Ad vrbem vnam oppugnãdum.)Vet.lib.Oppugnandam. [Ita Badius] Summa huius orationis eſt etiam apud Polybium,quanquam Liuius non omnia illa expreſſit. Terra, mari inſtrui.)Vet.lib.Terra,mariq; ☞ inſtrui. [Ita Badius.] Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua caſtra Romana erant,opponit,quingentis militib.arcem inſedit,quingentos tumulo vrbis in orientem verſo imponit,multitudinem aliam,quo clamor, quo ſubita vis aduocaſſet,reſiſtentem ad omnia,occurrere iubet.) Polybius: ὁ δὲ μέγων ὁ στρατηγὸν ἔδοξε φυλάττειν, τὸ μὲν πρῶτον χιλίων σώματα διελὼν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἔδοξε φυλάττειν τὴν ἄκραν ἀπέλιπε, τοὺς δὲ ἄλλους ἔδοξε τοῖς πρὸς ἀνατολὰς λόφου παρενέβαλε, τοὺς δὲ λοιποὺς τοὺς διρωσοτάτους πρὸς διχιλίους κατεσκεύασε τοῖς ὑπαρχουσιν καὶ τὴν πόλιν ὅπλοις ἐπέστησε κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἔδοξε ἕδρον ἔδοξε τὴν πρὸ πολεμίων στρατοπεδείαν. τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν κατὰ πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. Quod ἕδρον vocat Polybius, vertit Iugum Liuius. Et primo haud impari ſtetere acie, ſubſidia deinde identidem ſummiſſa è caſtris nõ auerterunt ſolùm in fugã hoſtes,&c. Omnia è Polybio verſa ſunt, ἀλλ' ἕως μέντοι ἐφάμιλλον σωτήριαν γίγνεσθαι τὴν μάχην. τέλος δὲ ἐξωθούμενοι τῇ βάρει, &c. Ipſe trium per ſe iuuenum validorum ſcutis oppoſitis.) Polyb. ὁ δὲ πόπλιος ἐδίδου μὲν αὐτὸν εἰς τὸ κίνδυνον· ἐποίει δὲ τόπον καὶ διώκειν ὡσφαλῶς. ἔχων δὲ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἀνδρας θυρεοφοροῦντας, οἱ προβαλόντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν τείχους ὀπτασίαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεῖχον ἀσφαλῆ.

498 Quidam ſtantibus ſcalis cùm altitudo caliginem oculis offudiſſet,ad terram delati ſunt.) Polybius: ἐφ' οἷς δὲ οἱ παρῶτοι προσελθόντες ἐσκοτώθησαν διὰ τὴν εὐφυΐαν, καὶ θρασείας προσδεόμενοι τῆς ἐκπλήξεως ἐπιπεσόντων σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς κλιμάκων. Sed quod euntes.)Subaudiendum,Pœni,vt ſit:Pœni Romanos ſubeuntes ad ancipites vtrinq; ictus ſubiectos habebant. Ancipites vtrinque ictus,à lateribus intelligit,vt pòſt: Ancipitem vtrinq; hoſtem,à fronte & à tergo intelligit. Confractis,ne iter impediretur,foribus.) Vet.lib.Confractis, ac diſtractis ne iter impediretur,foribus.

499 Tumulus primo impetu eſt captus.)Polyb.τὸν δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης εἰς πορθούμενοι κατελάμβανον τῷ πρὸς τοὺς ἀνατολὰς πρεπόμενοι τοὺς φυλάττοντας. Mago conatus arcem defendere, cum omnia hoſtium plena videret,neq; ſpem vllam eſſe,ſe arcemq; & præſidium dedidit.)Polybius. κύπλιος δὲ περὶ χιλίους ἔχων ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν, ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ τὸν μὲν πρῶτον ἐπεβάλλετο μάχων ἀμυνόμενος. ὡς δὲ ταῦτα συνωνήσατο βεβαίως ἤδη κατειλημένων τὴν πόλιν, διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν, καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν. Eos publicos fore populo Rom edixit.)Vet. lib. populi Rom. Ita Polyb. τοῖς δὲ χειροτέχνως εἶπε, διότι δημόσιοι τῶν ῥώμης εἰσίν. Ceteram multitudinem incolarum iuuenum, ac validorum ſeruorum in claſſem ad ſupplementum remigum dedit.) Polybius: τὸν δὲ λοιπῶν ἀνδρῶν ἐκλέξας τοὺς διρωσοτάτους, καὶ τοὺς ἐν δέσι, καὶ τοὺς ἡλικίας ἀνδρικοτάτους προσέθηκε τοῖς αὐτοῦ πληρώμασι. Et auxerat nauibus octo captiuis claſſem.) Polybius: καὶ ποιήσας ἡμιόλους τὰς πάντας ναύτας, ἢ πρόσθεν συνεπλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας, ὥσε τὰς ἀνδρας ἑκάστῳ σκάφει βραχύτι λέγειν τῷ διπλασίους εἶναι τοὺς ὑπάρχοντας τῆς πρεσβευομένων. αἱ μὲν δὴ αἰχμάλωτοι νῆες ἅμα ὀκτωκαίδεκα ἦ ἀριθμὸν, αἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς πέντε καὶ τεσσαρακοντα. Ex his verbis apparet legẽdum eſſe apud Liuiũ: Nauibus decem & octo captiuis. Quanquam pòſt ait Liuius, Non de numero captarum nauium conuenit. Catapultæ maximæ formæ centum viginti, minores CCLXXXI.) Veter.lib.Catapultæ maximæ fermè centum viginti.XL. millia modiorum.)Vet.lib.Modiũm. Inter tantas opes belli captas.)Vet.lib.Inter tantas opes bellicas. [Ita ☞ Badius.] Et capienda vrbe tantum laboris,periculiq; adiſſent.)Vet.lib.Et in capienda. [Ita Badius.] Sex. Digitius ſocius naualis.)Socium naualem appellat, quicunq; naualem operam nauat hoc loco. P. Cornelium Caudinum.)Caudinus cognomen Corneliorum Lentulorum fuit, vt ſuprà diximus.

500 Quippe cum alibi CCC. fermè.)Polybius: πλείους ὄντας τῶν τριακοσίων ὁμήρους, ait: E media turba obſidum mulier magno natu,Mandonij vxor,qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit,obteſtariq; cœpit,vt curam,cultumq; fœminarum impenſius cuſtodibus commendaret.) Polybius: ἐν δὲ τῶν αἰχμαλώτων ἦν μανδονίου γυναικὸς, ὃς ἦν ἀδελφὸς ἀνδροβάλου τοῦ πρὸ ὀλίγου βασιλέως προστασίας αὐτῷ καὶ δεομένης μὴ ὀλιγώραν ὅπως ποιήσαιτο τὴν αὐτῆς διάκρισιν ἀμείνω καρχηδονίων. Cum Scipio nihil profectò defuturũ ijs diceret, tum rurſus mulier,haud magni iſta facinus,inquit,quid enim huic fortunæ non ſatis eſt? Polybius: συμπαθὴς γενόμενος εἴρετο τί λείπει τῆς ὅλης τύχης αὐτοῖς, καὶ δὴ καὶ γυνὴ πρεσβυτέρα, καὶ προστασίαν ἀξιωματικὴν ὑπαφαίνουσα. ὁ δὲ πόπλιος θαρρεῖν ἐκέλευε τὰς γυναῖκας, αὐτὸς δὲ ἑτέρους ὅπως ἥσσον φροντιοῦντας, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς ἐλλείπῃ τῆς ὅλης τιμῆς. ἡ δὲ πρὸς ἕσα μικρὸν, ὡς ὀρθῶς, ἔφη· στρατηγὲ τὰς, ἡμιλλημένους ἐν ἀγῶνι λόγους, εἰ νομίζεις ἡμᾶς ὑπὲρ τοῦ γάμου δεῖσθαι σοῦ νῦν. Quibus ex verbis intelligi poteſt nihil huic Liuianæ ſententiæ deſiderari, contrà quàm cenſet Glareanus. Scipio victui ſe conſulturum fœmi- ☞ narum reſpondit,mulier pudicitiæ eum vt conſulat,rogat. [Glareanus rectè dubitauit,Nam ex his Polybij verbis hæc Liuij verba: Quid enim huic fortunæ nõ ſatis eſt? nõ eruuntur. Qui Græcè ſcit hoc facilè videbit.] Alia me angit cura ætatem harum intuentem, nam ipſa iam extra periculum muliebris iniuriæ ſum, ſimul ætate, & forma florentes circa eam Indibilis filiæ erant.) Vet.lib.non habent vocem, Angit,& pro,ſimul,habẽt ſtimulat. Quam lectionem probo. Polybius: καὶ τότε λαβὼν ὁ πόπλιος ἐν νῷ τὸ ἕλκημα τῆς γυναικὸς, καὶ θεωρῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν ἀκμὴν τῆς ἀνομάλου συγκατέρων, καὶ πλειόνων ἄλλων ἀναγκάζει παρακύσαι τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τὴν τῆς φύσεως ἔμφασιν ὑποδιεκνύσης. Ne quid quod ſanctum vſquam eſſet.) Virginum deditarum pudicitia. Quæ nec in malis quidem.)Vet.lib.Ne in malis quidem. Captiua deinde à militibus adducitur ad eum adulta virgo,&c. Polybius:

bius: καὶ ἡ ἡμερὸν τοῦτον νεανίσκοι πνὲς τῆς ῥωμαίων ὀπτυχόντες παρθένῳ καὶ τῷ ἀκμιλῷ, καὶ καὶ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῆς ἄλλων γυναικῶν, καὶ σωιδόντες φιλογωίλω ὄντα τὸ πόπλιον. ἥκον αὐτῷ ἄγοντες;

Quia ipſe, ſi frui liceret ludo ætatis, præſertim recto, & legitimo amore, & non reſpublica animum noſtrum occupaſſet, veniam mihi dari ſponſam impenſius amanti vellem.) Vet lib. Præſertim illecto, recto legitimo amore, vt ſit: ſi mihi liceret frui ludo ætatis, præſertim illecto, recto, & legitimo amore. Quindecim ferè ſenatoribus, qui cum eo capti erãt.) Polybius: δύο μὲν γὰρ ἦσαν κατειλημμένοι τῆς ἐκ τῆς γερουσίας, πέντε δ' ἢ δέκα τῆς ἐκ τοῦ συγκλήτου. IN naui impoſitis.) Vet. lib. In nauem. Ipſe paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, exercendis naualibus, pedeſtribusq; copijs abſumpſit.) Polybius: αὐτὸς δ' χρόνον μὲν τινα ἐν τῇ καρχηδόνι τὰς τε ναυτικὰς διωκήμεις ἐγύμναζε συνεχῶς καὶ τοῖς χιλιάρχοις ἐπέδειξε τοιοῦτόν τινα τρόπον τὴν τῆς πεζικῆς στρατοπέδων γυμνασίας. Primo die legiones in armis quatuor millium ſpacio decurrerunt: πρώτην μὲν ἡμέραν ἐκέλευσε προχωρεῖν ὅσὸν πεντάκοντα σταδίους ἐν τοῖς ὅπλοις. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iuſsit: τὴν δ' ἑτέραν πάντας ἐπιτρίβειν, καὶ θεραπεύειν, καὶ κατασκοπεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς παροπλίας.

Tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt, præpilatisque miſsilibus iaculati ſunt, quarto die quies data.) Polybius hæc præpoſterè narrat: τῇ δ' ἑξῆς αὖ παύεσθαι καὶ ῥαθυμεῖν. τῇ δ' μετὰ ταύτην, τὰς μὲν μαχαιροφορεῖν ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ' ὀπισφερῶν μαχαίρας, ὀκὶ δ' τύποις ἐσφερομένους γρόσφοις ἀκονπίζειν. Quinto iterùm in armis decurſum eſt: τῇ δ' πέμπτῃ πάλιν ὀκὶ τὰς αὐτὰς δρόμους καὶ τὸν αὐτὸν ἄγχιν ἐπανάγειν. Refectisq;, quę quaſſata erant muri.) Vet. lib. Refectisq;, quos quaſſauerãt muris. [Ita Badius.] Diſpoſitisq; præſidijs ad cuſtodiam vrbis Tarraconem eſt profectus.) Polybius: μετὰ ταῦτα τῆς τε φυλακῆς, καὶ τῆς τῆς τειχῶν κατασκευῆς ἀσφαλισάμενός τε καὶ τὴν πόλιν, ἀνέζευξε καὶ τῇ πεζικῇ καὶ ναυτικῇ διωκήμει, καὶ πορεύειν ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ὀκὶ ταράκωνος ἔχων μετ' αὐτὸ καὶ τοὺς ὁμήρους.

IN EPITOMEN LIB. XXVII.

CN. Fuluius procoſ. cum exercitu ab Annibale cæſus eſt.) Vet. lib. Cæſus ad Herdoneam eſt: rectè. ita enim quoque Liuius. Subinde cedentem preſsit, donec effugeret.) Vet. lib. donec confligeret. Fabius Maximus pater conſulis.) Emenda: pater conſul, vt infrà: Maximus filius. Tarentinos per deditionem accepit.) Vet. lib. per proditionem recepit, egregiè: vt enim amiſſum fuerat: ſic receptum proditione Tarentum eſt. Plutarch. in Fabio: τὴν δ' παραυτίνων πόλιν ἔχειν ἁλωκυῖαν ὐκ προδοσίας. Ita vt inimicum falleret, electa manu profectus.) Vet. lib. Ita vt hoſtem falleret, cum electa manu profectus.

IN LIBRVM XXVII.

In Italia conſul Marcellus.) Vet lib. In Italia autem conſul Marcellus, quæ lectio neſcio curà Rhenano reijciatur. Salapia per proditionem recepta.) Vet. lib. per deditionem. Maroneam & Meles de Samnitibus vi cepit.) Nomina horum oppidorum reticet Plutarchus in Marcello, cùm ait: τὰς σαμνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀφεσώσας ἁλών. Item quod ait Liujus: Ad tria millia militum, Annibalis, Plutarch. inquit: Ἀννίβου στρατῶτας πεντακισχιλίους ὄντας. Prædę aliquantum eius militi fuit conceſſum.) Placet coniectura Beati Rhenani, quam miror ab alijs eſſe repudiatam. Prædæ aliquantum, vſui militum conceſſa. Nam lib. 25. ait: Ad diripiẽda hoſpitia Romana paſſim diſcurſum eſt, & fuit prædæ aliquantum. CN. Fuluius proconſul.) Cn. Fuluius Centumalus. Nam Cn. Fuluium Flaccum prætorem biennio ante in ijſdem locis deuicerat.

Ita vt famam prope præueniret.) Vet. lib. Famam quoque. Quinta legio, & ſexta ala acriter pugnã inierunt.) Vet. lib. Quinta legio, & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt, rectè. [Ita Badius.] Nam paulò pòſt ait: Prima legio, & dextra ala. Item: Primę legioni tertia, dexteræ alæ ſiniſtra ſubit. Item multo pòſt: peditum prima legio, & dextera ala prælium inibant. Multi cecidiſſent Romanorum.) Vet. lib. Romanorum cecidiſſent. CN. Fuluius cum duodecim tribunis militum cecidit) Vet lib. habent cum vndecim: quod placet. Nam Plutarchus in Marcello ſic ait: ἔπειτα τὸν αὐνίβου φίλιον γνάϊον αὐδύωπατον ὐκ ἀπουλίᾳ κατακτείναντα μὲν αὐτὸν σὺν ἕνδεκα χιλιάρχοις. Marcellus nihil admodum tanta clade territus literas Romam ad ſenatum de duce, & exercitu ad Herdoneam amiſſo ſcribit. Cæterùm eundem, &c. ire aduerſus eum, breuem illi lætitiã, qua exultet facturum.) Hæc verba vertit Plutarchus in Marcello, & Liuium auctorem profitetur, ita: κατακόλαντα δ' τὸν στρατὸν τὸ πλεῖον, ἔπεμψεν εἰς ῥώμην γράμματα, τοὺς πολίτας θαῤῥεῖν. αὐτὸς γὰρ ἤδη καθίζειν, ὡς ἀφέλοιτο τὴν χώραν αὐνίβου. καὶ ταῦτα μὲν ὁ λίβιος φησὶν αὐαγνωσθέντα, τὰ γράμματα μὴ λύπης ἀφελεῖν, ἀλλὰ τῷ φόβῳ προσθεῖναι τῆς ῥωμαίων μεῖζον ἡγουμένου τὸ γεγονός. τὸ κινδυνεύομενον, ὅσῳ φουλβίου κρείττων ὢν ὁ μάρκελλος. ὁ δ' ὥσπερ ἔχαλεν ἀδύνας αὐνίβαν, διώκων, εἰς τὴν καρχηδόνα ἐνέβαλον, καὶ πρὸ πόλιν νομίσρωνα καθήμενον, &c. Ab hora tertia cùm ad noctẽ pugnã extendiſſent, &c. Plutarchus: ἀπὸ γὰρ ὥρας τρίτης συμπεσόντες ἤδη σκότους μόλις διέλυσαν. Poſtero die ab ſole orto in multum diem ſtetere in acie.) Plutarchus, ἡμέρᾳ πρωταγωνὼν αὖθις τὸ στράτευμα παρέταξε διὰ τῶν νεκρῶν, &c.

Valerium potius conſulem ex Sicilia reuocari.) Plutarchus: διὸ καὶ ἀρχαιρεσιῶν ἐπειγόντων ἔδοξε τῇ βουλῇ μᾶλλον ὐκ σικελίας ἕτερον ὕπατον, ἢ μάρκελλον σωτηρηθέντα αὐνίβα κινεῖν. L. Furio Purpurione.) Purpureone ex Capitolinis tabulis. L. Manlio prætore vrbis.) Vrbano. Vet. lib. Legati ab Rege Syphace Romam venerunt, quæ is proſpera prælia rex cum Carthaginenſibus feciſſet, memorantes.) Vox, Rex, abeſt à vet. lib. neq; certè eſt neceſſaria. M. Atilius, & M. Acilius.) Scribe M'. Acilius. eſt enim M'. Acilius Glabrio, de quo infrà magna fit mentio. Multa ætate, qua hæc facta ſunt.) Vet. lib. Ea ætate, qua. Laſciuientium piſcium more exultaſſe.) Vet. lib. Piſcium modo exultaſſe.

Prope annos LX. in Sicilia.) ab Ap. Claudio conſule, qui primus bellum in Siciliam tranſtulit, ad hunc numerantur anni LV. Improuiſo in agro Vticenſi excurſionem fecit.) Vet. lib. In agrum Vticenſem. Q. Fuluius dictator dictus.) Plutarchus in Marcello: ἐλθόντα δ' ὀκέλαδον εἰπεῖν δικτάτωρα κόϊντον φάλιον. ἐπεὶ δ' ἐλθὼν ἀπὸ τῆ σικελίας, ὁ τῆς μαρκέλλου συνάρχων ἕτερον ἐβούλετο λαβεῖν δικτάτωρα, καὶ διαβολῶν αὐτὸν γνώμιλω μὴ βουλόμενον ἐξέπλευσε νυκτὸς εἰς σικελίαν, &c. Galeria iuniorum, quæ ſorte prærogatiua erat.) Vet. lib. quæ fortè. Quanquam, ſorte, probatur, vt lib. 24. Eo die cùm ſors prærogatiuæ ante iuniorũ exiſſet. & Cicero Philip. 2. Sortitio prærogatiuæ. Galeria autem nomen eſt centuriæ, vt Veturia, de qua ſuprà. Eodemque iure vocatæ reliquæ inclinaſſent.) Vox, reliquæ, vacat, vt veteres indicant libri. opponit autem, iure vocatas centurias prærogatiis. iudicum autem inquit prærogatiuæ ſequutæ eſſent eæ quæ iure vocatæ dicuntur, de quibus nos ſuprà. Magiſtratum continuari.) Ex dictatore conſulem fieri.

Cùm Flaminius alter conſul.) Veter. lib. Cùm C. Flaminius. L. Poſthumij Megilli,) L. Poſtumij Megelli, ex Capit. Conſulibus, & vet. lib. Conſul cùm Cn. Iunio Bubulco.) Lege, cum C. Iunio, ex Caſsiodoro

& tabulis Capit. consules fuerunt anno V. C. CDLXI. Prætores creati.) Vet. lib. Prætores inde creati. P. Manlius Volso.) Vulso, ex Capit. tabulis. T. Sempronij T.F. Longi T. Sempronius C.F. Longus.) Lege Ti. Sempronij Ti.F. Longi, Ti. Sempronius. Est enim Tiberius Semproniorum cognomen. M. Æmilius Pappus.) Papus ex Capitolinis tabulis. L. Portius Licinius.) Licinus, ex Capitolinis tabulis.

507 C. Calpurnius eidem præesset prouinciæ, exercituiq; , quem Q. Fuluius habuisset, Capuam exercitumque T. Quintius obtineret.) Ex vet. lib. legit Rhenanus: Capuam, exercitumq;, quem Q. Fuluius habuisset, T. Quintius obtineret, & rectè. nam paulò pòst ait: Consulum alter T. Quintius Crispinus ad exercitū, quem Q. Fuluius Flaccus habuerat, profectus. C. Manilij Attelij, qui vnus ex plebe petebat.) Hūc eundem lib. 41. vbi de morte eius agit. C. Attelium Æmylium nominat. Est autem vtrobiq; legendum C. Mamilius Vitulus. Nam alibi etiam pro Mamilio, Æmilius, & Manlius est vitiosè. Mamilij autem plebei sunt, ex quibus Q. Mamilius Vitulus consul fuit anno CDXCI. in tabulis Capitolinis. Vet. lib. hoc habent varietatis, quod Atellus habent. C. Lectorius.) Lætorius, vt antè. Cùm L. Licinius prætor inde eduxisset.) Nemo hoc anno Licinius prætor fuit, at sequenti duo Publij Licinij Varus, & Crassus, ille vrbanus, hic peregrinus, vrbanum autem intelligit. Itaq; P. est scribendum non L.

508 Triginta tum coloniæ populi Rom. erant.) Hic locus est, quo colonias populi Rom. enumeremus, quas hoc tempore triginta fuisse scribit Liuius, quarum duodecim negasse opem Romanis, duodeuiginti benigne præstitisse. Nomina XII. Liuius edit hæc: Ardeam, Nepet, Sutrium, Circeios, Albam Carseolos, Sueſſam, Sorā, Setiam Cales, Narniam, Interamnam. XVIII. autem, hæc: Signiam, Norbam, Saticulam, Brundusium, Fregellas, Luceriam, Venusiam, Adriam, Firmum, Ariminum, Pontiam, Pestum, Cossam, Beneuentum, Æserniam, Spoletum, Placentiam, & Cremonam. Placet autē omnes colonias, quæ huc vsq; Liuio auctore deductæ sunt, & quo quæq; anno deducta sit exponere, & multo plures, quàm triginta deductas fuisse probemus.

I Medulla à Romulo rege deducta, Dionysius.
II Cameria à Romulo Rege. Dionysius.
III Fidenas à Romulo deductas scribit Dionysius, eidē colonos additos esse anno CCCXXVI. scribit Liuius.
IIII Antemnæ à Romulo Rege.
V Crustomeria à Romulo Rege.
VI Ostia ab Anco rege. Plin. lib. 4. ca. 5. Huius pòst meminit Liuius ann. DXLIII. & ann. DLIX.
VII Signia à Superbo Rege.
VIII Circeij à Superbo Rege.
IX Cora } Harum meminit anno CCLI. Liuius, quo autem anno deductæ sint non exponit.
X Pomeria
XI Velitræ deductæ anno CCLX.
XII Norba, vt in Pomptino arx esset, ann. CCLXII.
XIII Antium in Volscis, an. CCLXXXV. Eodem noua colonia missa, anno CCCCXII. Huius post meminit Liuius anno DXLIII. & an. DLIX.
XIIII Ardea, anno CCCXII.
XV Lauici, anno CCCXXXVII.
XVI Vitella. Huius meminit anno CCCLXII. quo anno deducta sit non ait.
XVII Sutrium. Liuius nusquam coloniæ huius meminit nisi hoc loco, & lib. 29. vbi XII. harum etiam coloniarum nomina profert. at meminit Sutrij coloniæ Diodorus anno postquam Roma capta est. Velleius septem post Rom. captam annos deductam tradit.
XVIII Nepet anno CCCLXXIII.
XIX Satricum. Huius meminit Liuius anno CCCLXXIIII. quo anno expugnatam à Prænestinis ait. Item pòst etiam anno CCCCXXXV. quo tamen anno deducta sit, non exprimit. Velleius annos septem post Romā captam deductam scribit. quanquam ibi vulgo Sutrium, non Satricum scribitur.
XX Setia Norbæ finitima, anno CCCLXXVII.
XXI Cales, anno CCCCXXI.
XXII Anxur, anno CCCCXXVI. eadem Tarracina dicitur anno CCCCLVIII. & DLIX.
XXIII Fregellæ, anno CCCCXXVII.
XXIIII Luceria, anno CCCCXL.
XXV Sueſſa Auruncorum, anno CCCCXLI.
XXVI Pontia, anno CCCCXLI.
XXVII Saticula. hanc eodem anno conditā quo Sueſſam scribit Velleius, cuius rei nihil meminit Liuius, Saticulanos tamen inter XVIII. fidos colonos hoc loco numerat.
XXVIII Casinum, anno CCCCXLII.
XXIX Interamna, anno CCCCXLII.
XXX Sora Volscorum, anno CCCCL. deductæ. Soræ tū colonię meminit antè in an. CCCCXXXIX.
XXXI Alba Æquorum, anno CCCCL.
XXXII Carseoli, anno CCCCLI.
XXXIII Nequinum, siue Narnia in Vmbria, anno CCCCLIII.
XXXIIII Minturnæ, anno CCCCLVI.
XXXV Sinuessa, anno CCCCLVI.
XXXVI Venusia. Hanc deductam esse scribit Velleius quadriennio post Sinuessam, id est, anno CCCCLX. cuius ne verbū quidem Liuius, quia perijt ille añus. Nominat tamē hoc loco Venusinos inter fidos colonos.
XXXVII Castrum } Hæ coloniæ deductæ sunt post
XXXVIII Sena } annum CCCCLXII. quantū di-
XXXIX Adria } uinari ex epitoma libri XI. possum. Velleius Castrum deductā ait initio belli Punici, id est, ann. CCCCLXXXVI. Castri noui coloniæ maritimæ meminit Li. an. DLIX. Senæ meminit Polyb. lib. 2.
XL Cossa } Has deductas esse scribit Velleius
XLI Pæstum } Fabio, & Canina COS. id est, ann. CCCCLXXIX. In epit. lib. XIIII. Posidonia, & Cossa.
XLI Ariminum, } deductæ, vt ait Velleius Sem-
XLIII Beneuentū } pronio Sopho, & Ap. Claud. COSS. id est, an. CCCCLXXIII. item epit. lib. 15. huius meminit Ptol. lib. 2.
XLIIII Firmium initio belli Punici cū Castro deductā ait Vell. id est, CCCCLXXXVI. & Firmiani inter fidos colonos nūc à Li. referūtur.
LXV Æsernia post annum, quàm Firmū deducta, vt ait Velleius. item est in epitoma lib. 16. id est, CCCCLXXXVII.
XLVI Æsulum } deductæ post annum XVII. quàm
XLVII Alsium } Æserna, vt ait Velleius, apud quē est XXII. mendosè pro XVII. id est, anno DIII.
XLVIII Fregenæ. post biennium quàm Æsulum vt ait Velleius, id est, anno DV. Fregenæ coloniæ maritimæ meminit Liuius an. DLIX.
XLIX Brundusium proximo anno, quàm Fregenæ Torquato, & Sempronio COSS. vt scribit Velleius, id est, anno DVI.
L Spoletum triennio post Brundusium ex Velleio, & epit. lib. 20. id est, anno DIX.
LI Valentia post biennium quàm Spoletum. Velleius, id est, anno DXI.
LII Cremona } Sub aduentum Annibalis, vt
LIII Placentia } ait Velleius. & epit. lib. 20. Pæd. in Pisonem, Scipione, & Longo COSS. deductas scribit primo anno II. belli Punici, id est, anno DXXXII. Placentiam autem vocat coloniam à populo Rom. deductam LIII.

Nepete

Nepete.)Nepet,vt ſuprà ſæpius. Cum alternis hæc conſules diu iactaſſent.)Vet.lib.Conſules demonſtraſſent. Vbi tantus pauor animis hominum eſt iniectus.)Vet.lib.omnium.

Vt magna pars actum de imperio diceret.)Vet.lib.Dicerent. Satriculaniq;.)Suprà oſtendi ex Velleio, Stephanoq; legendum eſſe Saticulam,addo etiam ex Veterum librorum auctoritate. Eſſerneni.) Aſerni-ni,vt ſuprà etiam oſtendi. Spoletini.)Vet.lib.Spoletani, itemq; Priſc.lib. 2.docet eſſe loquendum,vt Spoletum Spoletanus,vt Beneuentum Beneuentanus.[Ita Badius.] Vt C. Hoſtilius Pr.Iudos Apollinis, ſicut his annis voti,factiq́ue erant,vouerat,faceretq;.Vet.lib.Apollini,& rectè Creati cenſores ambo, qui nondum conſules fuerant,M.Cornelius Cethegus,P.Sempronius Tuditanus, duo cenſores, vt agrum Campanum fruendum locarent latum ad plebem eſt.)Vox,duo,ni fallor,habet mendum. Cur enim duo, quando ſic locutus eſt Liuius? vereor ne,hi,legendum ſit,idq; erroris cauſam librario tribuerit,quod hi pro,i,i.duorum nota acceperit. 509

T. Manlius Torquatus erat.)Is anno DXIX. cenſor fuerat.Capit.Lapid. Ex ijs, qui principio eius belli ſexdecim annos nati fuerant,neque militauerãt,ærarios fecerunt.)Vet.lib.Decem & ſeptem annos,rectè. [Ita Badius.]Sic enim & ipſe ait lib.25. Tribuni pl.ad populum ferrent, vt qui minores ſeptem, & decem annis ſacramento dixiſſent,ijs perinde ſtipendia procederent,ac ſi ſeptem & decem annorum,aut maiores milites facti fuiſſent. Et audacia,& audendi omnia neceſsitatibus pares.)Vet.lib.Et audacia, & ad audendum omnia. MARCELLVS,& conſulis literis excitatus.) Vet.lib.excitus. [Ita Badius.] Paucos poſt dies conſecutus Fabius,qui & collegam coram obteſtatus, & per literas Marcellum,vt quàm acerrimo bello detineret Annibalem, dum ipſe Tarentum oppugnaret,& pòſt:Marcellus literis conſulis excitus,ad Canuſiũ Annibali occurrit.) Hæc ita vertit Plutarchus in Marcello: σωθέντες δὲ πρὸς Φάβιον μάξιμον, ὅπως ἐκεῖνοι μὲν ἐπιχειρῇ παραπήνοις, αὐτὸς δὲ συμπλεκόμενος, μὴ φεύγων αὐτίβαν ὁμποδὼν ᾖ τῇ βοηθείᾳ πρὸς ἐκεῖνον, ἐπέβαλε πρὸς καυσίον. Nocte prægreſſum aſſequitur.) Vet.lib.Nocte prægreſſum eum aſſequitur. 510

Cedere inde Romanis dextra ala,& extraordinarij cœpere.)Plutarchus, τὸ δεξιὸν πονοῦντος. Qui ſint extraordinarij,docet Polybius lib.6. ἀκμαῖοι δὲ ἄνδρες ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν ἱππέων, οἱ τοῖς ἀκμάζουσι τὰς ἐπιπλείστους ἐπὶ τοὺς ἀντιταττόμενους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τῶν ἐξεταζομένων συμμάχων ἐπιφανεῖς τε, καὶ πρῶτοι ἐξελέγονται τὰς ἐπικαλουμένους ἐκπροφερεῖς ἢ ἐξεπορευόμενοι, ἁπλείπλους. Cecidereque in pugna ad duo millia & ſeptingenti.) Plutarchus: ἐπὶ δισχιλίοις ῥωμαίων πεσόντων Quos leuibus prælijs fugaſtis.)Vet.lib.Fatigaſtis. Corpora tantùm, atq; arma eadem ſunt.Plutarchus: ὁρᾶν, ἔφη, ῥωμαίων ὅπλα πολλὰ, καὶ σώματα, ῥωμαῖον δὲ μηδένα ὁρῶν. Ne prius heſternæ fugæ, quàm hodiernæ victoriæ fama,Romam perueniat.) Plut. ὅπως οἱ πολῖται τὴν νίκην πρότερον, ἢ τὴν φυγὴν ἀκούσωσιν. Cohortibus,quæ ſigna amiſerant,hordeum dari iuſsit.) Plutarch. προσέταξε τοῖς ἠτιμωμέναις σπείραις αὐτὴ πυρῶν κριθὰς μετρῆσαι Cum eo nimirum,inquit,hoſte res eſt,qui nec bonam,nec malam ferre fortunam poteſt, &c.) Plutarchus: ὦ ἡράκλεις, εἶπε, τί χρῆσεται τις αὐθρώπῳ μήτε τὴν χείρονα τύχην, μήτε τὴν βελτίονα φέρειν ἐπιστάμενος; ᾧ ἕπου· ἔστι νικῶν δι' ἡμῶσιν αὐτόπαισιν, ὅτε λαμβάνει νικώμενος. Annibal elephantos in primam aciem induci iuſsit.)Plutarchus: ἐκέλευσεν αὐτὸς τοὺς θηρία κατασήσαντας εἰς πρόσωπον τάξιν ἐνάγειν τοῖς ὅλοις τῶν ῥωμαίων. 511

Ni C.Decimius Flauus tribunus militum ſigno arrepto primi haſtati.) Plutarchus: εἷς τῶν χιλιάρχων ὄνομα φλάβιος αὐθρπάσας σημαίαν, ἐκώλιαζεν. Vt eſt genus anceps.) Quòd elephanti tàm in ſuos,quàm in hoſtes ruãt. CÆSA ad octo millia hominum.) Plutarchus. λέγονται δὲ ὀκτακισχιλίους ἀποθανεῖν. Quod autem de Romanis ait mille fermè & ſeptingentos interfectos,Plutarchus ait aliter: ῥωμαίων δὲ νεκροὶ μὲν ἐγένοντο τετρακίλιοι. Oppidum in Salentinis Manduriam.) Stephanus Mandurium vocat: μανδύριον πόλις ἰαπυγίας, ὁ πολίτης μανδυρῖνος. 512

Præſidij præfectus deperibat amore mulierculæ.) Plutarchus & hanc opinionem, & alteram de muliere à præfecto amata recitat,quam quidam Fabij pallacam fuiſſe tradiderunt. Proditionis conciliator nunciauerat.)Vet.lib.pronunciauerat. Ad proditionis famam extinguendam.)Plut. ὡς μὴ πρόδοσίᾳ τὴν πόλιν ἔχων φανερὸς γένοιτο. Brutij quoq; multi interfecti.)Vet.lib.paſsim interfecti. 513

Qui interroganti ſcribæ,quid fieri de ſignis vellet,deos iratos Tarentinis relinqui iuſsit.) Plutarchus: λέγεται δὲ γραμματέα πυθέσθαι τοῦ φαβίου πρὸς τῶν θεῶν τί κελεύει, τοὺς γραφέντα πρὸς ἀφιέντας, ἢ ἐν φυλακῇ εἶναι, ὑπολείπωμεν τοὺς θεοὺς ταραντίνοις κεχολωμένους. Ijs qui Cauloniam obſidebant.)Obſeſſæ Cauloniæ meminit etiam Plutarchus in Fabio: καυλωνίαν ἐξολεῖν κατακρήτος. Et Romani inquit,ſuum Annibalem habent.)Plutarchus: καὶ φανερῶς μὲν εἰπεῖν, λύκα ἀρα καὶ ῥωμαίοις ἀνίκας τὸν ἕτερον, ἀπεβάλομεν δὲ τὴν πρὸς ταραντίνων πόλιν, ὥσπερ ἐλάβομεν. Quinque millia fermè ab vrbe.)Plutarch. πεντακόσιοι τὰ σταδίους. Inde duos Metapontinos cum literis principũ eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit.) Plutarch. σωθεὶς δέησολας ἐκεῖθεν πρὸς ἐν μεταπονλίῳ λιμναῖον ἀπεμφθὲ πρὸς τὸ φάβιον,&c. P.Scipio in Hiſpania.)Hinc etiam Polybius perſequitur res geſtas P. Scipionis in Hiſpania lib. 10. χρὴ δὲ τὴν ἰβηρίαν ὁ πόπλιος ὁ πρὸς ῥωμαίων στρατηγὸς ποιούμενος τὴν παραχείμασιν ἐν ταρακῶνι. Edeſco ad eum clarus inter duces Hiſpanos venit.)Polybius,Edeco. λαβὼν συναγωνιστὴν ἐδεκῶνα τὸν λιλαιβαίον. Eadem cauſa Indibili,Mandonioq; fuit.)Polybius: αἰδόμαλις δὲ καὶ μανδόνιος μέγιστοι μὲν ὄντες λιλυαίων πρὸς τότε κατ' ἰβηρίαν,&c. Nauales ſocios terreſtribus copijs addidit.)Polybius: συνήγαγε τοὺς ναυτικοὺς λιβυαίμεσι τοὺς πεζικοὺς λιβυαίμεις. Et iam Lælius redierat ab Roma.)Polybius: πόπλιος δὲ πρόσθεν ἐξαίφνης γάϊον λαίλιον, καὶ διακόσας πρὸ παρεγγελομένων ὑπὸ τῆς συγκλήτου πρῆξαι τοὺς λιβυαίμεις καὶ λαλεῶν ὀκτὼ παρεκείμασίας. 514

Prope vrbem Bætulam.) Polybius Bæcula nominat, ἐγγὺς δὲ τῆς καισαλῶνος, καὶ τοῖς πρὸς βαίκυλα τόποις. & Liuius paulò pòſt:Paucis prælium factum ad Bætulam diebus,cùm Scipio rediens Taraconem ſaltu Caſtulonenſi iam exceſsiſſet.Stephanus item: βαίκυλα πόλις ἰβηρείας. τὸ ἐθνικὸν βακυλδὶς. Item Ptolemæus. Ipſe expeditos ad leuem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit.) Polybius: τὸν δὲ γροσφομάχους, καὶ τῆς πεζῶν τοὺς ἀκροβάτους ἐξαφείς, ἐκέλευε προσβάλλειν πρὸς τὸν ὀφρυὸν, καὶ καταπειράζειν τὴν τῆς πολεμίων ἐφεδρείας. Et aſſuetudine ſuccedendi.)Vet.lib.Aſſuetudine tamen ſuccedendi. Ipſe ab læua,circuitu haud magno,in tranſuerſos hoſtes incurrit.)Polybius: τὰς δὲ λοιπὰς ἑτοίμους ἔχων ὡτὸς ἐκκλεθὼν τὸν ὀφρυὸν κατὰ τὸ λαῖον τῆς ἐπαναντίον προσέβαλλε τοῖς καρχηδονίοις. 515

Aſdrubal iam antequam dimicaret,pecunia rapta,elephantisq; præmiſsis quàm plurimos poterat de fuga excipiens præter Tagum flumen ad Pyrenæum tendit.) Polybius: ἀσδρύβας δὲ κατὰ τὰς ἐξαρχὰς διαλογισμὸς θεωρῶν κλινούσας, καὶ διατεταραμμένας τὰς ἐπὶ τῷ διωκόμενος, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμασε, λαβὼν δὲ τότε χρήματα, καὶ τὰ θηρία, καὶ τῆς φαλάγγιτον ὅσους ἠδύνατο πλείστους ὅπως ἀσάμενος ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν πρὸς τὸν τάγον ποταμὸν ὡς ὅπι τὰς πυρήνης ὑπερβολάς. In recenſendis captiuis decem millia peditum, duo millia equitum venit.)Polyb. σωμάτροίσας τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ὧν ἦσαν πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ πλείους δισχιλίων. Regem eum ingenti conſenſu appellauit.)Polyb. κατὰ τὸν ἐντάλξεις βασιλέα προσεφώνουν τὸν πόπλιον. Et pòſt: μετὰ δὲ μάχην ἀπαύστων βασιλέα προσεφώνουν. Sibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit.) Polybius: παρήγγειλε στρατηγὸν αὐτὸν προσφωνεῖν. Tacite iudicarent.) Vet. lib. Taciti iudicarent. Numidam ſe eſſe ait.)Veter. lib. Numidam ſe lacrymans eſſe ait. Præſidio tantùm ad inſidendum Pyrenæum miſſo.)Polybius: ἐπὶ δὲ τὰς ἐκβολὰς τῶν πυρηναίων ὀρέων ἐξαπέστειλε τὸν

τηρήσοντας ἢ ἀσφράβαν. Cùm Scipio rediens iam Taraconem saltu Castulonensi excesisset.) Vese. lib. Cum Scipio rediens Taraconem saltu Castulonensi iam excesisset. Polybius: ἀνεχώρησαν μετὰ τὴν διωκτικὴν εἰς ταρακῶνα ἐν τούτοις τοῖς τόποις ποιεῖσθαι τὴν παρασκευασίαν.

517 Media æstate Venusiam in tecta milites abduxisset.) Plutarchus Sinuessam edit pro Venusiæ. ἀλλὰ κατὰ χολὴν εἰς κομπανίαν ἀνέζωξεν, καὶ τὸ δίφος ἐν σινοέσσῃ διῆγεν ἀναλαμβάνων τοὺς στρατώτας. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus pl.) Plutarchus. οἱ δ' ἐχθρὸν πουβλίκιον βίβλον ἔνα τῶν δημάρχων ἀνέγνωσαν ὅτι τὴν κατηγορίαν αὐτοῦ. Lapides Capitolini, Poblicius. Cùm tamen necessarij Claudij obtinuerunt.) Vet. lib. Tum tamen. Nec ab imperio eius abrogando.) Vet. lib. Nec de imperio eius. Malim tamen, Ei. Nam, Abrogare alteri imperium dicitur, & magistratum. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est.) Plutarchus: τῷ δήμου συνελθόντι εἰς τὸ φλαμίνιον ἱππόδρομον. Q. Claudius Flamen.) Vet. lib. Q. Claudius Flaminius. Suspicor, Flamininus legendũ, eumq; esse, de quo priore libro dixit, C. Claudius Flamen dialis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abijt, atq; inde cognomen inuenisse, quod Quintij etiam tulerunt.

518 Mures in ædeIouis aurum rosisse.) Plutarch. in Marcello: μύες δὲ ἐν δόλῳ χρυσὸν κατεφαγότες. Singulos dies instaurati.) Vet. lib. In singulos dies: rectè. sic enim semper alibi loquitur, nõ est opus exemplis. Ex Campania nunciata erant.) Vet. lib. Et ex Campania nunciata erant. Pestilentia grauis incidit per vrbem, agrosq;.) Red de suam vocem, incidit in vrbem. sic enim veteres, quos legi, habent libri. Fecitq; ad III. Nonas Quintiles.) Scribe ex omnium librorum veterum auctoritate, ante diẽ tertium Nonas Quintiles, cuius locutionis vim non intelligens Rhenanus, mutauit, & deprauauit. Est autem ante diem tertium Nonas, idem atq; III. Nonas, id est, tertio die ante Nonas. Integram hanc fuisse Latinam dicendi formam indicat etiam Plutarchus in Numa, qui scribit Romã conditam πρὸ δεκα μίας καλανδῶν μαΐων, id est, ante diẽ vndecimũ Kalendas Maias. & in Poplicola pugnatum cum Tarquinijs esse πρὸ μίας καλανδῶν μαρτίου. id est, ante vnum Kalendas Martij, id est, pridie K. Martij. Et Dionysius libro sexto creatos ait tribunos plebis: τετάρτῃ πρὸ εἰδῶν δεκεμβρίων. quod pòst Liuius lib. 34. ait ante diem quartum Idus Decembres. Itaque cùm dicimus, Ad III. ad IIII. puto mendosè dici, diuidendasq; literas esse, ita: A. D. id est, ante diem. Varro imperio missus.) Castiga, cum imperio.

519 In sententiam M. Acilij.) M. Acilij, vt suprà de eodem admonui. Alijs sententijs notantibus præfectum, quòd eius socordia Tarentum proditum hosti esset, alijs præmia decernentibus, quod, &c.) Vox, sententijs, sine dubio mendosa est. Rhenanus, quia libros veteres, socijs, pro sententijs habere legit, in eam opinionem venit, vt ocij, putarit esse legendum, quam lectionem adeò probauit, vt eius etiam in Taciti castigationibus meminerit. Nos autem quia sæpè mendosè, socijs, pro S. C. id est, senatusconsulto esse inuenimus, & quia librũ etiam vnum, senatusconsulto, apertè habere comperimus, senatusconsulto reponimus. Nam & sensus est optimus, & locutio Liuio vsitata: vt lib. 25. Ac per eum delata ad senatum, nec vllo senatusconsulto notata. Adiecit tamen fateri se, opera Liuij Tarentum receptum.) Cicero idem scribit in Catone, prauè tamen M. Liuium Salinatorem hunc vocat. Idem Plutarchus in Fabio. Quod cùm bello Gallico ad Clastidium ædem Honori & Virtuti vouisset, dedicatio eius à pontificibus impediebatur.) De bello Gallico, & prælio à Marcello ad Clastidium in primo eius consulatu commisso scribit Polybius lib. 1. & Plutarchus in Marcello. De ædibus autem his idem Plutarch. sic: ἔπειτα ναὸν ἐπὶ τῷ σικελικῶν λαφύρων ὡκοδομημένων ὑπ' αὐτοῦ διόδῳ, ἣ ἀρετῆς καθιερῶσαι βουλόμενον ὑπὸ τῶν ἱερέων, κὴ μὴ ἀξίνταν ἐν ναῷ δύο θεὸς πρεσχέσθαι πάλιν παρασκευάζειν ἕτερον. Vni deo rectè dedicari.) Vet. lib. Ritè. Inter Venusiam, Brutiam q;. Vet. lib Bauriam que, Ego: Bantiam. sic enim Plutarchus μεταξὺ βαντίας πόλεως, καὶ βενυσίας. Et Stephanus: βαντία πόλις ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν βαντῖνος.

520 Partem exercitus quæ in præsidio erat.) Vet. lib. Qui in. Sub tumulo Petelliæ.) Vet. lib. Peteliæ: Stephanus: πετηλία πόλις ἰταλική, τὸ ἐθνικὸν πετηλῖνος. Plutarchus: ἢ πρὸς πετηλιὰν λόφον ait, pro πετηλιαν. Ad duo millia armatorum cæsa.) Plutarchus: ὑφεῖς ἐνέμειναν πεντακοσίους καὶ πεντακοσίους ἀπέκτεινε. Tumulus erat syluestris inter Punica & Romana castra.) Plutarchus ἐν δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος ἐπικὼς μὲν ἀγρίοις ὕλης δ' παντοδαπῆς ἀνάπλεως. Fremebant vulgò in castris Romanis, occupandum eum tumulum esse.) Plutarchus: ἐν πολὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ῥωμαίων λόγος, ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν Prima hostia cæsa, iecur sine capite inuentum.) Plutarchus: κὴ τῶν πρώτου πεσόντος ἱερείου δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ ἀκέφαλον ἔχον καφαλὴ δ' μαΐτις. Auctum etiam visum in capite.) Plutarchus: ἦν τε κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὲς αὐξῆσαν. De eadem re Valerius lib. 1. de prodigijs. Nec id sanè aruspici placuisse, quòd secundum trunca, & turpia exta, nimis læta apparuissent.) Plutarchus: οἱ δ' μαΐτεις ταῦτα μᾶλλον ἔφασαν δεδιέναι, καὶ παρὰ πόδας. λαμπρότατον γὰρ ἐπ' αἰχίσοις, κὴ σκυθρωπὸ τύπος ἱεροῖς νομίζων ὑποπτον εἶ δ' μεταβολῆς τὴν ἀποπίαν.

Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi, vt nũquam satis castra castris collata diceret.) Vet. lib. Pro, cupiditas, habent, cupido, & pro diceret, duceret. Deserti ab Etruscis Fregellani.) Ducentos & viginti equites secum eduxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, sed aut Etrusci erant omnes, aut Fregellani, vt ait Plutarchus: ἐξήγαγεν ἓν τούτῳ σωμάτων κριστῖνον παραλαβὼν, καὶ δ' ὑὸν χιλιαρχοῦντα, τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι, καὶ διακοσίους, ὧν ῥωμαίων οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι τυῤῥηνοὶ, πεσαράκοντα δ' φρεγελλαῖοι, πεῖραν ἀρχῆς κὴ πίστεως ἀεὶ τῷ μαρκέλλῳ δεδωκότες. Marcellum etiam transfixum lancea.) Plutarchus: μάρκελλον δὲ πις λόγχῃ πλαγεῖσα διὰ τῶν πλευρῶν διέλασεν, ὣν λαγκίαν καλοῦσιν. Interfectus A. Manlius.) Ita vet. lib. Mouet quosdam, quòd legerint, Interfecti, suspicanturq; deesse nomen alterum, sine causa. Lictores consulum quinq; viui in potestatem hostium venerunt.) Plutarchus: αἰχμαλωτοὶ δ' κὴ τῶν μὲν ῥαβδοῦχων πέντε. Equites duodeuiginti viui capti. τῶν δ' ἱππέων εἴκοσι δυοῖν δέουτες.

521 L. Cœlius triplicem gestæ rei ordine edit.) Vet. lib. Alij C. Lælius, alij Lælius Cœlius. Aut igitur L. Cælius Antipater est, cuius sæpè meminit, aut C. Lælius, quem historias scripsisse tradere videtur Polybius lib. 10. Ibi inuentum Marcelli corpus sepelit.) Hac in re citat auctorem Liuium Plutarchus: λίβιος δ' κὴ κρίσας ὁ σεβαστὸς, κομιδῆ μὲν τὴν ὑστέραν ὡς δ' ἰδὼν εἰρήκασιν κὴ ταφῆναι λαμπρῶς. Paulò antè hic nuncius consulis Salapiam venerat, cùm literæ.) Vet. lib. Quam literæ. Quam Cincius.) Vet. lib. Quam L. Cincius.

522 M. Marcellum trib. militum.) M. Marcelli consulis interfecti filium. Plutarchus. Q. Fabium filium.) Virum consularem, de quo antè dictum est. L. Cincius Alimentius.) Alimentus, vt antè. Idem, de quo paulò antè. Phaleram.) Vet. lib. Phalaram. sic Stephanus: φάλαρα πόλις τεθραλίας πλησίον λαμίας. τὸ ἐθνικὸν φαλαρεὺς. Rhion profectus est.) Stephanus, ῥίον πόλις μεσσηνίης ἢ ἀχαΐας. κὴ ἄλλη αἰτωλίας. Achaicum oppidũ intelligit, vbi concilium agebatur Achæorum.

523 Questi sunt quædam.) Vet. lib. Parua quædam. Sationis restitueretur Athamanis.) Suspectum habeo locum, vt Clareanus. Ipse ab eo concilio Argos regressus.) Vet. lib. Ipse habito concilio. Iussis subsequi peditibus.) Vet. lib. Iussis se subsequi. Qui Eleum agrum ab Dymeo dirimit.) Polybius & Stephanus δυμαῖον scribunt. Itaq; Dymæo, scribe. Triballos, Illyriorum id est genus.) Vet. lib. Trallos. Rectè. Tralli enim sunt populi Illyrij, auctore Stephano, de quibus Liuius etiam lib. 37.

524 Lycnidum.) Græci λύχνιδον. ergo Lychnidum. DASSARETIORVM.) Dassaritiorum, ex Stephano.

Παλαιστῖται ἔθνος Θεσσαλίας. λέγεται καὶ Παλαιστῖνοι. Dardanos in Macedoniam effusos Oreſtidem iam tenere, ac deſcendiſſe in Argeſtæum campum.) Suſpicor Ægeſtæum campum eſſe Theſprotium, qui affinis eſt Oreſtidi. Nam Stephanus: Αἰγεσαῖοι οἱ ἄνθρωποι ἀπό τινος αἰγέσου στρατηγοῦ. Nam qui ſit Argeſtæus campus quærit meritò Glareanus. T. QVINTIVS conſul.) Vet.lib. Quinctius Criſpinus conſul. Dicto L. Manlio Torquato.) T. Manlio. eſt enim is, cuius ſæpius antè meminit. C. SERVILIVM, tum ædilis curulis erat, dixit.) Vet. lib. C. Seruilium, qui tum ædilis curulis erat, dixit. M. ÆMILIVS prætor. vrban. C. Flaminio.) M. Æmilium Regillum; qui pòſt fuit flamen Quirinalis, fuiſſe puto. Ex conſulatu populi iudicio damnatus.) Quòd prædam Illyricam malignè diuiſiſſet, vt antè dixi.

In ſenatum venire.) Non legerant eum in ſenatum, ſed auctores ei fuerant, vt in ſenatum veniret, non tanquam ſenator, ſed tanquam pedarius: nam ſequitur: Sed tum quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat. Ex ijs enim erat, quibus ius erat in ſenatu ſententiam dicere, non tamen ſenatores erant, Gellius. Quia duos patricios creari non liceret.) Per hæc tempora nunquam duo patricij conſules comparati, duo verò plebeij in collegio Gracchi & Marcelli comparati ſunt. M. FVRIVM.) Camillum, de quo lib. 5. L. PORTIVS Licinius.) L. Porcius Licinus ex Cap. lapi. C. MANLIVS.) C. Mamilius. Sic enim vet. lib. pleriq;. Caius certè non eſt prænomen Manliorum. Hunc puto eſſe C. Mamilium Vitulum, de quo ſuprà. Et præſciſcere.) Vet. lib. Et præſcire. Inimicitiæ autem nobiles inter eos erant.) Vet. lib. Inimicitiæ ante nobiles inter eos. De his inimicitijs, & de reditu in gratiam, etiam Valerius. Quem Alpibus appropinquare fama erat.) Vet. lib. Quem iam Alpibus. 525

L. AQVILIVS Pætus augur creatus.) Vet. lib. Præfectus Aquilius Pætus, mendosè certè, ſed ita vt ex obſeruatione diuturna eiuſmodi mendorum veſtigia veritatis elicias. ſæpè enim eſt, præfectus, pro Publio, in manuſcriptis. Itaque legendum puto, P. Ælius Pætus. Primum enim cognomen Pæti, non erat Aquilliorum, ſed Æliorum, deinde hic eſt P. Ælius Pætus, qui nunc ſit augur, & anno DLXXIX. augur apud eũdem Liuium moritur, lib. XLII. Ab Q. Manlio, & M. Cæcilio.) Lege ab Q. Mamilio, vt infrà probabitur. C. MANLIO Sicilia.) C. Mamilio, vt antè. Ita per prouincias diuiſa, binæ conſulum eſſent.) Vet. lib. Vt binæ. CLIVVM Publicium.) Vet. lib. Cliuum publicum, vt lib. 30. Annus inſignis incendio ingenti, quo Cliuus publicus ad ſolum exuſtus eſt. Et lib. 26. Quos cùm ex arce, Capitolioque cliuo publico in equis decurrentes quidam vidiſſet. Vt Sinueſſæ biennio ante.) Suprà hoc eodem libro. Ab Liuio poëta.) Liuius Andronicus, Liuius à Liuio Salinatore, vt ait Euſebius, appellatus. 526

Sonum vocis pulſu pedum modulantes.) Id eſt, λόγῳ ἐν ῥυθμῷ, vt ait Ariſtoteles in Poëtica. ANXVRAS.) Taracinas. A ſupero mari Senenſis.) Senenſis à Sena colonia vrbe ad Adriam eſt, non à Senis Etruriæ. Earum coloniarũ iuniores iureiurando adacti ſupra dies triginta non pernoctaturos extrà mœnia colonię ſuæ.) Vet. lib. Non habent vocem, dies, & pro triginta, habent quadraginta: ſenſu multò præſtantiore. Iuniores cuiuſq; coloniæ vltra quadraginta non pernoctaturos extra mœnia coloniæ ſuæ. eadem ſententia eſt lib. 26. Néue vno tempore quinq; ſenatores ab vrbe Roma abeſſent. Né emergeret ex Bruttijs, atq; obuiam fratri ire poſſet.) Vet. lib. Emergere. Duo millia de legionibus militum.) Vet. lib. Ad duo millia. 527

Præcipitaſſet Romana Reſpub.) Vet. lib. Præcipitaſſet. reſp. Secunda in Italia.) Vet. lib. Multa ſecunda in Italia. 528

T. CLAVDIVM Aſellum.) Vet. lib. Ti. Claudium Aſellum. 529

MARRVCINVM Ferentinum.) Vet. lib. Ferentanum. Suprà oſtendi legendum eſſe, Frentanum. Flexit in Picenum.) id eſt, vt in Picenum tenderet. Q. TATIO legato.) Vet. li. Q. Catio, quod probo: ſuprà enim Q. Catium quoque ædilem curulem nominauit. Biennio antè, cùm caſtra Punica obiecta Romanis mœnibus portisque fuerant.) Quadriennio legendum eſſet, niſi extremos annos omiſſos eſſe intelligeremus, id enim factum eſt anno DXXIX. Sine imperio, ſine auſpicio.) quia imperium, auſpiciumque conſulis erat, qui diſceſſerat. 530

Gemina victoria inſignem.) P. & Cn. Cornelijs interfectis in Hiſpania. Concitatis ad arma Gallicis.) Vet. lib. Et concitatis ad arma. Haud cum ignoto duce C. Nerone.) Hac de re ſcripſit libro priore. Flagitare precibus, vt quæ.) Ve. li. Fatigare precibus, quod placet. eſt enim genus dicendi Liuio familiare. Nocte clàm ingredi viſum eſt.) Vet. lib. Melius viſum eſt. Teſſera per caſtra ab Liuio conſule data erat, vt tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet.) Sic lib. 7. Vigilijs deinde diſpoſitis cæteris omnibus teſſeram dari iubet, vbi ſecundæ vigiliæ buccina datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad ſe conuenirent. Polybius item de teſſera, quam ξυνθήκην, & σωσίσημα vocat, lib. 6. agit, id eſt, de ſigno nocturnis excubijs dando. Nam Liuius his locis pro quocunq; ſigno accipere teſſeram videtur. Ad Senam.) Coloniam, de qua ſuprà. Vnde in Bruto: Salinatorem ait Cicero Senenſi prælio ludos vouiſſe. 531

Stricoſiores equos.) Sic Front. lib. 1. cap. 2. 532

Vt adire nuncius non poſſet, præcunctantibus, vociferantibusque.) Vet. lib. quos legi omnes, Vt adire nuncius non poſſet, trahereturque à percunctantibus. 534

Inde traducti in concionem legati.) Vet. lib. Introducti in concionem. Hinc ego: Inde producti. Eſt enim hæc conſuetudo Latini ſermonis, vt cùm non omnibus pateret aditus vel in ſenatum, vel in concionem, à magiſtratibus tamẽ, quorum id ius erat, in curiam quidam introduci, ad populum verò (ſic enim loquebantur) produci poſſent. Sic lib. 7. Legati introducti in ſenatum maximè in hanc ſententiam locuti ſunt. Et lib. 28. Tum Saguntinorum legatos in ſenatum introduxit. Et paulò pòſt: Legationes deinde cæteræ in ſenatum introductę. Et hoc libro: Mandat conſulibus, vt eos quoque ad populum producerent. Item: Productus in concionem Lælius eadem diſſeruit. Et li. 41. Eum cùm in ſenatu fatigaſſent interrogationibus, in concionem quoq; produxerunt. Cicero poſt reditum ad Quirites. Deinde omnes, qui veſtris maximè beneficijs, honoribusque ſunt ornati, producti ad vos ab eodem. Et ad Att. lib. 1. Q. Fuſius in concionem produxit Pompeium. L. VETVRIVS literis recitatis omnia, quæ acta erant expoſuit.) Vet. lib. Planius omnia, egregiè. Eam ſupplicationem C. Hoſtilius prætor pro concione dixit, celebrataque à viris, fœminisque, omniaque templa per totum triduum æqualem turbam habuere.) Vet. li. Celebrata à viris, fœminisq; eſt, omnia templa, &c. Mutuum dando, argentũ creditum ſoluendo.) Vet. lib. Mutuum dando argentum, creditumque ſoluendo. Caſtrisque inde motis, vt omnia.) Vet. lib. non habent, vt, & pro voce, Contraheret, habent Contrahit: quod placet. 535

CAROLI SIGONII

IN EPITOMEN LIBRI XXVIII.

Et in hoc habitu plus gloriæ, reuerentiæque habuit.) Vet.lib. Et in hoc actu. Carthagini Noüæ.) Carthagine Noua, legendum. Occiderunt, se insuper præcipitauerunt.) Vet.lib. Et se insuper. Et amicitia facta est cum Massanisa.) Tolle vocem, Est, vt vno ambitu orationis hęc tota sententia comprehendatur. Sic vet. lib. Si ex rep. esse cognosceret.) Vet.lib. Si è rep.

IN LIBRVM XXVIII.

Cum transitu Asdrubalis quantum in Italiam inundauerat belli, tantum leuatæ Hispaniæ viderẽtur.) Rhenanus leuissima vnius libri coniectura motus legit, Inundauerat, pro Inclinauerat, à quo ipse dissentio, non solùm, quia contra librorum omnium auctoritatem facit, sed etiam, quia pulcherrimam sententiam deprauat, quæ ex vocibus, Inclinauerat, & Leuatæ, elicitur, quæ translatione à lance sumpta nituntur. Nam quo grauiori pondere lanx altera premitur, eò magis contraria leuari videtur. Quod idem de Italia quoque & Hispania intelligendum est.

536 Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste, inde ad emittenda ipsi consurgunt.) Vet.lib. Ad remittenda, probè. Quod ad fugam impedimento hostibus erat, & ad cædem eos.) Vet.lib. Id ad cædem eos. Duo haud amplius millia peditum.) Vet.lib. Haud amplius tria millia peditum. Scipio spem debellandi, si nihil iam etiam ipse cunctando moratus esset, nactus.) Vet.lib. Si nihil eam ipse cunctando. Betica.) Græcè βαίτις, & βαιτικὴ. Ergo Bætica. Cæterùm, quòd aciem remouisset, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit.) Lectionem exagitatam à Rhenano reponendam censeo. Est enim in omnibus vet. quos legi libris sic: Cæterùm quoad continuisset exercitum, propositum bello se ratus, antequam freto Gadeis traijceret, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit. Sensus est: Asdrubalem timuisse sibi magis, si exercitum continuisset, quàm si dimisisset. Est autem sententia illa, quæ est in epistola Cœlij lib. 8. Nam de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissem, nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Ad oppugnandam opulentissimam in ijs locis vrbem, quam Oringin barbari appellabant, mittit.) Vet. lib. Vrbem (Origin barbari appellabant) mittit. Huius meminit Plinius libro tertio, capite primo.

537 Arx fuit Asdrubalis ad excursiones circa in mediterraneos populos faciendas.) Vet.li. Asdrubali, quod magis probo. Etiam eo superare hostem.) Vet.lib. Et iam. Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Læuino proconsule ex Sicilia in Africam transmissa. Tolle particulam, Cum, ex vet.lib.

538 Sustulerunt enim animos Ætoli cùm ob Romanam societatem, tùm post Attali aduentum.) Vet. lib. Ab Romana societate: nota dicendi forma est. Polybius autem hoc sic expressit: *οἱ μὲν αἰτωλοὶ προσφάτως ἐπηρμένοι τῆς ἐλπίσιν ὅτι τῇ ῥωμαίων, καὶ τῇ τῶ βασιλέως ἀπήλου παρουσίᾳ.* Et Thracum maximè Medos.) Mædos. Polybius: *ἔτι δὲ τὺς προσορῶντας τῇ μακεδονίᾳ θρᾷκας, καὶ μάλιστα τὺς μαίδους.* BOBTI quidem, &.) Vet.lib. Bœoti quidem ipsi, &. Tum præsidium vrbi mittit, vnde allatum erat.) Deest hîc non vrbis nomen, sed insulæ, in qua vrbs erat. Fuit autem Peparethus, vt ex Polybio, vnde hæc ad verbum translata sunt, intelligi potest, cuius hæc verba sunt: *καὶ προσορμίσαντας τῇ πεπαρήθῳ, καὶ κατειληφέναι πλὴν χώρων, τότοις μὲν ὀξαπέστειλε τὺς προφυλάξαντας πλὴν πόλιν.* Itaq; legendum apud Liuium puto: Tum Peparethum præsidium vrbi mittit. Vox enim, Præsidium, affinis quodammodo voci, Peparetum, illam è loco suo eiecit. Est autem vrbs in insula eodem nomine, vt ait Stephanus: *πεπάρηθος νῆσος μία πρὸς κυκλάδων δμώνυμον ἔχουσα πόλιν.* Additi quingenti Ænianum.) Si Polybium sequamur, quem nescio cur non maximè sequamur, Agrianum, pro Ænianum, est restituendum. Is enim hac de re ita: *εἰς δὲ χαλκίδα καὶ πλὴν ἄλλων ὀξέων μένιππον ἔχοντα πελτασὰς χιλίους, ἀγελάνας πεντακοσίους.* de quibus Stephanus: *Ἀγρίαι αἱρεσιωτικῶς ἔθνος θρᾳκίας μεταξὺ αἵμου καὶ ῥοδόπης, λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες, καὶ ἀγριᾶνες, καὶ ἀγριᾶνες*, Agrianum horum meminit pòst etiã sæpè Liu.li. 44. Segetibus tamen, quæ iam prope maturitatem erant, maximè in sinu Æniano euastatis, Scotusam copias reducit.) Qui sit sinus Ænianus, vt multa alia, quærit Glareanus. is est autem, de quo Polybius lib. 11. his verbis: *ἡ δὲ σῖτον φθείρας, καὶ παρελόμενος ἧκε πρὸς τὸν αἰνείαν κόλπον καταικάντων, ἐσανήλθε.* & Stephanus: *αἰνία πόλις περῤῥαιβῶν, καὶ αἰνιάδες οἱ οἰκοῦντες, καὶ τὸ κτητικὸν αἰνιακὸς κόλπος.* [In Polybio est Ainianòs, non Ænianus, non immeritò igitur dubitat Glareanus, imò quæ Glareanus adducit, hîc omittit Sigonius.] Ipse in Cisseo, mons est in altitudinem ingentis cacuminis editi.) Quòd Glareanus quærit Cisseum mõtem, imperitè facit: etenim nullus est. Tisæum autem inuenio apud Polybium li. 11. vbi de hac re loquitur: *καὶ παρήγγειλε διασαφεῖν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα διὰ πυρσῶν ὅπὶ τὸ τίσαιον τῦτο δὲ ὄρος ἐστὶ θεσσαλίας.* Veteres etiam Liuiani libri habent, Thiseo, non Cisseo. [Glareanus rectè dubitauit, & rectè iudicauit de re, nomen ignorauit.] Niceam.) Nicæam, Græci enim *νικαίαν* edunt. Demetrium Phthiotidis.) Sic veteres libri, & rectè: nam duo fuerunt oppida hoc nomine, vt Stephanus *δημήτριον τόπος θεσσαλίας κείμενος πρὸς ἡ ὑμφρυσσον. ἔστι καὶ πόλις αἰολίδος.* Fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat.) Vet.lib. Septies in die.

539 Ad Cynum Locridis, emporium est Opuntiorum.) Sic Stephanus: *κυῶν ὄπιγμον ὀποῦντος. ὡς φίλων καὶ παυσανίας, ἐκπλῶν ἡ πόλιν ἀυτὴν φησίν.* Philippum & ignes ab Oreo editi mouerant.) Placet magis, vt est in vet. li. monuerunt, vt sit: ignes ab vrbe Oreo editi, monuerunt Philippum obsideri Oreum. Phocidis Elatiam.) rectè addidit, Phocidis. Nam ait Stephanus: *Ἐλάτεια πόλις φωκίδος, καὶ θεσπροτίας.* Molientibus ab terra naues Philippus aduenit.) Vet. lib. Superuenit. Compositis circa Opuntem rebus Toronem est profectus.) Torone ad sinum Toronæum est procul ab Opunte. Throniũ pariter est Locrorũ, atque opus, non procul à Thebis Phthiotidos. Itaque verisimilius est Philippum ab Opunte Thronium, quàm Toronem venisse, præsertim verò cùm à Thronio in Doridem finitimam regionem venisse subdat. Itaque his de causis subdat Thronium puto legendũ, de quo & Stephanus, & Strabo, & cæteri. Idem placet etiam Glareano. Tritonon, & Drymas Doridis parua, atque ignobilia oppida.) De his sic Stephanus: *πείτων τολίχνιον μακεδονίας. Δρυμία πόλις φωκίδος.* Veteres etiam libri edunt Drumias, ex quo apparet ita esse legendum. Desertæ priore quidem Philippi bello.) Vet.li. Priore eiusdem Philippi. Cum Eream venisset.) Vet.lib. Hæream, & rectè, inquit & Stephanus: *ἠρεία ἔστι καὶ πόλις αἰγιαλείας, κεῖται ἡ κατὰ μεσσήνιον πελοποννησον.*

540 Triphiliam, Alipheram.) Stephanus: *τειφυλία ἡ ἴλις. ἀλίφειρα πόλις αἰγιαλείας.* Eo quanta maxima posset celeritate tenderet.) Vet.lib. Contenderet. Sed vix rationem inire posse.) Vet. lib. Quod suorum ius esse finium satis probabant. Ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium sunt.) Stephanus: *Ἐρυθραὶ πόλις ἰωνων, καὶ λιβύης καὶ λοκρίδος, καὶ βοιωτίας, καὶ κύπρου. Εὐπάλια πόλις λοκρίδος, ὡς δικαίαρχος ἀρτεμιδῶρος φησὶ.* Posidaniæ.) Stephanus: *ποσιδωνία πόλις αἰτωλίας, πείτη ἡτυλίας.* Ipse à Cenchreis.) Stephanus: *κεγχρέαι πόλις τρωάδος ἄλλη πρὸς πόλις καὶ ἔθνικον κορίνθου.* Hoc loco Cenchreas, quæ ad Corinthum sunt, intelligit, vt superuacanea sit huius loci emendatio, quæ à Clareano affertur, qui contra fidem veterum librorum legendum putat, ab Oenoa.

Oreano-

Oreanorum, atque Opuntiorum.) Vet.lib.Oritanorum,& rectè. Nam Stephanus: ὠρεὸς πόλις Βοιωτίας. τὸ ἐθνικὸν, ὠρείτης. Ab Chalcide Oreum nauigat, principumque ijs.) Custo diam Orei concedit Philippus principibus vrbis, quod ab Attalo & Romanis paulò antè expugnatum, relictum deinde fuisse Philippi in Euboeam aduentu intelligendum est. Q. FABIVS Maximus prætor legatus ab M. Liuio consule Romam ad senatum missus.) Duo Quinti Fabij Maximi per hoc tempus celebres fuerunt, pater & filius, vterque consularis. Quorum neuter hoc anno præturam gesit. Itaque quoniam vox, prætor, non habet locum, pater legendum est. sic enim ipsi inter se distinguuntur, vt alter pater, alter filius nominetur, in Epitoma prioris libri. Fabius Maximus pater, consul Tarentinos per proditionem recepit, Liuius libro priore. Q. Fabium filium ad exercitum Venusianum miserunt. Errandi causa profecta est à breui scripturæ genere PR. & pr. quarum altera prætorem, altera patrẽ significamus. Sic apud Pæd. in Diuinatione: Hic est igitur Lentuli Suræ pater in carcere strangulati propter coniurationem. puto enim legendum: Hic est auus Lentuli Suræ prætoris in carcere. etenim P. Lentulus verè Suræ non pater, sed auus fuit, auctore Cicerone, & Sura in coniuratione iterum prætor erat, teste Dione. [Hanc animaduersionem sibi vendicat Robortellus lib. 1. Emendationum cap. 34. furti accusans Sigonium.] Vno animo remp. gessissent.) Vet.li. Rem gesissent. sic infrà, quoniam in prouincia M. Liuij res gesta esset. Hac de loquendi forma etiam dictum est supra. Non salutabant modò vniuersi, sed.) Vet.lib. Non salutabant modò vniuersi circumfusi, sed.

Et supplicatione amborum nomine, & triumpho vtrique decreto.) Vet.lib. Et supplicationem amborum nomine, & triumphum vtrique decreuerunt, quod valdè probo. T. CLAVDIVS Asellus, Q. Manlius Thurinus.) Lege T. Claudius Asellus, Q. Mamilius Thurinus, ex vet.lib. & Iap. Capitol. atque ita in his vbiq;. BRVTII ambobus, vt cum Annibale bellum gererent, prouincia decreta.) Vet.lib. Brutij ambobus, & vt cũ Annibale. 542

Sicut P. Manlius tenuerat.) Hic est ille, quem lib. 27. C. Mamilium nominauimus ex veteribus libris, cùm C. Manlius vulgò legeretur. In ijsdem libris hoc in loco est, P. Mamilius, in quo inest vestigium veritatis. Supplicationem vnum diem habere.) Vet.lib. In vnum diem. Cæsa flagro est Vestalis.) Vet. lib. Flagris. A BRVTIIS, iaculatoribusque disturbati.) Rhenanus restituit, A Brutijs iaculatoribus disturbati. Incolumes legiones in loca culta euasere.) Vet.lib. In loca euasere.

Prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint.) Hoc ait propter Sardiniam & Siciliã, quæ primæ prouinciæ fuerunt, Velleio auctore, & cæteris, sed non sunt in continente. Peditum LXX. millia quidam adducta ad Silipiam vrbem scribunt. Ibi super campos patentes duo Pœni duces, &c.) Intelligit Polybium, qui sic ait lib. 11. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἀσδρούβου κατεστρατοπέδευσαν ὑπὲρ μακρᾶν ἀπὸ τῆς πόλεως πεδιάδος οὔσης ἐπιπέδου καὶ πολλὰς ἐχούσης ἐπιτηδείους παρεμβολάς. Tantæ se parem multitudini ratus.) Vet.li. Parem fore multitudini. Præmisso Silano ad Colcam, duodetriginta oppidis regnantem.) Polybius: πάντων δὲ μάρκον μὲν ἴδιον ἐξαπέστειλε πρὸς κολίχαν τὸν περιπλεύμενον τὰς ἐπιμαχεῖσας αὐτῷ πόλεις τότε δυνάμεις. Itẽ: Eò adducta ab Silano auxilia tria millia peditum, & quingenti equites: αὐτοὶ δ' οἱ πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι. Inde ad Betulam vrbem processum cum omni exercitu.) Polybius: ἐντεῦθεν δὲ κασαλῶνι, καὶ τοῖς περὶ βάκυλα τόποις, καὶ συμμίξας ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ τῶν ἐκ τῆς πολίχνης καὶ δυναμένων, &c. Item: Peditum, equitumq; v. & XL. millibus. ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς τετρακισμυρίους πεντακισχιλίους; ἱππεῖς δὲ περὶ τετρακισχιλίους. Id est, peditum v. & XL. millibus, equitum tribus millibus, vt verè hanc summam non reddidisse Liuius videatur, nisi quid vitij subsit. Castra ponẽtis eos Mago, & Massanisa cum omni equitatu aggressi sunt.) Polybius: μάγων καὶ μασσανάσσης τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἰδίων ἱππέων, καὶ μασσανάσσου μετὰ τῆς νομαδικῆς ἴλης ἐπὶ τὸν παρεμβολήν. Ni abditi post tumultum, opportunè ad id positi à Scipione equites.] Polybius: ὁ δὲ πάλαι προσδεχόμενος τὸ μάλλον ἀπὸ τινὸς καιροῦ λήψεσθαι τοὺς ἱππεῖς ἅτε τῆς χωρητικωτέρων. Et primo turmatim abibant, nihil propter pauorem, festinationemúe confusis ordinibus, deinde postquam acrius vltimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat, nihil iam ordinũ memores.) Polyb. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τάξει τῶν αἰεχώρησιν ἐποιοῦντο, τῆς δὲ ῥωμαίων ἐγκειμένων ὑπομένειν τοὺς λύσαντες τὰς ἴλας κατέφυγον ἀπὸ τῶν αὐτῶν παρεμβολῶν. Et quanquam eo prælio aliquantum & Romanis aucti, & diminuti hostibus animi erant, tamen per aliquot insequentes dies nunquam ab excursionibus equitum, leuisque armaturę cessatum est.) Poly. οἱ μὲν οὖν ῥωμαῖοι τότε ἡγούμενοι θαρσαλεώτερον διάκεισθαι πρὸς τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ καρχηδόνιοι τἀναντίον. ἐν μὲν ἀλλὰ τῆς ἑξῆς δὴ πολὺ ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ διὰ τῆς ἱππέων. καὶ τῆς δεξιᾶς ἀκροβολισμὸς ποιησάμενοι, καὶ καταπεράσαντες ἀλλήλων, ὥρμησαν ὅλη τὸ κρίνειν τὰ ὅλα.

Mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienses misti Afris. ante Punicam aciem elephanti.) Polybius: μέσους λίβυας, τὰ δ' ἑκάτερα περιθέμενον ἑκατέρων τῆς καρχηδονίων. Tesseram vesperi per castra dedit, vt ante lucẽ viri equique pransi essent.) Polybius: ἅμα δὲ ὡς φωτὶ διαπεμπόμενον τὸν σύνθημα τοῖς ὑπηρέταις παρήγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς στρατοπεδάρχαις ἀεὶ ποιησαμένοις, καὶ καθοπλισαμένοις ἐξάγειν πρὸ τῆς χάρακος. Asdrubal equitatum omnem extemplò in equites emittit, ipse cum peditum agmine castris egreditur.) Polybius: οἱ περὶ τὸν ἀσδρούβαν ἠναγκάσθησαν ἀπερισκέπτως ἐκ τοῦ καιροῦ τοὺς μὲν ἱππεῖς, καὶ τοὺς ἀζώνους ἐπαφιέναι τοῖς ἱππεῦσι πρὸ ἑαυτῶν εἰς τὸ πεδίον, τοὺς δὲ πεζικοὺς δυνάμεις παρεπάγην ὁ κολὺ τῆς παρωρείας. Patefactisque ordinibus, equitatum omnem, leuemq; armaturam in medium acceptam, diuisamque in partes duas in subsidijs post cornua locat.) Polybius: διὰ πρὸ διαστημάτων ἐν ταῖς σημαίαις εἶσω τοὺς ἀκροβολιζομένους, καὶ μερίσας ἐφ' ἑκάτερον κέρας ὄπισθεν πρὸ παρατεταγμένων, πρῶτον μὲν τοὺς προσφομάχους, ὅπη δ' τούτοις τοὺς ἱππεῖς, &c.

Ad Silanum, & M. Mertium.) Polyb. λεύκιον μάρκιον, καὶ μάρκιος ἰούνιος. Cum ternis peditum cohortibus, ternisq; equitũ turmis.) Polyb. sic: σὺν τρεῖς ἴλας ἱππέων, καὶ τρεῖς σπείρας. τοῦτο δ' ἐκάλεῖτο τὸ συνταγμα πρὸ πεζῶν ὑπὸ ῥωμαίοις κόρτης. Procedente iam die.) Vet.lib. Et procedente iam die. Nam super cætera elephanti etiam tumultuoso genere pugnæ equitum, velitumq;, & leuis armaturæ consternati.) Polybius: ἐν δὲ τούτων συμπλοκῆς τὰ μὲν θηρία διὰ πρὸ χρόσφορμάχων, καὶ πρὸ ἱππέων ἀκοντιζόμενα, καὶ διαπαραπίπτοντα πανταχόθεν ἔπαραχε μὲν κακῶς ἔβλαπτε δ' οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολεμίους.

Cepisseque tanto impetu castra, ni ex vehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tantæ vis aquæ deiecta esset, vt vix in castra sua receperit se victor.) Scribe: Ni se ex vehementi sole, &c. tantæ vis aquæ deiecisset. sic enim veteres libri. at Polybius: εἰ μὲν οὖν μὴ θεὸς ἀνθρώπου τις σωτηρίαν ἐπεμηχανήσατο τῷ σωτηρίας, πανσχεῖμα ἂν ἐξ ἐπιπόνου ἐπὶ τῷ παρεμβολῆς, ὅπερ ἡμούμενος δ' χ' τῷ ἄλλα συγραφῆς ἐξασίου, καὶ καταβρεχθῆναι ὑμβρουλάρου, καὶ σωσεχῶς, μόλις εἰς τὸν αὐτὸν στρατοπεδίαν ἀνακομισθῆναι οἱ ῥωμαῖοι. Reliqua desiderantur apud Polybium, quæ ad hanc rem pertinent. Quosdam etiam religio ceperat.) Vet.lib. Ceperit. Quod laudo, congruit enim cum priore verbo, Receperit.

Tertio decimo anno post bellum initum, quinto postquàm P. Scipio prouinciam, & exercitum accepit.) In veteribus libris est quarto decimo, non tertio decimo, vt emendauit Glareanus. Legendum est tamen, duodecimo. Forma autem est loquendi, qua primus annus non comprehenditur, vt cùm ait: quinto anno postquam Scipio imperiũ accepit. Etenim reuera hic est Punici belli annus decimus & tertius, & imperij Scipionis sextus, at cùm dicit post initum bellum, post acceptam prouinciam, annum primum excipit. Qua de ratione loquendi

in libro

in libro trigesimo extremo agemus. Quoniam fors eos sub eodem tecto esse, atque ad eosdem penates voluisse. Non est mihi dubium, quin Liuius scripserit, atq; in eodem penate voluisset. Quod est in veteribus libris. De qua voce sic Festus: Penatis Labio Antistius singulariter posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cũ patiatur proportio etiam Penas dici, vt optimas, primas, Antias. Hunc loquẽdi morem cùm ignorarent qui ante me Liuium emendarunt, veteres libros temerè deprauarunt.

547 Ad Illiturgim.) Scribe ad Illiturgi. est enim ἄπλωτον, vt supra dixi. Hinc & hortari milites Scipio orsus est.) Vet. lib. Hinc exhortari. Admonebant alios.) Vet. lib. Admonebant alij alios. Terrorque inde, ac desperatio inuaserat.) Vet. lib. Inuaserat omnes.

548 Gladiatorium spectaculum fuit. Item: Munusque gladiatorium.) Veteres libri, gladiatorum, quo pacto loquitur paulò pòst. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi. Et Suet. in Cæsare: Edidit spectacula varij generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim vrbe tota. BOETE amni, quem incolæ Circium appellant.) Vet. lib. habent: Circem appellant. Corruptè autem Stephanus, apud quem ita legitur: βαῖτις ποταμὸς κατ' ἰβηρίαν. ὃς πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Suspicor autem esse legendum ὥσπερ κίρκης. fecerunt enim errorem in libra. rio syllabæ illæ finitimæ περ & κιρ. Itaque sine dubio Circem non Circium legendum arbitror. Eustathius in Dionysium ταρτησὸν vocatum esse tradit.

Turbam fœminarum, puerorumque, imbellem, inermem.) Vet. lib. Imbellem, inermemque. Cum se-
549 ptem triremibus quinqueremi vnà est missus.) Vet. lib. Et quinqueremi vna.

Iuuentute Celtiberorum excitata.) Vet. lib. Excita. Agrum Suessitanum.) Suessetanum, vt suprà.
550 Licentia ex diutino ocio, vt fit, collecta.) Huic licentiæ maximè occurrendum esse prudenti imperatori ait Polybius lib. 11. vbi de hac re agit.

Et P. Scipionem deûm benignitate, & remp. esse gratiæ referendæ.) Malim pro Remp. Populum Rom. no-
551 to errore. Sensus: Quia milites dixerant suis rectè factis gratiã qui referant, non esse: respondent tribuni, se lætari, & P. Scipionem deûm benignitate viuere, cuius mortis fama percrebuerat, & populum Romanum esse, ita vt gratiam militibus referre possint. Missis circa stipendiarias ciuitates exactoribus, stipendij spem propinquã facere.) Polybius: χάριν ἔχειν ἔφη τῆς πίστεως αὐτῶν τῇ τε παρ' ἐλπίδας ἀπηγγελίαν, τοὺς δὲ τεταγμένους εἰσφορὰς ταῖς πόλεσιν ὑπὲρ τέρου εἰς τὸν τῶν πανδήμου στρατοπέδου χορηγίαν τοῦτο καὶ νεῶν ἀπορίζειν. Erant autem hi numero haud plus, quàm quinque & triginta.) Polybius: ἦσαν δ' ἐν πλοίοις εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. Expeditio aduersus Mandonium, Indibilemque edicitur exercitui, qui Carthagine erat, & cibaria dierum aliquot parare iubentur.) Polybius: πρὸς δὲ μεθ' ἑαυτῶν στρατόπεδον παρήγγειλε πρὸ ἡμερῶν τεττάρων ἐφόδια παρασκευάζεσθαι εἰς πλείω χρόνον ὅσα τὸν ἀνδρόζηλον. Tribunis septem, qui & ante Sucronem ad leniendam seditionem ierant, obuiam exercitui missis, quina nomina principum seditionis edita sunt, &c.) Polybius: τοῖς μὲν χιλιάρχοις τοῖς πρεσβεύσασι συνέταξε δι' ὑπηρετῶν ὁ πόπλιος ἀπαντᾶν τοῖς ὑποστάσιν. καὶ διελομένους πέντε τὴν ἀρχὴν τῆς στάσεως ἀθρόως κατὰ τὸν αὐτὸν φυλάττειν, καὶ κωλεῖν ἐφ' αὑτὸς, μάλιστα μὲν πρὸς κατασκοπὴν, εἰ δ' αὖ μὴ δυνῶνται τοῦτο, πρός γε δεῖπνον, καὶ τοιοῦτον συνουσίαν. Reducti armati à portis inermi se concioni ab tergo circumfuderũt.) Polybius: πρὸς μὲν τὰς δύο τὴν πυλῶν χιλιάρχους ὁ πόπλιος διεπέμψατο κελεύων αὐτοὺς ἔχειν τοὺς στρατώτας ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ πρὸς ταῖς ἐκκλησίαις τὸν ὀπλισίαν. Nihil æquè eos terruit, quàm præter spem robur, & color imperatoris, quem affectum visuros crediderant.) Polybius: κἀπὶ τοῖς πρῶτα τὴν προσδοκίαν αἰφνιδίως ἐρρωμένον θεασάμενοι κατὰ τὸν ὀπὶφασιν κατεπλάγησαν.

552 Nunquam mihi defuturam orationem.) Summa huius orationis expressa etiam à Polybio est. Nec quo nomine quidem.) Vet. lib. Ne quo. Vmbrum Atrium, & Calenum Albinum.) Albium vt suprà. Nullum locum tota prouincia.) Vet. lib. In tota. Sederunt in tribunali proconsulis Scipionis.) Malim, in tribunali P. Scipionis. Nam in veteribus libris passim est hæc menda. Sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, vt venti & auræ cient, aut tranquilli, aut procellosi.) Polybius planius hanc comparationem expressit: ταῦτα δ' ἔχει, διότι πᾶς ὄχλος ἀπερισκόπως ὑπάρχει, καὶ πρὸς παν ἄνεμον. ὅθεν αἰεὶ τὸ πανταχόσιον πλῆθος συμβαίνει πρὸς τε τὰς ὀχλους καὶ τὰ τῶν δημαγωγῶν ἤθη. καθάπερ δὲ καὶ ἐκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἔχει ἀβλαβῶς τοῖς χρωμένοις, καὶ σεσιμωμένον, ὅταν δὲ εἰς αὐτὸν ἐμπίσῃ τὰ πνεύματα ἕτερα τοιαῦτα φαίνεται τοῖς χρωμένοις οἷοί πνες αὖσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὸν ἄνεμοι, τὸ αὐτὸ πρόσωπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ καὶ φαίνεται γίγνεσθαι πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵας αὖ ἔχοι προστάτας, καὶ συμβούλους. Fasces, & secures prælatæ sunt.) Vet. lib. Fasces cum securibus prælati sunt. Rhegium quondam.) Hac de re dictum in epitomen lib. 12. Nec cum Pyrrho, nec Samnitibus.) Vet. lib. Nec cum Samnitibus. Vos cum Mandonio, & Indibili consilia communicastis, & arma consociaturi fuistis.) Vet. lib. Vos cum Mandonio, atque Indibili & consilia. Capuam Tuscis veteribus ademptam.) Vet. lib. Veteribus cultoribus ademptam. Hac de re suprà etiam diximus.

553 Quatuor imperatores.) Asdrubales duos, Amilcaris, & Gisgonis filios, Magonem Amilcaris, & Annonem, qui Asdrubali in Italiam profecto sustectus erat. POSTVMIO Albino, M. Marcello, T. Quintio Crispino.) Vet. lib. T. Crispino: quod probo, vt & hic duobus nominibus afficiatur. Septimium Martium.) Septimum Marcium, vt suprà. Coriolanum quondam.) lib. 2. Quibus omnibus si superiores essetis, arma contra patriam, contra cives vestros ferretis.) Vet. lib. Arma tamen Pœnis contra patriam: quod probo. Auferat omnia irrita obliuio, si potest.) Vet. lib. Obliuio ista, si potest. De nullis enim quàm de vobis infestius aut inimicius consuluerunt.) Vet. lib. Iniquius consuluerunt. Exercitus, qui concionem circundederat, gladijs ad scuta concrepuit.) Polybius: καὶ κύκλῳ μὲν οἱ στρατῶται πρεσβεῶντες ἐν τοῖς ὅπλοις ὑπὸ παραγγέλματος σωτηρίου ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς.

554 Deligati ad palum, virgisq; cæsi, & securi percussi, adeò torpentibus metu qui aderant, vt non modò ferocior vox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur.) Polybius: ἅμα δ' τούτοις δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τὸ στάσεως αἴτιοι γενόντες εἰσήγοντο. πρὸ δ' πολίτευ τοιοῦτον ὑπόκρισιν δέος ὑπό τε τῶ πέρι ξ φόβου, καὶ τοῦ κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε τοῦ μὲν μαστιγουμένων, τοῦ δ' πελεκιζομένων μήτε τὸν ὄλλοιῶσαι μήτε φωνὴ προέσθαι μηδένα, μένειν δ' πάντας ἀχανεῖς ἐκπεπλαγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. Tracti inde de medio omnes, purgatoq; loco, citati milites nominatim apud tribunos militum in verba P. Scipionis iurarunt.) Polyb. οἱ μὲν οὖν αἰχμάλοι τοῦ κακῶν αἰκισθέντες εἵλκοντο διὰ μέσου, ἀπηλλαγμένοι τὸ ζῆν. οἱ δ' λοιποὶ πρῶτα μὲν τῶ στρατηγῶ καὶ τοῦ ἄλλων ἀρχόντων κατ' κοινὸν ἔλαβον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μνησικακήσειν. αὐτοὶ δ' καθ' ἕνα προσιόντε ὤμνυον τοῖς χιλιάρχοις, ἅμιλλα πειθαρχήσειν τοῖς παραγγελομένοις ὑπὸ τοῦ ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ἀπεναντίον φρονήσειν τῇ ῥώμῃ. Pòst desunt quædam apud Polybium. Gadeis sine certamine proditione recipiendi.) Vet. lib. Per proditionem. In fines ingressi.) Vet. lib. Regressi.

555 Priusquam castra à Carthagine moueret, concione aduocata, multis verbis in perfidiam rebellantium regulorum inuectus.) Polyb. ὁ δ πόπλιος συναθροίσας δῆθεν ἐκκλησίαν τῶν καρχηδονίων τοὺς διωκήσεις εἰς ἐκκλησίαν ἔλεγε πρεί τε αὐθοβάλε τόλμης, καὶ τὴ εἰς αὐτὸς ἀθεσίας. Triginta hominum capitibus.) Vet. lib. Quinque & triginta: Rectè. Sic enim etiam antè Polyb. Et huius orationis capita apud Polyb. sunt. Profectusque decimis castris peruenit ad Iberum flumen, inde superato amni die quarto in conspectu hostium posuit castra.) Polybius: καὶ παραγενηθεὶς

ὅπὶ

ὅπῃ ἥβηρα ποταμὸν διαπεραῖεν, ἢ περαιωθεὶς τὴν πετάρτην μὲν ταύτην προσεσεραπεύσατο τοὺς ἀφεστηκότας. In eam vallem Scipio cùm pecora rapta, &c.) τὴν δ' ἐξῆς εἰς ἃ προειρημένον ἀυλῶνα προσέβαλε πρὸ ὀρέμματα πρὸ παρεπομένων τῷ στρατοπέδῳ. σωτέλεσ ἑτοίμους ἔχειν τοὺς ἱππεῖς τῷ γάϊῳ, τοὺς χρισφομένους ἑπόπτευε πρὸ χιλιάρχων πρὸ πυρσοκαύζειν. Missis leuibus telis.) Redde vocem veterem, Emilsis, quo dicendi genere vtitur in hac re semper Liuius. Hanc enim mutauit temerè Rhenanus. Idem fecit paulò antè. Libertatem enim agi parum Latinè dici existimauit, lædi, autem reponendum censuit. Cùm tamen Cicero pro lege Manilia dixerit. Hoc bello agitur populi Rom. gloria, agitur salus sociorum, aguntur certissima populi Romani vectigalia, aguntur bona multorum ciuium. Neque ex aduerso tantùm obuios obtriuere.) Vet. lib. Neque ex aduerso tantum illati obuios obtriuere.

Sed virilis verè ac militaris.) Vet. lib. Sed virilis, ac verè militaris. 557

Trahunt scalas, orasque, & anchoras ne in moliendo mora esset, præcidunt.) Vet. lib. Trahunt scalas, pen- 558
tesque, & anchoras. Suspicor ne vtraque vox retinenda sit hoc modo: Trahunt scalas, pentesque, orasque & anchoras præcidunt. De funibus enim aptius dicitur, præcidi, quàm trahi, vt Virgil. Tacitique incidere funem. Incerto præ tenebris, quid aut peterent, aut vitarent.) Vet. lib. Incerti. Ad duo millia armatorum inuenta.) Armorum habent libri, quos ipse legi, & quos se legisse Rhenanus profitetur. Purgantibus concursu multitudinis factum.) Vet. lib. Purgantibus ijs. Viris armis haud æquè validam.) Vet. lib. Viris, armisque. Ob has res gestas magis est tentata triumphi spes, quàm petita pertinaciter, quia neminem ad eum diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat.) Obtemperandum hoc loco Glareano videtur, vt & hunc & alios locos, quibus Liuius proconsulatum magistratum esse negat, attentè consideremus. Quod eò libentius faciemus, quòd id non sine summo eorum, qui Romanæ antiquitatis studio tenentur, fructu faciemus. Est igitur intelligendum magistratus omnes cum potestate fuisse, cum imperio verò non nisi eos, quibus nominatim mãdatum esset imperium, auctore enim Festo, cum potestate esse dicebatur ille, qui alicui negotio præfectus esset, cum imperio, cui nominatim delatum imperium esset. Mandabatur autem imperium his duntaxat magistratibus, cùm vsus Reipub. postulabat, dictatori, consuli, prætori. Erat autem imperium rei militaris administrandę facultas. Quare Cicero dixit in Philip. 5. Demus imperium C. Cæsari, sine quo res militaris administrari non potest. Neque verò eodem tempore mandabatur magistratus: & imperium, neque ijsdem comitijs, nam magistratus primùm, deinde prouincia cum imperio deferebatur, & magistratus quidem vt consulatus, ac prætura centuriatis comitijs, imperium verò curiatis. Sic enim Liuius libro 5. Comitia curiata, quæ rem militarem continent, centuriata quibus consules, tribunosque milites creatis. Et libro 9. Ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Fauciæ curiæ fuit principium duabus insignis cladibus. Et Cic. ad Appium: Appius dixit, sese, si licitum esset, legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam, si lex curiata nõ esset, se comparaturum cum collega, sibique successurum, legem curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse, se quoniam ex s. c. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introisset: lib. tamen 26. ait Liuius: Iussi deinde inire suffragium ad vnum omnes non centuriæ modò, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Atque hæc quidem ita: Institutum est etiam, vt consulibus & prætoribus postquam magistratu abijssent prorogaretur, si tempora Reip. poscerent, imperium, ijque pro consulibus, & pro prætoribus rem gererent. Qui primus procos. rem gesserit prorogato ex cõsulatu imperio Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus procos. triumphauit, vt Liuius lib. 8. est auctor. Q. autem Valerium Faltonẽ proprætorẽ, primùm ex Sicilia triumphasse inuenio in Triumphis Capitolinis: eundem verò prætorem etiam rem in Sicilia gessisse scribit Valerius de iure triumphandi. Fieri autem poterat vt ex prætura pro consule mitteretur, id est, cum imperio consulari, & cum duodecim fascibus, vt COS. non VI. vt prætor. vt L. Æmilius ex Piut. & L. Cellius, primo de legib. Cicero. Adde quòd imperium etiam priuatis extra ordinem mandatum est, quibus autem mandatum erat, ij pariter procos. & propræt. rem gesserunt. Primus, cui mandatum est hoc modo, T. Quintius fuit, de quo Liuius libro 3. scribit. Visum est pro consule T. Quintium subsidio, castris cum sociali exercitu mitti. Pariter P. Scipio in Hispaniam priuatus cum imperio missus est, atq; alij quidam post eum, donec eo prætores cum imperio mitti cœpti sunt. Item Octauius, de quo XI. Philipp. Cicero. Imperium Cæsari extraordinarium mea sententia dedi: nãproprætor vt esset, decreuerat. Ex his intelligi potest, proconsules, aut proprætores, vel si cum prorogato ex magistratu, vel si cum extraordinario essent imperio, sine magistratu fuisse, quod item ex Cicerone libro 2. de Diuinat. confirmatur. Bellicam rem administrari maiores nostri nisi auspicato noluerũt, quàm multi anni sunt, cùm bella à proprætoribus & proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent? Neque enim nisi magistratus habebant auspicia vel maiora, si maiores, vel minora, si minores essent. Quia verò hactenus triumphus non erat decretus ijs, qui priuati extra ordinem rem gessissent, propterea P. Scipioni ex Hispania non est decretus. Primus L. Lentulus ex his, vt ouans vrbem iniret, obtinuit: pòst Pompeius etiam de Mithridate triumphauit. De L. autem Lentulo sic Liuius lib. 31. Res triumpho dignas esse censebat senatus, sed exemplum à maioribus non accepisse, vt qui neque Dictator, neque consul, neque prætores res gessisset, triumpharet. Pro consule illum Hispaniam, non consulem aut prætorem obtinuisse. decurrebatur tamen eò, vt ouans vrbem iniret intercedente T. Sempronio Longo tribuno plebis, qui nihil magis id more maiorũ, aut vllo exemplo futurum dicebat: postremò victus consensu patrum tribunus cessit. Et ex s. c. L. Lentulus ouans vrbẽ ingressus est. Eadem ratione Quæstori aliquando imperium datum est, vt ait Salustius in Catil. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est adnitente Crasso. Postremò institutum est etiam, vt quotannis consulares, & prætoriæ prouinciæ decernerentur, in quas consules aut prætores post magistratum accepto imperio mitterentur, (quemadmodum ex oratione de proconsulibus intelligi potest.) ijdemque pariter proconsules, & prætores dicerentur. Factum est autem, vt aut proximè postquam magistratu abijssent, aut aliquot annis interpositis, in prouincias irent. Si autem subitò ibant, vt P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio vtebantur, si spatio annorum interposito, vt in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipse de se metipso ait ad Att. libro nono. Faciam, vt summa modestia, & summa abstinẽtia munus hoc extraordinarium traducamus. Idem de proprætoribus etiam iudicandum est. Quod Cœlius ad Ciceronem docet, his verbis: Senatui placere in Ciliciam prouinciam, inque reliquas octo prouincias, quas prætorij pro prætore obtinuerunt, eos, qui prætores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex s. c. cum imperio in prouincias mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti oportere. Ne autem mendum esse librorum quis putet, animaduertere oportet, prætorem sæpè pro prætore poni, vt C. Verres Siciliæ prætor, id est, cum prætorio imperio, postquam prætor vrbanus fuerat. Item prætorem pro proconsule, vt C. Cæsar Galliæ prætor, P. Rupillius Siciliæ, in quas prouincias ex consulatu missi sunt. Item consulem pro proconsule. vt cùm ait Liuius: P. Scipionem consulem in Africa bellum gessisse, & alia eiusmodi, cùm tamen Scipio in Africam post consulatum venerit prorogato consulari imperio. Hæc etsi magna exemplorum confirmare copia poteram, supersedẽdum ijs mihi tamen esse duxi,

vt de

vt de ijs ſuo cuiuſque loco agerem,& dubitanti Glareano reſponderem,vt cùm paulò pòſt ait: Conſules cum exercitu in Hiſpaniam miſiſtis P.& Cn.Scipiones intelligens,quorum neuter conſul in Hiſpaniam profectus eſt, ſed tamen cum conſulari imperio. L.ÆMYLIVS Pappus.)L.Æmilius Papus ex Capit.tabulis.

559 Cum in Italia tam atrox bellum,&Annibalem hoſtem haberetis,conſules cum exercitu in Hiſpaniam,velut ad colligendas reliquias naufragij noſtri miſiſtis.)Quoniam capto Sagunto nemo conſul in Hiſpaniam miſſus eſt.Qui autem miſſi ſunt, pro conſulibus miſſi ſunt:propterea videndum eſt,an conſules accipiat pro ijs,qui cum conſulari imperio ſint. Ex captiuorum numero excerptos Saguntinos.) Vet.lib.Excretos. Terrarum vltimus finis Oceanus.) Vet.lib.Vltima finis,vt Virgilius:Hæc finis Priami. Si nos permitteretis.) Vet.lib.Si vos permitteretis.

560 Duarum rerum ſubeundam opinationem eſſe.)Vet.lib.Opinionem. Inſitæ ingenio meo cunctationis.)Vnde Ennius.Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Inde ipſe Cunctatoris cognomen tulit. Dictatura cum quinque conſulatibus.)Alteram dictaturam fortè omittit, quòd ea ſe abdicarat vitio creatus. Auctore æquè impigro ac nobili iuuene.)Alcibiadem intelligit. Cùm verò Annibal hoſtis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat.)Ve.lib.poſſideat,præclarè,ſequitur enim:Tu conſul Italia expuleris.

561 Dux militari ſuffragio ad tempus electus.)Vet.lib.Ad tempus lectus, vt alibi: Lectus à plebe conſul. Oſtende Romana arma.)Vet.lib.Oſtende illis Rom.arma.

562 Aduerſa caſibus,incertis belli,& fortunæ legare.)Vet.lib.allegare. Pluresque conſilium ſenis,quàm animum adoleſcentię ferocem laudarent.) Vet.lib. Animum adoleſcentis ferocem. Cuius rei non tam ipſe auſim tantum virum inſimulare,quàm ea ſuſpicio vitio orationis,an rei,haud ſanè purgata eſt.) Vitium orationis huius ſenſit Glareanus,non correxit tamen.Emendatur autem ex vet.lib.in quibus eſt, quàm quòd ea ſuſpicio.[Glareano gratia debetur,qui occaſionem dedit inſpiciendi librum,Lector reliquum codici debet nō Sigonio.) Sic ſenem ſe perfunctum.)Reſtituenda vox eſt ex veterum librorum fide. Se perfunctum honoribus. Nam dixit Fabius: Si me neque vita acta,& mores mei,neque dictatura cum quinque conſulatibus,tantumque gloriæ belli,domique partæ vindicat.

563 XANTIPPVM.)Quo duce Regulus primo Punico bello captus eſt. Accidere animo certum habeo.] Vet.lib.Certum animo habeo.

564 Cùm reſpondiſſet Scipio,ſe quod è rep.eſſet,facturum.)Vet.lib.ſe quod è rep.credidiſſet,facturum.

565 Alteri Bruttij,& bellum cum Annibale cum eo exercitu,quem L.Veturius,& Q.Cecilium ſortirentur inter ſe,compararentúe,vter in Bruttijs duabus legionibus quas conſul reliquiſſet,rem gereret, imperiumque in annum ei prorogaretur:cui ea prouincia euenifſet.Hoc loco laborat Glareanus & iure,nam non mendoſus eſt ſolùm,ſed etiam mancus.Quis enim ſenſus colligi ex illis verbis poteſt:cum eo exercitu,quē L.Veturius,& Q.Cæcilius ſortirentur inter ſe,&c.Demus igitur operam,vt quoad poſſimus,germanam ſententiam, & ſynceram lectionem reſtituamus.Veteres libri ita habent,cum eo exercitu,quem L.Veturius,aut Q.Cęcilius habuit.optimè hæc quidem,verùm ad ſanandum locum non ſatis.Repete igitur duo illa nomina,quæ librario parum diligenti cauſam dederunt errandi,ſic:& vt L.Veturius,& Q.Cæcilius ſortirentur.Iam nihil perfectius fingi poteſt.Senſus eſt:Conſulibus decretæ prouinciæ,Scipioni Sicilia cum nauibus roſtratis,Craſſo Bruttij cum exercitu aut Veturij,aut Cæcilij,decretumque eſt,vt Veturius,& Cæcilius ſortirentur, aut inter ſe compararēt, vter cum Craſſo in Bruttijs bellum gereret cum legionibus duabus,quas Craſſus conſul reliquiſſet.Itaque paulò pòſt ait: Q.Cæcilio ſorte euenit,vt cum conſule in Bruttijs aduerſus Annibalem bellum gereret. Et pòſt: P.Licinius in Bruttios ad duos exercitus conſulares venit,ex eis eum ſibi ſumpſit,quem L.Veturius conſul habuerat, Metello, vt quibus præfuiſſet legionibus,ijs præeſſet,facilius cum aſſuetis imperio rem geſturū ratus, permiſit. Sortirentur inter ſe,compararentúe.)Emenda ex vet.lib.Sortirentur,inter ſeúe compararent,cùm poſsim ſexcentis Liuij locis hoc dicendi genus confirmare,paucis tamen ero contentus.lib.30.Decreuerunt patres,vt conſules inter ſe compararent,ſortirentúrue.Et lib.29.Vt cōpararent inter ſe,aut ſorte legerent, qui duc cū prætore ac legatis irent.Et lib.32.Decreuerunt patres,vt prouincijs Macedoniam,atque Italiam conſules cōpararent inter ſe,ſortirentúrue. Et lib.37.Cùm ſenatus aut ſortiri,aut comparare inter ſe prouincias conſules iuſſiſſet,ſic vbique. Quare apud Ciceronē ad Lentulum ita procul dubio legendum eſt:Appius in ſermonibus antea dictabat,poſtea dixit etiam in ſenatu palàm,ſeſe,ſi licitum eſſet,legem curiatam ferre,ſortiturum eſſe cum collega prouinciam,ſi curiata lex nō eſſet,comparaturum cum collega,tibique ſucceſſurum.Vulgò enim legitur:ſeparaturum cum collega. Senatus enim prouincias decernebat,conſules eas aut ſorticbantur,aut inter ſe comparabāt.Raro iudicio ſenatus res permiſſa eſt:vt tradit Liu lib.37.primo. Et cæteris prætoribus,conſulibusque qui exercitibus,prouincijsq; prę futuri erant,prorogata imperia.)Et hic æquè,atque ſuperior deprauatus locus eſt.Non ſolùm autem quia in veteri libro ita eſt,ſed etiam quia ita ſententia fert,hoc modo legendum eſt.Et cęteris pręter conſules prętoresque, qui exercitibus,prouincijsque præfuturi erant,prorogata imperia ſunt.Senſus eſt: paulò antè locutus eſt de prouincijs,exercitibusque tam prætoribus,quàm conſulibus huius anni decretis,nunc ait:præter conſules & prætores eos,qui prouincijs præfuturi erant,cæteris quoque prorogata imperia.Dedit autem cauſam labendi librario vox,præter,quam in prætoribus temerè commutauit. M.POMPONIVS Matho,Q.Catulus.)Vet.lib.Q.Catius,quod probo:Nam ſuprà Q.Catij magna mentio,Q.Catuli nulla. Et quia impenſæ negauerat Reip.futuram claſſem,vt quæ ſocijs darentur ad nouas fabricandas naues,acciperet. Etruriæ primum populi, &c.) In vet.lib.eſt.Niſi quæ à ſocijs,ex quo intelligo legendum eſſe,ſi quæ à ſocijs.& cùm ait:,Et quia impenſæ, nouæ ſententiæ principium eſt faciendum,cui altera pars iungitur,Etruriæ primùm populi. Tritici centū & xx. millia modiūm,& viaticum.)Inducenda eſt vox,&,ex meis & ex Rhenani libris.

566 Ab C.Octauio.)Vet.lib.ab Cn.Octauio:itemque ita ſuprà vbique. CÆLIVS.) Cœlius ſcribendum ex nummis argenteis & Græcis libris.

IN EPITOMEN LIBRI XXIX.

Conquerentis,quòd non exercitum in Africam traieciſſet.)Vet.lib.Quod nondum exercitum. Qui in Galliam & Liguriam ierat.)Vet.lib.Qui in Gallia & Liguribus erat. PESINVNTE.) Peſsinunte, ex Græcis. MASANISSA rex Maſæſulorum.) Vet.lib.Maſſyliorum, vt ſuprà dixi: nam Maſæſulorum rex erat Syphax. Dum pro Carthagine in Hiſpania militat.)Vet.lib.Dum pro Carthaginienſibus. Cenſa ſunt ciuium capita CCXV.millia.)Vet.lib.CCLXV.millia. Minimè bona fide.)Vet.lib.Non bona fide.

IN

IN LIBRVM XXIX.

Ex ijs trecentos iuuenes.) Ex ijs, accipiendum est pro, præter eos, quos centuriatos habebat, trecentos iuuenes non centuriatos habebat: sic lib. 6. Alia ex eis edita etiam in vulgus: Ex eis, id est, præter regias leges, & æneas tabulas. Vtroque in loco laborat Glareanus sine causa.

Eoque enixius bellum adiuuerunt.) Vet. lib. Ad bellum.

Itaque omissa pugna equestri ad pedestrem Hispani equites descenderunt.) Vet. li. Ad pedes Hispani descenderũt. Videtur autem vacare vox, Equites, nam priore versu posita est, & posteriore repetita. Equitibus ad pedes digressis. Ni regulus ipse Indibilis cum equitibus.) Vet. li. Ni regulus Indibilis ipse cum equitibus. Itẽ quòd ait: Equitibus ad pedes digressis: degressis, legendum, vt alibi. Pulsi castris Hispani, aut qui ex prælio effugerant, sparsi primò per vrbes, deinde in suas quisque ciuitates redierunt.) Vet. lib. At qui ex prælio. Item: Sparsi primò per agros. Conquestique ibi clades suas.) Vet. lib. contestatiq; ibi clades suas.

Si se Mago ex Liguribus propius vrbem moueat.) Vet. lib. Si Mago e. l. p. v. moueat. Est autem genus dicendi simile ei. Is quam proximè potest ad vrbem ducit: absolutè enim ducit. absolutè enim vtrunq; dicitur. Quòd latrocinijs magis, quàm iusto bello in Brutijs gerebantur res.) Vet. lib. Quod latrocinij magis more, quàm iusto bello in Bruttijs gerebatur res. Placet. Subdit enim, Promptis in eum morem. Et lib. 38. ait: Latrocinij magis, quã prælij modo. Rhegyum.) Rhegium ex vet. lib. & Græcis, ῥήγιον. Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.) Vet. li. Ad edictam. Clamor ab ijs, qui extra arcem erant sublatus, incertum vnde accidisset.) Vet. lib. Incertus vnde accidisset. Scipioni vt nunciatum est in maiore discrimine Locris rem verti, &c. & ipse à Messana.) Vet. lib. Scipio, vt nunciatum est. Placet autem magis, si à recto incipiat periodus, quàm si ab obliquo casu.

Naues mari secundo misit.) Meritò nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, vt nouo: nam deprauatè legitur, misit, pro transmisit, aut commisit. Vtraque enim lectio in veteribus libris reperitur. Quam asportauerant.) Vet. lib. asportabant.

Cùm à P. Licinio literæ Romã allatæ sunt.) Lege, à P. Licinio consule, ex veteribus libris. Æsculapium quoque ex Græcia quondam.) Lib. 10. & epitom. 11. Itaque quo maturius faustis omnibus, oraculisque portanda Romam dea esset, nullas dum in Asia ciuitates habebat populus Romanus. Rhenanus, qui vetere explosa lectione hanc nouam intulit, non mihi satisfecit, consilijque sui causam probauit, neque enim vni libro magis est habenda fides, quàm plurimis, ijsq; inter se egregiè consentientibus, in quibus ita est: Itaque quo maturius fatis omnibus, oraculisque portendendis se victoriæ compotes fierent, cogitare, quæ ratio transportandæ Romam dea esset. Nullas dum in Asia. M. Cæcilium Metellum prætorium. Sulpitium Galbam ædilitium.) Lege ex vet. lib. Ser. Sulpicium Galbam ædilicium.

M. Valerium Falconem.) Faltonem, ex lap. Capit. Pessinuntem.) Pessinuntem, ex vet. lib. & Græcis. T. Claudius Nero.) Ti. Claudius, ex Capitolino consulatu. T. Claudius Asellus.) Ti. Claudius, vt suprà dixi. M. Iunius.) Pœnus Pennus ex Capitol. consul. Mille equitibus, triginta quinque rostratis nauibus.) Veter. lib. Et triginta quinque. Lectorio legato.) Lætorio, Græci & Capitolini scriptores. Phœnice vrbs est Epiri.) Polybius libro 2. πολὺ δὲ ἡ φοινίκη διέφερε πρὸς κατὰ πλῶν ἤπειρον πόλεων. Cum Eropo & Darda.) Vet. lib. habent Derda.

Vt Parthini & Dimallum.) Glareanus negat se vsquam legisse hanc vocem Dimallum. Id autem oppidum est in Illyrio teste Polyb. li. 3. Δημήτριος εἰς πλῶ δίμαλον ἀξιόλογον φρούραν εἰσεπεμψεν. Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, vt Macedoni accederent.) Hunc locum olim quidam asterisco notarunt, quòd verba deesse aliquot putarent. Itaque Glareanus videndum monet, quid sibi velit vox, Atintanas. Huic ego quæstioni respondeo, Atintanas Macedoniæ populos esse illos quidem, præsertim auctore Stephano: ἀτιντανία μοῖρα μακεδόνιας, οἱ οἰκήτορες ᾿Ατιντάνες, ᾿Ατιντάνιοι. Putare tamen hanc vocem adulterinam esse, neq; huic loco cõuenire. Nam si ita legatur, non expleta omni ex parte sententia videtur. P. Sempronius conditiones pacis dixit, vt Parthini, & Dimallum & Burgulum, & Eugenium Romanorum essent. Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, vt Macedoni accederent. At verò si legas, vt est in veteribus libris, sensum elicies optimum & perfectissimũ. P. Sempronius conditiones pacis dixit, vt Parthini, & Dimallum & Bargulum, & Eugenium Romanorũ essent, addito quòd misisRomam legatis ab senatu impetrassent, vt Macedoni accederent. Dixit autem, Addito quod, pro eo, quod quidam dicunt, Dato quod, & pro, Quanuis. Occultantibus id credo patribus, ne præsciscerẽt Carthaginenses.) Ne præscirent. Ea plura vulgabantur.) Vet. lib, Eò plura. Sicut proditum memorię à primis temporum illorum scriptoribus.) Vet. lib. à proximis temporum.

Obuiam ire deæ iussus, isque eam de naue acciperet, & in terram elatam traderet ferendam matronis.) Vet. lib. Accipere, & tradere habent, vt, ire. Claudiæ Quintiæ.) Claudiæ Quintæ legendum est ex oratione Ciceronis de aruspicum responsis, est autem Quinta prænomen, vt in lapide perantiquo est apud Horatium Malegutium in agro Regiensi. [Vide Valer. Max. lib. 1. de miraculis ca. vlt. vbi etiam Claudiam vocat.]

SEPTIMIVS
C. L. NICEPOR.
SEPTIMIA
SP. F. QVINTA.

Megalesia appellata.) Cicero de Aruspicum. Megalensium ludorum tanta religio est, vt ex vltimis terris accersita in hac vrbe consederit. Qui vni ludi ne verbo quidẽ appellantur Latino, vt vocabulo ipso, & apperita religio externa, & matris Magnæ nomine susceptæ declaretur. Nepete.) Nepet, vt suprà. Altera itidem res.) Vet. lib. Item. Se, ac M. Claudio consule.) Vet. lib. Consulibus.

Pestis, ac bellua immanis, quale fretum quondam.) Scyllam, de qua est in fabulis, intelligit.

Quibus per vos, fidemque vestram, &c. neq; in Italia, neq; in Africa quicquã gesseritis.) Monent, ne militibus sacrilegis vtantur in bello, priusquam scelere expiati sint. Nihil autem vitij hic locus continet, contrà quàm quidam existimant. Dein verberatos, seruilibusque omnibus supplicijs cruciando occidit.) Vet. lib. cruciatos, vt pro lege Manilia: Vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necatit.

Qualis Sucrone.) lib. XXVIII. Annibalem ex Italia retracturum.) Detracturum, restitue, quod immutauit Rhenanus. Ita verò loquitur paulò pòst. Quod ad Annibalem detrahendum ex Italia se transire vulgauerat. Et Cicero de prouincijs: At hi non modò illum inimicum ex Gallia sententijs suis non detrahebant.

Vt in exercitu Scipio maneret.) Vet. lib. Ad exercitum, genus vsitatum dicendi est, cùm de imperatore loquimur, illud, cùm de militibus. M. Cincius Alimentius.) Alimentus, vt suprà. Comprehendere tribuni iuberent.) Veteres libri, Prehendere. Quæ vox propria huius facti, & solennis est. Capitonis verba hæc

sunt: Cùm moribus maiorum tribuni plebis prehensionem haberent, vocationem non haberet, posse igitur eos venire, & prehendi se iubere. Item Varro: Prehensionem tribuni plebis habent. Hæc ex Gellij li. 13. ca. 12. Alij ab ipso Scipione legatum cum triginta nobilissimis equitum missum, qui Q. Pleminium in catenas, & cum eo seditionis principes conijcerent.) Vet. lib. missum, Q. Pleminium in catenas, & cum eo seditionis principes coniectos. Primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere.) Vet. lib. primum. probo. sequitur enim: Tum vocatos in concionem. Rhegyum sequeretur.) Vet. lib. Rhegium se sequeretur, vt lib. 42. Chalcidem se sequi iusserunt. Tot, tam nefanda.) Vet. lib. Tot, tamque nefanda. Comperta oculis perferrent Romam.) Vet. lib. Referrent.

580 Speculis per promontoria omnia positis.) Vet. lib. Per omnia promontoria. Et sunt ante omnes barbaros Numidæ effusi in venerem.) Vet. li. Vt sunt. sic lib. 30. vt est genus Numidarum in venerem præceps.

581 Ipsum ad Lælium venisse.) Vet. lib. ad C. Lælium. Alibi XV. millia peditum, mille & quingentos equites.) Ve. lib. habent XVI. millia, quod probo: quia Appianus in Libyco hunc numerum edit: πεζῶν μὲν ὀξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Itaque auctore eodem Appiano malim legere apud Liuium sexcentos, quã quingentos. Nauibus antè conscendere coactos continuit.) Vetus lectio melior: in naues antè conscendere.

582 Quæstor tum is erat.) Vet. lib. Quæstoris tum erat. Præter XL. longas naues, quadringentis fermè onerarijs exercitum transuexit.) Vet. lib. Præter L. longas naues. probo. nam Appianus ita: καὶ ἐς λιβύην αὐτὴν ἔπλευσε πεντήκοντα μὲν καὶ διακοσίων μακρῶν νεῶν, φορτίδων δὲ τετρακοσίων. Et ipse li. 30. Scipio L. longas naues haberet, quas habuisset. Dij, deæque, inquit.) Vet. lib. Diui, diuæque, quod placet: quia olet magis antiquitatem, cui in hac precatione studuit Liuius. Quanquam Virgilius lib. 5. ait: Dij, quibus imperium est pelagi, in eiusmodi precatione, metri causa. Bene vertant, eaque vos omnia benè iuuetis.) Quo pertineat tertia hæc persona Vertant, cùm ad secundã oratio conuersa sit, vos precor, intelligi non potest. Hinc fit, vt placeat prisca lectio, benè vertundo, & vt, pro Eaque, putem reponendum esse, æquè. hoc sensit: Vos precor, quæ in meo imperio gesta sunt, gerun tur, postque gerentur, ea mihi, populo, plebique Romanæ, socijs, nominique Latino, qui populi Romani, quique meã sectam, imperium, auspiciumque, terra, mari, amnibusque sequuntur, benè vertendo, æquè omnia benè iuuetis. Neque impedit, quod Rhenanus in quodam libro ait se legisse, benè verruncent. Quæque populus Carthaginiensis in ciuitatem nostram facere molitus est, ea vt mihi, populoque Romano in ciuitatem Carthaginiensiũ exempla edendi facultatem detis.) Vetus lectio breuior. Ea vt mihi, populoque Romano in ciuitatem Carthaginiensium detis: subauditur autem, Facere, ex priore membro orationis. Cuius lectionis venustatem qui non intellexerunt, de suo hęc verba addiderunt: Exempla edendi facultatem. Quas voces puto temerè ab aliquo iectas, tũ quia ab ijs, quos legi, libris absunt, tum quia necessariæ non sunt. Scio tamen Liuium lib. 38. vti hac forma dicendi: Omnia exempla belli edita in se cædibus, incendijs, minis, direptione vrbis. Victores spolijs decoratos, præda onustos, triumphantesque.) Ve. li. quos legi, æquè atque ij, quos se legisse Rhenanus profitetur, vacant his vocibus, præda onustos, vt legatur: Spolijs decoratos, triumphantesque. Quod sequitur: Domos reduces sistatis.) Malim & ipse cum Rhenano, Domo. Cruda exta cæsa victima, vt mos est, in mare proiecit.) Sacrificale verbum antiquum temerè amouit Rhenanus. Quod fecisse etiam quosdam olim apud Virgilium tradit Macrobius libro quinto, vbi ait: Extaque salsos Porriciam in fluctus, non proijciam. Sic hoc loco porricit, non proiecit. Celeriter conspectu terræ ablati sunt.) Vet. lib. E conspectu. vt Verg. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant. Ita vt vix concursus nauium inter se vitarent.) Vet. lib. occursus.

583 Et ventus premente nebula cecidit.) Immò lege, Et vento premente nebula cecidit. non enim ventus cecidit, sed nebula premente vento. Nam subdit: Ventus idẽ coortus nebula abiecta aperuit omnia. Cùm Pulchri promontorium id vocari audisset.) Polybius huius promontorij meminit lib. 3. in fœderibus Romanorum & Pœnorum, & τῦ καλοῦ ἀκρωτηρίου vocat. Quibus excensiones in agros maritimos factæ erant.) Vet. lib. Excursiones. quod probo. Vrbem etiam proximam Afrorum satis opulentam cepit.) Hanc vrbem Appianus in Lybico vocat λόχην. Lætissimus tamen Romanis.) Ve. li. Lætissimus tum Romanis. Pater eius moritur.) Vet. lib. Pater ei moritur.

584 Mezetullus.) Mezetulus. sic enim vet. lib. & Appian. μεσόγυλον vocat. Non alienus sanguine regibus, familiæ semper inimicæ.) Vet. lib. Non alienus à sanguine, Regibus familiæ semper inimicæ. Gens Masæsylorum omnis.) Massyliorum lege. Nam loquitur de populis, qui Massaniſæ pòst paruerunt. Masæsuli enim Syphaci obediebant. Qui autem ante me hos libros emendarunt, quòd quid inter has gentes interesset, nescirent, omnia perturbarunt, & vbique Masæsulos scripserunt, vt suprà ex veteribus etiam libris admonui. Ad Tapsum.) Thapsum. nam Græcè Θάψος. In Carthaginiensium agrum perfugit.) Vet. lib. Refugit. Vtrum penes Lacumacen, an Massanisam regnum Masæsylorum esset.) Massyliorum, ex vet. lib. Porrò autem familiæ Massanisæ stemma, cuius hîc Liuius, in Iugurtha Salustius meminit, hoc est:



Vt exercitum ad fines Maſæſylorum admoueat.) Cur Syphax exercitum admoueat finibus Maſæſulorum, qui in ſuo imperio erant? Maſyliorum, ergo lege: & ita vbiq;. Sunt enim eodem errore plurimi deprauati loci. Infenſumque & ipſum ad reliquias belli perſequendas inſtigabant.) Vet. lib. Intentumque & ipſum. 585

Maſæſylorumque fines, id Syphacis regnum erat.) Rectè legitur hîc, Maſæſulorum, non Maſſylio- 586
rum. Syphax tum interdium.) Vet. lib. Syphax autem interdiu. Itaque cæteri pedites equitesque cæ-
ſi.) Vet. lib. Cæſi, aut capti. Saleram nomine vrbem occupauit.) Hanc vrbem captam à Syphace tradit Ap-
pianus, non ab Annone, vbi de Syphace loquēs ait: πόλιν τε ἐν μεσογείῳ Σολῆντα ῥωμαίων πεφασκὼς, ᾗ σῖτον πόλλην ἔχε-
σαν ἐν πεφιλοσίας εἶλε. Eoque minus ſibi ceſſandum ratus.) Vet. lib. Eo minus igitur ceſſandum ratus. Se
in tempore pugnæ venturum.) Vet. lib. Obuenturum.

Cùm timore ſimulato audaciam hoſti faceret.) Vet. lib. Cum timoris ſimulatio. Fugientes per trigin- 587
ta millia paſſuum.) Vet. lib. Per tria millia. Duos eodem nomine Carthaginienſium duces duobus equeſtri-
bus prælijs interfectos, non omnes auctores ſunt.) Hinc factum eſt, vt Appianus alterum horum Annonem, al-
terum Magonem vocet. Captum Hannonem tradunt.) Vet. lib. Captum etiam Annonem.

M. CORNELIVS COS. altera parte Italiæ.) Vet. lib. In altera parte. Cenſum receperunt.) Vet. lib. Acce- 588
perunt. Sic lib. 43. in cenſu accipiendo populi.

Caſtigatio inconſtantiæ populi cenſoria grauitate temporum illorum digna.) Vet. lib. Et grauitate. 589
Petilia.) Petelia, vt ſuprà. Conſules Cn. Seruilium Cepionem, & Cn. Seruilium Geminum.) Veteres pleri-
que libri, itemque Capitolinæ tabulæ edunt, Cn. Seruilium Cæpionem, & C. Seruilium, ſine cognomine, Gemi
ni, quod placet: Nam Seruilij Gemini patricij fuerunt. Hic autem auctore Liuio ædilis, & tribunus plebis fuit, &
cognomine caruit: præterea plebeij conſulis locum obtinet, ſiquidem cum Cæpione patricio comparatus eſt.
Creati P. Cornelius Lentulus.) Hic prætor fit hoc anno, biennio autem pòſt conſul, quo in magiſtratu Cneus vo
catur. Quare & hîc etiam Cn. Cornelius ſcribendum. T. Veturius Philo.) In quodam vetere lib. eſt Ti. Vetu,
rius, quod placet: Nam quendam Capitolinum conſulem inuenio ita deſcribi: M. Veturius Ti. F. Ex quo intelli
gi poteſt, Tiberium Veturiæ gentis prænomen fuiſſe.

IN EPITOMEN LIBRI XXX.

SYPHACEM per C. Lælium cepit.) Vet. lib. Per C. Lælium, & Maſſaniſam cepit, atque ita Liuius. Ve-
nenum ei tranſmiſit, quo quidem hauſto.) Vet. lib. Venenum ei miſit, quo hauſto. Mago bello, quo in agro
Inſubrium cum Romanis conflixerat.) Vet. lib. Mago, qui bello in agro. Ex vulnere mortuus eſt.) Veteres
libri pleniores: Ex vulnere mortuus eſt. Maſſaniſæ regnum reſtitutum eſt.

IN LIBRVM XXX.

Cn. Seruilius Cepio, & Cn. Seruilius Geminus cōſules.) Ob eas cauſas, quas dixi lego, Cn. Seruilius Cepio. 590
& C. Seruilius conſules. Exercitum à P. Sempronio acciperet.) Vet. lib. A P. Sempronio conſule. SER-
VILIO Gemino Etruria.) Vet. lib. Seruilio Etruria, rectè, vt dixi. Sardiniam P. Lentulus.) Cn. Lentulus, vt
dixi. Conſulibus imperatum, vt priuſquam.) Vt, abeſt à veteribus libris vetuſtè. Et nouas religiones
excitabant in animis hominum prodigia.) Vet. li. Et nouas excitabant in animis hominū curas prodigia.

Si fortè iam ſatietas amoris in vxore ex multa copia eum cepiſſet.) Vet. li. In vxorem. Polybius li. 14. ἡδὺ δ' ἀπε- 591
γίνωσκε καὶ τὸ παιδίσκης ἀυτὸν ἥδιν κόρον ἔχειν.

Septem millia itineris erant.) Vertit à Polybio, vnde hic totus locus ſumptus eſt: ὡσεὶ δὲ ἑξήκοντα σταδίους ἀπεί- 592
χον οἱ πολέμιοι. Quod ait: Ad primam fermè vigiliam, Polybius, ἀρτιληγούσης τῆς πρώτης φυλακῆς. Quod autem inquit:
Media nocte, Polybius: ὡσεὶ τὴν τείτην φυλακὴν λήγουσαν. Vt quantum nox prouidentiæ adimat, tantum dili-
gentia expleant, curaq;.) Ex Polybio ad verbū: σαφῶς εἰδότας, ὅτι καθ' ὅσον ἐμποδίζει καὶ κωλύει τὰ ἐρέσεως τὸ σύστ@ κα-
τὰ τοσοῦτον ἀεὶ συνεκπληροῦν τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ τόλμῃ τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολάς. Multi in præcipiti fuga ruentes ſemper
alios alij.) Vet. lib. Multi præcipiti fuga ruentes. Ignibusque in proxima tecta coniectis.) Tecta Aſdrubalis
intelligendū, quæ ſibi incendenda Scipio ſumpſerat: non antè tamen, quàm ignem in caſtris Syphacis conſpe-
xiſſet. Hoc ijſdem propè verbis Polybius: ὁ δὲ σκιπίων ὅτε πεσὼν τοῖς ἐξελιπεδόσιν, οὓς μὲν ἐφόνευεν, οὓς δὲ κατεδίωκεν ἅμα τὸ
πῦρ ἐνέβαλε πᾶς σκηναῖς. οὐ γενομένου περιπλήσια συνέβαινε πλέχειν τοὺς φοίνικας ὑπὸ τὰ πυρὸς τοῖς ἀπορριθεῖσι ἐκ νεμιδίων.
Binaque caſtra clade vna deleta.) Ve. li. Die vna deleta, & probo, quia Appianus ita: Ῥωμαῖοι δι' ὀλίγης μίας ἐν ὀλίγῳ
μέρει νυκτὸς δύο στρατοπέδων ἐκράτησαν ὁμοῦ. Aſdrubal ex fuga cum paucis Afrorū vrbem proximam petierat.)
Polybius item nomen vrbis non apponit, quod eſt tamen apud Appianum: Ἀσδρύβας δ' ὁ σφαλεὶς καρχηδονίων ἐν μὲν
τῇ νυκτομαχίᾳ μεθ' ἱππέων πεντακοσίων περιφεύγει εἰς Ἀνδᾶν κατέφυγεν. Duæ ſubinde vrbes captę, direptæque.) Itē
Polybius: δύο τε τὰς περικμένας πόλις ἀφῖκε τοῖς στρατοπέδοις διαρπάζειν.

Vt omiſſa Vtica Carthaginem crederent extemplò Scipionem oppreſſurum.) Vet. lib. Obſeſſurum: bellè 593
autem reſpondet. Nam Vtica obſidebatur. Item quod paulò pòſt in maiore vrbis periculo ait: Carthaginem re-
pentè aggreſſurum credebant. Sufferes, quod velut conſulare imperium apud eos erat.) Suferes legitur in
veteribus libris, & apud Feſtum, qui ita ſcribit: Sufes conſul lingua Pœnorum. Claudius: Senatus cenſuit refe-
rentibus Sufetis. Quatuor millia Celtiberorum circa vrbem nomine Olbam ab conquiſitoribus ſuis con-
ducta in Hiſpania, egregiæ iuuentutis ſibi occurriſſe.) Olbam quærit fruſtra in Africa Glareanus. [Glareanus
ait neminem Olbam ponere in Africa: Hic ait Glareanum Olbam quærere in Africa, quæ an eadem ſint prudēs
lector æſtimet, Polybius enim Abbam edit, ita ſcribens: ἦσαν δ' κελτιβήρων αὐτοῖς ὑπαυλοφώντων ὡσεὶ τεττάρων, οἵπνες ἐτύ-
γχανον ὑπὸ ἦσαν καρχηδονίων ἐξενολογημένοι πλείους ὄντες ἦσαν τετρακισχιλίων. Vt autem Aſdrubal Andam, ſic Syphax Ab-
bam poſt nocturnam cladem ſe contulerant, Appiano & Polybio auctoribus. Circa autem Abbam occurrerūt,
non circa eam conducta ſunt, vt interpretatur Glareanus. Primo in tumulo quatuor fermè millia diſtante
ab caſtris regijs conſedit, poſtero die cum equitatu in Magnos, ita vocāt, campos ſubiectos ei tumulo degreſſus,
&c.) Sic Polybius: ὁ φικόμενος δ' πεμπταῖος ἐπὶ τὰ μεγάλα πεδία, ᾗ συνεγγίσας τοῖς πολεμίοις. τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐπὶ πυκὸ
λόφου κατεστρατοπέδευσε ὡσεὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχων ἦσαν πολεμίων, ἡ δ' ἑξῆς καταβὰς εἰς τὰ πεδία, ᾗ ὡσεὶ ἡμέρᾳ ἐπὶ σταδίους
τοὺς ἱππέας παρενέβαλε. Hinc cùm alia multa eliciuntur, tum illud, Magnos Campos appellaſſe, quos μεγάλα πεδία
vocet Polybius. Romanus poſt principes haſtatorum prima ſigna ſubſidijs triarios conſtituit.) Magnum
mendum leui labore deleri poteſt, ſi legas: Romanus principes poſt haſtatorum prima ſigna. Hic enim erat in-

ſtruendæ aciei mos Romanus, vt haſtatis principes ſuccederent, vt ait lib. 8. Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus Principibus eſt nomen. Quem morem hoc tempore ſeruatum eſſe à Scipione ait Polybius hoc modo: ὁ μὲν οὖν πόπλιος ἀπλῶς κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἔδηκε πρῶτον μὲν τοὺς ἥβης ἑκάτων σημείας, ὅπη δ' τούτους τοὺς ταρίγκιπας πθεὶς, &c. Item Liuius lib. 37. Haſtatorum prima ſigna, deinde Principũ erant. Triarij poſtremos claudebant. Idem Suid. ἀσάτοι πρότερον ἦν ταριγκίπων, εἶτα τειαρίοι. libro tamen 22. ait: Noua pugna exorta eſt, non illa ordinata per principes, haſtatos quæ ac triarios. Celtiberos in mediam aciem in aduerſa ſigna legionum accepere.) Sic Polyb. τοὺς μὲν κελτίβηρας μέσους ἔταξαν αὐτοῖς ταῖς ἥβῃ ῥωμαίων ἀπείρους. Maſſaniſſam recenti ſupra cætera victoria terribilem.) Vet. lib. ſuper cætera, probo: ſic enim paulò antè. Super hæc bellicæ quoque laudis conſulatus compotem fecerat.

594 Occupat relictum fuga cuſtodum Tunem, abeſt à Carthagine XII. millia fermè paſſuum, locum cùm operibus tum ſuâ natura tutum, & qui à Carthagine conſpici, & præbere ipſe proſpectum cùm ad vrbem, tum ad circumfuſum vbi mare poſſet.) Vet. lib. Locus tutus, dempta parentheſi, quo pacto etiam Polybius: ὁ δ' τυνὶς ἀπεῖχε μὲν τ' καρχηδόνος ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους, ὅπη δ' σωφρόνος ὄφελον ἐξ ὅλης τ' πόλεως. διαφέρει δ' ὀχυρότητι, καὶ φυσικῇ, καὶ χέροποιήτῳ. Præterea quoniam centum viginti ſtadia abeſſe Carthagine Tunetem ait, propterea legendum apud Liuium, non XII. ſed XV. millia, ex V. enim II. facta ſunt per mendum. Contrà atque in nauali certamine ſolet, roſtratis, quæ præſidio alijs eſſe poterant, in poſtremam aciem receptis prope terram, onerariarũ quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit.) Rhenanus is fuit, qui contra auctoritatem veterum librorum hanc lectionem inuexit. Contrà atque in nauali, cùm vet. lib. habeant: Vt in nauali, hoc ſenſu: Scipionem roſtratas, vt nauali certamine ſolet in poſtremam aciem recepiſſe, quæ præſidio alijs eſſe poſſent, ipſe autem intellexit, eundẽ contrà, atque in nauali prælio ſolet onerarias inter ſe copulaſſe. Porrò autem quid ſit, Quadruplicem ordinem: ex Polybio facilius intelligi poteſt, qui ita ait: σωσρμίσας δ' τὰς καταφράκτους νῆας ἐκέλευσε παύτας τὰς φορτηγὲς ὅπῃ κρᾶς, καὶ τετράρας τὸ ἑξῆς. Tres enim aut quatuor ordines factos eſſe iunctarum inter ſe onerariarũ ſignificat. Quare pòſt ait Liuius: Et vix tranſiliendi in ſecundum ordinem nauium ſpacium propugnatoribus datum eſt. Cæterùm quas Polybius καταφράκτους νῆας vocat, Liuius roſtratas vertit.

595 Maſæſyli regnum paternum Maſſaniſę.) Satis oſtendi, Maſſylij, hic eſſe legendum. Quod autem ait: Syphas vetere ſe continebat regno Maſæſulorum intelligit. Igitur omnibus, qui bello capti erant, in vnum coactis, equos, arma, tela, diuidit.) Placet antiqua lectio, qui bello apti erant. Nam præceſit: Viris, equisque abundabat: Deinde ſi ſuis abundabat, cur quos bello ceperat armaſſet? Ita tum à paucis prælio accenſo omnes vtrinque poſtremo equitum certaminis ſtudium effudit. Probo magis, vt legatur, omnem vtrinque poſtremò exercitum certaminis ſtudium effudit, ſic enim in vet. lib.

596 Ad Lælium attrahitur.) Vet. lib. Pertrahitur. CIRTHA.) Græci Cirtam ſine aſpiratione edunt. Quam victorem recuperatorum tanto pòſt interuallo inuiſere receptum patrium regnum.) Vet. lib. Quàm victorem tanto interuallo inuiſere, egregiè: vacat enim vox Recuperatum, cùm ſubdatur, Receptum, quæ idem valet.

597 Cùm modò dextram amplectens,) Vet. lib. Cùm diu dextram. Nuptias in eum ipſum diem repentè parare iubet.) Vet. lib. Parari. Neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſſaniſſam, quàm Syphacem eſſe, etiam ab iuuenta incautiorem, certè ſtultius illum, atque intemperantius eam, quàm ſe duxiſſe. Quos legi libros veteres, & quos ſe legiſſe Gelenius profitetur, his vocibus carent. Neque prudentiorem. Illum atque intemperantius, ſine quibus ſententia optimè ſtat.

598 Non hoſtili modò odio, ſed à nouis etiam ſtimulis.) Vet. lib. Amoris etiam ſtimulis, egregiè, oppoſuit enim hoſtili odio amoris ſtimulos, quam ζηλοτυπίαν Græci vocant. Itaque ſic vertit hunc locum Appianus: ταῦτα δὲ μὲν ἔλεγεν εἴτε ἀληθῶς, εἴτε ζηλοτυπούμενος, καὶ μαστεύσων τὰ μέγιστα βλάπτων. Qui eas ſua tẽperantia frænauit, ac domuit, multo maius decus. Quam vocẽ Gelenius in Næ, ego in Is, verti poſſe arbritror, quaſi ex Is, It, poſtremò Vt factum ſit incuria. Æger animo ferox iuuenis,) Vet. lib. Æger animi. Sic libro primo: Conſolantur ægram animi.

599 Sella curuli', & ſcipione eburneo.) Vet. aliquot libri: Sella curuli eburnea, & ſcipione eburneo, vt quemadmodum dixit, aurea corona, aurea patera, ſic bis dicat, eburnea. ſic etiam Appianus, quem credo multa à Liuio ſumpſiſſe, vt Liuius à Polybio: στέφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, καὶ σφαγῖδια χρυσᾶν ἑπτάμυον, καὶ ἐλεφαντίνου θρόνον. Nullo auctore belli vltrò audito.) Vet. lib. Vltrà audito. More adorantium procubuerũt.) Vet. li. Adulantium. Quod diſplicet. Nam Polybius principio lib. 15. de his legatis ita ait: ἐ μόνον τὸν θεὸν αἰσχύνοντο, καὶ πρὸ γῆν ἀγεννῶς τὰς πόλεις καταφοιλοῖεν ὑπὲρ τοῦ σωτηρίου. Naues longas præter viginti omnes tradant.) Puto legendum præter XXX. μηδὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλείους τεσσάκοντα. Facilis eſt autem menda apud Liuium ex XXX. reddi XX. vt ſæpè aliàs.

600 P. ÆMILIVS prætor ſenatu miſſo.) Lib. vet. P. Ælius prætor, quo nomine ſuprà etiam à Liuio affectus eſt. Ad hoc ædes libera loca, lautia legatis decreta.) Vet. lib. Ædes liberæ, loca, lautia. Sic lib. 28. Locus inde lautiaque legatis præberi iuſſa. Et li. 43. Conſulti patres ſtantibus in comitio legatis an locum, lautia, ſenatumque darent. Et li. 33. Macedones deducti extra vrbem in villã publicam, ibiq; locus, & lautia præbita. Et li. 42. Vt ex inſtituto loca lautia acciperent. Et lib. 35. Attalo ædes liberæ, locus, lautia decreta. Et li. 42. ædes liberæ hoſpitio datæ. Ædes autem liberæ vacuæ dicuntur.

601 Vanum equeſtre prælium fecerunt.) Vet. lib. Equeſtre auxilium, optimè: nam cùm lentior eſſet peditum pugna ad mouendos hoſtes, equites in aciem erant inducti, quorum tamen auxilium ab elephantorum ſtridore & odore vanum factum eſſe ait. Fœminę transfixo cadentem.) Veteres lib. Femore, vt libro 24. Scipionis femur tragula confixum erat. Ad millia hoſtium eo die cæſa.) Vet. lib. Ad quinque millia hoſtium. Conſul Cn. Seruilius nulla memorabili.) C. Seruilius, vt dixi. Patre Cn. Seruilio.) C. Seruilio. Nam in Capitolino conſulatu dicitur: C. Seruilius C. F. Capitolinis autem lapidibus fauent etiam manuſcripti libri. lib. 21. pro A. Seruilio C. Seruilium reſtituimus ex hoc loco. C. Luctatio.) Lutatio, ex Græcis & Capitolinis auctoribus. In agro Crotonenſi.) Crotonienſi ſcribendum. A Crotone enim factum eſt. Vt autem Carthago Carthaginis Carthaginienſem, ſic Croto Crotonis Crotonienſem edit. Crotona autem Crotonenſem, vt Cremona Cremonenſem Priſcianus.

M.LIVIVS Cn.Seruilium conſulem.)C.Seruilium vt dixi. APOLLINIS promontorium.)Ἀπόλλωνος ἄ- 603
κρον.Appianus.

Legatos Carthaginem L.Bebium,M.Seruilium,L.Fabium extemplò miſit.) Vet.lib. M.Bæbium,L.Ser- 604
gium,L.Fabium.Polybius corruptè λεύκιον σέρκιον,λεύκιον σείπον,λεύκιον φάβιον. Cùm ad Bragadam flumẽ perueniſſent.)Polybij codex habet ἡ μάκραν ποταμόν.Quod autem Polybius ad Macram flumen, Appianus ad promontorium Apollinis peruenisſe ſcribit.Idem Polybius lib.1.huius fluminis meminit. Ex ea tres quadriremes.) Quas Polybius τρεῖς vocat τετήρεις, Liuius vertit tres quadriremes. Quinquereme Romanam ſuperantem promontorium.)Quia quærit Glareanus de promontorio hoc,& de quinquereme,propterea intelligẽdum eſt,Apollinis promontorium auctore Appiano fuiſſe, quod Polybius item non expreſſo nomine commemorauit. [Et Glareanus huius promontorij meminit,ſed nihil aſſeuerat.] ſic: ἔπλευν ἐπὶ τῷ ὄρῳ τοὺς πρεσβευτάς. Ne autem de quinquereme diutius ipſe laboret,qua reuerſos legatos eſſe Liuius ait, cum qua ratione venerint nõ dixerit,is ſciat verba hæc omiſſa eſſe Polybij:καὶ παραλαβόντες τὴν ῥωμαϊκὴν πεντήρη. T.CLAVDIVS Nero.)Vet. lib.& Capit.tab.T.Claudius. C.TERENTIVS Varro.Cn.Manlius.)Vet.lib.C.Mamilius. M.VALERIVS Falco.)Capit.tab.Falto. M.SESTIO Sabino.)Vet.lib.M.Sextio Sabino. An quia res in Etruria tenuerint.)Vet.lib.Tenuerit. Vtrum Cn. Seruilius conſul habuerit.) C.Seruilius. vet.lib. Vt dixi. Quæſtiones ex ſocijs de coniurationibus principum habentem.)Neminem futurũ eſſe arbitror, qui non in interpretanda voce illa ſocijs laboret,& meritò.eſt enim mendoſiſsima,ego autem pro certo habeo,ex s.c. id eſt, ex ſenatuſconſulto,eſſe reſtituendum,me in hanc ſententiam ducit ſimilis erroris,cuius ſuprà memini,obſeruatio. Alijs ſocijs præfectum notantibus,pro alijs s.c.præfectum notantibus.Compendioſa enim ſcriptura huius vocis s.c.di ci non poteſt quæ portenta ſæpè pepererit.De ſenſu autem huius lectionis nemo eſt,qui dubitare poſsit. M. SERVILIVS,T.Claudius.)Vet.lib.M.Seruilius,& Ti.Claudius.

Cum Syphace inconditæ barbariæ rege,qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit.)Vet.lib.Qui ſta- 605
tarius ſemilixa ducere exercitum ſolitus ſit.Ego qui ſtatarium ſemilixam ducere exercitum.Nam ſtatarius,&ſemilixa militibus magis congruunt,quàm imperatori & regi.Itaque vbi de Annibale loquitur,hęc opponit.Ducere exercitum æqualem ſtipendijs ſuis,id eſt,qui tot ſtipendia confecerit,quot imperator, quem puerum militem factum eſſe dixit.Hæc quærenti Glareano.

Iam Adrumentum peruenerat Annibal.) Vet.lib.Adrumetum,rectè.Appianus enim Ἀδρύμητον.Polybius 606
& Stephanus Ἀδρύμητα edunt. Zama quinq; dierum iter ab Carthagine abeſt.)Sic Polybius: μεθ' ἡμέρας εἰκοσιπέντε ἀφικόμενος εἰς τὴν καλουμένην Ἀδρύμητα τόπον, ἐν ᾧ κατεστρατοπέδευσε περὶ ζάμαν, ἀπέχουσα καρχηδόνος ἡμερῶν πέντε. Traditos eos tribunis militum,) Vet.lib.Tribuno militum,nihil præſtantius: ſic enim Polybius:συσύσας αὐτοὺς χιλιάρχοις ἐπὶ τὰ πλοῖα καθαρῶς ἐκέλευσε τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. Ex compoſito duces caſtra protulerunt.)Vet.lib.Ambo ex compoſito duces. Scipio haud procul Nadagara vrbe.) Vet.libri, Nargara.Polybius πρὸς τὴν πόλιν μάργαρον.Hanc vrbem Ptolemæus nominat Ναργαρά. Si hoc ita datum fuerat.)Huius orationis magna pars eſt apud Polybium.Incipit autem apud eum Annibal ab ea ſententia. Optimũ fuerat eam patribus noſtris mentem datam ab dijs eſſe.

Hoc quoq; ludibrium fortunæ caſus ediderit.) Nihil huic ſententiæ deeſt,contra quàm putat Glareanus. 607
Dictum eſt autem,vt illud:Tibi non in vltimis laudum hoc fuerit.

Propter eandem vtilitatem tuebor eam,propter quam petij.) Vet.lib.Peto. Tergiuerſantem in Afri- 608
cam traduxerim.) Vet.li.Attraxerim. Fruſtra verba pacata renunciant.)Si ita legas,nullũ ſenſum,aut certè non commodũ elicias.In vet.lib.aliquot eſt:Fruſtra verba pacata renunciant.Hinc ego ita:Fruſtra verbis tentatã rem nunciãt,id eſt,de pace verbis fruſtra agitatum referunt.Annibal enim colloquium petierat Scipionis,quaſi fretus eloquentia ſua rem peracturus.Hanc lectionem tanto magis probo,quòd ſubiungit αὐτάθετον,armis decernendum eſſe.

Ad hoc colloquium Annibalis in ſecreto habitum, ac liberum fingenti qua velit flecti, ominatur,quibus 609
quondam auſpicijs patres eorum pugnauerint ad Ægates inſulas,ea illis exeuntibus in aciem portendiſſe deos, adeſſe finem belli ac laboris.)Loci huius obſcuritas,quæ magna eſt, ſola verborum interpunctione non leuatur ſolùm,ſed etiam tollitur.Quomodo autem ſit interpungendus,intelligetur,ſi ſenſus antè fuerit patefactus. Scipio,inquit,ſuis militibus referebat Hiſpanias victas,& recentia in Africa prælia,& confeſsionem hoſtiũ, pacem petentium,ad hoc colloquium Annibalis in ſecreto habitum:ac,quoniam liberum eſt fingenti quocunque velit oratione deduci,ominatur finem huius belli adeſſe, quòd quibus auſpicijs priore bello patres eorum pugnauerint ad Ægates inſulam,ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderint.Ex quo intelligi poteſt,verba illa,liberum fingenti qua velit flecti,item hæc:quibus quondam auſpicijs,vſque ad,portendiſſe deos, duplici parentheſi eſſe includenda.Continent enim cauſam,& cur ominaretur,& cur victoriam ominaretur. Glareanus adeò à vero ſenſu abhorruit,vt vox illa,fingenti,ad Scipionémne, an ad Annibalem referretur dubitarit. [Glareanus nihil de tota oratione quàm ad quid referatur fingenti,ſe dubitare dicit,vt ſolet.] Tubæ,cornuaque ,, ab Romanis cecinerunt.)Polybius vtrinque increpuiſſe ait:ἅμα τῷ παντάχοθεν τοὺς σαλπίγγας καὶ τὰς ἐπικλήσεις ἀκοῦσαι. Et Appianus:Ἀννίβας μὲν σαλπίγγων κατάρξας, σκηπίων δὲ ἀντηχεῖν κελεύσας. Vt elephanti in ſuos ſiniſtro maximè cornu verterent,Mauros,ac Numidas.)At ex vet.lib. Verterentur eſt legendum,aut, verterent, pro verterentur, accipiendum.Sic enim Polybius:πυκὰ μὲν διαπαραχθέντα τῆς ἱππικῆς ὁρμῆσι παλύσυντα κατὰ τῆς βεβοηθηκότων ἐν κερχηδονίοις νομάδων.

Sed numero ſuperior Romanus erat,& animo.)Vet.lib.Sed & numero. Victores ad decem millia ce- 610
cidere.Suſpicor legendum,ad duo millia.Hanc enim edit ſummam Polybius, quem in reliquis etiam ſequitur: ἔπεσον δὲ τῆς μὲν ῥωμαίων οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων.Idem autẽ propè eſt.Supra mille quingentos, & ad duo millia. Ita etiam Appianus. Simul primum ardorem hoſtium excipientes fatigarent.)Vet.li.Primum ardorem atque impetum hoſtium. Miſſo Lælio Romam cum victoriæ nuncio.)Appianus:καὶ τὰς ὑπαφανεῖς τῆς αἰχμαλώτου ἔπεμπε, καὶ λαίλιον ἐξαγγέλλοντα περὶ νίκης ὀπὶ νεῶν.Glareanus Liuium hoc loco ſui oblitum putat,quòd Lælium Romã miſerit victoriam nunciaturum,cùm paulò pòſt tres legati mittantur.

Turmalibus primis in agmine aggreſſa Numidas leui certamine fudit.) Vet.lib. Turmalibus primum 611
agmen aggreſſa,Numidas. Et naues roſtratas præter decem triremes traderent.) Polybius: τὰ μακρὰ πλοῖα παρεμπλέοντα πάντα πλὴν δέκα τετηρῶν.Vertit hoc loco Liuius,Naues longas,Roſtratas,vt paulò pòſt ait: Naues longas, elephantos,perfugas,fugitiuos, captiuorum quatuor millia tradiderunt. Obſides centum arbitratu Scipionis darent.)Mallem,centum quinquaginta,vt ait Appianus: δώσειν ἡμῖν αὐτίκα ὅμηρα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας, ἕως οὗ αὐτὸς ὀπλέξωμαι.Cur malim,hęc cauſa eſt,quia libro 32.ita ſcribit:Petentibus Carthaginienſibus,vt ſi iam videretur ſenatui,obſides ſibi redderentur,centum redditi obſides:de cæteris ſi in fide permanerẽt,ſpes facta.Qui-

bus verbis satis ostenditur plures quàm centum esse traditos. Quanquam hoc loco Polybius centũ tantũ & ipse edit: ὁμήρους δ' ὕστερα πίστεως χάριν ἐκ τῶν, οὓς αὐ τοτρεφθαι πρὸ τῶν ἑωμαίων μὴ νεωτέρους τεσσαράκοντα ἢ ἑκατὸν μηδὲ πρεσβυτέρους πεντήκοντα. Donum ferre iussi.) Vet.lib. Referre.

612 Inter portus Cossanum, Loretanumque.) Cossani meminit etiam lib. 22. Dictatore dicto Cn. Seruilio Gemino.) C. Seruilio scribe absque Gemino, ex ve. lib. & dictatura eius Capitolina. Itaque cum prætor idus Martias veteres magistratus abissent.) Procul dubio, pridie idus, legendum. Nam idus Martiæ solennes erant ineundis magistratibus, prid. idus abeundis. Compendiosa scriptura fefellit librarium, pr. idus. Ludi Romani tertiò instaurati.) Vet. lib. aliquot, ter toti instaurati, optimè. Sic enim loqui solitus est Liuius, vt libro 28. Ludi Romani ter toti instaurati ab ædilibus curulibus. Item: Ludi plebeij semel toti instaurati ab ædilibus plebis. Item hoc libro: Ludi Romani diem vnum, plebeij ter toti instaurati ab ædilibus. Et lib. 31. extremò. Et lib. 33. primò: Totíque ter instaurati. Cerealia ludos.) Vet. lib. Cerales ludos, non muto tamen vulgatam lectionem, nam in nummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuum sunt, ita legi. C. Memmius C. F. Quirinus Memmius æd. cerealia primus fecit. Adiecit Verminam etiam Syphacis filium.) Id est, præterid, quod de victis bello Carthaginiensibus Lælius nunciauerat, adiecit etiam Verminam victum esse. Hoc vt dicerem, causam Glareanus edit. Quæ parua benè gestæ rei accessio erat.) Vet. lib. Quæ non parua benè gestæ rei accessio fuerat.

613 M. Iunius Pœnus.) Pennus, ex Capit. tab. M. Acilius Glabrio.) Hic pòst fit consul, & in consulatu Capitolino M'. Acilius vocatur. P. Scipioni id imperium decreuisse.) Vet. lib. Decresse. Legiones à Sestio prætore acciperet.) Vet. lib. à M. Sextio prætore. Consuli cum suis duabus item legionibus in Hetruria prorogatum imperium est.) Vet. lib. In Etruriam. Vtij consules.) Vet. lib. Vthi consules.

614 Asdrubal erat, Hædum cognomine populares vocabat.) Rectè Hædum. Nam Appianus etiam ἐριφὸν appellatum scribit. De pace vti rogatæ omnes tribus erant, iusserunt.) Vet. lib. Vti rogassent: Ego vti rogas, vt antè docui.

615 Ita dimissi ab Roma.) Vet. lib. Ita dimissi Roma. Inter quos Q. Terentius Culleo senator fuit.) Plutarchus in Apophthegmatis non antè legatos de pace se auditurum esse Scipionem dixisse ait, quàm Q. Terentium captiuum dimississent. Dimisso eo pacis conditiones Scipionem dixisse, Terentium porrò sequutum currum Scipionis pileatum esse. Finitum est decimo octauo anno Cn. Cornelio, P. Ælio Pæto consulibus.) Antea legebatur, decimo septimo, atque ita est in omnibus veteribus libris. Quod quia corruptũ esse credidit, correxit Glareanus, & decimo octauo fecit. [Vide Glareani verba, & aliter senties.] Est tamen sciendum decimo septimo rectè habere. Nam cùm inquit Liuius, bellum finitum est XVII. annos postquam cœptum est, decimo octauo intelligit, verùm annum primum non numerat, sic autem etiam alibi. Annis antè XL. pax cum Carthaginiensibus facta est. Item: Tres & sexaginta anni sunt à primo Punico ad secundum bellum finitum: neq; enim alter extremorum annorum in hoc loquendi genere comprehenditur. At cùm inquit in hoc eodẽ libro Patre, & patruo ex seruitute pòst sextum decimum annum receptis. Et paulò pòst: Annibalem pòst sextum decimum annum ex Italia decessisse, ambos extremos annos numerat. Pater enim Seruilij captus est anno DXXXII. receptus anno DXLVII. Annibal venit in Italiam anno DXXXII. discesserit anno DXLVII.

616 Hunc regem in triumpho ductum Polybius haud quaquam spernendus auctor tradit.) Verba quibus hoc tradit Polybius, sunt in li. 16. eiusmodi: ὁ δὲ σύφαξ ὁ πρὸς μασσαισυλίων βασιλεὺς ἤχθη πότε διὰ τῶν ἁλίσεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ πολλῶν αἰχμαλώτων. ὃς ἦν μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε.

IN EPITOMEN LIBRI XXXI.

Causæ feruntur hæ.) Vet. li. Referuntur. In sacrarium Cereris cum alijs pluribus suis intrauerunt.) Cum alijs popularibus suis, legendum est. Ad vindicandum illos.) Ve. li. Ad vindicandos illos. Quingentesimo quadragesimo anno ab vrbe condita.) Restituendum est, vt pòst ostendam, Quingentesimo & quinquagesimo.

IN LIBRVM XXXI.

617 Quam occuparint quadringenti LXXXVII. anni à condita vrbe ad Ap. Claudium consulem.) In veteribus libris est, LXXVIII. anni, mendosè illud quidem, sed ita tamen, vt veræ lectionis vestigia appareant. Est enim V. in X. vertendum, & duo II. in V. ita vt legas LXXXVI. siquidem Ap. Claudius anno ab vrb cond. CCCCLXXXVI. consul fuit, quemadmodum ex Liuij sententia in Chronologia ostendemus, quem numerum deprauauit, vt solet Glareanus. [Glareanus negat se deprauasse numerum.] Claritate regum antiquorum.) Vet. lib. Sed claritate. Quo multa quondam Europæ, maiorem partem Asiæ obtinuerant.) Vet. lib. Maioremq;. C. Appium præfectum.) Vet. lib. Cn. A. Popium. Ego C. Oppium. Oppius enim gentis nomen est. Appius prænomen. Ipse eodem aperto itinere per montes duxit.) Vet. lib. Per medios montes.

618 Qui ductu atque auspicio proconsulis Scipionis.) In veteribus libris est ferè, Proconsulis Scipionis, pro P. Scipionis, idque non hoc loco solùm, sed passim. Itaq; P. Scipionis restitue. P. Ælio consulum comitia habente.) Vet. li. Consularia comitia: placet tamen vt legatur, P. Ælio consule comitia habente consules facti: sic enim aliàs. Ædilibus Curulibus L. Valerio Flacco, & T. Quintio Flaminio.) Restituto L. Quintio Flaminino. Lucio, quia T. Quintius nunquam ædilitatem cepisse pòst à Liuio & à Plutarcho traditur. Flaminino ex Capitolinis tabulis, & ex ratione cognominum, vt enim à Censore Censorinus, ab Augure Augurinus: sic à Flamine Flamininus orta cognomina sunt. Quod ex Africa proconsul Scipio miserat.) P. Scipio, vt dixi, alioquin Scipio proconsul dixisset. Anno quingentesimo quadragesimo quarto ab vrbe cõdita.) Vet. li. Anno quingentesimo quadragesimo. Placuit autem Glareano, vt legeretur, quingentesimo quinquagesimo quarto. Quòd pro quadragesimo, restituat, quinquagesimo, laudo, quod addat, quarto, non possum nõ improbare. Curita sentiam, causa extabit in Chronologiæ scholijs. Porrò autem non quingentesimo quinquagesimo, sed quingesimo quinquagesimo legendum arbitror. Hac in re ducem sequor Priscianum, qui libro de Numeris quingesimum, pro quingentesimo dictum esse scribit à Liuio lib. ab vrbe condita XXXI. Nisi quid in Romanis auxilij foret.) Vet. lib. Nisi quid Romani auxilij foret. Precationi annuisse deos aruspices respondere.) Vet. lib. Precationem admisisse deos, quod probo. Etenim in eodem genere lib. 4. sic. Vt ab auguribus, simul aues ritè admississent, ex composito tolleretur signum. Prætores exinde sortiti sunt, Cn. Sergius Plancus vrbanam.) Vet. lib. Prouincias prætores exinde sortiti sunt.

619 L. Furius Purpurio.) Purpureo, ex Capitolino eius consulatu. Q. Bebius.) Bæbius, Capitolini, & Græci

Græci ſcriptores, nummiq; argentei. Sicut expugnando Sagunto Annibalem paſsi ſimus.) Vet. lib. Sumus. VTI rogarat, bellum iuſſerunt.) Vti rogas, vt iam ſæpè.

Proconſul Scipio ex Africa deportaſſet.) P. Scipio, vt dixi. M. Valerio Falconi.) Faltoni, Capitol. tabulæ. 620
In Sardiniam traijceret, quoq; de exercitu.) Vet. lib. Atq; de exercitu. Excitis, Sallijs, Iluatibusq;, & cæteris Liguſticis populis.) Liguſtinis, habêt lib. vet. & Græci λιγυσίνους edunt. Iluates Ligures etiam alibi nominat, vt lib. 32. Inde in Liguſtinos Iluates legiones ductæ: non ſunt autem Iluates, qui Iluam inſulam colũt, vt putat Glareanus. [Glareanus dubitauit, non aſſeruit.] Quod ex his verbis Liuij cognoſcitur, lib. 32. Et iam omnia cis Padum præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, ſub ditione erant.

Nunciosq; mitterent ad populum Rom. L. Furius Purpureo tum prouinciæ præerat.) Satis conſtat, legendum eſſe, ad prætorem Rom. quo de mendi genere ſuprà etiam dictum eſt: prætorem autè intelligit, L. Furium Purpureonem. Augeri hoſtium animos.) Vet. lib. Augere quod placet, quia dixit, obijcere. 621

Trientius, Tabuliusq; is ager, quia pro tertia parte pecuniæ datus erat appellatus.) Vet. lib. Trientius, Tributumq;. Ex quo conieci legendum eſſe, Trientius, Tributusq;. Alioquin nulla cauſa extat, cur Tabulius is ager vocatus ſit: at quia pro tertia parte pecuniæ tributus erat Trientius, Tributusq; eſt dictus. C. Claudius Cento.) Centho, ex Capit. lapid. 622

Commemoratio erat beneficiorum primùm in ciuitatem ſuam.) Vet. lib. Ciuitatem ſociam, Rectè: loquitur enim Attalus, atque Athenas ciuitatem ſociam appellat. Adhortatio, capeſſendum bellum.) Veter. lib. Adhortatio capeſſendi belli. Rhodij Ceam ab Ægina.) Vet. lib. Rhodij cùm iam ab Ægina. Item: Rhodij etiam ab Ægina. Hinc ego: Rhodij Ciam ab Ægina. Inſula autem eſt Cia oppoſita Eubœæ, Ptolemæo auctore. Claſſe tradita Heraclidi.) De Heraclide hoc Philippi præfecto pluribus verbis ſcribit Polyb. lib. 13. Eleunta.) Elæunta ſcribendum eſt. Eſt autem Elæus cum proximis oppidis ad Helleſpontum in Cherſoneſo, Alopeconeſius autem inſula eſt, Plinio auctore. 623

Legatos ad regem de conditionibus tradendæ vrbis miſerunt.) Legatorum nomina prætermiſit, quæ ſunt apud Polybiũ lib. 16. πέμψαντες πρεσβευτὰς ἰφικράτη καὶ σωτάκρατον ἐκέλευον παραλαμβάνειν τὸν φίλιππον τῶν φθείρων. Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat.) Nomina eorum edit Polybius Glaucidem, & Theognetum. Eſt enim in tota hac Abydi expugnatione explicanda aliquanto, quàm Liuius, vberior. Ex ijs legatis Romanis, qui Alexandriam miſsi erant, M. Æmilius duorum conſenſu, minimus natu.) Suſpicor legendum eſſe: Ex tribus legatis: primùm quia tres antea nominauit huius libri initio. Interim ad Ptolemeum Ægypti regem legati tres miſsi: C. Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus: deinde, quia, ait, Duorum conſenſu, & Minimus natu. Poſtremò, quia nihil tam facile eſt, quàm ex III. i, tribus facere, IIS. Sic enim apud Velleium ex VII. factum eſt VTI. Verba eius ſunt libro ſecundo. Notetur Domitiæ familiæ peculiaris quædam, & vt clariſsima, ita arctata numero felicitas, VII. ante hunc nobiliſsimæ ſimplicitatis iuuenem Cn. Domitium fuere ſingulis omnino parentibus geniti, ſed omnes ad conſulatum, ſacerdotia aque, ad triumphi autem omnes penè peruenerunt inſignia. Vulgò enim legitur: VTI ante hunc. Ita autem reſtituendum eſſe, docet Suet. in principio Neronis, vbi de Domitijs agit. Num Abydeni quoque, inquit, vltro tibi intulerunt arma.) Vberius reſpondet apud Polybium Æmilius: nam vltra Abydenos Athenienſes quoque, & Cianos nominat à Philippo vexatos: inquit autem ita, μετολαβόντας ὁ μάρκος ἤρετο. πῶς Ἀθηναῖοι, πῶς κιανοί, πῶς ὑμῶν ἀβυδηνοί. καὶ τί τῶν τις, ἔφη, σοὶ πεφύτευ ἐπέβαλε τὰς χεῖρας. Ætas, inquit, & forma, & ſuper omnia Romanum nomen te ferociorem facit, ego autem primum velim vos fœderum memores ſeruare mecum pacem, ſi bello laceſsitis, mihi quoque in animo eſſe facere, vt regnum Macedonum, nomenq; haud minus, quàm Romanum nobile bello ſentiatis. Placet quemadmodum hæc Græcè dixerit Polybius demonſtrare, vt libertas in vertendo Liuij pateſiat: ὁ δὲ βασιλεὺς διαπορήσας καὶ σφεῖς πρόσωπον ἔφησαν αὐτῷ συγγνώμην ἔχειν ἐφ' οἷς ἐφάνησαν ὁμιλοῦντι. πρώτων μὲν ὅτι θεῶν, καὶ παραγμάτων ἄπειρος, δεύτερον ὅτι κάλλιστον ὑπάρχει φῦλ' καὶ αὐξῆσαι, καὶ δι' ὧν τοῦτο καὶ τὸ ἀληθὲς μάλιστα μὲν ἀξιοῦ ῥωμαίους, ἔφη, μὴ παρεῖναι τοὺς σὺν δίκῃ, μηδὲ πολεμεῖν ἡμῖν, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν, ἀμωμήτους γενναίως παρακαλέσαντες τοὺς θεούς. Intelligẽdum eſt autem apud Polybiũ tertiam cauſam deſiderari, quæ eſt apud Liuium. Super omnia Romanum nomen. Quod autem ait: Si bello laceſsitis. Veteres libri habent, Laceſſeritis, quod placet. Polybius enim, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν ait. Pugnantes mortem occubuiſſent.) Vet. lib. Morte. Seque ipſi per omnes vias lethi interficerent.) Vet. lib. habent. Læti. Quod tamen non probo: Intelligendum eſt enim Abydenos quacunq; ratione ſibi mortem conſciuiſſe. Quod declarat Polybius cùm alios ſe ferro, alios laqueo vita ſpoliaſſe ait. Item q; alios ſe in ignem conieciſſe, alios ſe è tectis, alios in puteos præcipites dediſſe. 624

Inde in Numidiam ad res profecti legati.) Vet lib. Ad Regem. Maſaniſſam autem intelligit. Proconſulem illum Hiſpaniam prouinciam non conſulem aut prætorem obtinuiſſe.) Veteres libri. Proconſule. Quem autem appellet Pro conſule, expoſuit, cùm dixit: Exemplum à maioribus non accepiſſe, vt qui neque Dictator, neq; conſul, neq; prætor res geſsiſſet, triumpharet. Quod de Scipione dixit lib. 28. ſine magiſtratu, inquit enim: Quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſsiſſet, conſtabat. Ex quo intelligi poteſt, eum, qui pro conſule eſt, eſſe quidem cũ imperio, ſed ſine magiſtratu. Nunc autem pro conſule accipiamus, non qualis P. Scipio, aut T. Quintius, qui prorogato vltra conſulatus annum imperio bellum Africanum & Macedonicum pro conſule confecerunt, & pro conſule triumpharunt, ſed qualis multis pòſt annis aduerſus Mithridatem Cn. Pompeius extra ordinem miſſus eſt, cùm neque prætor, neque conſul eam prouinciam contra exempla maiorum adeptus eſſet. T. Sempronio Longo.) Ti. Sempronio, ex conſulatu huius Capitolino. Nam pòſt cum Africano conſul fuit. Cn. Lectorium.) Lætorium, vt ſuprà ſæpius admonuimus. Ædemque deo Ioui vouit, ſi eo die hoſtes fudiſſet.) Vox, Deo, mendoſa eſt. Quis enim de Ioue, quin Deus ſit, dubitare poteſt? ſi quid Ioui addi ſolet, Epithetum aliquod additur, vt Statori, Victori, Tonanti: & quæ eiuſmodi multa ei afficta ſunt. Ego igitur ita legendum puto, Ædesq; duas Ioui vouit. Loquitur de L. Furio prætore cum Boijs Gallis pugnante, à quo prætore ædes duas Ioui bello Gallico, tertiam ab eodem conſule voras eſſe pòſt ait: De vna ſcribit libro 35. anno DLVI. In inſula Iouis ædem C. Seruilius duumuir dedicauit: vota erat ſex annis antè Gallico bello ab L. Furio Purpureone prætore. De duabus alteris pòſt libro eodem anno DLVIII. Ædes duæ Ioui eo anno in Capitolio dedicatæ ſunt. Vouerat L. Furius Purpureo prętor Gallico bello vnam, alterã, conſul, dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir. 625

Cynoſarges, templum Herculis, gymnaſiumque, & lucus erat circumiectus.) De hoc templo ſic Suidas: Κυνόσαργες τόπος τῆς δεῖ παρ' ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν ἡρακλέους κατ' αἰτίαν τοιαύτην. Διέλυμος ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ δεῖᾳ. εἶτα κύων λευκὸς παρὸν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον. καὶ ἀπελθὼν εἰς τινὰ τόπον ἀπέθετο. ὁ δὲ θεασάμενος ἰὼν, ἔλαβε καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ὅτι εἰς ἀμείνονα τόπον, ἢ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι, ὅθεν καὶ ἐπλήθη κυνόσαργες. Ex his verbis apparet cur & Cynoſarges hîc locus dictus ſit, & cur Herculi potiſsimùm conſecratus ſit. At Stephanus: Κυνόσαργες γυμνάσιον ἐν τῇ ἀττικῇ, καὶ δῆμος.

628 Conſul Sulpitius eo tempore inter Appolloniam, & Dyrrachium ad ipſum flumen habebat caſtra.) Hoc ſic Plutarch. in Quintio: ἦν δὲ πάλιον ἀρχὴν μὲν ὑπὸ Δυρραχίου καὶ τοῦ ἕλωος τοῦ φιλίππου τὰς ὁδοὺς ἔχοντα τοῦ ἄνω ποταμοῦ ἐμβολὰς, καὶ τὰ σένα φυλάττοντα. T. Apuſtium legatum.) L. Apuſtium, reponendum. ſic enim alibi ſæpè eum vocat Liuius.

629 Ilion, nomen propter alteram in Aſia vrbem, quàm oppidum notius.) Huius nominis quinq; oppida fuiſſe tradit Stephanus. Quorum tertium in Macedonia fuerit. Anguſtias, quæ ad Pelagoniam ſunt.) Pelagonia pars eſt Macedoniæ non longè à regione Daſſaritiorum. Sciathum, & Peparethum haud ignobiles vrbes.) Inſulæ ſunt in Ægeo pelago.

630 Eodem Eleuſinæ Cereris templum, eodem Piræi Iouem.) Eleuſine ſcribendum, vt ſit auferendi caſus, ſequitur enim Piræi. Eadem Chios, Abydenos, Æneos.) Nominat gentes à Philippo paulò antè bello vexatas, inter quas Chij non fuerunt, verùm vt ſuprà dixi, Ciani. Itaq; legatus Romanus obijcit Philippo Athenienſes, Cianos & Abydenos. Atq; Liuius lib. 33. ait. De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui, & decem legatis placuiſſet. Quare hoc etiam loco pro Chios, Cianos, eſt reponendum.

631 An bello perſecuti.) Veter. lib. Annon bello perſecuti. Quo indignius eſſet.) Veter. lib. Quod indignius eſſet.

632 Præfecit Heraclidam.) Vet. lib. Heraclidem. Daſſaretiorum.) Daſſaritiorum ex Stephano & Euſthatio. Ad Lingum ſtatiua poſuit prope flumen Beuum, inde frumentatum circa horrea Daſſaretiorum mittebat.) Pro Lingo reponendum cenſet Glareanus Lychnidum, pro Beuo, Haliacmona, ſcilicet quia nuſquam hæc nomina legerit, at illa in Daſſaritijs legerit. Ego contrà, pro Lingo, Lycum repono, pro Haliacmone, Beum defendo. Lycum habent libri veteres, & Plutarchus in Quintio, vbi huius rei meminit: ἦσαν μὲν ἔν οἱ τὸ πόντον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρήτιδος καὶ λύκον ἄπορον ὁδὸν καὶ χαλεπὴν ὀπτχιρῶντες. De Beuo fluuio ſic Stephanus: Ἐδέσση πόλις μακεδονίας, καὶ ποταμὸς αὐτῇ ἐδέσσιος ποταμός. [Glareanus de Beuo multa adducit, de Haliacmone nihil definit vt ſolet. Triballos, Illyriorum id, ſicut alio loco diximus, eſt genus & Cretenſes trecentos.) Vet. lib. habent Trallas, quam vocem qui ignorarunt, Triballos fecerunt. Sunt autem Tralles Illyrici, vt ait Stephanus, populi, his verbis: τραλλία μοῖρα τῆς ἰλλυρίας. λέγονται καὶ τράλλοι, καὶ τράλλεις ὡς ἐθνικὸν θεοπόμπῳ. Itaque lib. 38. in auxilijs Antiochi numerandis coniungit etiã Liuius Trallas, & Cretenſes, vt hoc loco, cùm ait: Tum leuis armatura trium millium pari fermè numero, pars Cretenſes, pars Tralles.

633 Stuberam deinde petit.) Suſpectum nomen hoc habet Glareanus, vt cætera nomina, quæ ſequuntur, eſſe autem oppidum Illyriorum, apparet ex verbis Liuij lib. 44. cùm ait: Perſeus ratus ſi domuiſſet proximos, Illyriorum Gentium quoq; regem in ſocietatem perlici poſſe, cum decẽ millibus peditum Stuberam venit. Meminit eius etiam Strabo lib. 7. ad Erigonem flumen. Et Suidas, & στοβήραν vocant. Inde ad Pluinam eſt progreſſus.) Pluinæ nemo meminit. Pellinæ omnes. Itaq; Pellinam reſtituo auctore maximè Arriano, qui lib. 1. ita ſcribit: ἄγων διὰ ὄρεος τοῦ ἐορδαίαν τε καὶ τὴν ἐλυμιῶτιν, καὶ ὄρεος τὰ ἐπὶ συμφοῖας, καὶ παρυαίας ἄκρα, δι' ὁμαλοῦ ἀφικνεῖται ἐς πελλίνην τῆς θετταλίας. Pelinnam item ſtatuit Stephanus in Phthiotide in Theſſalia. Ad Bruannam ſtatiua habuiſſet.) Strabo lib. 7. vt Stuberæ, ſic Bryani meminit oppidorum ad Erigonem flumen. Quanquam Stephanus ait Ἐρυσίνιον eſſe oppidum Theſprotiæ. Erigonum incolæ vocant.) Ex Strabonis lib. 7. & Arriani primo, Erigonem legendum. Quanquam Ptolemæus Ἐρίγωνον vocat. Erduæam petituros.) Polybius lib. 17. ſatis indicat Heordæam eſſe legendum, vbi verba T. Quintij, quibus ad Cynoſcephalas pugnaturus milites accendit, exponit. Ea ſunt hæc: ὑμῖν ὅποι μακεδόνες εἰσὶν, οὓς ὑμεῖς πεφυγατεύχοντας ἐν μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν ἐορδαίαν ὑπερβολὰς ἐν τῇ πεφανῶς μὴ συλλαβομένου διασάμενοι πρὸς τύπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε πολλοὺς ἀνηρῶν ἀποκτείναντες. Et Stephanus: Ἐορδαῖαι δύο χῶραι μυγδονίας. Et Plinius in Macedonia Heordenſium, & Arrianus lib. 1. meminit ἐορδαίας. In Elimeam ſe recepit. Stephanus hanc vrbem Ἐλίμειαν. Ptolemæus ἐλίμαν vocant. Arrianus lib. 1. agrum eius ἐλυμιῶτιν nominat. Ab Celetro in Daſſaretios proceſſit, vrbemq; Pelium vi cepit.) Pelium duplex tradit Stephanus, vnum in Theſſalia, alterum in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligendũ eſt. Nam Daſſaritios inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico.

636 Bœben paludem.) Stephanus: βοίβη λίμνη ἐν μακεδονίᾳ. Perrœbiam.) Perræbiam ſcribendum: ita enim Græci pars Theſſaliæ eſt. Stephan. Cyretias.) χυρετίας ſtatuit Ptolemæus inter Eſtiotas Theſſaliæ populos. Gomphos petendi.) Oppidum eſt Theſſaliæ: Stephanus. Athamania.) Alij Illyrij, alij Theſſaliæ partem eſſe Athamaniam tradunt: Stephanus.

637 Malea ſuperata circa Scyllæum agri Hermionici.) Malea & Scyllæum promontoria, Hermione oppidum eſt, omnia Pelopponneſi: Stephanus, Strabo, Plinius, alij.

638 Delium Bœotiæ.) Steph. Δήλιον πολίχνιον βοιωτίας ἐν ταναγρικῇ, καὶ ἱερὸν ἀπόλλωνος. Ab Andro Cythnum traiecerunt. Has inſulas ſuprà Philippi teneri præſidio dixit, propterea nunc à Romanis vexantur. Ad Praſias, continentis Atticę is locus eſt.) Iccirco ita ait, quia, vt ait Stephanus alterum huius nominis oppidulum eſt in Peloponneſo, φασὶ δὲ τὴν ἀθήνησι φανοδικὴν φυλὴν, ἔτι καὶ λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temerè Phalaſiam emendat. [Glareanus regionis ſitum declarat, de alijs dubitat.] Iſſeorum lembi.) Iſſa vna eſt oppidum in Lesbo Inſula, altera ipſa eſt inſula ad Illyrium, de qua Polybius lib. 2. & Steph. De qua nunc Liuius. Icum peruenere.) Icus inſula vna ex Cycladibus Euboeæ adhærens, Stephanus. Inde Caſandream petentes primo ad Mendim maritimum eius ciuitatis vicum.] Stephanus. καλάνδρεια πόλις μακεδονίας πρὸς τῇ θράκῃ. Item: μένδη πόλις θράκης, σπολλόδωρος μένδιν αὐτὴν φησίν Canaſtrum Pallenes traiecere, inde ſuperato Toronæ promontorio.] Canaſtrum promontorium, reliqua oppida Thraciæ ſunt: itemq; qui ſequitur, Acanthus, Stephanus. Sinum Maliacum.] μαλιακὸν κόλπον Græci appellant. Heracleam venit.] Innumeræ ſunt huius nominis vrbes. Hæc in Theſſalia ad ſinum Maliacum eſt.

639 Lariſamque non illam in Theſſalia nobilem vrbem, ſed alteram quam Cremaſten vocant.) Ptolemæus & Stephanus χρεμαστὴν λάρισαν hanc Pelaſgiorum eſſe tradunt.

640 Quos conſul in Africa vouerat.) Conſul hic accipiendum eſt pro eo, qui cùm conſulari prorogato imperio eſſet, ſiquidem nunquam conſul in Africam venit Scipio. C. Terentinus Varro, T. Quintius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio ij colonos Venuſiam aſcripſerunt.) Flamininus, vt dixi, ſcribendum eſt. Item Vet. lib. habent. Hi colonos, pro Venuſia Plutarchus edit in Quintio, Narniam & Conſam, διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις ναρνιαύτε καὶ κόσαν ὁ πάτων ἄρχων ἐρρέθη, καὶ οἰκησίφ, de quibus pòſt Liuius. Non id, quod animis præceperat, queſtus eſt.) Vet. lib. præceperant, id eſt, Romani. Vt virtutes rerum geſtarum eius, cuius tantus honos haberetur, publicè viderentur.) Vet. lib. videret. Cæterùm vox, virtutes, ineptum continet ſenſum. Itaq;, pro certo habeo, Veritas eſſe reponendum, & pro videret, videretur eſſe legendum. Inſtituiſſe enim maiores ſuos ait, vt legati, tribuni militum, centuriones, milites deniq; triumpho adeſſent, vt veritas rerum geſtarum eius, cui tantus honos haberetur, publicè videretur. Itaq; ſubdit: Neminem huic triumpho affuiſſe, quem percunctari ſenatus potuerit, quid veri prætor, vaniq; referret. Et lib. 35. Niſi quòd aut prætores ex prouincijs ſcriberent, aut legati

renun-

renunciarent,nihil ratum haberi debere. C.Bebius Pamphilus.) Cn. Bœbius Tamphilus. ex conſulatu eius Capitolino.

M.Acilius Glabrio.)M'.Acilius,ex conſulatu eius Capitolino. Comitijs ædiles curules creati ſunt fortè 645
ambo,qui ſtatim accipere magiſtratum non poſſent.) Occipere legẽdum eſt,quod eſt idem,atq; inire. Sic enim lib. 41. Collegam qui ex templo magiſtratum occiperet,creauit,& lib.23. Creatur Marcellus,qui extemplò Magiſtratum occiperet. Nam Cn. Cornelius abſens creatus erat, cùm Hiſpaniam prouinciam obtineret.) Multa affert hoc loco Glareanus,vt probet,aut huic libro partem deeſſe, aut Liuium parum in ſcribẽdo vigilantem fuiſſe,quæ quia tota re diligenter inſpecta vana eſſe animaduertimus,ne quis in errorem ab eo impellatur, operępretium me facturum eſſe duxi,ſi qui per hæc tempora in Hiſpania cum imperio deinceps fuerint,ex Liuij ſententia expoſuero.[Glareanus vt ſolet Academicum agit,nihil aſſeuerans de hoc loco.]

Anno DXXXII.

P. Cornelius Scipio COS.Hiſpaniam ſortitus eſt,vt ait Liuius lib. 21. Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia euenit.

Eodem anno Cn.Cornelius Scipio Publij frater in Hiſpaniam venit, ait enim: Ne tamen nuda auxilijs Romanis Hiſpania eſſet,quam prouinciam ſortitus erat, Cn.Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum aduerſus Aſdrubalem miſit.

Anno DXXXIII.

P. Scipio in Hiſpaniam venit prorogato poſt conſulatum imperio.

Anno DXXXVIII.

Ambo fratres interfecti ſunt,vt Liuius lib.25.Anno ſexto poſtquàm in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, vnde trigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus.

Anno DXXXIX.

P.Scipio,P.F.qui pòſt Africanus dictus eſt,cum imperio extra ordinem pro conſule miſſus eſt in Hiſpaniam,M. Iunius Silanus proprætor ei ad res gerendas adiutor datus.

Anno DXLIIII.

P.Scipio,L.Lentulo,&L.Manlio Acidino prouincia tradita,Romam redit,& quia ſine magiſtratu res geſſerat, triumphum non impetrat,Liuius lib.28.

Anno DL.

L.Lentulus proconſul rediens ex Hiſpania ob res benè per multos annos geſtas, quia ſine magiſtratu eas geſſerat,triumphare non poteſt,permiſſum eſt,vt ouans vrbem iniret. Hęc cùm ſcripſerit Liuius lib.31.dum anni DL. res geſtas exponit,tamen in eodem libro pòſt ſubdit,ita:Eodem anno P.Cornelius Cethegus,qui proconſul Hiſpaniam obtinebat magnum hoſtium exercitum in agro Sedetano fudit.Et paulò pòſt ita:Comitijs ædiles curules creati ſunt fortè ambo,qui ſtatim occipere magiſtratũ non poſſent.Nam P. Cornelius Cethegus abſens creatus erat,cùm Hiſpaniam obtineret prouinciam.Et paulò pòſt: Et de altero ædile plebiſcitum eſt factum,rogantibus tribunis,quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent,vt P.Cornelius ædilis curulis ad magiſtratum gerendum veniret,& L.Manlius Acidinus de prouincia decederet multos poſt annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo,& L.Stertinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania iuſsit. Ex his verbis intelligi poteſt, L.Cornelio Lentulo,qui ouans ingreſſus eſt,P.Cornelium Cethegum, C.autem Cethego Cn. Cornelium Lentulum in citeriore Hiſpania ſucceſsiſſe,L.autem Manlio Acidino poſt multos annos L. Stertinium in vlteriore.

Anno DLIII.

Sex prætores creati ſunt,id eſt,cum quatuor ante crearentur,bini additi ſunt, quorum alter citeriorem, alter vlteriorem Hiſpaniam ſortiretur.M. Heluius L.Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus Cn. Lentulo ſuffectus eſt, atque ita deinde prætores quotannis in Hiſpaniam miſsi ſunt, niſi cum prouincia grauiore fortè vexata bello conſulare imperium deſiderauit.

Anno DLIIII.

Cn.Cornelius Lentulus,qui pro conſule obtinuit Hiſpaniam ante C. Sempronium Tuditanum ouans vrbem inijt.L.Stertinius ne triumphi quidem ſpem tentauit,lib.33.

IN LIBRVM XXXII.

C.Bebio Ariminum.)Cn.Bæbio,vt dixi. Succederet in Gallia.) Vet.lib.in Galliam.

Conceſſum vt Signiam,& Ferentinum tranſirent.)Hoc anno,qui eſt ab vrbe condita DLI. conceſſum eſſe 646
ait,vt obſides Carthaginienſium Signiam transferrentur Norba:at ſequenti anno hoc eodem in libro ait: Carthaginienſium obſides Setiæ cuſtodiebantur.Puto ergo hoc loco Setiam pro Signia reponendum.Nam de Setia propter ſeditionem in eo oppido propter obſides excitatam, dubitari non poteſt. De Signia non ita certa hiſtoria eſt. L.Martio Septimio.) Vet.lib. L. Marcio Septimo, vt antè dixi. Quod Narnienſibus datum erat,vt colonorum numerus augeretur,id Coſſani petentes non impetrauerunt.)Plutarchus vtranq; deductam coloniam à T.Quintio tradit,vt antè dixi.De Coſſanis ſequenti hoc anno perfectum ſcribit Liuius, verùm non à Quinctio. Thaumacos.) Thaumacia oppidum ad Sinum Maliacum, Stephan.& cæteri. Faucibus imminentes,quam Cœlen vocant.) Vet.lib. Quas Cœlen.

Simul qui redderent Achæis Orchomenon & Heream & Triphiliam. Eleis Alipheran contendentibus 647
nunquam eam vrbem fuiſſe ex Triphylia,ſed ſibi debere reſtitui,quia vna eſſet,&c.)Achæi Philippi,Elei Romanorum fœderi erant aſcripti,vt libro 29.tradit.Itaq; abſurdum eſt dictu Eleos à Philippo Alipheram contendiſſe.Hac ego ratione ductus pro,Eleis,reſtituendum puto,illis,vt item Achęos intelligamus,hoc ſenſu,cùm fidem ſociorum ſuorum ſuſpectam haberet Philippus miſit in Achaiam legatos,qui iuſiurandum exigerent, & Achæis Orchomenon,& Heræam,& Triphyliam redderent.Illis Alipheram poſtulantibus,reſponderi iuſsit,nunquam eam vrbem ad Triphyliam attinuiſſe:propterea q̃ue non Achæis,ſed ſibi ipſi reſtituendam eſſe,quòd vna eſſet ex ijs,quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent.Rem autem ita eſſe oſtẽdit, cùm addit:Et cum Achæis quidem per hæc ſocietatem firmabat.Hanc eandem ſententiam edidit etiam lib. 28.Reddidit,inquit,Achæis Heræam,& Triphyliam.Alipheram autem Megalopolitis, quòd ſuorum ius eſſe finium ſatis probabant,reſtituit.Vt mirer,cùm ſatis apertè rem eo loco expreſſerit,cur eandem hoc etiam in loco iteraũerit. Per Epirum ad occupandas, quæ ad Antigoniam fauces ſunt,Sthena vocãt Græci)Antigoniam omnes in Epiro tradũt.Stena aũt ſcribendũ eſt.Plut.in Quint.ἐγὼ τὰ σενὰ φυλάττων πολιὸν ἤδη χρόνον. Per Charopũ Epirotem.)Plut.in Quint.Χάροπα vocat.Item q̃; is qui de viris illuſtrib.ſcripſit. Veteres lib.habent etiam Charopem.

VERE

VERE primo in continentem trabeatus ad hoſtem ducere pergit.) Vox trabeatus prodigij ſimilis eſt. Vet. lib. Tralatus, quod placet, vt ſit è Corcyra in continentem, id eſt, in Epirum cùm tranſtuliſſet ſeſe. Paulò pòſt: Corcyram tranſuectus. Senatum ſine vllius nota legebant.) Vet. lib. Legerunt, rectè: Sequitur enim locarunt. Portoria venalitium.) Vet. lib. Venalium.

644 M. Portio Lecca.) Læca ex vetuſtis argenteis nummis. C. Bebius Pamphilus.) Cn. Bæbius Tamphilus, vt ſuprà. M. Fuluium, & M. Curium tribunos plebis.) M. Curium lego, ex Plutarcho in Quintio: ἄλλῳ δὲ τῷ φίλῳ Γαΐῳ, μᾶλλον δὲ μισοῦντι ἐνίσταμένων. quanquam vulgò mendosè legitur μάλλιον, pro μᾶλλον, vt ſæpè aliàs. Manius certè prænomen Curijs familiariſsimum eſt. Iam ædilitatem, præturam q; faſtidiri.) Plutarchus Quintium ad conſulatum peruenisſe ait non ædilitate ſolùm, prætura, ſed etiam tribunatu plebis omiſsis, neque intelligit Quintium quia patricius erat, tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuiſſe, propterea de eo nihil Liuius. Ille aũt ita: πρὸς δὲ μέσου καὶ σωιθέντος τοῖς νίοις ἀρχὰς ὑπερβάντα δημαρχίαν, καὶ στρατηγίαν, καὶ ὑπατείαν. Idẽ in Apophtheg. SER. Sulpitius, & L. Galba pontifices.) Lege Ser. & C. Sulpitij Galbæ pontifices. Seruius creatus pontifex fuerat an. CCCCLVII. Caius verò CCCCLIII.

645 Forum, & ædes Iouis Lanuuij.) Vet. lib. Lauinij Per Daſſaretios potius, Lingumque.) Per Daſſaritios potius, Lycumque, vt ſuprà oſtendi ex Plutarcho, & vet. lib. Quæ ciuitates liberandæ eſſent, Theſſalos primos omnium nominauit conſul.) Vet. lib. Theſſalonicam primam omnium.

646 Pro his ordo & militaris diſciplina, & genus armorum erat aptum vrgendis regijs.) In Vet. lib. aliquot, aptum prælium iungendis, in alijs, prælium gerendum: ego, aptum prælium gerentibus. Nam duas illas voces, vrgendis regijs quas intulit Gelenius, ne ipſe quidem certas habet, verùm aſteriſco notandum locum cenſet. Quatuor millia inde lecta peditum, & trecentos equites tribuno militum tradit.) Hoc ſic Plutar. in Quintio: ἐπαίμαει χιλιάρχὸν ἕνα πεζῶν ἔχοντα τετρακισχιλίους, καὶ ἱππεῖς τριακοσίους. Non plus duobus millibus hominum omiſsis. Plutarchus ſic: ἔασαν δὲ χιλίων ὀλείους.

647 Rex primo die ad Caſtra Pyrrhi peruenit, locus, quem ita vocat, eſt in Triphylia, terræ Melotidos. inde poſtero die ingenti itinere agminis, & metus vrgebat, in montem Lingon perrexit. Ipſi montes Epiri ſunt interiecti Macedoniæ Theſſaliæque.) Pyrrhi caſtra locum eſſe celeberrimum non longè à Lacedæmone conſtat inter omnes. Nam & ipſe lib. 35. ita ait: Et Nabis recepto Gytheo cum expedito exercitu inde profectus, cùm præter Lacedæmonem raptim duxiſſet, Pyrrhi, quæ vocãt, caſtra occupauit. Et Polyb. lib. 5. vbi de alio Philippi bello ait ita: ὁ δὲ φίλιππος τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε πρὸς τοὺς ἀμύκλας, οἱ δὲ ἀμύκλαι κεῖνται τοῦ Λακωνικοῦ χώρας. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι σταδίους. τῇ δὲ ἑπομένῃ προελθὼν ἄμα τῷ χωρὰν εἰς τὸ πρόσω καλούμενον κατέβη χάραδρα. Quę cùm ita ſint, meritò dubitari poterit, cur, cùm de prælio ad fauces Epiri facto Liuius ſcribat, primo die fugatum regem ad caſtra Pyrrhi in Triphiliam perueniſſe, eſt autẽ Peloponneſi regio Triphylia, poſtero autem in montes Epiri Macedoniæ Theſſaliæq; interiectos, dicat. Neq; enim hac oratione quicquã eſſe poteſt abſurdius. Difficilis, & magna hæc quæſtio eſt, nec niſi hæc verba tollãtur, explicari poteſt, Locus, quem ita vocant, eſt in Triphilia terrę Melotidos. Cur autem inducenda cenſeam, eſt, quòd ea ex albo libri, vt ſæpè fit, in hiſtoriam coniecta ab inſcio librario puto. Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi cauſa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneſo eſt, ſplendor illum ipſum Liuiana verba non ſatis attendentem, decepit. Neq; enim dubitandum eſt, quin eius nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnauit, de quo hoc loco intelligendum ſit. Nam de eo, qui eſt ad Lacedæmonem intelligi nullo modo poteſt. Accedit, quòd ſi hæc verba Liuij eſſent, lib. 35. vbi iterum Pyrrhi caſtra nominat, non dixiſſet, Quæ vocant, cùm ſatis hic locum eſſe huius nominis docuiſſet. Puto præterea legendum in montem Lyncon. Nam λύγκος oppidũ eſt Epiri, auctore Stephano, quo nomine mons etiam fortè præditus eſt. Vet. habent Lyricon. Fluctuatus animo eſt, vtrum protinus in regnum ſe reciperet, an reuerti in Theſſaliam poſſet.) Vox, poſſet ineptam affert ſententiam. Mallem, præſtaret. Nam cùm eſſet ſcriptum, præſtet, factum eſt ab inſcio, poſſet. Præſtaret autem, pro præſtantius eſſet. Circa Sperchias.) Ad ſinum Maliacum vrbs eſt, quæ ἀπέρχια dicitur à Ptolemæo & Stephano. Xyniæ ſimili metu à cultoribus deſertæ ſunt.) Xynia, inquit Stephanus, vrbs Theſſaliæ. Oppidum protinus nomine Phecam, ſitum inter Gomphos.) Hoc oppidum libro priore Phecadum nominauit. In monte Cercetio.) Plin. Montium Cercetorum meminit in Theſſalia. Ptolemæus montis Cerceteſij. Cerceticum tamẽ eſſe legendum docet Stephanus, qui ait: Πιτάλια πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὸ τὸ κερκετικὸν ὄρος. τὸ ἐθνικὸν πιταλιεύς.

648 Primam vrbium Theſſaliæ Phaleriam.) Vet. lib. Phaleràm: ex Coſmographis, Phalaram ſcribendum eſt, vt ſuprà etiam admonui. A Metropoli, & à Piera.) Metropolis vna eſt in Theſſalia. Porrò autem Pialia, legendum, quæ vt ait Stephanus, eſt in Theſſalia, vt dixi paulò antè, non Pieria, quæ in Bœotia eſt. Inde Æginium petit.) Hoc in Illyrio ſtatuit Stephanus. Cùm ad Zamnam inſulam aſſequutus eſt.) L. Quintium ſcribit Corcyra profectum claſſem ad Zamnam inſulam eſſe aſſequutum. Quæſtio exiſtit, quæ ſit hæc inſula, quæ à Corcyra ad Maleam nauigantibus occurrat. Glareanus mendosè eſſe pro Zacyntho ait, ego pro Same, in veteribus enim libris eſt Zamam, non Zamnam. [Glareanus mendosè aduerbium non ponit, hic identidem addit ac demit Glareani verbis quod vult non quod decet.) De hac inſula Pomponius. In Ionio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, Ithacha. Et Plinius libro quarto, capite duodecimo: Cephalenia, Zacynthus, Ithaca, Dulichium, Same. Cephalenia quondam Melæna dicta. Same diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Et Virgilius lib. 3. Dulichium que, Sameque, & Neritos ardua ſaxis. Alia Samem vrbem Cephaleniæ eſſe ſcripſerunt.

649 Cenchreas Corinthiorum emporium.) Stephanus oppidum, & nauale Corinthiorum eſſe ſcribit, itemque cæteri. Phocidis primo impetu Panopeam.) Phanoteam legendum eſſe, quemadmodum eſt in veteribus libris, oſtendit Stephanus: φανοτεύς, inquit, πόλις φωκίδος, λέγεται καὶ φανότη, καὶ φανότης. Glareano tamen placet Panopea.

650 Ariſthenus, qui Romanis.) Polybius: Ariſtænum ſcribit, ἀριστάινον.

651 *Achei portus, & dant fiduciam poſtulantibus, & demunt.) Obſcuriſsimi loci ſenſum Glareano vt profitetur, ignotum libet paucis exponere. Quòd Romani, inquit, qui ſocij nobis non ſunt, plus petant à nobis, quàm ſocius ipſe Philippus, id neque impudentia fit eorum, neque modeſtia huius: Achæi, inquit, portus fiduciam Romanis dant ad poſtulandum, qui claſſem habent victricem, Philippo verò demunt, cuius nihil præter legatum videmus. Ergo portus dant fiduciam claſſem habenti, demunt non habenti.

652 Quæ Elæuntij, Abydeniq; qui procul à nobis abſunt, paſsi ſunt.) Antea legebatur Cluuij, Abydenique. Sabellicus, cuius in hac re ingenium admiratur Glareanus, reſtituendum putauit, Elæuntij, Abydeniq;. Quorum ſententiã ego vix ſatis probare poſſum. [Glareanus Sabellico vt viro doctiſsimo ſubſcribit, de eius verò laude οὐδὲν γρῖ.] Nam cùm commemoret eos Ariſtænus, qui bello crudelia à Philippo paſsi ſunt, inter quos Athenienſes

ſes,& Abydeni fuerunt,neſcio cur potiſsimùm Elæuntios nominare poſsit, quos ipſe per deditionem receperit. Etenim libro priore ita Liuius ait : Inde progreſſus ad Cherſoneſum Elæunta & Alopeconneſum tradentibus ipſis recipit. Quamobrem ego reponendum puto pro Clunij Cianj, primùm quia grauiſsimè omnium vexati à Philippo ſunt,auctore Polybio,quorum excidij ſæpè etiam meminit per hos libros Liuius, vt paulò pòſt. Cium ſuæ ditionis vrbem funditus deleſſe. Deinde quia vicinior eſt vox Clunij Cianis,quàm Elæuntijs. Nam ſi l in i,& v in a verteris,confecta vox erit Cianos etiam cum Abydenis coniungit Polybius, vt ſuprà oſtendi. Cipariſsiæ Garitenem.) κυπαριησσὸς oppidum Meſſenæ,Steph.

Poſt pactam cum Romanis ſocietatem.) Miratur Glareanus Liuium ſcribere Argiuos cum Romanis ſo- 654
cietatem pactos eſſe,quòd eoſdem antè ſcripſerunt decreto non interfuiſſe,neq; intelligit eum dixiſſe,quoſdam Argiuorum,non omnes. Lariſſam eam arcem vocant.) Argorum arcem Lariſſam fuiſſe tradit etiam Stephanus: ἡ ἀκρόπολις ἄργους λάρισα. C.Helium prætorem præfecit.) In comitijs prætorijs exponendis C. Heluium nominauit,eiq; Galliam obtigiſſe dixit:idem fecit in eius ædilitate explicanda. Quamobrem hoc quoq; loco pro C.Ælio C.Heluium reponendum.

Ad L.Cornelium Lentulum prætorem vrbanum.) In comitijs prætorijs explicandis L.Cornelium Meru- 655
lam prætorem vrbanum ſcripſit,quo pacto legendum eſſe oſtendit conſulatus eius,qui ſequitur,in quo Merulæ, non Lentuli cognomine afficitur non ſolùm apud Liuium,ſed etiam in tabulis conſulum Capitolinis.

Cos. Cn. Cornelium Cethegum.) C. Cornelium legendum eſt ex Cap. conſulatu. L.Manlius Vol- 656
ſo.) Vulſo,Vet.lib.Cap.tab.& Appianus in Syrio μαΐλιον etiam βάλσωνα edit. M.Sergius Silus.) M'. Sergius, argentei nummi. T. Sempronius Longus.) Ti. Sempronius, ex conſulatu Capitolino,qui ſequitur. Cn. Sempronius Tuditanus.) ſequenti libro hic idem dicitur T.Sempronius. Ego C. Sempronius lego. Nam Tuditanorum hoc frequentiſsimum prænomen eſt, neutrum eorum contra patrem, autauum hunc eſſe reor C.Sempronij C.F.C.N.Tuditani,qui triumphauit de Iapudibus an. DCXXVI. ex Iap.Cap. Oppida Claſtidium,& Litubium,vtraque Ligurum.) Hoc loco vbi Claſtidium deditur, Ligurum eſſe dicitur. paulò pòſt,vbi incenditur,Gallorum eſt. Aut igitur duo Claſtidia ſunt,aut certè in Claſtidio Ligurum eſt aliquid vitij. Nam de Gallico Claſtidio ad Ticinum dubitari non poteſt. De quo Polybius lib. 2. & cæteri qui de bello Inſubrum ſcripſerunt,quo confecto Marcellus tertia opima ſpolia retulit Virdumaro rege ad Claſtidium interfecto, quemadmodum etiam in triumpho Marcelli Capitolino ſcriptum eſt. apud Plutarchum tamen in Marcello eſt vitiosè κατίδιον, pro κλασίδιον. Vereor autem,ne Cariſtum pro Claſtidio ſit reponendum,quod eſt oppidum Ligurum in agro Statellati,Liuio auctore lib.42.

Liguſticos Iluates.) Liguſtinos,vt antè dixi. Eò rex ab Demetriade cũ quinq; lembis,& naue vna roſtra- 657
ta venit. ſic Pol.lib.17. παρὼν ὁ μὲν φίλιππος ἐκ δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς ἡμιλίαν κόλπον πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν ῥοδίαν.

Achæorum exul vir inſignis Cycliadas.) Polyb. ἀχαιὸς ὢν κυκλιάδας ἐκ πελοποννήσου. Dionyſo- 658
dorus Attali legatus.) Polyb. καὶ παρ' ἀτάλου διονυσόδωρος, Ageſimbrotus præfectus Rhodiæ claſsis.) ὧν ἦρχε καὶ ῥοδίων ἀνεσίμβροτος ὁ ναύαρχος. ex Polyb. Phanas princeps Ætolorũ.) Polybius : ὧν ἦρχε καὶ αἰτωλῶν φανέας ὁ στρατηγός. ROMANVS ad extremum litus progreſſus,cùm rex in proram nauis in anchoris ſtantis proceſsiſſet.) οἱ μὲν ὧν ἐπὶ πόπλιον ἐπέστησαν παρ' αὐτὸν αἰγιαλόν, ὁ δὲ φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ μετέωρος ἔμενε. Ex propinquo dicamus inuicem, audiamusq;.) Vet.lib.Dicemus inuicem,audiemusq; Quem tandem,inquit Quintius, times? Ad hoc ille ſuperbo,& regio animo:Neminem equidem timeo præter deos immortales.) Polyb. τὸν δὲ πάλιν ἐρομένου,τίνα φοβεῖται; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς. Aliter hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in Apophthegmatibus. Deducenda ex omnibus Græciæ ciuitatibus regi præſidia eſſe.) Has etiam pacis conditiones omnes quib. verbis explicuerit Polybius placet oſtendere,vt Liuij ſtudium in illo vertendo auctore facilius omnes intelligant: ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς οὐτῷ μὲν ἁπλῶν τινα λόγον ἔφη καθήκειν ἢ φαινόμενον, κελεύειν δ' αὐτὸν εἰς τὴν ἑλλάδα τὸν ἀπάσης ἐκχωρεῖν ὑποδύντα τὰς αἰχμαλώτους, καὶ τὰς αὐτομόλους ἐκάστους, ὅσ' ἔχει. τὰς δὲ κτισθεῖσας ὑπὸ φιλίππου πόλεις ῥωμαίοις, ὧν χάριν κύριος μὴ τὰς ἐν ἠπείρῳ διαλύσειε, ὁμοίως δὲ καὶ πολεμίαν τὰς ὑπὸ καταστῆσαι πόλεις, ἃς πυθόμενος μὴ τῆς φιλοπάτορος θαύμασον. Attali regis legatus naues,captiuosq;,quæ ad Chium nauali prælio capta eſſent, & Nicephorium, Veneriſq; templum, quæ poliaſſet,euaſtaſſetq;,pro incorruptis reſtitui.) Sic Polyb. πρῶτος δὲ διονυσόδωρος ὁ παρ' ἀτάλου μισθοδοσίαν ἦλθε λόγων. τάς τε ναῦς ἔφη δεῖν αὐτὸν ἀποδοῦναι τὰς τῆς βασιλέως τὰς ἁλισκομένας αἰχμαλώτους ἐν τῇ πρὸς χίον ναυμαχίᾳ, καὶ τὸ τέμαμα ταύτας οὗ ἦσαν. ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς ἀφροδίτης ἱερὸν νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε. Rhodij Peræã, regio eſt continentis aduerſus inſulam vetuſtæ eorum ditionis repetebant, poſtulabantq; præſidia deduci ab Iaſſo,& Bargyllis, & Euromenſium vrbe,& in Helleſponto Seſto atq; Abydo,& Panopolim Byzantijs in antiqui formulam iuris reſtitui,& liberari omnia Aſiæ emporia,portusq;.) Peræam ſe nuſquam legiſſe,ſuſpectumq; habere nomen, itemque pro Panopolim, Peneropolim reponendam eſſe ait Glareanus. [Glareanus etiam hîc agit Academicum.] Hoc loco,ſi vtinſtitui verba Polybij recitaucro,quæ vertiſſe ſtudiosè videtur Liuius.& Peræam rectè legi, & pro Panopolim,Perinthum reſtituendum,præterea verò,Iaſo & Bargylijs, vt in vet.eſt lib. ſcribendũ eſſe facilè omnib. apparebit. Ea ſunt hæc: μετὰ δὲ τοῦτον ὁ τῶν ῥοδίων ναύαρχος ἀνεσίμβροτος ἢ μὲν περαίας ἐκλαθέσθαι ἐκχωρεῖν ἢ φίλιππον, ὅσ' αὐτὸν παρήρητο. τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ ἰασοῦ, καὶ βαργυλίων. καὶ ἢ εὐρωμαίων πόλεως, ὑποκαταστῆσαι δὲ καὶ θωριᾶσιν εἰς τὸν βυζαντίων συμπολιτείαν, παρεχωρεῖν δὲ καὶ σήσου καὶ ἀβύδου, καὶ πᾶσ' ἐμπορίων, καὶ λιμένων ἁπλῶς τῶν ἀσίαν ἁπάντων. In veteribus certè libris eſt pro Perinthum,Penolum, vt dea lectione dubitare nemo debeat: præſertim verò cùm libro ſequẽti in alijs pacis conditionib. ſcribendis ita ſit. Quæ earũ ſub ditione Philippi fuiſſent,præſidia ex his Philippus deduceret,his, quæ in Aſia eſſent,Euromo,Pedaſiſq; & Bargilijs,& Iaſo,& Myrina,& Abydo,& Thaſſo, & Perintho. Princeps Ætolorum Alexander vir,vt inter Ætolos,facundus.) Vet. lib. Virinter cæteros facundus,atq; ita ſcripſiſſe Liuium puto,quia Polybius ita ait: ἀλέξανδρος ὁ πρωτοστατῶν ἦν, ἀνὴρ δυνατὸς εἰπεῖν, καὶ λέγειν ἱκανὸς. Inter cæteros autem legatos,qui in hoc concilio verba fecerant,intelligit. Nam de quorũ poſſeſsione dimitteretur tollentem,nihil ſibi præter bellum relinquere,quod concilium eſſe.) Hoc loco Glareanus ita ſcribit: Pro Tollentem,ego Volentem,legendum puto,alioquin non video quid ſenſus elicias. Hæc ille. Quàm aũt ſit ſtandum coniectura eius,Polybius ipſe,cuius hæc verba ſunt,docet. τὸ δ' αὐαιρῦντα ἐᾶν ὧν ὁ πόλεμος ἔχει ἢ πόλεμον αὐτὸ καταλιπεῖν, μανίας ἔργον εἶναι. id eſt,tollentem aũt ea,de quibus bellũ eſt, bellũ ſibi relinquere,ſtultitiæ opus eſſe. Fortaſſe enim apud Polyb. legit Liuius. πόλεμον αὐτὸ non ἀυτὸν. reprehendit enim Philippum,qui in captas vrbes ſęuiebat, excidẽs eas,quæ belli eſſe præmia poſſent,idq; ſtulti,& amentis eſſe hominis ait. Lyſimachiam pulſo prætore,& præſidio Ætolorum occupaſſe eum.) Lyſimachiam intelligit,quæ in Cherſoneſo eſt,non quæ in Ætolia. Quod apertius oſtendit hoc loco Polybius: ἤρετο δὲ φίλιππον, διατὶ λυσιμαχίαν μετ' αἰτωλῶν ταπομίνλιν, καὶ στρατηγὸν ἔχουσαν παρ' αὐτῆς, ἐκβαλὼν τῶν κατέχοι φρούρα τὴν πόλιν. Chium item ſuæ ditionis vrbem funditus euertiſſe.) Cium legendũ,non Chium,& ſuæ ditionis,Ætolorũ, non Philippi intelligendũ eſſe ſatis oſtendit Polybius, cuius hæc verba ſubſequũtur: διαπρὸς κιηνὸς παρεπιδίμους μετ' αἰτωλῶν συμπολιτευομένους ὑξανδραποδίσαιτο φιλ- νεωάρχων αἰτωλοῖς;

Factum

Factum est autem vt quemadmodum Philippus Cianorum mœnia quondam, sic inscij librarij eorum memoriam euertere hoc tempore, atq; delere conati sint. De Cio sic Suidas: Κίος· ἐμπόριον πόλεως μυσίας ἀπὸ κίου τῆς ἰσχησαμένου τὴν Ἀποικίας ἥβης μιλησίων. τὸ ἐθνικὸν κιανὸς. Item: Κιανοὶ οἱ τὴν κίου, ὡς προυσίας πεφασονοθῆσαι ἠθέλησε.

659 Eadem fraude habere eum Thebas Phthias, Echinum, Lariſſam, & Pharſalum.) Polybius. πῶς λέγων κατέχειν ὧν ἐχίνον καὶ Φθίας τὰς φθίας, καὶ φάρσαλον, καὶ λαρίσσαν. Apparet id quidem etiam cæco.) Apud Polybium: τοῦτο μὲν ἔφησεν ὦ φανέα καὶ τυφλῷ δῆλον. Indignari inde cœpit, Ætolos tanquam Romanos decedi Græcia iubere, qui, quibus finibus Græcia ſit, dicere non poſsint, ipſius enim Ætoliæ Agræos, Apodeotasq;, & Amphilochus, quæ permagna eorum pars ſit, Græciam non eſſe.) Agræos, quos nuſquam ſe legiſſe ait Glareanus. Apodotus non Apodeotas legendũ eſſe, Polybij verba hæc ſatis docẽt: τὸ ὃ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἐφαμίλλους ῥωμαίους, καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν μακεδόνας ἁπάσης τῆς ἑλλάδος· τοῦτο περιαφθέγξασθαι καὶ καθόλου μὲν δεῖν ὑπερήφανον, ἐμὲ μὲν ἀλλὰ ῥωμαίων μὲν λεγόντων ἀνεκτὸν, αἰτωλῶν δ' οὐκ ἀνεκτὸν· ποίας δ' ἀφορίζετε μὲ φησὶν ἐκχωρεῖν ἑλλάδος, καὶ πῶς ἀφορίζετε ταύτην, ἀνθ' ἧς δ' αἰτωλῶν οὐκ εἰσὶν ἕλληνες οἱ πλείους. τὸ δὲ θεσσαλίαν ἔδος, καὶ τὸ θετταλοῖς, ἔτι δ' τῶν ἀμφιλόχων οὐκ ὄντι ἑλλάς; ἢ τὸν μὲν παρέχωρεῖ τέμφι. Porrò autem Agræos vicinos eſſe Acarnanibus populos ait Stephanus. Neque ego Chium expugnaui, ſed Pruſiam ſocium, & amicum oppugnantem adiuui.) Cium, reſtitue, non Chium. Sic enim Polybius: κιανοῖς δ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπολέμησα. πεφυσίου δ' πολεμοῦντος βοηθῶν ἐκείνῳ συνεξέλιπον αὐτὸς ὑμῶν αὐτῶν γενομένων. Itaq; libro ſequenti ait Liuius: De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui, & decem legatis placuiſſet. Item Suidas, vt dixi. Lyſimachiam ab Thracibus vindicaui, ſed quia me neceſsitas ad hoc bellum à cuſtodia eius auertit, Thraces habent.) Polybius ita: ἐρωτῶν με φησὶν ἀλέξανδρε διατὶ λυσιμαχίαν πεφυλάκαμεν, ἵνα μὴ διὰ τοῦ ἡμέτερα ὀλιγωρείαν αὐάσασθαι· γένηται ὑπὸ θρᾳκῶν, καθάπερ νυῦ γέγονεν ἡμῶν ἀπαγαγόντων τὰς στρατιώτας διὰ τοῦτον πόλεμον.

Attalo autem Rhodijsq; nihil iure debeo, non enim à me, ſed ab illis principium belli ortum eſt. Romanorum autem honoris cauſa Pęream Rhodijs, & naues Attalo cum captiuis, qui comparebunt, reſtituam. Nam quod ad Nicephorium, Veneriſq; templi reſtitutionem attinet, quid ea reſtitui poſtulantibus reſpondeam? niſi quo vno modo luci, ſyluæq; cæſæ reſtitui poſſunt, curam, impenſamq; ſationis me præſtaturum.) Hæc Polybius in hunc modum: πρὸς δ' ῥοδίους, καὶ πρὸς ἄτταλον ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ δικαιότερον αὖ νομισθείη, τὸ τοὺς ἡμῖν ὑπεδικάνειν τὰς αἰχμαλώτους ναῦς, καὶ τὰς ἄνδρας ἥπερ ἡμεῖς τότοις. ἐγὼ δ' ἡμεῖς ἀπάλῳ πρότεροι καὶ ῥοδίοις τὰς χεῖρας ἐπεκάλομεν. ἔστοι δ' ἡμῖν ὁμολογουμένως, ἐμὲ μὴν ἀλλὰ σῦ κελεύοντος· ῥοδίοις μὲν ὑποδικάνειν πῶς περαίαν, ἀπάλῳ δ' τὰς ναῦς καὶ τὰς ἄνδρας τὰς διασωζομένους. πῶς δ' τῶ νικηφορείου καταφθορᾶ, καὶ τῆς ἀφροδίτης τεμένους, ἄλλως μὲν οὐκ εἰμὶ δικαιωτὸς ὑποκατασῆσαι. φυτὰ δ' καὶ κηπουρὸς πίμπλω τὰς φρονπῶντας θεραπείας τῆ τόπω, καὶ τ' ἀνξήσεως πῶς ἐκποπέντων θέσθαι. Extrema eius oratio aduerſus Achęos fuit, in qua orſus ab Antigoni primùm, ſuis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum iuſsit, omnes diuinos, humanosque honores complexa, atq; ad ea adiecit recens de exercitu, quòd ab ſe deſciuiſſet: inuectusq; grauiter in perfidiam eorum, Argos tamen ſe redditurum eis dixit, de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum eſſe, quæſiturumq; ſimul ab eo, vtrum iiſne vrbibus decedere ſe æquum cenſeat, quas à ſe ipſo captas iure belli habeat, an ijs etiam, quas à maioribus ſuis accepiſſet.) Polybij primùm verba, quæ his reſpondẽt, recitabo, deinde quod hoc in loco Glareano videtur eſſe obſcuritatis tollam. Polybius ita: μεταβὰς ὁ φίλιππος ἐπὶ τὰς ἀχαιούς, πρώτον μὲν τὰς διεργασίας ἔζημιώσατο τὰς ἐξ αὐτῆς γεγενημένας εἰς αὐτὸς, εἶτα τὰς ἰδίας. ἐξῆς δ' τότοις πεφοβωμένοις τὸ μέγεθος πῶς ἡμῖν πῶς ἀπωλωτημένων αὐτοῖς ὧδε πῶς ἀχαιῶν. τελευτῶν δ' ἀνέγνω τὸ ἐπὶ τὸ ἀποστάσεως ψήφισμα, καὶ τ' πρὸς ῥωμαίους μεταθέσεως, ἢ χρησάμενος ἀφορμῇ πολλὰ κατ' πῶς ἀχαιῶν εἰς αἰθεσίαν εἶπε, καὶ ἀχαρισίαν. ὅμως δ' ἔφη τὸ μὲν ἄρχος ὑποδώσειν. ἐπὶ τὸ κοείνθου βουλεύσεσθαι μετὰ τῆ πίτου. ταῦτα δ' διαλεχθεὶς πρὸς τὰς ἄλλους, ἤρετο δ' πίτον φήσας πρὸς ἐκείνου αὐτῷ λόγον εἶναι, καὶ πρὸς ῥωμαίους, πότερον οἴεται δεῖν ἐκχωρεῖν, ὧν ἀπέκτηται πόλεων, καὶ τόπων ἐν τῷ ἕλλησιν, ἢ καὶ τότων, ὅσα πρὸς πῶς χρόνων εἴληφε. Hæc Polyb. Quærit aũt apud Liuiũ Glareanus, quid ſit, Recens decretum de exercitu, quòd ab ſe deſciuiſſet. Huic ego quæſtioni reſpondeo, primùm in veteribus libris legi: De exercitu, quo ab ſe deſciuiſſent: deinde decretũ illud intelligi, quo ſe Achæi relicto Philippo Romanorum ſocietatiadiunxerunt, de quo paulò antè Liuius. In præſentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, & exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoueri, captis Cenchreis, iam vrbem ipſam Quintio oppugnante. Quintius poſtero die ad Nicæam, is enim locus placuerat, ad conſtitutum tempus venit. Philippi nullus. & quæ ſequuntur.) Apponam hoc etiam loco verba Polybij cùm loci illuſtrandi cauſa, tum Liuianæ induſtriæ declarandæ. Καὶ τότε μὲν ἅπαντες ἐχωρείδησαν τεταγμένοι κατὰ πῶς ὁπλίσαν εἰς νίκαιαν πόλιν ἀπαντήσειν. τῇ δ' αὔριον οἱ μὲν περὶ τ' πίτον ἦκον ὅπῃ τ' ταχθέντα τόπον, ἐν ᾧ πάντες ἦσαν, ὁ δ' φίλιππος ἐπαρεγίνετο. τ' δ' ἡμέρας ἤδη πεφαγάσης ὅπῃ πολὺ, καὶ χαλὸν ἀπεγνωκότων πῶς περὶ πίτον, παρῆν ὁ φίλιππος δήλης ὀλίγας ὁπλομένων, μεθ' ὧν καὶ πρότερον κατατετειφὼς τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρησίαν πῶς ὁπτατομένων. ὡς δ' τοῖς ἄλλοις ἐδόκει βουλόμενος ἐκκλίσαι τῷ καιρῷ τὴν τε πῶς ἀχαιῶν καὶ τὴν πῶς αἰτωλῶν κατηγορείαν. ἐῶσα γὰρ τῇ πρόθεν ἀγαλλαπόμενος ἀμφοτέρους τότους ἐτοίμως ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι, καὶ μεμψιμοιρεῖν αὐτοῦ. διὸ καὶ τότε σωεγγίσας ἠξίου τ' πῶς ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι πρὸ πῶς ὑπεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μ' νομ' ἀμφοτέρων ἀμιμαχέντων, ἀλλὰ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητημένοις ὀπτεύθῃ πλειόνακις δ' αὐτῶ παρακαλοῦντος ἤρετο τὰς συμπαρόντας ὁ πίτ, τί δέον εἴη ποιεῖν, πῶς δ' κελεύοντων σωελθεῖν, καὶ διακόσαι πῶς λεγομένων· παραλαβὼν ὁ τότος ἄπωιον κλαύδιον χιλίαρχον ὄντα τότε, τοῖς μὲν ἄλλοις μικρὸν ὑπὸ τ' θαλάπης ἀπεχωρίσασιν, εἶπεν αὐτοῖ μένειν, αὐτὸς δ' τ' φίλιππον ἐπέλθειν ἐκβαλεῖν. ὁ δ' βασιλεὺς παραλαβὼν ὑπολλόωρον, καὶ δημοθένην, ἀπῆει. συμμίξας δ' πίτῳ διαλέγεται καὶ πλείω χρόνον. τίνα μὲν ἦν τὰ τότε ῥηθέντα παρ' ἑκατέρου, διυχρᾶς εἰπεῖν. ἔφη δ' ὧν πίτ' μὴ τὸ χωειδιῶσα τ' φίλιππον διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ πρὸς τὸ βασιλέως, αἰτωλοῖς μὲν ὑποδῆναι φάρσαλον, καὶ λαρίσσαν, θήβας δ' οὐκ· ὑποδῆναι ῥοδίους δ' τ' μὲν περαίας παραχωρεῖν, ἰασῦ δ' καὶ βαργυλιῶν οὐκ ἐκχωρεῖν. ἀχαίοις δ' παρεδίδοναι πῶς κόρινθον, καὶ πῶς ἀργείων πόλιν. ῥωμαίοις δ' τὰ πῶς ἰλλυρίδα φαῦλα παρεδώσειν, καὶ τὰς αἰχμαλώτους πάντας. ἀπῆλθε δ' τάς τε ναῦς ὑποκατασήσειν, καὶ πῶς αἰχμὰς ὧν τοῖς ναυμαχίαις ἁλόντων, ὁσοὶ πάρεισι. πάντων δ' πῶς παρόντων διυσαρεσάντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν δᾶι παγμα πρῶτον ποιεῖν, τοῦτο δ' ἰσῶ, ἀπ' ἴσης ἐκχωρεῖν τ' ἑλλάδος, εἰ δ' μὴ, διότι τὰ χ' μέρος μύρια γίγνεται, καὶ πρὸς ἡδέν, θεωρῶν ὁ φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ διεδίως ἅμα τὰς κατηγορείας, ἠξίου τ' πίτον ὑπερθέσθαι τὴν συνόδιον εἰς τὴν αὔριον διὰ τὸ μὴ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν, ἢ δὲ πείσειν, ἢ πεισθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις. τ' δ' συγχωρήσαντος τεταγμένοι συμπορεύεσθαι πρὸς τ' χ' ὄρθριον αὐγαλὸν, τότε μὲν ἐχωρίδησαν. τῇ δ' ὑστεραία πάντες ἦκον ὅπῃ τ' ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ, καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ φίλιππος ἠξίου παῦσαι, μάλιστα δ' τ' πίτον μὴ διακόψαι τὴν διάλυσιν· τ' γε δὴ πλείσων εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἠγημένων, ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται δι' ὁμῆς συμφώνους γενέσθαι πῶς πῶς αὐτῶν πλειρομένων, εἰ δ' μὴ πρεσβεύειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, καὶ κελεύειν πείσειν πῶς πῶς ἀμφισβητουμένων, ἢ ποιήσειν ὅπ ποτε ἂν ὀπτάσῃ. ταῦτα δ' αὐτῶ πεφρείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν παρίπεν τὸ τῶ πολέμου, καὶ μὴ πρόσχειν τοῖς ἀξιουμένοις. ὁ δ' πῶς ῥωμαίων στρατηγὸς, οὐκ' ἀγνοῶν μὲν ὑπ' ἀυλὸς ἔφη, διότι τ' φίλιππον οὐκ' εἰκὸς δοῦναι πῶς πεφυλαγμένων ὑπὲρ τῶν ἀπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πρὸς ἕξεις, τὴν αὐτουμένην χάριν ὑποθῆναι τῆ βασιλέως ἐκποιεῖν ἔφη χαρίζεσθαι. κυρωθῆναι μὲν γὰρ ὑπ' ὐδ' ὡς ἔστ' ὑπ' ἀλλὰ ὑπὲρ πῶς ἐμοῦ λεγομένων αὖθ' τ' συγκλήτου. πρὸς δ' λαβεῖν πεῖραν τ' ἐκείνων γνώμης διφυῶς ἔχειν τ' ὅπῃ φερόμενον καιρὸν. πῶς δ' στρατοπέδων ὑπ' ὧν διαμένων ὑπὲρ πεισθῆναι διὰ τ' χειμῶνα τότον ὑποθέσθαι τ' χρόνον εἰς τὸ πρόσωπον ἐκκλῖναι τῇ συγκλήτῳ πρὸς πῶς πρόσωπόντων, ὑπ' ἄθετον, ἀλλ' οἰκεῖον ἔστ' πάσι. ταχὺ δ' συγκατατεθεμένων ἁπάντων δι' τὸ θεωρεῖν τ' πίτον ὑπ' ἀλλότειον ὄντα τ' ὅπῃ τὴν σύγκλητον αὐαφορᾶς, ἔλεξε συγχωρεῖν τῷ φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν ῥώμην, ὁμοίως δ' καὶ παρ' αὐτῷ πέμπειν ἐκείνους πρεσβεύτας τὰς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ, καὶ κελεύσοντος τ' φιλίππου. τοῦ δ' πρόσχηματος τῷ πίτῳ τῶ κατὰ χ' σύλλογον νεῶν καὶ χ' τὰς ἐξαρχῆς διαλογισμὸς πρὸς αἰχωρηκότος πεφυτίκα. τὸ σωεχὲς τῆς ὁπλοβολῆς ἐξύφανε.

τότε

τότε κατ' αὐτὸν ἀσφαλιζόμενον ὅπως ἐλευθέρως, καὶ τὸ ἐγκλημα τοῦ φιλίππου ποιῶν ἑαυτόν. διὸ καὶ αὐτοχαὲς δημοῦσιον αὐτοῦ τῷ μὲν πρεσβείαν πρὸς εἰς τὴν ῥώμην ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ σωτελεῖν ἐπέταξε, τοὺς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παρεχρῆμα τὰς ἐν τῇ φωκίδι, καὶ λοκρίδι καὶ εὐβοίᾳ.

Ex hac verborũ collatione cùm ſingulare Liuij in vertendo Polybio ſtudium cognoſcitur: tùm verò alia multa, quæ Liuianam patefacere ſententiã poſſunt. Quorũ exempli cauſa vnum illud eſt: Quintius poſtero die ad Nicæam venit, quo loco ſubaudiendum eſt, iterùm, vt rectè Glareanus intellexit. habet enim Polybius πάλιν. Alterum, quod cùm ait: Rex cum duobus, quos pridiè adhibuerat, Appollodorum & Demoſthenem, intelligit, de quibus laborat Glareanus. Tertium, quod cùm ait, litus ad Thronium, rectè habet. Nam etiam χερρόνησον ἀγκαλὸν edit Polybius. quanquam in veteribus libris eſt Athonium. Reliqua eiuſmodi ſunt, quæ ſi diligentius comparentur, cùm voluptatem, tùm vtilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem poſſint.

Et ipſe Quintius cum ſociorum legatis Aminandrum Athamanum regem, vtque ſpeciem legationis adijceret Q. Fabium, vxoris Quintij ſororis filius erat, & Q. Fuluium, & P. Claudium miſit.) Veter. lib. habent. App. Claudiũ. Polyb. Ap. Claudium Neronem. Verba eius ſunt: καὶ τὰ μὲν ἀμύμονα εἰς τὸν ῥώμαιον ἐξεπεμπε παρεγχρῆμα γινώσκων αὐτὸν διάγωγον μένοντα, καὶ βαδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις ἐφ' ὁπότερα ἂν ἄγωσιν αὐτὸν, φαντασίαν δὲ ποιήσοντα, καὶ παρασκολοῦσαν διὰ τὸ τὰ βασιλείας ὄνομα. μετὰ δὲ τοῦτον ἐξέπεμπε τοὺς παρ' αὐτῷ παρέσβεις, κοινόν τε τὰ φάσιον, ὃς ὢν αὐτῷ τὰ γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ κόινον φόλεσιον. σωὴ δὲ τούτοις ἄππιον κλαύδιον ὀπικαλούμενον νέρωνα. Eiuſdem Ap. Claudij Neronis meminit etiam pòſt lib. 34. Liuius. Vt ventum Romam eſt, prius ſociorum legati, quàm regis auditi ſunt. cætera eorum oratio conuicijs regis conſumpta eſt. mouerunt eò maximè ſenatum demonſtrando maris, terrarumq; regionis eius ſitum, vt omnibus appareret, ſi Demetriadem in Theſſalia, Chalcidem in Euboea, Corinthum in Achaia rex teneret, non poſſe liberam Græciam eſſe. & ipſum Philippum non contumeliosius, quàm verius compedes eas Græciæ appellare.) Hæc à Polyb. quoq; ſumpta ſunt, cuius hæc verba ſunt: εἰσελθόντες εἰς τὸν σύγκλητον παῦτες καθηγόρουν ὑπερμῶς τῷ φιλίππου. τὰ μὲν ἄλλα παρεγκλησία τοῖς καθ' αὐτὸν ἡ βασιλέα περότερον εἰρημένοις λοιπὸν δὲ ὁπμελῶς ἐνπικτεῖν ἐποιοῦντο τῇ συγκλήτῳ παῦτες, διότι ἡ χαλκίδα, καὶ τὰ κορίνθου, καὶ ἡ δημητριάδα ἔασε τοῦ μακεδόνι παῖδομένων ἐχ' οἷόν τε δύνοιαν λαβεῖν ἐλευθερίας. ὁ δὲ αὐτὸς φίλιππος εἶπε τάδε, καὶ λίαν ἀληθῆ ἐφασαν ὑπάρχειν, ὃς ἔφη τὰς περειρημένους πόπους εἶναι πέδας ἑλλωπὰς. Idem ferè de compedibus Græciæ, quas πέδας Græci vocant, Plutarchus in Quintio: Legati deinde regis intromiſsi, quibus longiorem orationem exorſis breuis interrogatio, ceſſurúsne ijs tribus vrbibus eſſet, ſermonem incidit, cùm mandatum ſibi de his nominatim negarent quicquam. ſic infecta pace regij dimiſsi. Quintio liberũ arbitrium pacis, ac belli permiſſum.) Polybius ſic: οἱ δὲ περὶ τὸν φιλίππου παρεσκευάζοντο ὡς ὅτι πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς δ' οὔσης ἐκωλύθησαν, ἐρωτηθέντες δὲ εἰ περιχωροῦσι ἡ χαλκίδι καὶ κορίνθου, καὶ δημητριάδι καὶ ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν πρὸς τούτων ἐν πάλαι, ὅτοι μὲν οὖν ὁπμηθέντες, ὅπου κατέπαυσεν ὁ λόγον. εἰ δὲ σύγκλητος τοὺς μὲν κατ' ἄμφοτέρους εἰς γαλατίαν ἐξαπέστειλε. τὸν δὲ περὶ φιλίππου πόλεμον ἐψηφίσατο κατὰ νόμον τὸ δοῦσα τῷ πάτῳ τῶν ὁπτρεπάλω κατὰ τὰ ἑλλωπικῶν. Portæq; clauſæ.) Vet. lib. Portæ clauſæ.

Poſteaquam in poteſtate Argiuorum ciuitas erat.) Vete. lib. Poſteaquam in poteſtate Nabidis Argiuorum ciuitas erat. 661

IN EPITOMEN LIB. XXXIII.

Attalus à Thebis ob ſubitam valetudinem translatus deceſsit.) Vet. lib. Pergamum translatus, Rectè. Liuius enim ita: Attalus æger Thebis Pergamum aduectus moritur. 662
L. Furius, & Claudius Marcellus.) Vet. lib. L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus.

IN LIBRVM XXXIII.

In hoc libro emendando veterum manuſcriptorũ librorũ ope caruimus, iudicio tantummodo, ſi quid inſidere alicubi nobis vitij viſum eſt, vſi ſumus. Deeſt aũt huic libro expoſitio prælij, quo Philippus ad Cynoſcephalas eſt fugatus, ac victus à T. Quintio, itemq; magna pars eius, quo L. Quintius frater eius Leucadem expugnauit. Quod ex epitome libri intelligi poteſt, in qua hæc prima verba ſunt: T. Quintius Flamininus proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellauit. L. Quintius Flamininus frater proconſulis Acarnanes Leucade vrbe, quæ caput eſt Acarnaniæ expugnata, in deditionem accepit. Itaque ait Liuius: Et poſt dies paucos adito prælio, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem venerunt. Legatum autem L. Flamininũ intelligit. Et paulò pòſt: Hæc in Theſſalia, hæc in Achaia, hæc in Aſia per eoſdem dies fermè geſta. Intelligit autem, quæ T. Quintius ad Cynoſcephalas, quæ Lucius in Acarnania, quæ Rhodij in Peræa geſſerunt, quæq; ab ijs geſta paulò antè ipſe expoſuerat. Prælium ad Cynoſcephalas pugnatum extat adhuc apud Polybium diligentiſsimè deſcriptum, reliqua apud eum interciderunt Læuo Agrianos.) Agrianas puto legendum ex Stephano, qui cùm multis modis hanc vocem editam doceat, Agrianos tamen nunquam, Agrianas certè dictos affirmat. Fœdius apud Ciceronem in Piſonẽ legitur Aggrinarũ, & Dolopum, pro Agrianum.

Bargylas petentes.) Bargylia, aut Bargylias legendum eſt. Quanquam Stephanus non niſi Bargylia neutro genere, & Bargyliam muliebri dici ait. 663

Moritur altero, & ſeptuageſimo, cùm quatuor, & quadraginta annos regnaſſet.) Suidas in voce Ἀτάλως hunc locum vertit, ac duos & ſeptuaginta annos vixiſſe hunc ait. Quod autem ſequitur: Vxorem ac liberos duos ſuperſtites habuit, legendum eſt, quatuor. Eumenem, Attalum, Athenæum, & Philetærum, quorum meminit Liuius lib. 42. & App. in Syrio. 664
Cum Culca decem & ſeptem oppida.) Lib. 28. Colcam appellat duo de triginta oppidis regnantem. Idem à Polybio κολχὰς dicitur. Suſpicor autem ne hoc etiam loco XXVII. pro XVII. oppidis ex ſuperiore loco ſit reponendum. Verùm libri deſunt, quos inſpiciamus. His literis à M. Sergio, cuius iuriſdictio inter ciues & peregrinos erat, recitatis.) Opinor hæc verba inducenda eſſe: Cuius iuriſdictio inter ciues, & peregrinos erat. Cur ita opiner, hæ cauſæ ſunt: primùm quòd M'. hic Sergius prætor vrbanus erat, hæc autem verba, peregrinum deſcribunt. Deinde quia prætoris vrbani negotium erat literas recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paulò antè libro ſuperiore idem M. Sergius præt. vrb. hoc officium præſtitiſſe dicitur ab eodem Liuio cùm ait: M'. Sergius prætor vrb. in ſenatu eas recitauit. Quartò, quia nõ ſolet Liuius, vbi ſemel prætorem vrbanum nominauit quenquam, ſi ſit iterum idem nominandus, niſi prætorem addere, vt paulò pòſt: Hæ literæ prius in ſenatu à Sergio prætore recitatæ: prætermiſit autem, vrbano. puto autem eæ verba eſſe ex albo libri deſumpta, vbi illuſtrandi loci cauſa ab inſcio aliquo fuerant ſcripta. Significari autem prætorem peregrinum,

cùm ait: Inter ciues, & peregrinos, inferiora, quæ recitabo testimonia demonstrabunt. Est autem primùm intelligendum, prætores duos creari consueuisse, qui Romę ius dicerent, alterum qui ciuibus, alterum qui peregrinis. vt Liuius libro quadragesimo secundo: His prætoribus prouinciæ decretæ duæ iure Romæ dicundo. Et lib. 43. Designatis prætoribus præter duas vrbanas, quatuor prouinciæ sunt decretæ. Itaque plerunq; solet vnam vrbanam, alteram peregrinam prouinciã nominare, aliàs verò vnam vrbanã iurisdictionem, alteram vel inter peregrinos, vel inter ciues & peregrinos, vt liber quadragesimus: Iurisdictio vrbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio euenit. Et lib. 41. Prætores L. Papyrius Maso vrbanam, M. Aburius inter peregrinos sortiti sunt. lib. 42. Prætores deinde prouincias sortiti sunt: A. Atilius Serranus vrbanã, C. Cluuius Saxula inter ciues, & peregrinos. lib. 33. Prætores deinde prouincias sortiti, L. Apustius Fullo vrbanam iurisdictionem, M. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos. Et lib. 22. Romę iuris dicundi vrbana sors Pomponio, inter ciues Romanos, & peregrinos P. Furio Philo euenit. Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam prouinciam obtigisse tradit idem Liuius in comitijs prætorijs exponendis.

665 Dubios sententia patres fecerat.) Vet. lib. Sententiæ.

666 Omnes quinque & triginta tribus Vti rogatæ iusserunt.) Vti rogas. vt suprà sæpè admonui. T. Quintius Flamininus cum duabus legionibus prouinciam eodẽ exercitu obtinere iussus, imperium ei prorogatum.) Vetus vnum quod extat, exemplar huius libri, vt aiunt, habet: Imperium ei prorogatum satis iam antè diuidere. Quæ verba Gelenius profitetur se, vt ad rei sententiam non pertinentia sustulisse. Fecit autem iniustè: nam sententia optima est, si quod in ijs vitium est, tollas ita: Imperium ei prorogatũ satis iam antè videri. Causam enim affert, cur Quintio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto satis prorogatum iudicabant. Hoc autem decretum scriptum est anno superiore, de quo sic Liuius T. Quintio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset. M. Acilius Glabrio.) M'. Acilius, ex consulatu Capitol. & Plutarcho. T. Sempronius Longus.) Ti. Sempronius, ex consulatu Capitolino. Bellum in Hispania quinto pòst anno, quàm secundum bellum Punicum, finitum est.) In veteri illo vno exemplari, teste Gelenio, ita est, Bellum in Hispania quinto pòst anno exortum est, quàm simul cum Punico bello fuerat finitum. Quæ verba sic legenda esse censet Glareanus: Bellum in Hispania quinto antè anno, quàm secundum bellum Punicum finitum est. Ego autem ita: Bellum in Hispania quinto pòst anno exortum est, quàm secũdum bellum fuerat finitum. Hanc lectionem si confirmauero, nihil erit, quod quisquam duas illas sequatur. Bellum nouum in Hispania excitatum esse significat annos quinque, postquam cùm Pœnis debellatum erat. Finitum est enim anno DXLIX. Hoc declarat Liuius, cùm ait paulò antè: Ingens in Hispania vlteriore coortum est bellum, & hoc loco exponit causam, cur nouũ hoc bellum appellet, quia tum primùm suo nomine nullo Punico exercitu, aut duce ad arma ierant. Neq; verò bellum aliquando in Hispania finitum potest intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus significatur, cùm & ante, & post confectum Punicum bellum à proconsulibus in prouincia bellatum sit, vt suprà ostendi. Tusco vico, atque inde Melio per portam Capenam.) Quid sit Romæ Melium nemo scit, Æquimælium, omnes. Itaq; legendum puto, ac Æquimelio. Nam antè legabatur, Atq; Intemælio. lib. 38. Substructionem super Æquimælium in Capitolio, & viam silice sternendam à porta Capena ad Martis locauerunt. Ijsdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispaniam obtinuerat, cùm ex S. C. vrbem esset ingressus, tulit præ se auri mille, & quingenta pondo.) Hic est ille Cn. Lentulus, de quo suprà lib. 31. extremò. Plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania iussit. Probo autem valde coniecturam Glareani, qui suspicatur legẽdum esse: Ex S. Cõsulto ouans vrbem esset ingressus: vel ex S. C. triumphans vrbem esset ingressus. Coniecturam autẽ suam ille rectè inde ducit, quòd de Stertinio collega subdit ita: L. Stertinius ex vlteriore Hispania ne tentata quidẽ triumphi spe quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit, Egregiè. Cur enim necesse erat dicere: Ne tentata quidem triumphi spe: nisi collegam eius Lentulum triumphasse dixisset? Puto tamen ouantem eum ingressum esse, nõ triumphantem. Primùm, quia vsitatior dicendi forma est, vt in Ouatione dicatur, ingressus est, aut inijt Ouans vrbem. Deinde quia ei, qui sine magistratu res gesserat adhuc, nisi vt Ouans iniret permissum fuerat, vt de L. Lentulo suprà lib. 31. Decurrerũt eò, vt ouans vrbem iniret. Perinde atq; id ipsi à Quintio, & Romanis datum esset.) Antè legebatur: Perinde atque ab ipso id ea non à Quintio. Quam lectionem probo in primis. Hæc enim à sensu aliena est. Barciliam quendam.) Hanc in alijs libris nominat Liuius Brachillam, vt est in Manuscriptis. Polybius βραχύλλ. item; Plut.

667 C. Claudio Acræphiam ire iusso.) Ap. Claudio, vt ante ex Polybio.

668 Bargyllis, & Iasso.) Bargylijs & Iaso, vt antè. Eas quoq; enim placere liberas esse Decianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet, quid senatui, & decem legatis placuisset.) Meritò hæsitauit hoc loco Glareanus. Non est autem mentem auctoris, & veritatem lectionis assequutus, cùm pro, Decianorum, decem legatorum supplendum esse censuit. Sunt enim duæ voces, de Cianorum, quæ sequẽti sententiæ annectendæ sunt, hoc modò: De Cianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet. De Cianis & eorũ clade suprà sæpius dictum est. Sic enim Philippus lib. priore. Neq; ego Cium expugnaui, sed Prusiam socium, & ami cum oppugnantem adiuui. Et Polyb. lib. 15. φίλων γὰρ ὄντων αὐτῶν, καὶ συμμάχων Αἰτωλῶν καὶ συμμαχέων, Χαλκηδονίων, καὶ Κιανῶν πρώτων μὲν πρεσβεύσασθαι πρὸς τὸν Λυσιμαχέων πόλιν ἀποστάσας ἀπὸ τῆς πρὸς Αἰτωλῶν συμμαχίας, ἐλευθέραν δὲ τὴν Χαλκηδονίων, πρότερον δὲ τὴν Κιανῶν ἐξελομένους πρότερον στρατηγὸν παρ' Αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντα, καὶ πρεσβευτὰς πρὸς κοινῶν. πρευσίας δὲ καθὰ μὲν ἦν πρὸς δέησις αὐτῶν σωτηρίας ἐτύχε, πρὸς χαρὰν ὧν, καθὸ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τὰ δόξαντα ἕτερα ἀπέφερεν, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐπληρονέμει, ἀνυχερῶς διέκειτο. Et Suidas: Κιανοὶ οἱ τὴν Κίον. ὅς πρότερον πρεσβεύσασθαι ἐδέησε διά τινας αἰτίας. Si Ætolorum linguas retunderet.) Retundere, perspicuè legendum est, vt sit: si Ætolorum linguas retundere vellet.

669 Senatus Romanus, & T. Quintius imperator Philippo rege, Macedonibusque deuictis liberos immunes, suis legibus esse iubet Corinthios, Phocenses, Locrenses q; omnes, & insulam Eubœam, & Magnetas, Thessalos, Perræbios, Achæos, Phthiotas. Percensuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant.) Glareanum non laudo, qui arbitratur hoc loco nomina aliquot populorum intercidisse, cur non laudem, Plutarchus in causa est, qui totidem penè verbis hanc rem in Flaminino exponit: προσελθὼν εἰς μέσον ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ πάτος κοίνητος στρατηγὸς ὕσας κατεπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον, καὶ μακεδόνας ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους, καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις κοεινθίνε, λοκρὰς, φωκεῖς, εὐβοέας, ἀχαιούς, φθιώτας, μάγνητας, θεσσαλοὺς, περῤῥαιβούς. Cùm igitur totidem apud Plutarchũ sint nomina populorũ, quot apud Liuium, à quo hæc sumpsit Plutarchus, profectò nihil hoc loco desiderari iudicandũ est. Quòd aũt vocibus illis mouetur Glareanus, percẽsuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerãt, intelligendũ est eas vitiosè legi. placet autem vt legatur: percensuit inde omnes gentes, id est, post Græcos, Macedoniæ etiam populos nominauit, vt Dolophas, Orestas, Lycũ, Parthinos, vtraq; enim gẽs cùm sit Illyriorum sub ditione Philippi fuerat. Error ortus est ex compendiosa scriptura, ex percensuit in, factum est, percensuerat. Porrò autem apparet ex Plutarcho legendũ esse Perræbi, non Perrœbij.

Hoc

Hoc ſpe concipi,audacis animi fuiſſe;ad effectum adducere virtutis,& fortunæ gentis.)Apertior erit locus, ſi ita legas:Hoc ſpe concipere,audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere virtutis & fortunæ ingentis. Herea.) Heræa,vt ſuprà. Lingus,& Partheni.)Lycus,& Parthini,Lycus in Daſſaritijs,vt ait Plutarchus in Quintio, quos eoſdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in principio Illyrici. Parthinos etiam Capitolini lapides habent.

P.Lentulus Bargillas,L.Sertinius Hephæſtiam,& Thaſſum,& Thraciæ vrbes, P. Villius, &L. Terentius 706
ad regem Antiochum,Cn.Cornelius ad Philippum.)Hæc ſic Plutarchus: ἅμα δὲ ἐξέπεμπεν ὁ πρὸς λέντουλον μὲν εἰς ἀσίαν βαργυλίητας ἐλεύθερώσαντα, πτίλλιον δ' εἰς θράκην, τὰς αὐτόθι πόλεις, καὶ νήσους ἀφαιρούμενα τῆς φιλίππου φρουρᾶς, πόπλιος δ' εἰλλιος ἔπλει διαλεξόμενος αὖ πρὸς ἅπερ ἐκεῖ διεπράξατο τὰ περὶ ἑλλήνων ἐλευθερίας. Ex his apparet pro Stertinio Titilliũ eſſe reſtituendum, ſiquidem antè etiam legebatur L. Thermus. Aduerſus ea reſpondere, ne altercationem excederet res, cùm ſupersediſſet Romanus)Perſpicuè legendum eſt,Ne in altercationem excederet res,vt lib.34.. Quæ ſtudijs in magnum certamen exceſſerit. T.Sempronius Gracchus, M.Iunius Silanus ex Capitolinis lapidibus. Marcellus Pado confeſtim traiecto in agrum Comenſem, vbi Inſubres Comenſibus ad arma excitis, caſtra habebant,ducit,legiones in ipſo itinere prælium committunt,& primò adeò acriter inuaſerunt,vt anteſignanos impulerint.) Vox, ducit,à Glareano addita eſt,quæ antè nulla erat. [Glareanus induxit legit, non ducit.] Rectè,quòd loci vitium ſenſit,non ſat rectè,quòd multas alias voces deſiderari non ſenſit. Namſi dicamus legiones Romanorum in ipſo itinere prælium commiſiſſe,eaſdem etiam intelligendum eſt adeò acriter inuaſiſſe,vt anteſignaros impulerint.Quod tamen de Gallis accipiendum eſt. Videntur autem hæc omnia deſiderari. Marcellus Pado confeſtim traiecto,in agrum Comenſem,vbi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant,legiones induxit.Cuius aduentu audito,Galli confeſtim occurrunt,atq;in ipſo itinere prælium committunt,& primò adeò acriter inuaſerunt,vt anteſignanos impulerint. Quod vbi conſul animaduertit,veritus, &c.Itaque aſteriſco,vt antè hunc locum ſignandum cenſeo. ſic Legiones * in ipſo.

Leuos,Libuoſq;.)Læuos Lebuoſq;legendum puto.vt lib.5.Hos vocat lib.2. Polybius λαοὺς & λεβεκίους. 671
Terreſtres copias ab Abydo traijcit Cherſoneſi vrbem.)Antè legebatur ad Abydum. Quia verò Abydus nõ eſt in Cherſoneſo,ſed in Helleſponto,placet Glareano legi Madytum,cuius vrbis etiam ſuprà in Cherſoneſo meminit Liuius,quod probo.

Et decem legatorum P.Lentulus à Bargillis, P. Villius,& L. Terentius à Thaſſo Lyſimachiam petierunt, 672
eodẽ & à Selymbria L.Cornelius,& ex Thracia poſt paucos dies Antiochus conuenerunt.) Hæc à Polybio verſa ſunt,qui ſic ait:κατ' ἦ ἀντὸν κωφὸν ἦκον πρὸς δέκα πόπλιος λέντουλος ὁ βαργυλίων, λεύκιος δ' τερέντιος, καὶ πόπλιος οὐλιος ὁ θάσου. ταχὺ δ' τῆ βασιλεῖ διασαφηθείσης τὴν τότων παρουσίας πάντες ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἠθροίσθησαν εἰς τὴν λυσιμαχίαν. Primus congreſſus cum legatis,& deinceps inuitatio benigna,& hoſpitalis fuit,vt de mandatis,ſtatuq; præſenti Aſiæ agi cœptum eſt, animi exaſperati ſunt.)Polybius ita:αἱ μὲν δὴ κατ' ἰδίαν ἐντεύξεις τῶ τε βασιλέως, καὶ πρὸς ῥωμαίων τελέως ἦσαν ἀφελεῖς, καὶ φιλανθρωποι.μετὰ δὲ ταῦτα ἠρωτῶντο σωτηρίας ὑπὲρ πρὸς ὅλων, ἀλλοιωτέραν ἔλαβε τὰ πρόσχηματα διάθεσιν. Romani omnia acta eius ex quo tempore è Syria claſſe ſoluiſſet,diſplicere ſenatui non diſſimulabant,reſtituique Ptolemæo ciuitates omnes,quæ ditionis eius fuiſſent,æquum cenſebant.Nam quod ad eas ciuitates attineret, quas à Philippo poſſeſſas Antiochus per occaſionem verſo Philippo in Romanum bellum,intercepiſſet:id verò ferendum non eſſe,Romanos per tot annos terra mariq; tanta pericula ac labores exhauſiſſe, Antiochũ belli præmia habere.)Polybius ita:ὁ δὲ λεύκιος ὁ κορνήλιος ἠξίου μὲν καὶ πρὸς ὑπὲρ τοῦ πτολεμαίου τα προσκείμενα πόλεων, ὅσα νεῶν εἴληφε κατ' τὴν ἀσίαν πρὸς χωρεῖν δ' αὐτὸν καὶ φιλίππου διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξεῖναι. γελοῖον δὲ εἶ ῥωμαίων μὲ ἔλασῶν γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς φίλιππον αὐτοχρὴ ἐπελθόντα παρακαμβάνειν. Sed vt in Aſiam aduentus eius diſſimulari ab Romanis,tanquam nihil ad eos pertinens,potuerit,quòd iam etiam in Europam omnibus naualibus terreſtribusque copijs tranſierit,quantum à bello aperto Romanis abeſſe?)Hæc Polybius multo apertius:καθόλου δ' ἔφη θαυμάζειν πὴ λόγῳ τοσαύτας μὲν παρεῖναι, τοσαύτας δ' ναυτικὰς δυνάμεσι παποίηται τὴν εἰς ἀσίαν διάβασιν. πλὴν δὲ πρὸς θεσθαι ῥωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτὸν, οὐδ' ἐννοιαν ἑτέραν καταλείπεσθαι πρὸς τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. Ad ea rex, ſatis iam antè videre ſe, Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendum:at quouſq; terra mariq; progrediendum fuerit ipſis,non cogitare: Aſiam nihil ad populum Romanum pertinere, nec magis illis inquirẽdum eſſe,quid Antiochus in Aſia, quàm Antiocho quid in Italia populus Rom.faciat.)Polybius ita:ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατ' πνὰ λόγον ἀμφισβητῆσαι πρὸς αὐτὸν δὲ πρὸς ὅτι τ' ἀσίας πόλεων, πᾶσι δὲ μᾶλλον ὑπαβάλλειν τῆπο ποιεῖν, ἢ ῥωμαίοις. διὸ τερον δ' ἠξίου μηδὲν αὐτὸς πολυ πρᾶγμονεῖν καθόλου πρὸς κατ' τὴν ἀσίαν. νῦν δὲ αὐτὸς πρεσβεύεσθαι πρὸς κατ' τὴν ἰταλίαν ἀπλῶς εἶναι. Nec ex Philippi quidem aduerſa fortuna ſpolia vlla ſe petiſſe,aut aduerſus Romanos in Europam traieciſſe * fuerit, quo victo omnia quæ illius fuiſſent,iure belli Seleuci facta ſint,exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.) Polybius ita. εἰς δ' τὴν διρράκιον ἔφη διαβεβηκέναι μετὰ πρὸς διωνύμειαν αὐξανόμενον τὰ κατ' τὴν χερρόνησον καὶ τὰς ὅπι θράκης πόλεις. τὴν δὲ πρὸ τότων τότων ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ κατασκευάσειν. εἰ μὲν δὲ ἐξῆς τὴν διωνασείαν παύτην λυσιμάχου, σελεύκου δ' πολεμήσαντος πρὸς αὐτὸν καὶ κρώτήσαντες τῷ πολέμῳ πᾶσαν τὴν λυσιμάχου βασιλείαν διορύκτην ῥᾳδίως σελεύκου. Ex his verbis intelligi poteſt verſum vnum,aut alterum apud Liuium intercidiſſe.Eum autem ad Liuianam ſententiam ita reſtitui poſſe.Nec ex Philippi quidem aduerſa fortuna ſpolia vlla ſe petiſſe, aut aduerſus Romanos in Europam traieciſſe, ſed vt Cherſoneſi vrbes Thraciæq; recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad ſe pertinere, quippe quòd ab initio Lyſimachi regnum fuerit,quo victo omnia,quæ illius fuiſſent, quod iure belli Seleuci facta ſint,exiſtimare ſuæ ditionis eſſe.Hanc autem hiſtoriam lib.34.. Liuius ita exponit: Enimuero id auditu etiã dicere indignum eſſe Hegeſianax,Thraciæ & Cherſoneſi vrbibus arceri Antiochum, quæ Seleucus proauus eius Lyſimacho rege bello victo,& in acie cæſo per ſummum decus parta liquerit. Idem etiã tradit Appianus initio libri,quo bellum Antiochinum expoſuit. Occupatis maioribus ſuis rerum aliarum alia cum primo quædã ex his Ptolemæum, deinde & Philippum vſurpanda aliena poſſediſſe,ſicut quædam ex proxima Thracia, quæ indubitatè Lyſimachi fuerint,ad ea facienda in antiquum veniſſe.& Lyſimachiam deletam Thracum impetu, de integro condere,vt Seleucus filius eam ſedẽ regni habeat.)Polyb.ita: κατ' τὲς πρὸς αὐτὸ πρεσβύτερον πεπασμὲς ἐν τοῖς ἐξῆς χρόνοις πρῶτον μὲν πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τὺς τόπους τούτους, διότερον δ' φίλιππον. αὐτὸς δ' νεῶ οὐ κατὰ τοῖς φιλίππου κιμέροις σωεπιπθέμε ὁ, ἀλλ' ἀνακπᾶδς τοῖς ἰδίοις κιμεροῖς συγχεόμενος. λυσιμαχεῖς δ' παρελόγως ἀπὸς ἀτους γεγονότας τὸν θρακῶν, οὐκ' ἀδικεῖν ῥωμαίους κατάγων, καὶ σωοικίζων. ποιεῖν δὲ τ' ἔφη βουλόμενος οὐ ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ὅπβαλεῖν, σελεύκῳ δ' οἰκητήριον ἑτοιμάζειν. Quod ad Ptolemæum attinet,cui ademptas ciuitates querantur, ſibi cum Ptolemæo & amicitiam eſſe,& id agere ſe,vt breui etiam affinitas iungatur.) Polybius ita: τὸ δ' πρὸς πτολεμαῖον αὐτὸς ἔφη διεξάγειν διὸ λουμένος οἰκείνῳ. κρίνειν δὲ φιλίαν μόνον, ἀλλὰ μετὰ φιλίας ἀναχωμότητα σωπήθεσθαι πρὸς αὐτὸν. Inde profectũ cùm ad capita,quæ vocant,Sari fluminis fœda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit.) Hoc ſic Appianus in Syrio:χειμῶν δ' ἀμφὶ τὰ σάφον ποταμὸν συμπεσὼν, καὶ πολλὰς πρὸ νέων ὑποβαλὼν,&c.

Romæ eo primùm anno triumuiri epulones facti C.Licinius Lucullus,T.Romuleius,qui legẽ de creandis

his tulerat,& P.Porcius Lecca.)Pro T.Romuleius,reponendum puto, P.Manlius,primùm,quia vnà etiam pau lò pòst fiunt prætores,P.Manlius,& P.Portius Læca,quorum P.Manlius Hiſpaniam citeriorem,P.Porcius Piſas ſortitur.deinde quia lib.40.anno CCCCLXX.ait Q.Fuluium triumuirum epulonem in locum P.Manlij qui ex Hiſpania redierat eſſe factum:neminem autem factum eſſe poſt hos præter Q.Fuluium memoriæ tradidit, vt vbiq; caret.fuiſſe autem duplicem Manliam gentem oſtendit Cicero in prima Philippica. Vt propter vnius M. Manlij ſcelus decreto gentis Manliæ neminem patricium M.Manlium vocari licet. Adde quod Romulius non Romuleius eſſet ſcribendũ,vt ex P.Manlius, Romulius factũ ſit. P.PorciusLecca.)Leca,ex nummis argẽteis. C.Manlius Volſo.)C.Manlius Vulſo,ex conſulatu Capitolino. T. Sempronij Tuditani, qui prætor in Hiſpania deceſſerat.)Superiore libro Cn.dicitur.Dixi autẽ videri,C.Sempronium appellandũ. L.Valerius in locum M.Cornelij Cethegi.)Flaccum intelligit,nam anno DLXX.ait:L.Valerius Flaccus pontifex mortuus eſt. Cn.Domitius Ænobarbus.)Lapides Capitolini,& nummi argentei & Græci annales ſatis oſtendũt Ahenobarbum eſſe ſcribendum.in Græcis enim ἀνοβάρβος eſt. Ædem in inſula Fauni fecerunt.) Sic lib. 35. In inſula Iouis ædem dedicauit.De hac Fauni æde dedicata eodem in libro.Inſulam autem Tiberis intelligit. Ver ſacrum ex pontificum iuſſu fecere, quod C. Cornelius Mamula prætor vouerat.) Hunc prætorem M.Æmylium lib.22.vocauit,cùm inquit: Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura eſſet, M.Æmiliũ prætorem ex collegij pontificum ſententia omnia ea,vt maturè,fiant curare iubet. Fuiſſe autem eodem anno prætorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo, quòd idem ab eo lib. 23. ſequenti anno pro prætore obtinuiſſe Sardiniam prouinciã traditur.Quare aut M. Æmilius, aut A. Cornelius Mamula hoc loco legendum eſt.nam anno etiam DLIX. alter A.Cornelius Mammula prætor, atq; alio tempore alij nominantur.Niſi autẽ emendatorum vitium ſit, lapſus ſit memoriæ Liuianæ neceſſe eſt.

674 Quia parum ex dignitate ſua ducebat ſubſcribere odijs,accuſationibusq; Annibalis.)Antè legebatur,Quia parum expugnantes ſe ducebat.Emendatum eſt deinde: Ex dignitate ſua. Quam emendationem non probat Paulus Manutius. Verùm ita legendum eſſe aſſerit.Quia parum ex P.R.dignitate eſſe ducebat. Qua lectione nihil poteſt eſſe præſtantius.Ita lib.30.Non videri ſibi ſatis ex dignitate populi Rom. eſſe.

675 Inter Acyllam, & Thapſam.) Ptolemæus, Strabo, Stephanus maximo inter ſe conſenſu hoc oppidum Ἀχόλλαν vocant. Quare & ipſe Achollam legendum cenſeo. Ad ſuam turrim peruenit.) Iuſtinus ſuburbanum vocat lib.31.Appropinquante veſpere equum conſcendit,& ſuburbanum, quod propè litus habebat,ignaris ſeruis,iuſsisque ad portam diuertentem operiri contendit. Ne his debere impunè eſſe.) Nihil huic loco deeſt,his intellige:Annibali,& nuncijs ab eo ad Antiochum profectis: eiuſmodi autem dicendi genere vſus eſt lib.43.Neq; enim ne his cunctationem aperuerat ſuam,pro ne his quidem.

IN EPITOMEN LIB. XXXIIII.

676 De ſtringendis cultibus matronarum.)Vet.lib.De fingendis cultibus. L. Cornelius Cethegus cenſores.)C.Cornelius,ex Capit.cenſura. Coloniæ pleręq; deductæ ſunt.)Vet.lib.Coloniæ plures. Res præterea aduerſus Boios,& Inſubres.)Vet.lib.Res præterea in Hiſpania, & aduerſus Boios,& Inſubres. Tentauerat autem per Ariſtonem Tyrium.)Vet.lib.Tentauerat autem Annibal per Ariſtonem.

IN LIBRVM XXXIIII.

Q. Fabio, T. Sempronio COSS.) Ti. Sempronio, vt ſuprà. Nam etiam ex oppidis,conciliabulisque conueniebant.)Vet.lib.Conuenerant. Qui pro lege,quæ abrogabatur,ita diſſeruit.)Vet.lib.Pro lege ne abrogaretur. Quod placet. Citat enim Priſcianus hanc orationem cum hoc indice. Cato in oratione: Ne lex Oppia abrogetur. Item alibi: Cato Nepos de actionibus ad populum: Ne lex ſua abrogaretur.Item alibi:Æmilius Porcina in oratione: Vti lex Æmilia abrogetur,Feſtus.Cato in diſſuaſione,Ne lex Bæbia derogaretur.

677 Muliebri à ſtirpe.)Vet.li.Ab ſtirpe. Ab nullo genere non ſummum periculum eſt.) Vet.lib.Non æquè ſummum. Et foro propè, & concionibus,& comitijs immiſceri.)Vet.lib.Et foro quoq;,& concionibus. Perquæq; ſubiecerint viris.)Hinc Cicero lib.4.de rep.Nec verò mulieribus præfectus reponatur, qui apud Græcos creari ſolet,ſed ſit cenſor qui viros doceat moderari vxoribus. Vt Carpentis, profeſtis quoq; diebus veluti triumphantes de lege victa.)Vet.lib.vt Carpentis feſtis,profeſtisq; diebus.Quod venuſtius & grauius eſt.

678 Et ante fixa fictilia deorum Romanorum ridentes.) Antefixa ſcribendum eſt, vt vna vox ſit tantùm: Sic enim Feſtus.Antefixa, quæ ex opere figlino tectis affiguntur ſub ſtillicidio. Tamen nulla accepit.) Hanc ſententiam ſic expreſsit Varro de vita populi Rom.II.auctore Nonio.Qua abſtinentia viri mulieresq; Rom.fuerint, apparet,quòd à rege munera eorum noluerit nemo accipere. In quos iecit magis conſul verbo tenus, quàm vtre inſumularet.)Vet.lib.In quos iecit magis hæc conſul. Legem Liciniam de quingentis iugeribus.) Stolonis legem,lib.6. &7.

679 Quid,vetus regia lex ſimul cum ipſa vrbe nata?aut,quod ſecundum eſt.) Vet. lib. An vetus regia lex ſimul cum ipſa vrbe nata,an,quod,&c.

680 Tali tempore.)Vet.lib.Tali eo tempore. Cui non apparet,inopiam,& miſeriam ciuitatis, q. o. p. p.i. v.p.v.e.iſtam legem ſcripſiſſe.)Ve.lib.Ob inopiam,& miſeriam,&c.iſtam legem ſcriptam.

681 A Luna proficiſcens.)Vet.lib.Ab Luna proficiſcens. Præteruecti Liguſtinos montes,ſinumque Gallicum.)Cato in oratione de conſulatu ſuo teſte Cariſio ita hanc rem expreſsit: Poſtquam Maſsiliam præterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert,mare velis florere videres vltra angulum Gallicum, inde noctu aura profecti ſumus. Millium paſſuum in circuitu murus erat.)Vet.lib.Trium millium. Cum prouincia Q.Minucio ſucceſſori tradita.) Q.Minucius ſucceſsiſſe dicitur M.Heluio,cùm tamen Heluius vlteriorem Hiſpaniam,Minucius citeriorem ſit ſortitus, quia Heluius ex ſua prouincia decedens, in aliena rem benè geſsit,id eſt, in citeriore Quia verò Minucius citeriorem obtinuit.iccircò ſucceſſor eius appellatur. Quare nihil mutandum eſt,contrà atq; cenſet Glareanus.[Glareanus non ait quicquam mutandum,ſed dubitat vt ſolet.]

682 Socijs ſpem pro re oſtendendam cenſet.) Vet. lib. Oſtentandam. Sic paulò pòſt: Conſul vbi ſatis,quod in ſpeciem fuit,oſtentatum eſt.Huius conſilij Catonis meminit Frontinus lib.4.

683 Iugum,quo exuit.)Vet.lib.Iugum,quo ſe exuit. Numerum non ſcribit.) Vet.lib.Non adſcribit.

684 In Turdetaniam proficiſcitur.)Loquitur de Catone COS.in Turdetaniam mouente. Qua de re ſic Cato in oratione

oratione de cõsulatu suo auctore Carisio. Inde pergo porrò ire Turtam. Item: Itaq; porrò in Turtam proficiscor seruatum illos. Dixit enim Turtam, pro Turdetaniam, siquidem Turdetani, Turduli, & Turti etiam appellati sunt, auctore Stephano, qui ita scribit τουρδιτάνια χώρα ἡ Ἰβηρίας. οἱ οἰκοῦντες τουρδιτανοί, καὶ τοὺς ἑξῆς. ἀρτεμίδωρος ὁ τουρτυταν ίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ τέρτους τὲς οἰκήτορας, καὶ τουρτανές. X. millia Celtiberũm mercede Turduli conducunt.) Vet.lib. Turdetani conducunt, vt paulò pòst. Difficilius bellum in Turdetania prætori L. Manlio Celtiberi mercede exciti ab hostibus faciebant. Non nostra magis, inquit, quàm vestra refert, vos non rebellare.) Vet.lib. Non bellare, optimè: quia ait pòst: Si affectum erit, ne posſitis rebellare.

Commeatus tamen haud secus, quàm in pace ex agris castellisque hostium Romani portabant, dein sæpè munimenta eorum velut communi pacto commercio priuatis inducijs ingredientes.) Glareanus suspensæ huic orationi deesse aliquid arbitratur, immeritò: non enim vitium est in participio, Ingredientes, vt suspicatur, sed in voce Dein, quæ vitiosa est, pro. Perinde: hoc sensu, Romani portabant cõmeatus ex agris hostium haud secus, quàm in pace, perinde sæpè munimenta eorum ingredientes, id est, æquè sæpe. Vitium ex compendiosa scriptura natum est. Perindè, quod, Dein, factum est. In castris prætorianis.) Vet.lib. prætorijs. Lacetanos deuiam & syluestrem gentem.) Plut. in Catone κατεσκέψατο μὲν τὸ λακετανῶν ἔθνος. Princeps Vergistanus.) Vergitanus lego. Nam vt ab Emporijs Emporitanus, ab Oreo Oritanus: sic à Vergio, Vergitanus, non Vergistanus oritur. 685

Die altero ad Sellasiam super Oenunta fluuium peruenit, quo in loco Antigonus Macedonum rex cum Cleomene Lacedæmoniorũ tyranno signis collatis dimicasse dicebatur.) Hæc Historia est apud Polybiũ lib. 12. αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν σελασίαν καλουμένην μετὰ τῶν δυνάμεως ἐστρατοπέδευε. Et paulò pòst: τῆ δὲ ὁδῷ μεταξὺ τόπων ὄντων ἀφύδρων τὸν οἰνοῦντα ποταμὸν φερόσης εἰς παρτὼ. Glareanus autem negat Polybium Oenuntis fluminis meminisse. Legit enim interpretem qui profluens flumen imperitè vertit. [Glareanus nulla re æquè dolet, atq; quòd illi Græca defuerint exemplaria, sic enim ipse vidisset, nunc cùm alijs ansam inquirendi dedit, pro gratia refert conuitia.] Eodem errore alij quidam ex nostris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex sententia Dionis Asiatici filium esse scripserunt, cum Dio Nasicæ scribat. Asiatici verò interpres, idq; imperitè. 688

Prope flumen præter vrbem sub ipsas Mænali montis radices.) Vrbem Lacedæmonem, flumen Eurotam intelligit. Itaq; quia Mænalus nõ in Laconica est, sed in Arcadia, Glareanus peritissimus emendator, Taygetum substituendum putat. Ego autem nec Mænalum, nec Taygetum probo, sed Menelaium legendum esse affirmo. Huius lectionis auctor est Polyb. qui libro quinto Eurotam flumen ad collis Menelai radicem fluere scribit, his verbis: τῆ δὲ ποταμῶ παραῤῥέοντος ἐκ βοῆς πηγῆς αὐτοκλὲς ἀπὸ μερῶν, ὃς καλεῖται μὲν ὑρώτας, συμβαίνει τὲς βουνὲς, ἐφ' ὧν τὸ μενελαΐον ὄρος, πέραν μὲν ἦν τῆ ποταμῶ, κεῖσθαι δὲ τὴν πόλεως χαμηρινὲς αὐτοκλὲς ὄντας πραχεῖς, καὶ διυσβάτους, καὶ διαφεύγοντος ὑψηλὲς, ὥστε κεῖσθαι δὲ τὴν πηγὴν τῆ ποταμῆ διαστήματι κυείως, ἵνα ἐ φέρεται μὲν ὁ πηγεσιγμένος ποταμὸς ἀφθὰ αὐτῶ τῆ λόφου ῥίζαν. Meminit autem sæpius eius nominis, ita vt Stephanus etiam ita scriptum reliquerit: ἔστι καὶ χωρίον παρτὺς μενελάϊον. 689

Iasso, & Bargyllis.) Iaso, & Bargilijs, vt suprà. Præfecerunt tq; ludis ipsum imperatorem.) Plutarchus item: ἀγωνοθέτης δὲ νεμείων ὑπολειχθεὶς ἐν ἄργει τῶ παυσανίαν ἄρεισα ἐθῆκεν. 691

Sunt qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse tyrannum tradant. Sed castris aduersus Romana castra positis.) Agam, vt soleo, paucis nihil vitij hic locus continere videtur, contrà atque tradit Glareanus: duas enim contrarias opiniones de ratione belli à tyranno gesti expositurus est, vnam, quam ipse tueri videtur, alteram, quam alij tradiderunt, quid sentit ipse? tyrannum ex oppido Lacedæmone exeuntem pugnasse, ac in oppido ipso castra habuisse, quid alij? eundem non ex oppido exeuntem pugnasse, sed ex castris, quæ ante Romana castra posuerit. Glareanus autem sine causa de voce, proficiscentem, laborauit. 694

T. Sempronium Longum.) Ti. Sempronium, ex consulatu eius Capit. Ænobarbus.) Ahenobarbus, vt suprà. T. Iuuentius Talua. Vet.lib. Alna legendum est. Thalna, ex Capitolinis tabulis. Nouum ius in eo anno à Ferentinatibus tentatum.) Vet.lib. Nouum ius eo anno. 695

Vt loca senatoria secernerentur à populo.) Idem Pædianus in orat. pro Cornelio, cùm ait: Id autem eos fecisse iussu censorum Sex. Ælij Pæti, C. Cornelij Cethegi. Bebius Pamphilus.) Bæbius Tamphilus, vt suprà. Tempsam L. Cornelius Merula & C. Salonius deduxerunt.) Desideratur nomen tertij Triumuiri. 696

Q. Victorius.) Vet.lib. Q. Fictorius. 697

Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit.) Sic Plut. in Quintio ἐν δὲ τῆ ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν. Per Epirum in Oricum vnde erat traiecturus, venit.) Vet.lib. Per Epirum Oricum, vt paulò antè, per Thessaliam, atq; Epirum ducere Oricum iubet. 698

Secundo die aurum.) Vet.lib. Secundo aurum, rectè: præcesit enim paulò antè die primo. Armatela.) Plutarchus accuratius: ἑλληνικὰ χρύση καὶ πέλται μακεδονικαὶ, καὶ σάρισαι. Infecti argenti fuit decem, & octo millia pondo, &c.) ἀργύρου δὲ τετρακισμυρίας πεντακισχιλίας διακοσίας ἑβδομήκοντα λιτρὰς. Auri pondo tria millia, &c.) Plutarchus: χρυσίου συγκεχωνευμένου λιτρὰς πεντακισχιλίας ἑπτακοσίας δέκα πρεῖς Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quingenti XIIII.) Plutarchus: φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας. Præbuerunt speciem triumpho.) Non est audiendus Glareanus, qui specimẽ legit. Speciem enim vertit Plutarchus cùm ait: παρεῖχεν ὄψιν. A. Manlius, P. Ælius, L. Apustius.) Hos triumuiros in eadem colonia deducenda sequenti anno vocat Cn. Manlium Vulsonem, P. Ælium Tuberonem, L. Apustium Fulonem. Cùm autem P. Ælius sit is, vt ait, cuius lege deducebatur colonia, profectò Q. Ælius legendum est, is enim tribunus pl. legem tulit. Vna Iunonis Matutæ in foro olitorio vota locataq; quadriennio antè à C. Cornelio consule.) Duæ causæ sunt, cur legendum sit Iunonis Sospitæ. Vna, quòd nusquam alibi Iuno Matuta dicta est, sed Mater Matuta, quæ Græcè λευκόθεα est. altera, quòd quadriennio antè C. Cornelius Iunoni Sospitæ, non Matutæ vouisse ædem traditur. verba sunt Liuij lib. 32. Consul principio pugnæ ædem vouit Sospitæ Iunoni, si eo die hostes fusi, fugatiq; essent. Idem etiam probè Glareano videtur. 699

Vouerat eam decem annis antè Punico bello P. Sempronius Sophus. Locauerat idem censor. Hic P. Sempronius, & in consulatu, & in censura Tuditanus, non Sophus dicitur à Liuio. Quare cognomen Sophus ex hoc loco delendum videtur, puto tamen non esse reponendum, Tuditanus, vt censẽt Glareanus, sed consul: vt ita legatur, vouerat eam P. Sempronius consul, locauerat idem censor. Sic enim libro 29. vbi de P. Sempronio vouente ait: consul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vouit. Errandi causam dedit compendiosa scriben di ratio COS. Sop'. Ita autem locutus est paulò antè. Vota, locataque quadriennio antè à C. Cornelio consule Gallico bello, censor idem dedicauit. L. Porcius Licinius.) Licinius, ex Capitolinis tabulis. Megalesia, ludos scenicos C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt.) Eosdem ædiles in ijsdem ludis faciendis edit etiam Pædianus in Cornelianam. Concordiæ, & libertati æquè minuendæ esse.) Vet.lib. Libertatis. Ita autem legendum esse alio loco, vbi de eiusmodi dicendi genere docui, ostendi.

Ad D. quinquageſimum octauum annum.) Quinquageſimum ſextum legendum eſſe alio loco doceo, in Chronologia, in vet. lib. eſt DVIII. Mendà ex notis eſt nata, cùm debeat ſcribi DLVII. L. enim in V. verſum eſt, & V. in duo II. vt aliàs.

700 Tribunos plebeios adiſſent.) Vete. lib. Tribunos plebis. Ligurum decem millia.) Veter. lib. XV. millia. Ob eas res tumultum eſſe. Decreuit ſenatus tribunos plebei non placere cauſas militares cognoſcere.) Pulcherrimum ſenſum inepta verborum interpunctio deprauauit. Sic autem interpungendum cenſeo, ob eas res tumultum eſſe decreuit ſenatus, tum infer, tribunos plebis, &c. loquitur de tumultu Gallico, de quo ſic Cicero in 8. Philippica. Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt, quid enim aliud eſt tumultus niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque maiores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus. tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. grauius autem eſſe tumultum, quàm bellum hinc intelligi licet, quòd bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Et Philip. 5. Tumultum decerni iuſticiam indici ſaga ſumi dixi oportere. Sic hoc loco ſenatus decreuit, vt tumultus eſſet, quia Boij ad rebellionem ſpectabant Tribunos plebeij.) Plebis, ex Vet. lib. Et vt L. Cornelius conſul.) Vet. lib. Et vt L. Cornelius conſul.

701 Menippus, & Hegeſianax princeps regiæ legationis erant.) Appianus meminit huius legationis in Syrio, additq; Lyſiam his verbis: ἡ μὲν πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμπε λυσίαν τε καὶ ἡγησιανάκτα, καὶ μένιππον Eſſe autem tria genera fœderum, quibus integrè paciſcerentur amicitias ciuitates, regeſq;.) Vet. lib. Inter ſe paciſcerentur, non integrè: optimè: ſic paulò pòſt: amicitiam ſociali fœdere inter ſe iungendam. Ita ab Antiocho.) Vet. lib. Ita & ab Antiocho.

702 Ariſtonem quendam Tyrium.) Mercatorem fuiſſe ait Appianus in Syrio: Ἀεισάνακα δ' ἔμπορον τύριον δὴ πρεσβεύσει τῆ ἐμπορείας ἔπεμπε πρὸς τὸν φίλους. Suffetes.) Sufetes, vt ſuprà. Ipſe de tertia vigilia nauem conſcendit.) Vet. lib. Ipſe deinde tertia vigilia

703 Præter iudicium eiuſdem Ariſtonis.) Vet. lib. Indicium. Emporia vocant eam regionem, ora eſt minoris Syrtis.) Horum Emporiorum meminit non ſolùm Liuius lib. 29. ſed etiam Polyb. lib. 1. ἅμα δὲ πόποις καὶ τοὺς παρακομιζομένους ἀρρεὰς ὀνηλοῦντας παρ' αὐτοῖς κεκλυμένων ἐμπορείων ἐφ' οἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας. Et lib. 3. μήτε τὸν κατὰ τὴν μακρὰν σύρτιν τόπους, ἃ καλοῦσιν ἐμπόρια διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας.

IN LIBRVM XXXV.

704 P. Cornelius Cn. F. Scipio.) Is qui vir optimus à ſenatu iudicatus fuerat. Idem propretor Luſitanos.) Vet. lib. Idem pro prætore Luſitanos, quod eſt prorogato vltra præturam prætorio imperio. In hoc diſcrimine ludos Ioui ſi vi fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes, proprætor fouit.) Veter. lib. Si fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes prætor vouit. prætorem autem videtur vocare eum, qui cum prætorio erat imperio, alioquin proprætore legendum eſt. Pugnatum inde haud procul Ilipa vrbe eſt.) Vox, inde, ſuperuacanea eſt, & à veteribus quos legi, libris abeſt.

706 T. Sempronius prioris anni conſul.) Ti. Sempronius, vt ſuprà. Hoſtium exercitum, cuius delendi oblata fortuna fuerat, non deletum.) Vet. lib. pro, Non deletum, habent Elapſum. Sequitur enim: Hoſtes è manibus emiſſos. Ita libero fœnore obruebant debitores. Cuius coercendi cum ratio quæreretur.) Vet. lib. Cernendi, pro coercendi: quod placet. Sic enim lib. 6. Quia nolint conſpici ſummam æris alieni. Item, deinde inſpecto ære alieno, initaque ratione minuendi eius. Sic hoc loco, quærunt rationem cernendi fœnoris, propterea-que profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint. Itaq; ait: Poſtquam detecta eſt magnitudo æris alieni per hác fraudem contracti. Feralia quæ proximè fuiſſent, diem finiri placuit.) Ante legebatur Fœneralia. Gelenius, Feralia immutauit. Mihi placet magis prior lectio. Proxima enim Fœneralia vocat, diem, quo proximè de fœnore conſtringendo actum erat. Iuſſerunt ergo, vt omnes ſòcij profiterentur pecunias, quas credidiſſent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne ciuis ciuem fœnore opprimere poſſet. Cui legi fraus facta fuerat nomina in ſocios tranſcribendo.

707 Sex. Ælius Pætus, & Cn. Cornelius Cethegus.) C. Cornelius, ex cenſura Capitolina. Eodem anno coloniam Latinam in agrum Ferentinum triumuiri deduxerunt Cn. Manlius Vulſo, L. Apuſtius Fullo, P. Ælius Tubero, cuius lege deducebantur tria millia peditum ferè, CCC. equites, numerus exiguus pro copia agri.) Vet. lib. habent, pro deducebantur, deducebatur. Quæ lectio me admonuit locum hunc ita mendosè legi, vt ſententiæ Liuianæ ſanitas non extaret. Extabit autem certè, ſi non ſolùm, deducebatur, ſed pro Fere, Iere, legerimus. Ita: Ælius Tubero cuius lege deducebatur, id eſt, colonia. Tria millia peditum iere, CCC. equites. Sic paulò pòſt in alius coloniæ deductione. Tria millia & ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites. Quod autem ſcriptum eſt in agrum Ferentinum, legendum eſt in agrum Thurinum: primùm, quia Vet. lib. habent Trentinum, Tum autem quia ſuperiore anno dixit. Exitu huius anni Q. Ælius Tubero tribunus pl. ex S. C. tulit ad plebem, plebeſque ſciuit, vt Latinæ duæ coloniæ, vna in Bruttios, altera in agrum Thurinũ deduceretur. his deducendis triumuiri creati, quibus in triennium imperium eſſet, in Bruttios Q. Næuius, M. Minucius Rufus, M. Furius Craſsipes. in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Ælius, L. Apuſtius. Porro autem legendum eſt; Q. Ælius Tubero, quia ait: Cuius lege deducebatur. ad Q. Tubero legem tulit, non P. Eo propior inuidiæ.) Vet. lib. Inuidiam. Pro legato & participe adminiſtrandi belli.) Vet. lib. Adminiſtrati. Recte. nam dixit, L. Quintius qui Claſsi in Græcia præfuerat.

708 Vt præferetur candidato, quem Africanus frater deducebat.) Vet. lib. Quem Africanus, fraterq; ducebant. Significat autem Cn. Scipionem à P. & L. Scipionis Africano, & eo, qui pòſt Aſiaticus dictus eſt, eſſe deductum. Ænobarbus.) Ahenobarbus, vt ſuprà. Fuluius Centimalus.) Centumalus, vt ſuprà. Attilius Seranus.) Attilius Serranus, vt ſuprà. Bebius Pamphilus.) Bæbius Tamphilus, vt ſuprà. Raphiæ in Phœnice.) Stephanus. ῥαφία πόλις συρίας.

709 Ad Piſidas, qui circa Selgam incolunt.) Steph. Σέλγη πόλις πισίδας.

710 Villius cùm Piſidiæ bello occupatum eſſe regem audiſſet, Epheſum profectus.) Hoc de P. Scipione ait Appianus: ῥωμαῖοι δὲ πρέσβεις ἕτεροί τε καὶ ὁ σκιπίων δὴ ἐς βασιλέα εὗρον οἰχόμενον ἐς πισίδας ἐν ἐφέσῳ τυγχάνοντα. Respondiſſet Alexandrum.) Vet. lib. Reſpondiſſe, ita paulò pòſt: Dixiſſe, ſic Appianus: τῷ σκιπίωνι ἐρομένου τὸν λοκεῖ σε στρατηγὸς ἄριστος ἥξειν, ἀνένευσεν εἰπεῖν, ὁ μακεδὼν ἀλέξανδρος. Tum riſum obortum Scipioni, Scipionem ſubiecisse. Sic Appianus: ὡς αὐτὸν ὁ σκιπίων εἶδεν ὑπομειδιῶντα τῷ συμνολογίαν ἔφη γελάσας. Antiocho, quam ſimilem daret ſedem, vt procul ab ſe honorem eum quoque ablegaret, non habuiſſet.) Perſpicuè legendum eſt, Per honorem.

711 Annibal non adhibitus eſt in conſilium propter colloquia cum Villio ſuſpectus regi, & in nullo poſtea

hono-

honore habitus. Primò eam contumeliam tacitus tulit, deinde.) Ex veteribus libris verbum Eſt, tolli debet, vt omnia ad verbum Tulit referantur. Proficiſci ambo in prouincias placuit.) Vet.lib. Ambos.

Ædes liberæ Attalo, ac lautia decreta.) Vet.lib. Ædes liberæ, locus, lautia decreta, vt lib. 30. Ædes liberæ, lo- 714
ca, lautia legatis decreta.

Nauis erat quadriremis vetus capta annis octoginta antè.) Quadraginta, legendum ex Plutarcho, qui me- 715
minit huius nauis in Philopœmene, his verbis: ἀλλὰ καὶ ναῦν τινὰ παλαιὰν μὲν, εὐδόξου δ' ἐπὶ τεσσαράκοντα κατασκάσας ἔπλήρωσεν. Putrem eam admodum.) Vet.lib. Putrem iam admodum. Actum prætoria naue præcedente claſſem.) Ex vet.lib. Legendum eſt, Hactum. Veterem enim nauem pro prætoria vſurpatam à Philopœmene ait. Ipſe Philopœmen in leui ſpeculatoria naue fuit, nec antè fugæ finem, quàm Patras ventum ſit, fecit.) Lege, in leui piſcatoria naue fugit. Ita enim maius periculum Philopœmenis oſtenditur. Tertia parte copiarum ab obſidione Gythei abducta ad Pleias poſuit caſtra. Imminet is locus & Leucis, & Acris.) Legendum eſt, ad Eliam, non ad Pleias, quas meritò queritur Glareanus ſe in Laconica non reperire. Item Acrijs, non Acris, id docet locus vnus Polybij, qui eſt libro 5. vbi horum oppidorum omnium meminit. Eius verba ſunt: μεταλαβόμενος δ' αὖθις ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ ναύσταθμον τὸν ἐπὶ Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον. ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα καὶ πόλεως ἀπέχει περὶ ὀκτὼ στάδια. τοῦτο δ' ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν ἤλθεν ἐπὶ τὴν Ἐλίαν, ἥτις ὄρος ἐστὶ μέγα περιοικούμενον, πλείστη, καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακωνικῆς. ἔνθεν ἀφελὼν τοὺς πορθμεῖς, αὐτόν τε καὶ τόπον τοῦτον κατεπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς, ἀφικνεῖτο δὲ τοὺς πορθμεῖς, καὶ πρὸς ἀκείας, καὶ λιμένας.

Vnum de auxiliaribus.) Vet.lib. Et auxiliaribus. Captique in ea fuga ſunt.) Vet.lib. Captique in fuga 717
ſunt. Duarum portarum itineribus, quę Pheras, quæq; Barboſthenem ferunt.) Pheras in agro Laconico nō reperies, ſed Pharim, teſte Stephano, qui inquit: φᾶρις πόλις τῆς Λακωνικῆς, οἱ πολῖται φαρίτης, ὡς παυσανίας, δημ. φαρίν τε ἀναφτὼ τε. Pauſanias in Laconicis: ἀμύκλαν, καὶ φᾶριν, coniungit.

Magnæ cùm ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum.) Vet.li. Magnæ tùm cùm ob, id eſt, magnæ eo tē- 718
pore auctoritatis. alij: Magnetum, per vitium. Eoque ipſo tempore Thoas princeps gentis, quem miſerant ad Antiochum, redierat.) Videndum eſt etiam atque etiam, quid ſit, quod paulò antè dixit hoc eodē libro. Thoas prætor Ætolorum legatos cenſuit circa reges mittendos. Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Diccarchus frater prætoris ad Antiochum eſt miſſus, nunc verò ab Antiocho Thoantem rediſſe ait. Appianus quidem Thoantem legatorum, qui miſsi ad Antiochum ſunt, principē facit, cùm ait in Syrio: Ἀντίοχῳ δ' ἦκον αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν θόας ἦρχεν. Qui locus me admonet, vt hoc loco legā, Princeps legationis, quam miſerāt ad Antiochum. Nunc quoq; inquit, Si modò vos quæ in choaſtis.) Qui ita interpungunt hæc verba, orationis initium à voce, ſi, ducunt, cùm ſit ducendum à voce, Nunc. Sunt autem ita diſtinguenda verba, vt à voce, ſi modò, vſque ad vocem, exitum, parentheſi concludantur.

Quam ſenatum Romanum cum Antiocho laniſtis Ætolis non ſine motu magno generis humani, & perni 719
cie Græciæ dimicare.) Antea legebatur, cū Antiocho admiſtis Ætolis, quo pacto legitur in veteribus libris. Quāobrem non video cur diſplicuerit hæc lectio Gelenio, & cur hoc loco metaphoram à gladiatoribus & laniſtis ductam tantoperè adamarit. Omnia nouare velle.) Vet.lib. Nouari. Pro ſe quiſque reuocare iubebant.) Vet.lib. Reuocari.

Eum totius gratiam rei apud Lacedæmonios laturum.) Vet.lib. Eum potius, hoc ſenſu: Qui tyrannum in- 720
terfeciſſet Lacedæmoniorum, tantum abfuturum, vt rem ingratam Lacedæmonijs faceret, vt gratiam potius ab illis iniret. Peditum, equitumque ac nauium.) Vet.lib. Peditum, equitum, nauiumque. Suum conſilium meo interponet.) Vet.lib. in eo, id eſt, in ea re aggredienda & agenda. Ponere haſtas equites Alexamenus iubet, & ſe intueri.) Miratur Glareanus Alexamenum iuſsiſſe, vt equites ponerent haſtas, cùm tamē duobus pòſt verſibus dicat, Iacentem equites confodiunt. Eſt autem accipiendum ponere non pro abijcere, ſed pro reclinare. Intellexit enim Alexamenus erectas haſtas conſpectum ſui equitibus eſſe interſepturas, quos ſe intueri iubebat, tanquam quid ipſe facturus eſſet ignaros. Sic libro primo: Tullius Hoſtilius ſuos erigere haſtas iuſsit, ne ſocios Albanos fugientes viderent. Non ergo eos iuſsit haſtas abijcere, ſed inuadendi cauſa eas pectori apponentes ad ſe imitandum præſtò eſſe.

Nec mouiſſet ſe quiſquam, ſi extemplò poſitis armis vocata in concionem multitudo fuiſſet, & oratio habi 721
ta tempori conueniens. Frequentes inde retenti in armis Ætoli ſine iniuria cuiuſquam.) Ne hæc quidem inter ſe repugnant, Poſitis armis, & Retenti in armis, vt videtur. Hoc enim vult Liuius, Nec ſe quiſquam Lacedęmoniorum mouiſſet, ſi Alexamenus interfecto eorum tyranno arma poſuiſſet, & vocata multitudine in concionē orationem tempori conuenientem habuiſſet. Retinuit ergo Ætolos in armis, ſed tamen ſine iniuria cuiuſquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni, & ſociorum ſunt acta. Occupata erat.) Fuerat ex vet.li. MICTION.) Mictio, ex vet.lib. Hic ab Appiano dicitur μικτίδιον.

Cùm Romanus vt integros increparet Magnetas.) procul dubio Ingratos legendum eſt. Hoc elicitur ex ſu- 722
perioribus verbis his: Quintius quidem adeò exarſit ira, vt manus ad cœlum tendens, deos teſtes ingrati, ac perfidi animi Magnetum inuocaret. Diutius alter, ſed ſegnior.) Vet.lib. Diutior.

Sortes duæ vrbanaq́s, & inter ciues ac peregrinos.) Vet.li. Vrbana peregrinaq́; & inter cives ac peregrinos. 723
Ego, vrbana, peregrinaq́: reliqua enim gloſſema ſunt. Minus quempiam ei claſsi.) Vet.li. quenquam.

Impetus relangueſcat regis.) Vet.lib. elangueſcat. Sic paulò pòſt: Non eſſe elangueſcendum. 724

Neque vindice libertatis vllo indigere.) Vet.lib. Egere. Iam inde à Barcillæ morte, & quæ ſecutæ eam 725
fuerant.) Vet.lib. Iam inde à Bracchillæ morte, & quæ ſecuta eam fuerant. Maria, terras inani ſonitu verborum.) Vet.lib. Terraſque. Aminander vxorem Apamiam Alexandri cuiuſdam Megalopolitani habebat.) Ijſdem propè verbis hanc rem perſequitur Appianus in Syrio, Vxorem autem Ἀπάμου vocat. Elymæos & Caduſios.) Caduſios, ſcribe: ſic enim Polybius lib. 5. Ἐλυμαίους, καὶ καδουσίους.

Ex legatorum ſermone potuiſſet apparere.) Vet.lib. potuiſſe. Eſt autē res ſimillima cœnæ Chalciden- 726
ſis hoſpitis mei.) Idem Plutarchus in Flaminino, & in Apophthegmatis.

Templum eſt Apollinis Delium.) Appianus in Syrio: Δήλιον δὲ ἱερὸν τὸ χώριον Ἀπόλλωνος. Sed expertæ po- 727
tius, ſpectatæque Romanorum fidei credere.) Vet.lib. Sed expertæ toties, ſpectatæque. Nihil immò tam alienum rebus veſtris eſt.) Vet.lib. Nihil tam vanum, immò tam alienum rebus veſtris eſt.

IN LIBRVM XXXVI.

M. Acilium Glabrionem conſules.) Plutarchus in Quinctio μάνιον ἀκίλιον. Appianus in Syriacā, ἀκίλιον μάνιον γλαβρίωνα, Capitolini auctores M'. Acilium Glabrionem vocant.

L. Valerium, ſi ita videretur, proprætorem in prouincia retinere.) Vet.lib. pro prætore. 728

Duas decimas frumenti.) Veteres lib. decumas: Rectè. Hinc enim decumani dicti, qui decumas redimunt. 729

Pædianus. Qui ſenatores eſſent, quibuſque ſententiam in ſenatu dicere liceret.) Sic locutus eſt lib. 33. Conſules, inquit, edixerunt, quoties ſenatum vocaſſent, vti ſenatores, quibusque in ſenatu ſententiã dicere liceret, ad portam Capenam conuenirent. Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in ſenatu ſententiam dicere, & ſenatores, docet Feſtus his verbis: Qui poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratum cepere, in ſenatu ſententiam dicunt, non tamen ſenatores vocantur, antequam in ſenioribus ſint cenſi. Et Gellius his: Qui nondum à cenſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores non erant, ſed quia honoribus populi vſi erant, in ſenatum veniebant, & ſententiæ ius habebant. Nam & curulibus magiſtratibus functi, qui nondũ à cẽſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores nõ erant, & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias dicere, ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoq; conſules, cùm ſenatores in curiam vocant, ſeruandæ conſuetudinis cauſa translatione vtuntur. Senatores, quibusq; in ſenatu ſententiam dicere licet. CARTHAGINIENSES tritici modiũm mille, hordei quingẽta millia.) Summa tritici mendosè videtur eſſe. Nam lib. 43. ijdem Carthaginienſes tritici decies centum millia, hordei quingenta pollicentur. Idem ex ſumma etiam oblata à Maſſaniſa & hoc tempore & illo poteſt intelligi.

730 Barciliæ.) Brachillæ, vt antè dixi. Per multa iam ſecula.) Sæcula, cum diphthongo. In Capitolinis lapidibus, Ludi ſæculares. Labente egregia quõdam diſciplina gentis, & multorum eo ſtatu, qui diuturnus eſſe ſine mutatione rerum non poſſet.) Ex hoc loco, quem deprauatum eſſe cenſet Glareanus, hunc ipſe elicio ſenſum. Bœotiam cauſas in ſpeciem iræ aduerſus Romanos habuiſſe, Brachillæ necem, & illatum Coronææ à Quinctio bellum, reuera autem, quod per multa iam ſæcula publicè, priuatimque egregia quondam diſciplina gentis laberetur, atque is reip. ſtatus qui in multorum poteſtate eſt, qui diu conſeruari non poteſt, niſi nouarum ſæpè rerum mutationes exiſtant.

731 Ipſe cum omnibus terreſtribus copijs in Byllinum agrum procedes, inde Græciæ præſidebis, & ſpeciẽ Romanis traiecturum te præbens, & fires popoſcerit, traiecturus. Glareanus Byllionium legit. puto tamen Byllinum ferri poſſe. Byllidis enim agrum intelligit, quæ vrbs in Illyrio maritima eſt, auctore Stephano: βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παρὰ Θαλαμίαν. Hæc autem verba Græcè ſic expreſsit Appianus in Syriaca: ἀνὴρ ὃ σὺ πρὸς πεζῷ παντὶ παρακαθήμενον τὴ ἑλλάδος ἀγχοῦ τὴ Ἰταλίας δόξαν ἐμποιεῖν ἐσόλοπᾶς, καὶ εἰ διώκοιο ποτὲ, καὶ ἐσβαλεῖν. Et Plutarchus in Bruto: τὸς ἀπὸ τὴν Συλλίδα πόρους. Idem Stephanus Bullinos populos eſſe ad Illyricum ait. Niſi quod ad claſſem, copiasque accerſendas ex Aſia Polyxenidam miſit.) Hoc ſic Appianus: πάλιν ὅτι πολυξενίδας ὅδε τὴν στρατιὰν ἐς τὸν ἀοίαν ἐπέμφθη.

732 Itaque qui ad tempus fortunam eſſet in conſilio habiturus, is extemplò ad M. Bębium proprętorem miſit.) Hanc ſententiam ſic etiam vertit Appianus: ὧν πυθόμενος ὁ φίλιππος ἐνθουσιάζων ἔτι, καὶ ἀπειλοῦντων ὁποτέρωσε παρεδίδοτο αὐτίκα εἵλετο τὰ ῥωμαίων, Βαιβίόν τε στρατηγὸν αὐτοῦ ἀρχοντα πόδος πλησίον στρατῷ καλέσας ἐλθεῖν ἐς τὴ χωρίον, &c.

733 Occupat Pellinæum.) Strabo lib. 9. πελλιναῖον item vocat. at Stephanus πελλίναν. Inquit enim: πελλόνα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ φθιώτιδι. M. Bæbius interim cum Philippo in Daſſaritijs congreſſus Ap. Claudium ex communi conſilio ad præſidium Lariſſæ miſit, qui per Macedoniam magnis itineribus, &c. Appianus hæc ita: καὶ ὁ βαίβιος Θαρρήσας αὐτίκα ἔπεμπε διὰ τῶν μακεδονίας ἄπαντον κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν εἰς Θεσσαλίαν. Rex Chalcidem à Demetriade profectus amore captus virginis Chalcidenſis Cleoptolemi filiæ, cùm patrem primò adlegãdo, deinde coràm orando fatigaſſet, inuitum ſe grauioris fortunę conditioni illigantẽ, tandem impetrata re, tanquam in media pace nuptias celebrat, & reliquum hyemis oblitus, quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bellũ Romanum, & Græciam liberandam, omiſſa omnium rerum cura in conuiuijs, & vinum ſequentibus voluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis quàm ſatietate earum in ſomno traduxit.) Hæc ex Polybij lib. 20. ſumpta ſunt, ſi Athenæo credimus, qui lib. 10. ita ſcribit: Ἀνίοχος ὁ μέγας ὀπτικλύμενος, ὃν ῥωμαῖοι καθεῖλον, ὡς ἱστορεῖ πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ, παρελθὼν εἰς χαλκίδα τὴ Δρυόπων συνετέλει γάμους, περὶ τὴκοντα μὲν ἔτη γεγονὼς, καὶ θύειν μέγιστα πρὸ ἔργων ἀνειληφὼς τῶν τε πρὸ ἐλλιῶν ἀλωθήρωσιν, ὡς ἀυτὸς ἐπηγγέλλετο, καὶ τὰ περὶ ῥωμαίους πόλεμον. ἐρασθεὶς γοῦν παρθένου χαλκιδικῆς, κρῖ δὲ τὸν πολέμικαμρὸν ἐφιλοπαιμίσατο γῆμαι, οἰνοπότης ὢν, καὶ μέθαις χαίρων. ὡῶ δ' αὐτὸ καεοπτολέμαι μὲν θυγάτηρ ἐνὸς πρὸ ὀπιφανῶν, κάλλει δὲ πάσας ὑπερβάλλουσα, καὶ τὰς γάμους συντελῶν ἐν τῇ χαλκίδι αὐτόθι διέτριβε τὰ χειμῶνα πρὸ ἐνεστώτων ἀδ' ὡῶ πανα ποιούμενος περίοναν, ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα εὔβοιαν. Eadem ſcribit Plutarchus in Flaminino. Porrò autem, quod ait Liuius, Adlegãdo fatigat, id eſt, per legatos ſolicitat. Itaque principio veris cùm per Phocidem Cheroneam, quo conuenire omnem vndique exercitũ iuſſerat, veniſſet, facilè animaduertit nihilo ſeueriore diſciplina quàm ducem hybernaſſe.) Quærit Glareanus quo modo ex Chalcide per Phocidem Cheronæam Antiochus venerit, quam autem quæſtionem ponit, non rectè explicat. Chalcidem enim accipit Ætoliæ, non Eubœæ, parum ſcitè. Eſſe autem legendum, Per Phocidem in Acarnaniã cùm Liuius tũ Appianus oſtendunt. Liuius paulò pòſt ita: Rex præſidio Medione impoſito, & in quibuſdam alijs Acarnaniæ oppidis Thyrium diſceſſit, & per Ætoliæ ac Phocidis vrbes Chalcidem redijt. Appia. etiam apertiùs ſic: ἀρχομένῳ δ' ἔαρος ἐμ Θεσσαλὸν ἐς ἀκαρνανίαν ἤκοντος μὲν τὰ ἀρχαῖα τῶν στρατῶ δυσέργου πρὸς ἅπαντα ὄπτ. Item: ἀναγαγόμενος δ' ὅμως πανὰ τὰ ἀκαρνανίας, καὶ τὰ λοιπὰ πολιορκῶν, ἐπεὶ τάχιστα ῥωμαίους ἐπαύθετο περαῶ τὰ ἰόνιον ἐξ χαλκίδα αὖθις ἦγεν. [Glareanus de Chalcide Ætoliæ dubitat, nihil aſſeuerans imò reprehendens.] Stratum Ætoliæ.) Stephan. Stratum Acarnaniæ eſſe ait. Romanæ claſsis, quæ cum Attalo.) Lege, Attilio. Eſt enim A. Attilius claſsis Rom. præfectus. Medeonem, & Tyrreum.) Medionem habent lib. vet. & rectè. eſt enim Medion oppidum ad Ætoliam, auctore Stephano: μεδίων πόλις πρὸς τῇ ἀπωλίᾳ. Item Thyrium ſcribendum eſt, quod eſt Acarnaniæ oppidum, teſte eodem: θύριον καὶ θυρεῖον ἀκαρνανίας, διὰ τὸ ι, τὸ ἐθνικὸν θυρεάτης.

734 Peterentque ab eo, vt Medeonis ſuper tanta re conſultare in concilio Acarnanum pateretur.) Vet. lib. Medios, habent. Apertè tamen legendum eſt, Medionios. inquit enim Stephanus ciues Medionis oppidi eſſe μεδωνίους. In eam legationem Mneſilochus, & qui eius factionis erant, collecti.) Ve. lib. Coniecti, egregiè. Sic eſt locutus libro 45. Tribum ſortirentur, in quam omnes, qui ſeruitutem ſeruiſſent, conijcerent. Eodẽ modo legendum eſt apud Ciceronem in 5. Philippica, Totum deniq; commeſſationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum ſcitote eſſe coniectum, non collectum, vt vulgò legitur. Thyrenſes.) Thyrienſes, à Thyrio. Nam Stephanus ait gentem θυρεάτας appellari. In Daſſaretis congreſsi.) Daſſaritis, quippe qui auctore Stephano aut Θασσαρήτιοι, aut Θασσαρῆται vocantur. Bæbius Phacium eſt aggreſſus.) Antè Philacium legebatur. Eſt autem in veteribus libris Phacium, quod non probat Glareanus, quia nomen ſit æquè, ac prius obſcurum, Stephanum enim non legit, apud quem eſt ita: φάκιον πόλισμα Θεσσαλίας. δουκιδίδης δὲ τὸ ἐθνικὸν, φακιδῆς. Pleſtum eadem celeritate capit.) φαισὸν apud Ptolemæum. Itaque diphthongus apponenda eſt. Chyretias hinc, & Eritium, inquit Glareanus, vbi reperias, vix equidem ſcio.) Optimè, non enim Eritium, ſed Fricium eſt legendum, quod eſt ſupra Thermopylas, auctore Stephano: φρίκιον ὄρος ὑπὲρ θερμοπύλων λοκρικὸν, ἀφ' ὃ φρικώνης καὶ φρικωνῆς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες. Per eos fortè dies M. Acilius conſul cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, xv. elephãtis mari traiecto, pedeſtres copias Lariſſam ducere delectos militũ tribunos iuſsit.) Hæc ſic vertit Græcè Appianus: ῥωμαῖοι δ' ὑπὸ σπεδῆς τ' τότε ἑτοίμοις ἱππεῦσι δισχιλίοις, καὶ πεζοῖς δυσμενέσις ἐλέφασί πσιν ἠγημένε σφῶν αἰκιλίε γλαβρίω-

γλαβείων· ἐς Ἀπολλωνίαν ἐν Ερεντησίου διαβάλλοντες ὅτι Θετταλίας ἐλάττονα, καὶ τὰς πόλεις ἐξέλυον τῆς πελιορκιῶν. Non est autem menda apud Liuium, qui non XX. millia peditum, vt Appianus, sed X. millia, scribat. Etenim & antè, & pòst etiam duas tantùm legiones primam, & tertiam adduxisse Acilium ait. Et Philippus Megalopolitanus.) Sic Appianus: καὶ ὁ μεγαλοπολίτης φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβον.

Cætera multitudo Athamanum, aut militum Antiochi regis, quæ in præsidijs deditorum per eos dies oppi 735
dorum fuerat, Philippo tradita regi est. fuêre autem ad tria millia hominum.) Appianus ita: εἶλον δὲ καὶ τῆς Παιονικείων ἐς πεντακισχιλίους. In itinere ab Pieria, & Metropoli. Suprà ostendi, ab Pialia & Metropoli esse legendum, auctore Stephano: vrbem enim in Thessalia quærimus Metropoli finitimam. Ita Athamania omnis in ius ditionêque Philippo concessit.) Appianus ita: καὶ ὁ φίλιππος ἐς Αθαμανίαν ἐμβαλὼν πᾶσαν αὐτῷ ὑπήκοον ἔλαβε μιᾷ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις τοὺς ἐς αἰμβρακίαν. Proernã inde recepit.) Quia Strabo li. 9. Προέρναν edit, nihil muto, quanquã Stephanus Proarna neutro genere scribendũ esse docet, Προάρνα πόλις μικρὰ Αἰολέων, ἐθνικὸν προάρνιος. Iam & ipse eò decẽ millia ferè peditum ex ijs, qui postea venerant ex Asia expleta, & equites quingentos duxit.) Appianus ita: ἦγε δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ασίας πεζῶν μυρίους, καὶ ἱππέων πεντακοσίους, ὅτε δὲ τούτοις καὶ τινῶν συμμάχων Θερμοπύλας κατέλαβε. Ab Leucade.) Vet. lib. Ab Leucate. Sic Virgil. Feruere Leucaten. Item: Leucatæ nimbosa cacumina montis. Sic alibi Liuius. Ante saltum Thermopylarum septentrionem versus Epirus & Perrhæbia.) Epirum ante saltũ Thermopylarum ad septentrionem esse, rectè dictum esse, & sine librorum menda, contrà quàm tradidit Glareanus, inde intelligi potest, quòd Atticam à tergo ad meridiem, & Eubœam insulam collocat. Reliqua descriptio Thermopylarum, quatenus aut Occidentem spectant, aut Orientem ex Polymnia Herodoti sumpta est. Thermopylarum enim, inquit, quæ pars montis Occidentem spectat, inuia, atque dirupta est vsque ad Oetam. Quæ autem Orientem, ea à mari excipitur. Ibi aquæ calidæ sunt, quas Ollas indigenæ vocãt, & supra ara Herculi extructa est. Et murus, supra quem olim πύλαι, id est, portæ erant. persequitur deinde Leonidæ, & comitum Lacedæmoniorũ mortem, qua locus ille nobilitatus est, vt paulò pòst ait Liuius.

M. Porcium Catonem, & L. Valerium Flaccum consulares legatos.) Appianus, Plutarchus, & Cicero in Ca 736
tone tribunos militum appellãt. Appianus ita: καὶ δύο τῶν χιλιάρχων μάρκον κάτωνα καὶ λεύκιον βαλέριον. Plutarchus de Catone: μανίῳ καὶ ἀκιλίῳ χιλιάρχοις. Cato apud Ciceronem. Quadriennio postquam cõsul fui, tribunus militum depugnaui apud Thermopylas M'. Acilio Glabrioni consuli.

Instruit aciem consul arcta fronte ad naturam, & angustias loci.) Appianus sic: ἦλθε δὲ καὶ μανίῳ ἐπὶ τὸν στρατὸν αὐτοκρατῆ κατὰ μέτωπον ἐς λόχους ὀρθίους διηρημένον. Leuis armaturæ partem ante vallum in primo locauit.) Eodem modo instructam aciẽ fuisse ab Antiocho tradit Appianus, præterquam quòd in dextro cornu iaculatores, in sinistro elephantes collocatos fuisse ait, contrà quàm scribit hoc loco Liuius. De Macedonibus autem pro Antiocho militantibus, non est, quod Glareanus dubitet. Idem enim prodit Appianus his verbis. [Glareanus non dubitat, sed quosdam miratos esse scribit.] καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς, καὶ πελταστὰς παρεμάχεσθαι τῆ φάλαγγι· ἐπιλύσας, ἀνὰ τὸ δ' ἔσω τοῦ στρατοπέδου, ὅτι δεξιᾷ δι' αὐτῶν τὰς σφενδονήτας, καὶ τοξότας ὅτι τῆς ἀριστερᾶς τοὺς δ' ἐλέφαντας ἐν μέσῳ, καὶ τὸ σῖφος· ὁ μετ' αὐτῆς ἀεὶ συνεπάσετο τῷ τῆ θαλάσσῃ. Item: ἐπεὶ δ' αὐτὸς φιλοπόνως διεκόμιζέ τε καὶ αἰανχωρῶν, καὶ οὗτοις ὅπῃ ἐνῆφλατο τοὺς μὲν ψιλοὺς ἡ φάλαγξ ἡ περὶ μακεδόνων διασῶσα ἐς αὐτὸ ἐδέξατο, &c. Vallum hastis præ se obiectis fecerunt.) Sarissas Macedonicas intelligit. Sic enim Appianus: καὶ τὰς σαρίσας ἐν τάξει πυκνὰς προυβάλλοντο. Rhodontiam.) Vet. lib. Rhoduntiam. Græci item ῥοδλουντία.

Lilæum tamen eo die persequuti sunt hostem.) In Vet. lib. legitur Carpeiam. Clareanus autem reposuit, Li 738
læum, quòd, vt ipse ait, in eo itinere oppidum sit, Carpeia nusquam, Inscitè autem ipsum fecisse, Appianus ostendit, qui pro Carpeiam, Scarphiam edit, his verbis: μανίῳ μὲν δὴ σκάφειαν ἐδώκεν αὐτὸς. Est autẽ Scarphia oppidum prope Thermopylas, vbi pugnatum erat, auctore Stephano: Σκάφεια πόλις λοκρίδος· ἡ πρὸς θερμοπυλῶν ἐγγύς. Nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt ex toto exercitu quisquã effugit, etiam ex X. millibus militum, quos Polybio auctore traiecisse secum regem in Græciam scripsimus.) Eadem summa est etiam apud Appianum. Ἀπὸ χιλίων δὴ σὺν τοῖς λυφθεῖσιν ἀμφὶ τοὺς μυρίους. αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς ὑπὸ μὲν τῶν πρώτης προπῆς μετὰ πεντακοσίων ἱππέων εἰς ἑλάττονα διέφυγεν. Romanorum centum L. interfecti.) Appianus item ait: prope ducentos: ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. Ceneum Eubœæ.) Græci κήναιον. Itaque diphthongus apponenda est. Quæ nouissima agminis erant.) Vet. lib. Nouissimi, perspicuè verum.

Atque ad Hydruntum Italiæ traiecit.) Plutarchus, Brundusium, & Tarentum ait transmississe in Catone: καὶ 739
διέπλευσεν μὲν ἐν βρεντεσίου δυτυχῶς, μιᾷ δ' ἡμέρᾳ ἐπέβην εἰς τάραντα, καὶ τεσσάρας ἄλλας ὁδὸν διδοῦσας, πεμπάδες εἰς ῥώμην ὑπὸ θαλάσσης ἀφίκετο. Strabo autem lib. 6. transmissiones in Italiam è Græcia tres fuisse tradit, Tarentum, Brundusium, & Rhegium. Plinius verò lib. 3. ab Hydrunte in Græciam transitum breuiorem ait esse, à Brundusio verò longiorem illum quidem, sed certiorem. A flumine Asoto.) Ex Strabone, Herodoto, Sequestre, Asopo, legendum est. Laqueis, vt solet, exceptos declinabant ictus.) Vitruuius lib. III. cap. 23. Alij laqueis captos arietes, per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipsis testudinibus euertunt. Assiduo labore vrente.) Vet. lib. Vrgente.

Traditus inter cæteros principes Ætolorum, & Damocritus, qui principio belli decretum Ætolorum, quo 740
accersendum Antiochum censuerant, T. Quintio poscenti respondérat. In Italia daturum, cùm castra ibi Ætoli posuissent.) Idem Appianus ita: δαμοκρίτου τε ἡ σφαλητὰν ἦρθαι αἰτωλῶν ἐνταῦθα ὁ μανίῳ ἔλαβε κρυπτόμενον. ὃς φλαμινίνῳ δῶρα πίθεσιν ὑπείλει στρατοπεδεύειν. Et quia Lamia composita in tumulo est, tum regionem eã maximè despectat oppidum, qua breue interuallum videtur.) Veteres libri, Posita est. Cæterùm sensus, quem ex his verbis elicere Glareanus non potest, hic est. Et quia Lamia posita est in tumulo, & oppidum despectat regionem maximè ea parte, qua breue interuallum est ad eam oppugnandam, & omnia ab illa parte in cõspectu sunt, iccircò cùm Romani Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebantur. Romani enim supra terram opera agebant. Macedones subtus cuniculis oppugnabant.

Ita recessum ab Lamia est, & propinquæ cladi vrbis ipsi ne quid simile paterentur, effugerũt.) Lamia à Phi- 741
lippo oppugnata iussu consulis liberatur, vt ipsa paulò pòst à consule, & ab exercitu Romano capiatur, & præda Romanorum sit, non Macedonum. Quem sensum non percepisse Glareanum valdè miror. Phaneas legationis princeps.) Græci φάνεας. Propè dicentem interfatus Romanum. Non in seruitutem, inquit.) Vet. lib. satis docent, vocem huic orationi deesse, sine qua vix ipsa consistere potest. Ibi enim ita est: Propè dicentem inter fatus Romanum Phæneas, Non in seruitutem, inquit.

Vt ad Coracem ventum, mons est altissimus inter Callipolin, & Naupactum.) Callipolin in hoc tractu se 742
legisse non meminit Glareanus. Itaq; aut Callidromum, aut Chalcidem pro ea reponendã putat. Quàm autem rectè puret, ostendit Appian. qui ita inquit: ὁ μὲν δὴ μανίῳ ὅπῃ καλλιπόλεως διώδευε τὸ ὄρος· ὁ καλεῖται κόρακος. Auditis legatis extemplò profectus Quintius à Megalopoli ad Diaphanem prætorem Achæorũ misit.) Meritò videdum esse

esset admonet Glareanus, quid sit, quod eodem versu Liuius Quintium Chalcide fuisse, & à Megalopoli ad prętorem missse dicat. Est enim intelligendum Chalcidem hanc non Eubœæ, aut Ætoliæ, sed Corinthi oppidum fuisse. Quintium autem Megalopolim profectum ad prætorem Achæorum Messenem oppugnantẽ misisse. Itaque, Mogalopolim legendum est, non à Megalopoli. Siquidem subdit Liuius: Prætor circa Andaniam paruum oppidum inter Megalopolim, Messenemq; positũ Quintio occurrit. De Chalcide Corinthia scribit Stephanus: itaq; paulò pòst ait: Quintius. Corinthum ad se venirent. Diaphanem præt. Achæorum.) Diophanem. Plu. in Quintio: Διοφάνη στρατηγοῦντα τῆς Ἀχαιῶν.

743 Pecunia pactus insulam Achæis tradidit.) Vet. lib. Pecuniam pactus. perspicuè verum. Cæterùm sicut testudinem.) Apologus hic narratur itẽ à Plutarcho, & in Quint. & in Apophthegmatis Quintij. Dolopiam, Aperantiam, & Perræbiæ quasdam ciuitates.) Aperantia quę regio sit, se ignorare fatetur ingenuè Glareanus, suspicari autem corruptum nomen esse. Videtur autem non legisse Stephanum, scribentem ita. [Hoc loco ait, Videri sibi Glareanum non legisse, superius autem asseueranter ait Glareanum non legisse Stephanum, Quid si Glareanus legit, aliquando non tamen meminit omnium, quæ in eo legit.] Ἀπεραντία χώρα Θετταλίας. πολύβιος εἰκοστῷ. neq; Plutarchum in Quintio, vbi huius facti meminit ita: ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τῶν Μακεδόνων τοῦτο μὲν πλοίων, καὶ μαγνήτων, τοῦτο δὲ Ἀθαμάνων, καὶ Ἀπεραντῶν. Ita paulò pòst Liuius: Athamaniam, Perræbiam, Aperãtiam, Dolopiam. Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, & Strabonem, & alios.

744 Manu tamen annuit, quid in se opis esset.) Vet. lib. Abnuit, id est, manu negauit, quicquam in se opis esse. Plutarchus: τότε μὲν ἐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ γραφεὶς καὶ διακρύσας ἀπῆλθεν.

745 Ad ludos quos prætor in Hispania inter ipsum discrimen pugnę vouisset.) Sic suprà lib. 35. P. Scipio prætor Lusitanos aggressus est. In discrimine pugnæ ludos Ioui, si fudisset, cecidisset atque hostes, prętor vouit. Iuuentutis ædem in circo Maximo.) Iuuentatis lego. Sic enim Cicero in Bruto: Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi prælio vouerat. Deæ etiam Iuuentatis meminit in primo libro Liuius. M. Cornelio, T. Sempronio coss.) P. Sempronio lege ex ipsomet Liuio, & Capitolino consulatu.

747 Chersonesum petit, vt ea loca si fortè terra venirent Romani, præsidijs firmaret.) Appianus ita: ὡς τε χερρόνησον διαπλεύσας πάλιν αὐτὼ ὠχύρωσε, καὶ σπεῦσαι, μὴ ἄζηλον ὑπερατωθείη, δι' ὧν ἔδει τῷ φάλαγγα τῷ ῥωμαίων ἐς τὴν ἀσίαν ἐλθοῦσαν περάσαι. Zamum, Zacynthum q;, quia partis Ætolorum maluerant esse, depopulatus.) Vet. lib. Tamen, Zacynthum q;. Ego, Samen. De Same insula suprà copiosè dictum est. Sic enim Virgilius etiã ex Homero: Sameq; & nemorosa Zacynthos. Liuius autem præfectus classis Zacynthum populatus est, fortè quòd nescireteam ab Achæis Romano populo Quintio ipso agente concessam, quod paulò antè factum esse scripsit. A Piræeo A. Atilius traditis successori quinque & XX. nauibus tectis Romam est profectus Liuius vnà & LXXX. rostratis nauibus.) Hæc sic Appia. λέγει δὲ φύλαξ τῆ ἰταλίας ὅτι τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς ἁπλῷ διάδοχος αὐτίκα τῆς τε ἰδίας ναυσὶν, ἃς τὴν ἰταλίαν φυλάττων, καὶ ἃς καρχηδονίων αὐτῷ πρὸ δοθείσας, καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις ἐς πειραιᾶ κατήχθη, καὶ τὸν ἁπλῷ στόλον παρα λαβὼν ἔπλει καταφράκτοις ὀγδοήκοντα, καὶ μίᾳ, ἑπομένου μὲν ἀμένους πεντήκοντα ἰδίαις καὶ λῷ κατάφρακτον καὶ τὸ ἴμισυ. Tertio die c. nauibus, quarum LXX.) Vereor ne sit legendum, CC. nauibus, quia scribit Appianus, αὐτενήγετο δὲ αὐτοῖς ὁ ναύαρχος τῶν αὐτόχου πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ κουφοτέραις καὶ πολὺ.

748 Phanas portum Chiorum.) Promontorium ait esse Stephanus: φάναι ἀκρωτήριον τῆς χίου.

749 Obuiæ fuêre ijs v. & XX. tectæ Rhodiæ naues cum Pausistrato præfecto classis.) Appianus VII. & XX. fuisse ait: ἔνθα αὐτοῖς ῥοδίων νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑπτὰ, καὶ εἴκοσιν. Idem Pausistratum vocat παυσίμαχον. Ad Canas classis venit.) Stephanus αἰγάτης αἰολίδος ἄκρα ὡς στράβων, ἣ νῦν καπὴ, καναὶ λέγεται. Postero prr. creati.) Vet. lib. Postero prætores creati.

IN EPITOMEN LIB. XXXVII.

Eumene rege Attali Pergameni filio.) Vet. lib. Eumene rege Pergami Attali filio. Qui cum Antiocho bellauerat.) Vet. lib. Debellauerat, rectè. Cognomine fratri coæquatus.) Libri veteres exæquatus.

IN LIBRVM XXXVII.

751 Quòd Laurentibus carnis, quæ dari deberet, data non fuerat.) Dubitat Glareanus, ne quid vitij sit in voce, Carnis, neq; enim legit Priscianum, qui libro sexto citatis his Liuij verbis libro historiarũ ab vrb. cond. XXXVII. ostendit, Carnis in recto casu etiam rectè dici. præterea idem habet, Quæ dari debet, non deberet, quæ lectio est etiam vetustorum librorum. [Hic rursus ait Glareanum non legisse Priscianum, cùm tamen Glareanus admoneat hoc loco lectores, ne quid mutetur esse antiquum nominatiuum Carnis pro Caro. Hîc Glareanus iustam causam inuehendi haberet, si non maioribus curis animum dedisset.] Medio fermè diei.) Vet. li. Medio fermè die.

752 Iam in sinum Maliacum venerat.) Si L. Scipio expositio Apolloniæ exercitu per Epirum, atque Thessaliam in Ætoliam venit, vt & superiore versu ait Liuius, & paulò pòst, cùm inquit: Ab Amphissa Thessaliam repetit, videndum est, quemadmodum in Maliacum sinum venerit, atq; antè in sinũ venerit, quàm Hypatam. neq; enim mari venisse in sinum ex verbis Liuij intelligi potest, neque item ex Appiano, qui ita ait: πάππος ὁ σκιπίων ἀφικόμενος ἐς αἰτωλίαν μετὰ τῆς ναυάρχου, καὶ τῶ μαγίου στρατὸν περιλαβὼν, τοὺς μὲν ἐν αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑφῆιδεν. Ex his autẽ locis, quæ hoc loco nominata sunt, Sinus Maliacus est supra Eubœam insulam. Hypata est oppidum Thessaliæ, siquidem est in Perræbia Thessaliæ regione. Amphissa Locrorum Ozolorum non longè à Naupacto. Cùm ergo Scipio per Epirum & Thessaliam in Ætoliam veniret, nuncios Hypatam, vt se dederet, præmisit, & re infecta ducit Amphissam Ætolorum, inde ab eius obsidione, inquit, Thessaliam repetit, vt per Macedoniam, & Thraciam duceret exercitum in Asiam. Hæc cùm ita sint, apparet non in sinum Maliacum, qui supra Eubœam est, Scipionem venisse, sed in finem Maliacum. Est autem Malœa oppidum in Perræbia Thessaliæ, Liuio ipso auctore. itaq; li. 42. ait: Per Thessaliam & Malien sem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos isti. Stephanus illos μαλιέας, hos μηλιέας vocat. sic enim scribit: μαλιεῖς πόλις ἐπώνυμον τοῦ μαλιέως. ὁ πολίτης μαλιεύς. ἔστι καὶ μαλιακὸς κόλπος. λέγεται καὶ μαλεάτης. pòst autem μῆλος νῆσος μία τοῦ κυκλάδων. τὸ ἐθνικὸν οἱ μήλιοι, οἱ δὲ ἐν θετταλίᾳ μηλιεῖς. καὶ διὰ τοῦ ἄλφα δωρικῶς μαλιεῖς. γίγνεται καὶ ἀπὸ τοῦ μήλου μηλιεύς, καὶ μηλιακὸς, καὶ μήλιος ἡ χώρα. Vt autem hîc dixit: Finem Maliacum, pro fines. sic libro 34. Finem Pisanum. Fecit autem illustris fama sinus Maliaci, vt rudes librarij, sinum Maliacum, pro Finem scripserint. Cum tribus millibus peditum, & quingentis equitibus consul veniebat.) In priore numero vitium est. Dixit enim paulò antè: Consuli in supplementum data esse ciuium Romanorum peditum

tria

tria millia,equites centum,ſociũm nominis Latini quinque millia,equites ducentos. Et pòſt: Ad quinq; millia voluntariorum ex Romanis ſocijsque qui emerita ſtipendia ſub imperatore P.Africano habebant,præſtò fuêre exeunti conſuli,& nomina dederunt. Quo fit,vt non tria ſed tredecim millia ſecum duxerit. Equitum etiam numerus auctus eſt,quòd edixit,vt milites,qui in Brutijs cum A. Cornelio propræt. eſſent,adeſſent. XII. etiã millia ſecum adduxiſſe M'. Acilium,qui ante ſe rem geſſerat,ſcripſit.

Itaque & Annibalem in Syriam miſerat ad Phœnicum accerſendas copias.) Appianus ita: Αντίοχος ὁ θεὸς τὸ 753
ναυμαχίας πυθόμενος, ἀνήχθη ἔσεσθαι δὴ συείας εἰς νεῶν ἄλλων ὁμοῦ τε φοινίκης, καὶ κιλικίας παρασκευὴν. In portum, quem vocant Achæorum.) Sic Appianus, καὶ σησὸς μὲν αὐτῷ, καὶ ῥόδιον, καὶ ὁ αἰχαιῶν λιμὴν, καὶ πνὰ ἄλλα παρασίδετο. Eleunte.) Elæunte. ſic enim Græci.

Pygela portum tenuit,) Stephanus: πυγέλα πόλις ἰωνίας.

Quinque tantùm naues cum duabus Cois effugerunt,terrore flammę micantis via ſibi inter confertas na- 754.
ues facta.) Septem non quinq; edit Appianus: καὶ ἤδη νεῶν ἑπτὰ μὲν, αἱ τὸ πῦρ ἔφερον, ἑλένδος ἀνῆρτο δὲ τῶν φλόγα παρασίοντος, 755
ἔφλεγον. Cymæ,aliæque eiuſdem oræ vrbes.) Vet. lib. Cyma. Item Appianus: κύμη. καὶ δὴ τῇ νίκῃ φόβημα ἐμποιῆσις, καὶ σάμος καὶ κύμη παρὸς αὐτίοχον μετεπίθετο. Eumenes Elæam venit.) Appianus: ὅθεν ἀμειψὰς ἐς ἐλαίαν τὸ ἦ ἀχαΐς δρόμου ἐστὶ πλοῦ. Inde ad Macrin, quam vocant, inſulam traiecit.) Macrin Euboeam dictam eſſe auctores ſunt Strabo, Stephanus, Dionyſius, ἢ ἀπὸ εὐβοίας. Eſſe præterea alteram inſulam Macrin inter Cycladas tradit Euſtathius in Dionyſium his verbis: ἐλέγετο δὲ μάκρις καὶ κυκλάδων μία, ἣν ἤκουσε, φ' ἧς νομίζουσι πνὲς εἰρῆσθαι καὶ τὸ ἰκάριον πέλαγος.

Clauſumque iam mare commeatibus Italicis erat.) Vet.lib. Id mare. Obuiam à Liuio.) Vet.lib. Ab Li- 756
uio. Siue enim abſcedant.) Vet.lib. Si enim,probo: Nam ſequitur, Sin autem.

In Telmeſicum profecti ſinum.) Vet.li. Telmiſſicum,& Greci, τελμισσὸν oppidum vocant. In Bargyl- 757
letico ſinu.) In vet.lib. eſt, in Bargilyam, & Icoſon, mendosè illud quidem, verùm ita tamẽ, vt appareat Bargyliaco eſſe legendum. Græci enim βαργυλία, & βαργυλιακὸν κόλπον vocant.

Arcemque regni Pergamum ducit oppugnandum.) Vet.lib. Oppugnandam. 758

Agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.) Homerus Iliados β. 759
καρπαλὸν ἀναπορθήσας, καὶ τείχεα δήβης. & α. ὡχόμεθα ἐς θήβας ἱερὸν πόλιν ἠπήτην. Multos alios verſus afferre poſſum, quibus Thebes Homerus ita meminit, vt verè Liuius nobilitatam ab eo fuiſſe dixerit. Per eoſdem dies forte Elæam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus Diophanes omnibus his copijs præpoſito, acceſſerunt.) Appianus ita: ἵππον ὁμοῦ καὶ πεζὸν ἀχαιῶν ἀμύνειν σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ, καὶ ἱππεῖς ἑκατὸν ὁπάλεκτοι, ὧν διοφάνης ὁ στρατηγός.

Præſidium mille armatorum.) Vet.lib. Trium millium.

Philippum, & Nabin hoſtes & bello ſuperatos ab T. Quintio, tamen in regno relictos.) Perſpicuè apparet 760
legendum eſſe, Vt bello. Vt autem pro, Quamuis accipiendum, cùm ſequatur, Tamen. 761

Vel victam ſemel claſſem vincere iterum.) Ve.lib. Iterum vincere. A ſua parte belli.) Ab ſua. & item ab 762
Samo, ex vet.lib.

Myoneſus promontorium eſt inter Teium, Samumque.) Teum legendũ eſt ex vet.lib. & Græcis, Stepha- 763
nus ita: μυόννησος μεταξὺ τέω, καὶ λεβέδου. Item: τέως πόλις ἰωνίας, οἱ πολίτης τήϊοι. Eudamus Rhodius.) Eudorum hunc vocat Appianus. Aptius viſum eſſet Romanis, in eum portum, qui ante vrbem eſt, claſſem tranſire.) Vet.lib. Claſſe.

Ab Romanis LXXX. naues pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ & XX. erant. Hoſtium claſsis vndenonagin- 764
ta nauium fuit.) Appianus: ἐς ναυμαχίαν συλίεσαν πολυξενίδας μὲν ναυσὶν ἐννεήκοντα κατάφρακτοις, λαῶν δὲ ῥωμαίων ναύαρχος ὀγδοήκοντα καὶ πεντὴ, καὶ τύπων ἦσαν ὀκτὼ καὶ πέντε. καὶ εἴκοσιν. Quibus ex verbis apparet apud Liuium, quinque & viginti legendum. Qui error ex nota numeri emanauit, v. & II. Quadraginta duabus nauibus in ea pugna amiſsis, quarum tredecim captæ in poteſtatem hoſtium venerunt, cæteræ incenſæ aut demerſæ. Romanorum duæ naues fractæ ſunt, vulneratæ aliquot, Rhodia vna capta memorabili caſu.) Hæc ſic Appianus: καὶ διαφθάρησαν αὐτοῖς νῆες μὲν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα, ὧν πεντεκαίδεκα μὲν αὐτῆς αὐθημέσιν ἁλίσθησαν. ῥωμαίων δὲ ἀπώλοντο μόναι δύο, καὶ ὁ πολυξενίδας τῶν ῥοδίων ναῶν ἐπαγόμενος ἐς τὸν ἔφεσον κατήχθη. Rhodia vna capta memorabili caſu. Nam cùm roſtro percuſsiſſet Sidoniam nauem, anchora ictu ipſo excuſſa è naue ſua, vnco dente, velut manu ferrea iniecta, alligauit alterius proram. inde tumultu iniecto, cum diuellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodij, tractum anchorale, & implicitum remis latus alterum deterſit, debilitatam ea ipſa, quæ icta cohæſerat, nauim cepit.) Qui loci huius ſententiam aſſequuti non ſunt, quæ lectione vetere continebatur, ij dum emendare conati ſunt, penitus deformarunt. alij autẽ: Tractum Anchorale: alij tracta Anchora, & implicita remis, ex ingenio repoſuerunt: Cùm ſit in vet.li. omnibus: Tractu anchorali, & implicitum remis latus: hoc ſenſu: Rhodia nauis, inquit, vna capta memorabili caſu. Nam cùm ipſa roſtro percuſsiſſet Sidoniam nauẽ, anchora ictu ipſo è naue ſua Sidonia excuſſa, vnco dente, velut manu ferrea alligauit Rhodiæ proram, &, cùm inde diuellere ſe tumultu iniecto cupientes Rhodij inhiberent, tractu anchorali latus alterum Rhodiæ nauis remis implicitum deterſit. Ita debilitatã Rhodiam nauem Sidonia, quæ antè à Rhodia percuſſa cohæſerat cepit. Eſt igitur hæc tota oratio referenda ad rectum illũ caſum, Anchora, quæ & alligauit proram Rhodiæ nauis, & tractu anchorali latus eius alterum remis implicitum deterſit. Duo enim ſignificat incommoda ab illa anchora eſſe illata, alterum ab vnco dente, quo alligata Rhodiæ prora eſt, alterum à loris, quibus anchora tenetur, à quibus remi alterius lateris eiuſdem nauis deterſi, atque reciſi ſunt. Hunc etiã ſenſum expreſsit Appianus ita: μεχρὶ ῥοδίας νεὼς ἐς σιδονίαν ἐμβαλούσης, καὶ ἦ πληγῆς ὥτινι ἠρτημένης ἐς τὴν ῥοδίαν ἐπάγητε, καὶ σωιδήσειν ἀμφω παρὸς ἀλλήλας. Ariaraten.) Ariarathen, Græci enim ἀριαράθη. Direptis ante portum nauibus, cùm confeſsionem conceſsi maris vltimam hoſti expreſsiſſet.) Lege, directis: ea enim & veterum librorum lectio, & is fuit mos, vt victores in conſpectu eorum, qui victi eſſent, inſtruerentur, & ea re confeſsionem victoriæ ab hoſte elicerent. Itaque lib. priore ait, Ijs adiunctis Epheſum hoſtem perſecuti, ante oſtium portus acie inſtructa ſteterunt. Poſteaquam confeſsionem victis ſatis expreſſerunt, &c. Rhodias parte prædæ, & ſpolijs decoratas.) Vet.lib. Rhodios, &, Decoratos.

A Chalcide Oreum petentem.) Appianus, à Chalcide Demetriadem, habet, ἐς δημητριάδα ἐκ χαλκίδος δια- 766
πλέοντα. Alexandriam Troadem.) Appianus: τὴν ἀλεξανδρίαν τὴν ὀπὶ τροάνικι vocat. Non ſolùm frenis, ſed etiam iugo accepto.) Plutarchus aliter in apophthegmatis. Non ſolùm freno, ſed etiam inſeſſore, alluſit autem ad apologum equi, de quo Ariſtoteles lib. 2. Rhetoric. autem ſic: ἔλεγε περὶτερον, εἶπεν, ἀλλὰ μὴ νῦν. ὁ πότε καὶ ἦ χαλινὸν, καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέξαι.

Recepit ſe tranſgreſſus Phrygium amnem, circaque Magneſiam, quæ ad Sipylum eſt poſuit caſtra.) Appia- 767
nus ita: μεταστρατοπέδευσεν ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ σύπιλον, τεῖχός τε κρατερὸν τῷ στρατοπέδῳ περιετείχιζε, καὶ ἦ φρύγιον ποταμὸν ἐν παρόδῳ τοῖς πολεμίοις ἐπίθετο.

Cn. Domitius ad explorandum iter.) γνάϊον δομίτιον hunc appellat Plutarchus in Apophthegmatis. Sic enim 768
inquit,

inquit, γαῖ@ λομίπ@, ὃν σκιπίων ὁ μέγας αὐθ' ἑαυτῆ πρὸ ἀδελφῆ λελιπῶ πεζικατέστησεν ἐν τῷ πρὸς αὐτίοχον πολέμῳ. Consul Achæorum cetratis immistos auxiliares Eumenis tria millia fermè peditum æquata fronte instruxit. Glareanus hunc locum, vt obscurum notauit, idemq; Achæos auxiliares, & cetratos Pergamenos interpretatur, quo sensu nullus fœdior esse potest: cùm cetratos Achæos, Pergamenos Eumenis auxiliares accipere debeamus, interprete Appiano: ὅθεν ὑ τοῖς ἱππεῦσι ὁ δύμενῆς στρατὸς ἐτάττετο, ἢ ἀχαιῶν πελτασθὲν ἀεὶ περιλείπετο. Triballos, & Cretenses.) Veteres libri habent: Tralles & Cretenses. Appianus, κρῆτας, ἢ τραλλιανῆς. Glareanus tamen & hoc libro, & libro 27. pro Trallos, & Trales, vtrobique Triballos reponit, scilicet, quia ignorat Stephanum ita scribere: τραλλία μοῖρα ἡ ἰλλυρίας. λέγονται ἢ τράλλοι ἢ τράλλες ὥσπερ θεσπρώτιος. Puto autem apud Appianum esse mędosè τραλλιανῆς pro τραλλῆς. Siquidem Tralliani sunt è Trallibus oppido Lydię, eodem Stephano auctore. Ergo & hîc & paulò pòst vetus lectio retinenda est, & Tralles legendũ inuito Glareano. [Glareanus in ea acie Tralles legit, at in interpretamẽto dubitat, vt solet.]

Sexdecim elephantos post triarios in subsidio locauerunt.) Vet. lib. XV. Appianus certum numerum non apponit, paucos tamen fuisse ait: ἦσαν δ' ἐλεφάντων ὡς ἐῆχεν ὀλιβύης οὐδὲν νομίζων ἔτεθθαι χρήσιμον ὀλιγοτέρων τε ὄντων ἢ βραχυτέρων, οἷα λιβύων, ἔστησαν ὀπίσω ἅπαντας. X. & sex millia peditum more Macedonum armati fuêre, qui Phalangitæ appellabantur. Hæc media acies fuit in fronte, in decem partes diuisa.) Appianus: Ἀντίοχῳ δ' ὧν ὁ στρατὸς ἅπας ἐπὶ μυρίασμύριοι, ἢ τάτων τὸ κράτιστον ὡῶ ἢ φάλαγξ ἦ μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, ἢ μύριοι, ἱππεῖ δ' αὐτὸς ἐν μέσῳ διελὼν αὐτὰ χιλίους, ἢ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη. Ad latus dexterum Phalãgitarum mille, & quingentos pedites Gallogræcorum opposuit. his tria millia peditum loricatorum, cataphractos ipsi appellant, adiunxit. addita his ala mille fermè equitum, agema eam vocabant.) Satis constat, si sententiam sequi auctoris volumus, quingentos equites, & tria millia equitum, esse legendum. Quin etiam equitibus ab vtraque parte Gallogræcis phalangem clausam, atque munitam fuisse tradit Appianus his verbis: τοιάδε μὲν ὡῶ τὸ πεζὸν αὐτίοχῳ. ἱππεῖς δ' ἑκατέρωθεν αὐτῷ πυργηδὸν παρεστάχατο, γαλατάτε κατάφρακτοι, ἢ τὸ λεγόμενον ἄγημα πρῶτ μακεδόνων. εἰσὶ δ' ἢ οἵδε ἱππεῖς ὀπίλεκυοι. ἢ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγεται. τὰ μὲν ἐξ ἴσου ἢ φάλαγγος ὡῶ ἑκατέρωθεν. Quæ eadem verba, & quid sit Agema, docent, & nihil huic loco deesse, contra quàm censet Glareanus, probant. Agema eam vocant. Medi erant lecti viri.) De Agemate Arrianus, & Curtius, qui de rebus Alexandri scripserunt. Item Suidas ita: Ἄγημα τὸ περὶ τὸν βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων, ἢ ἵππων, ἢ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον ἢ μακεδονικῆς σωτάξεως κρατιστὸν ὁπλίσει ἢ σωμάτων ἀξίᾳ. Liuius libro 42. Delecta & viribus, & roboreætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipsi legionem vocabant. Argyraspides à genere armorum appellabantur. Appianus item: ἱππεῖς ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexandro non equites, vt Appianus, sed pedites nominat: τὸ πρῶ ἀργυρασπίδων τάγμα διαφέρον τῇ τε πρῶ ὅπλων λαμπρότητι, ἢ τῇ πρῶ ἀνδρῶν ἡρετῇ. DAHÆ deinde equites sagittarij.) Veteres libri, Dacæ. Appianus item: ἱππουτοξότται τε ὁπῆ τύποις ἕτεροι Δάκαι. Duo millia, & septingenti Mysi sagittarijs adiuncti erant.) Vet. lib. Sagittarij, rectè. Appianus enim Mysos sagittarios vocat, æquè atque Dacas. ἱππουτοξότται τε ὁπῆ τύποις ἕτεροι Δάκαι. ἢ μυσοί, ἢ ἐλυμαῖοι. At Elymæos etiam sagittarios vocat Liuius.

769 Ab læuo cornu phalangitis adiuncti erant pedites.) Equites legendum, vt suprà. Et similiter his armati duo millia Cappadocũ ab Ariarathe missa rege.) Appianus, ἢ καππαδόκες πνὲς ὓς ἔπεμψεν ἀριαράθης. Inde auxiliares missi omnium generum.) Appianus, ἢ μιγάδες ἄλλοι ξένοι. Et tria millia Cataphractorum equitum.) Appianus, κατάφρακτός τε ἵππ@ ὁμῶ τοῖς ἕτερα. Et mille alij equites regia ala leuioribus tegumentis suis, equorumque.) Regiam alam, ἑταιρικὸν, id est, amicorum, & sodalium vocat Appianus. inquit enim, ἢ ὡῶ ἐκ λευ ἑταιρικὸν ὡπλισμένων κέφως. Arrianus libro primo vocat, πρῶ ἑτάρων τῶν βασιλικῶν ἴλων. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ.) Quærit Glareanus, quem equitatum intelligat Liuius hoc loco. Huic ego respondeo, equites omnes intelligi, quos paulò antè in læuo cornu rex collocauit, Gallogræcos, Cappadoces, Mysos, Cataphractos, Regiam alam, hincque etiam perspici, Gallogræcos equites, non pedites esse legendum. Cameli, quos appellabant: Dromadas.) Appianus, Ἀράβαρες οἱ καμήλους ὀξυτάτας ὁπλισμένοι τοξεύουσι Gladios habentes tenues, longos quaterna cubita.) Appianus, ἢ μαχαίρας ὅτε πλησιάζοιεν ὁπλισμέναις, ἢ σενεᾶς μεγάντας. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares, & Cilices.) Appianus, κρητῶν τεξαλλιανῶν, ἢ κιλίκων ἐς τὸν κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων. Primi Tarentini.) Sic libro 35. Et tum omnium primum agmen constituit, dein Cretenses auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites binos secum trahentes equos, ad prima signa misit. De ijsdem Tarentinis equitibus meminit etiam Ælianus de instruendis aciebus. Rex ipse in dextro cornu erat, Seleucum filium, & Antipatrum fratris filium in læuo præposuit, media acies tribus permissa Minioni, & Zeusidi, & Philippo magistro elephantorum.) Appianus, ἐφιστὰς ὃ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν αὐτίοχ@ αὐτὸς. τοῖς δ' οὖν θατέρα σελεύκου ἰὼν αὐτόχου. τῷ δ' φάλαγγι φίλιππος ἐλεφαντάρχης. ἢ τοῖς πεζομάχοις μενδῆς τε, ἢ ζεῦξις. Hinc ego Mendi, Zeuxidi lego. Et humor toto ferè graui armatu.) Hanc rem sic expressit Frontinus lib. 4. Stratag. L. Scipio in Lydia cũ die, ac nocte imbre continuò vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantùm, aut equos deficere, verùm arcus quoque madentibus neruis inhabiles factos, exhortatus est suos, vt postero quamuis religioso die, committeretur prælium, quam sententiam secuta victoria est. Auxilia enim subsidiaria, quæ proxima.) Vet. lib. auxilia enim, subsidiáque, quæ proxima.

770 Et pila inter turbatos coniecere.) Vet. lib. Et pila in perturbatos, Rectè. dixit enim paulò antè: Ibi simul perturbati ordines. Cùm solutis ordinibus velut cæci super alios alij ruerent, & in cursu belluarum obtererentur.) Vet. lib. Super alios alij ruentes in cursu belluarum obtererentur. Ad quinquaginta millia peditum.) Appianus, ὡδὲ πεντακισμυρίους. Romanorum aliquot vulnerati sunt, ceciderunt non plus CCC. pedites, quatuor & viginti equites, & de Eumenis exercitu quinque & viginti.) Quinque & decem edit Appianus, ἐφάνησαν ὃ νεκροὶ ῥωμαίων μὲν πρῶ ἐξ ἄσεως ἱππεῖς εἴκοσι ἢ τέσσαρες, ἢ πεζοὶ πεντακόσιοι μάλιστα, ὡς ὁ αὐτίοχ@ ἔκλεινεν. δύμενοῦς δ' ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι. Ab Thyatira.) Stephanus neutro genere effert hanc vocem ait, eodemque modo Appianus & cæteri vsurparunt. Itaque ab Thyatiris legendum esse videretur, nisi Stephanus muliebri genere proferre posse subsignificaret.

771 Cum S. P. Q. R. pacem comprobauerint.) Vet. lib. Comprobauerit.

772 Aduersa pugna in Vacetanis.) Veteres lib. In Vastetanis. Strabo libro 3. meminit etiam in Hispania ἡ βασπανίας. L. Æmilij prætoris.) Cùm in omnibus libris legatur, proconsulis, emendauit tamen Glareanus, prætoris, vt aliàs sæpè sine causa: siquidem ait Plutarchus in vita eius, hunc cum imperio consulari in Hispaniam profectum esse, neque tanquam prętorem sex fasces, sed duodecim, vt consulem attulisse: ὅθι τῶτον ἢ πόλε μον ὁ αἰμίλι@ ἐξεπίμφθη στρατηγὸς, οὐχ' ἑξ ἔχων πελέκεις. ὅσους ἐχουσιν οἱ στρατηγοῦντες ἀλλὰ πεζοσταλῶν ἐτέρους πρώτους ὧδε ἢ ἀρχῆς ὑπατικὸν γενέδς τὸ ἀξίωμα. Ita Cic. li. 1. de Leg. L. Gellius ex prætura pro COS. in Galliam missus est. C. Valerius C. F. Tappo.) Tappus ex lapid. Capitol. Cùm cæteri centurias non explessent.) Non explere centurias est, quod se ignorare Glareanus fatetur, centuriarum legitima suffragia non conficere. Et in eum supplementum scriberet.) Vet. lib. Et in eius supplementum. Et vt supplementum scriberet.) Vet. lib. Et vt in

supple-

ſupplementum ſcriberet. Sic vbique Liuius. L. Plautius Hypſeus.) Hypſæus ex nummis argenteis & Græcis libris.

L. Bæbius Diues Hiſpaniam vlteriorem.) Vet. lib. L. Bæbius Diues vlteriorem, rectè: præceſſit enim Hiſpania citeriorem. 773

Spem magnam in poſterum amplificandi regni faciebat.) Vet. lib. Ampliandi.

L. Arunculeium, L. Æmilium Paulum.) Hic non eſt L. Æmilius Paullus L. F. in Hiſpania proconſul, ſed L. Æmilius Paullus M. F. de quo meminit in anno DXLIX. 775 777 Certare pio certamine cuius libet bonæ artis, ac virtutis auſi ſumus cum parentibus quæque ciuitas, & conditoribus ſuis.) Obſcurum hunc locum, & ferè vitiatum eſſe non ſcripſiſſet Glareanus, ſi Priſcianum legiſſet, virtutem huius loci oſtendentem libro 17. Vbi de diuerſis perſonis agit, vt Virgil. Diuellimur inde Iphithus, & Pelias mecum. Extra eundem Telmiſſum, & agrum.) Vet. lib. Extra eundem Telmiſſum, & caſtra Telmiſsium, & agrum.

Id cùm ægrè paterentur tot nobiles, nouum ſibi hominem tantum præferri, P. Sempronius Gracchus.) Ve. lib. Nouum ſibi hominem præferri, tantum P. Sempronius, hoc ſenſu: cùm tot nobiles ægrè ferrent honorem nouo hominis, nemo tamen niſi tribuni pl. duo diem ei dixerunt. C. Sempronius Rutilius.) Rutilus, ex ratione cognominum. 778 Cenſores T. Quintius Flamininus, M. Claudius Marcellus creati.) Hùc Marcellum Marcelli quinquies conſulis filium fuiſſe tradit Plutarchus in cenſura Quintij.

Quòd L. Æmilius in Hiſpania proſperè remp. geſsiſſet.) Vet. lib. Quod L. Æmilius Paullus in Hiſpania proſperè rem geſsiſſet. 779 Mare pacatum erat deuicto Antiocho, cogitantique Fabio cui rei potiſsimum inſiſteret, ne otioſam prouinciam habuiſſe videri poſſet, optimum viſum eſt in inſulam Cretam traijcere.) Senſus poſtulat, vt legas: Cogitanti itaque Fabio. Cuius erroris cauſa perſpicua ſatis eſt. Sic ſæpè aliàs.

IN EPITOMEN LIB. XXXVIII.

Tectoſagos.) Tectoſagas, vt pòſt dicam. Et cum eo loca, quæ tenent, occupàuerantq; referuntur.) Ve. lib. Et quando loca, quæ tenent occupauerint, referuntur. 780 Acta per ſe cauſa.) Vet. lib. pro ſe. A. Petilio Acteo tribuno pl.) Vet. lib. à Q. Petillio tribuno pl. Quòd præda cum Antiocho capta ærarium fraudaſſet.) Vet. lib. Præda ex Antiocho. Poſtquam is dies venit, euocatus in roſtra.) Vet. li. Poſtquam dies venit, is euocatus in roſtra. Qui antea Scipionibus inimicus erat.) Vet. lib. Fuerat. Cùm populus quæſtores in bona eius publicè poſsidenda miſiſſet.) Lege, Cùm prætor quæſtore: ſic enim Liuius: In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publicè quæſtores prætor miſit. Sed nequaquam tantum in ærarium redactum, quantæ ſummæ erat damnatus.) Voces illæ, In ærarium, delendæ ſunt, neque enim in veteribus libris reperiuntur, neq; apud Liuium, cuius hęc verba ſunt libro hoc extremò. Quæ neceſsitati ei erat ad cultum retenta.) Lege ex veteribus libris, & ex ipſomet Liuio, cuius hæc verba ſunt. Quæ neceſſaria ei erant ad cultum, redempta.

IN LIBRVM XXXVIII.

Pars vna Heracleam.) Acarnaniæ Heracleam intelligit, cuius meminit Stephanus. Trachin dicta λακεδαιμονίων κτίσμα Strabo.

Nihil ne bellum haberent, priuſquam penè in conſpectu hoſtis erat, præmeditati.) Vitioſa ſententia eſt hęc ſine dubio. Quid enim ſibi vult? Priuſquam penè in conſpectu erat. Ego mentem ſcriptoris ſequutus legendum cenſeo: Nihil ne bellum haberent prius, (nam penè in conſpectu hoſtis erat) præmeditati, hoc ſenſu: Miſerunt legatos ad tentandam pacem Romam, nihil præmeditati, ne bellum haberent prius, id eſt, priuſquam pax tentaretur. Quod ipſum imminebat: Nam hoſtis in conſpectu penè erat, quod M. Fuluius in Epirum exercitum traiecerat. 781

In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitesque robuſtos incutiebant.) Quo pacto tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, aut ſtipitum iecerint in arietes vix ſe intelligere ait Glareanus: Nõ dubito verò, quin planiſsimè intellecturus ſit, ſi quemadmodum aduerſum arietes proſint culcitræ, laquei, lupi, & columnæ grauiores, à Vitruuio didiciſſet. Et Liuius lib. 42. Arietem admotum libramento plumbi grauatum ad terram vrgebant. 782 Cumulus repentè terræ eminens.) Vet. lib. Tumulus repentè terra eminens. Quam diu rem traherent.) Vet. lib. Quòd diu rem traherent.

Tyrrheon.) Vet. lib. Tyrrheum. Succedens murum.) Vet. lib: Muris. 784

Imperium, maieſtatemq; populi Rom. gens Ætolorum conſeruato ſine dolo malo.) Clauſula eſt hæc fœderum, de qua ſic Cicero pro Cornelio Balbo. Adiunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus fœderibus: Maieſtatem populi Rom. comiter conſeruent, id habet hanc vim, vt ſit ille in fœdere inferior. Nam cùm alterius populi maieſtas conſeruari iubetur, de altero fileturˌ certè ille populus in ſuperiori conditione cauſaq; ponitur, cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur. 785 Obſides XL. arbitratu conſulis Romani dato.) Vet. li. Romanis, quod placet, quia præceſsit, Corcyræorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. T. Quintio, Cn. Domitio COSS.) L. Quintio, lege ex ipſomet Liuio, & Capitolinis conſulibus. Aeniadæ.) Oeniadæ, ex Thucydide, Stephano, vt ſuprà. Attalum igitur fratrem accerſit.) Vet. lib. fratrem eius, id eſt, Eumenis. Hieran comen.) Stephanus, ἱερὰ κώμη, Δῆμος Καρίας.

Huius amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ vrbs caput quondam Phrygiæ fuit.) Celænas, addita diphthongo, ſcribendas eſſe, Græcorũ ſcriptura oſtendit. Loquitur autem de fontibus Mæandri fluminis, de quo eadem Solinus capit. 43. Ex arce Celænarum Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuoſus inter Cariam & Ioniam præcipitat in ſinum, qui Mileſum diuidit, & Prienem. 786 Et Marſyas haud procul à Mæandri fontibus oriens in Mæandrum cadit.) De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregiè Q. Curtius li. 3. Media illa tempeſtate Celænarũ mœnia interfluebat Marſyas amnis fabuloſis Græcorum carminibus inclytus. Fons eius ex ſummo montis cacumine excurrens, in ſubiectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit. Cæterùm quandiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet: at cùm extra munimenta ſe euoluit, maiore vi ac mole agẽtem vndas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. 12. de Marſya. Ad Gordiutichos.) Stephanus: γορδίου τεῖχος πόλις μίσθυ κτισθεῖσα ὑπὸ τοῦ παιδὸς γορδίου. Id eſt, Gordiutichos vrbs Midæ condita à filio Gordio: nam pater Gordius vrbem condidit. Quod cùm ita ſit, ergo ineptiſsimè Glareanus, qui Gordiutichos populos eſſe arbitratus eſt, &

☞ Orcaorcos emendandum esse censuit. Imò Glareanus Gordiutichos probat, sed Gordiuticos negat se intelligere.] Ad Tabas tertijs castris peruentum.)In finibus Pisidarum posita est vrbs,in ea parte,quæ vergit Pamphylium mare.)De Tabis sic Steph.τάβαι πόλις λυδίας.οἱ δὲ φασὶ τὴν κιβύραν καὶ μάσυαν ἀδελφὰς, τὴν μὲν κτίσαι τὴν κιβύραν πόλιν, τὴν δὲ τάβας. Tum quoque equites in agmen Romanum eruptione facta haud modicè primo impetu turbauere.)Equites rectus est casus. Tabensium autem equites intelligit. Sic paulò pòst: apparuere cum magno tumultu hostium equites, nec turbarunt tantùm stationes Romanas repètè inuecti. Hoc dixi, quia hac de re laborare valdè Glareanus videtur. Haud procul Cibyra erant, nec legatio vlla à Moagete tyranno ciuitatis eius.) Moagerem tyrannum Cibyræ extremum fuisse scribit Strabo libro 13.ἡ κιβύρα ἐτυραννεῖτο ἀεί.ὅθεν μοαγέτου τοῦ τυραννεῖν τέλος ἦρε.

787 Præter Cibyram Syleum.)Stephanus:σύλειον πόλις φρυγίας,πνὲς τῆς παμφυλίας. A Cibyra per agros Sidensium.)Sida maritimum est Pamphyliæ oppidum. Sinda Pisidiæ mediterraneum, neque à Cibyra valde remotũ auctore Strabone lib. 12. & 13. Itaque Sindensium,non Sidensium legendum. Præter Caralitin paludem.) Huius paludis meminit Strabo libro duodecimo,non longè ab Iconio, quod est in Lycaonia, de qua tamen se ☞ nihil legisse ait Glareanus. [Glareanus non dixit se nihil de ea legisse,sed haud scire si vnquam de ea quid legerit,sæpè legimus,sed non meminimus.] Ad Mandrupyum manserunt.)Ve.li.Mandropum.Vereor ne Mãdropolis sit de qua Stephanus:μανδρόπολις φρυγίας πόλις. Ad Lyci fluminis fontem.)Cùm antea legeretur,Lysis,atque ita in omnibus manuscriptis libris legatur,Glareanus tamẽ emendauit, Lyci, quàm rectè,ipse viderit. Ego potius veterem scripturam retinendam censeo. Termesenses eo tẽpore.)Antea legebatur Thermenses,à Thermesõ autem Termesenses correxit Glareanus. Ego autem veterem hoc etiam loco scripturam tueor: id autem vt faciam peruetustum quoddam decretũ,quod Romæ visitur,me impellit,in quo ita est: QVEI THERMENSES MAIORES PEISIDÆ FVERVNT, QVEIQVE EORVM LEGIBVS THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM ANTE K. APRIL. QVÆ FVERVNT L. GELLIO, CN. LENTVLO COSS. THERMENSES MAIORES PISEIDÆ FACTI SVNT, &c. Est autem Termesus vrbs Pisidiæ,Strabone,Stephano,Eustathio,auctoribus. In agrum Salagassenum,&c. colunt Pisidæ.)Stephanus item:σαγάλασσος πόλις πισιδίας. Contrà Ptolemæus in Lycia statuit.pro Liuio est Arrianus lib.primò:λιῶ δὲ σαγάλασσος ἡ μικρὰ πόλις,πισίδων δὲ καὶ ταύτην οἴκειν. Ad Beundos, quod vetus appellant.Beudos legendum.Ptolemæus enim βεῦδος παλαιὸν vocat. Ad Mæandri fontes.)Ve. lib.Ad Alexandri.Glareanus ad Mæandri restituit.Ego ad Alandri:nõ enim vidit Glareanus,si ad Mæandri fontes consul iret,eum regressurum,non progressurum fuisse.Iam autem finibus Toliſtoboiorum vicinus erat,inter quos paulò pòst meminit Liuius fluminis Alandri. Ad xx. millia secessione facta à Brenno in Thraciã iter auerterunt.)Suidas eandem historiam recitat in voce,γαλᾶται:οἱ δὲ ἀπὸ θράκης,καὶ πρὸ ἀσίαν ἐστράφοντο ἀμφὶ τὰς ἅλυν,καὶ μάλιστά πως καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες,καὶ κρατήσαντες τοῦ πολέμου πάντων μικρῷ τοῦ δὲ τάδε τῆς ταύρου,ἀσιανῶν γενῶν τὰς μὲν ἄλλους ἐποτε λεῖς ἐποιήσαντο φόρου,αὐτοὶ δὲ τὰ πρὸς ἅλυν ποταμὸν χωρία κατακόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ βιθυνῶν τε καὶ καππαδοκῶν κέμερα. Toliſtobogiorum.)Vet.lib.Toliſtoboiorum.Rectè.sic Stephanus:τολισόβιοι ἔθνος γαλατικὸν ἐσπερίων μετοικησάντων ἐκ τῆς κελτογαλατίας εἰς βιθυνίαν.Item Appianus in Syriaca:γαλατικὸν τὸ ἔθνη τεκτοσάγατε,καὶ τρόκμοι,καὶ τολισόβιοι.Ijdem tamẽ Toliſtobogij etiã dicti sunt. Cum Lomnorio,ac Lutatio regulis.)Vet.lib.Lonorio.Strabo: Leonorio,quo pacto legendum esse puto.Eius hęc verba sunt,vbi de Asiaticis Gallis loquitur lib.12.ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν ἀσίαν γενέσθαι λεονόριος.

788 Tectosagi.)Apud Græcos hi populi modò Tectosagæ,modò Tectosages vocantur, vt Appianum,& Strabonem.Item Stephanus ait: τεκτόσαξ,ἔθνος γαλατικόν.εὕρηται τεκτοσάγης διὰ τοῦ ε,καὶ τεκτοσάγαι.) In vet.lib. etiam non Tectosagi legitur,sed Tectosages. Semel primo congressu ad Alliam eos olim fuderunt, maiores nostri ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in modum consternatos cædunt,fugantq;.) Loquitur de Alienſi clade.Itaque lege,vt est in vet.lib.Semel primo congressu ad Aliam olim fuderunt maiores nostros, ex eo tempore,&c.In priore autem membro,subaudiuntur Galli,in posteriore,Maiores nostri.

789 Magis vereor,ne.)Vet.lib.Magis id vereor,ne. Ad Alyatos castra posita.)Stephanus: Αλυατὰ χωρίον Εἰδωνίας. Eò missi ad Epossognatum redierunt, & legati compulsi reguli orantes.)Vox, Compulsi, non est in vet.lib.vt sit:legati missi ad Epossognatum,& legati reguli Epossognati eò redierunt. Et ipsum in eam gentem iterum,& Epossognatum.)Vet.lib.Et ipsũm in eam gentem iturum Epossognatũ. Tymbreti fluuio.) Vet.lib.Thymbri.Græci etiam vt Strabo,vt Stephanus τύμβριον ποταμὸν, nominãt. In Propontidem se effundit.)Loquitur de Sangario flumine.Itaque malim legi in Pontum,quàm in Propontidem. Sic enim Arrianus lib.1.τῶν δὲ σαγγαρίου εἰ μὲν πηγαὶ ἐκ φρυγίας εἰσὶν.ἀυτὸς δὲ διὰ τῆς θρακῶν τῆς βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν ἄξεινον πόντον.Ita Eustathius in Dionysium. Transgressis ponte perfecto flumen,præter ripam euntibus Galli matris magnę à Pessinunte occurrere cum insignibus suis,vaticinantes,&c.)Hanc historiam sic expressit Græcè Suidas:γαλᾶται ὃ ἔστε ῥωμαίων διερχόμενοι ἐγεφύρωσε τὸ σαγγάριον ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα καὶ βύσσατον,καὶ παρ' αὐτὸν τὸ ποταμὸν στρατοπεδιδὲ ταμένου παρεγίνοντο γάλλοι παρ' ἄτιδος καὶ βασιλικῆς ἐκ πισσινοῦντος ἱερέων τὸ μητρὸς τῶν θεῶν ἔχοντες πρὸς τὴν ἰδέαν καὶ τύπος, φάσκοντες πρεσαγγέλλειν τῷ θεῷ νίκην καὶ βράτορος,ὃς ὁ γαῖος φιλανθρώπως ἀπεδέξατο. Tria maria pari fermè distantia interuallo habet;Hellespontum ad Sinopen,& alterius oræ littora,qua Cilices maritimi colunt. De Gordio vrbe loquitur,de qua sic Curtius libro 3.Gordium Sangarius amnis interfluit pari interuallo Pontico & Cilicio mari distans.

790 Tectosagos.)Tectosagas,vt suprà. Orgiago & Colombolomanus.)Legendum Ortiagon,ex Vet. lib. Floro,eo,qui scripsit de viris illustribus.Et Suida,inquit enim,ὀρτιάγων γαλάτης,&c. Olympum montem petere.)Hoc in bello crebra est mentio Olympi montis,ad quem victi Toliſtobogij sunt,pro quo Didymum restituendum esse censet Glareanus. Quàm verè autem ita censeat,ostendit Appianus in Syriaca,vbi huius belli meminit ita:μαθὼν δὲ γαλατᾶς τὸς τολισοβίους αὐαφυγόντας ἐς τὸ μύσιον ὄλυμπον ὀπισθόχθους τῶν ὄρους ὀπιβάς,ἐστρέψατο φάλαγγας,ἕως ἀπέκλεινε. Et Triballi Thraces.)Vet.lib.Et Tralli,& Thraces,rectè:neque enim assentiendum est Glareano,qui pro Trallis Triballos inuexit,quos Illyriorum esse populos suprà docuimus.

792 Nunc cæci per vias,per inuia.)Perspicua menda est in voce,Nunc,pro qua libri veteres habent,ruunt. Ancyram nobilem in illis locis vrbem.)Sic Suidas in voce γαλᾶται.ὀπὶ γαλάτας ἐστράτευσαν ῥωμαῖοι κοινωμήσαντες αὐτοχῶρ ὀπὶ τῷ σιαυλῳ μάχης,καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς περὶ πόλιν ἄγκυραν μαλλον σφῶν ἡγουμένου μυείους μὲν τὰ μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσιν,&c.

793 Actæ sunt pacis conditiones.) In vet. lib. alijs Ictæ,alijs iactæ.Ego dictæ:quia subiungit:Finis rei,quia absentibus ducibus imponi non poterat.sic paulò pòst:Eo & ab Antiocho legati,& ab ipsis Gallis,vt pacis leges dicerentur.

794 Tectosagi,& Trocmi.)Vet. lib. Tectosagæ. Ariaratis Cappadoces, & Morzi auxiliares.)Morzis, videtur esse legendum, fuit autem Morzes rex Paphlagoniæ, & Ariarathes Cappadociæ. Quamobrem auxiliares

liares Morzis Paphlagones intelligit. Sic lib. 37. auxiliares Eumenis. Pergamenos intellexit, id est, auxilia, quæ secum ad bellum Romanum, aut Eumenes adduxit, aut Morzes: Hoc dico, quia vtroq; in loco hęret Glareanus, hoc autem etiam turpius, quòd Morzi an populi sint ambigit, cùm tamen Strabo lib. 12. Paphlagonum fuisse regem, & eius regiam fuisse Gangra, cui Deiotarus successerit, tradat his verbis: ὕστατος δὲ τῶν παφλαγονίας ἦρξε Δηιόταρος κατόρθος ὑὸς ὁ προσαγορευθεὶς φιλαδελφὸς τὸ μορζέως βασίλειον ἔχων τὰ γάγγρα. [Glareanus ait reguli nomen esse non populi.] Quatuor soli præteriti sunt nemo curuli vsus honore.) Hæc verba vertit sic Plutarchus in Quintio: ἐξὸν βαλὸν δὲ τῶν βυκλῆς τῷ ἑνὶ ἄγαν ὀπφαμῶν τέσσαρες.

In Cephaleniam.) Duplicandam esse in hac voce literam ll, docet Eustathius in Dionysium his verbis: τὴς δὲ κεφαλλωνίας ἡ τὸν κεφαλλωνέα ἐν διυσὶ λλ ἢ παλαιὰ χρῆσις ἄπασα ἔχει. 795 Obsides inde imperatos pro viribus inopes populi vicenos Nesiotæ, Crononij, Palenses, & Samæi dederunt.) Cùm in omnib. antè libris legeretur. Vicenos autem Cranonij, emendatum est, Vicenos Nesiotæ, Cranonij, vt quatuor qui fuisse dicuntur Cephalleniæ populi redderentur. Quorum tres omnium consensu fuerunt Cranij, Pallenses Samæi. quartum Thucydides li. 2. πεντναίους, vocat. Strabo lib. 10. πρόνησον nominat, pro quibus Nesiotæ restituti sunt. Cranij certè à Cranio, vt ait Stephanus, non Crannonij à Crannone legendum est. Sed triplex scutale crebris futuris duratum.) Hunc locum citat Priscianus lib. 6. ex libro T. Liuij ab vrbe cond. XXX VIII. ijsdem verbis vt de hac lectione, de qua alij laborarunt, laborandum esse non videatur.

Porticus ex ea pecunia Megalopoli permissu Achæorum refecta est, quam Lacedæmonij diruerant.) Vet. 797
lib. Porta, habent. Ager Belbinatis.) Belbinitis scribendum auctore Stephano, qui ita scribit: βέλβινα πόλις λακωνικὴ, τὸ ἐθνικὸν βελβινίτης, ὡς αἰγινίτης. Disciplina Lycurgi, cui per octingentos annos assueuerant.) Admonuit Glareanus videri legendum esse ex Chronicis Eusebij, per septingentos annos, quam lectionem reperi quo que in Vet. libris.

C. Catinius.) C. Atinius, ex alijs Liuij locis, vt suprà in tribunatu plebis eiusdem. In prouinciam ad ex- 798
ercitum redire.) Vet. lib. Et ad exercitum. Eo anno in ædem Herculis signum Dei ipsius ex decemuirorum responso, & seiuges in Capitolio aurati ab Cn. Cornelio positi, consulem dedisse inscriptum est.) Hoc totum dubium esse ait Glareanus, quia nec consulis nomen expressum est, nec annus: cùm tamen vtrunque factum sit, si, quod omninò faciendum esse videtur, à P. Cornelio, legeris, vt intelligamus P. Cornelium Nasicam, qui biennio antè COS. de Boijs triumphauit hoc demùm anno seiuges dedicasse: curasse tamen inscribendum, à P. Cornelio consule esse datos, id est, dum consul esset, non postquam consulatu abierat. Cognomen autem reticuit, quia eius consulis recens memoria erat. Quod de alijs Cornelijs consulibus multis antè annis non ita procederet, errandi etiam causa perspicua est, à P. ab. inde duplicata litera C. vt prænominis nota existeret. Hispanis legio nes singulæ.) Lege Hispanijs, quia subdit, quæ tum in ijs prouincijs erant. C. Valerius Tappo.) Tappus, vt iam sæpè dixi, ex Capit. lapid. Ex Valerij plebiscito.) Vet. lib. Ex Valerio, quod placet: vt enim lex Valeria, sic Valerium plebiscitum. Ita apud Gellium: Atinium plebiscitum.

A Perga L. Manlio fratre cum IIII. millibus militum Oroanda & misso. & pòst, Qui tum fortè ab Oroandis 799
redijt.) Oenoanda vrbs est Pamphiliæ auctore Stephano. Strabo mendum habet lib. 13. extremò προσγενομένων δὲ πεζῶν πόλεων ὁμόρων Θυεώνων, Καλυβήρων οἰναν δρέων, cùm sit legendum οἰναν δέων. Appianus li. 4. οἰναν δεῖς nominat, cùm autem hìc Pamphyliæ, alia, Lyciæque oppida nominentur, profectò Oenoanda legendum, non Oroanda, quæ inter Gallogræcos esse suprà traditum est. Néue nauigato citra Calycandrum, neue Sardedonem promontoria.) Calycadnum legendum est, ex Strabone, & Appiano in Syriaca, cuius in hoc fœdere narrando hæc verba sunt: ὅρῳ μὲν αὐτόχρῃ τῆ ἀρχῆς ἓξ διὸ ἄκρας Καλυκάδνιόν τε καὶ σαρπηδόνιον. καὶ τὰς δὲ μὴ παραπλεῖν αὐτόχρον ὅτι πολέμῳ. De Sarpedone item Strabo.

De Annibale Pœno, & Ætolo Thoante, & Mnasimacho Acarnane, & Chalcidensibus Eubulo, & Philone 800
dedendis.) Vet. li. Eubulida. Egregiè. sic enim li. priore. Thoantem quoq; Ætolum dedetis, & cùm eo Mnasimachum Acarnana, & Calcidenses Philonem, & Eubulidam. Quo in nomine laborauit Glareanus.

Circa templum Bendidium.) Vet. li. Mendidium. At Strabo meminit sacrorum Bendidiorum apud Thra 801
cas lib. 10. ἀθλοθεσίαι πολλαὶ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο. καὶ δὴ καὶ τὰ Σπάνια, καὶ τὰ φρύγια. τῶν μὲν γὰρ βενδιδίων πλέων μέμνηται, τῶν δὲ φρυγίων δημοσθένης. Glareano tamen Mendidium placet. Thraufi gens & ipsa Thracum.) Θραύσους vocat Stephanus eosdem, quos ἀγαθύρσους.

Et supra cætera Æmilius.) Vet. li. Super, id est, vltra. Parietes, pōstesq; nudatos, quos adorent, ad quos 802
precentur, & supplicent Ambracienses, non supereſſe. Quæ lectio probatur, quia sententiam Ciceronis reddit, quæ est in Diuinatione. sese iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere, quòd eorum simu lachra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.

Ne consule inimico Romam veniret.) Vet. lib. Rediret. De omnibus his consultum senatum, populú- 803
que iussisse.) Particula Que, vacat, ex vet. lib. Sensus est: Bella superiora omnia auctoritate patrum iussu populi esse susceptа, neque ea ante à populo iussa esse, quàm patres auctores sint facti.

Velut auium examina ad crepitum primum missilium auolauere.) Vet. li. Velut apium examina, vt libro 804
IIII. Fumóue victi, velut examen apum inermi credetis hosti. Obliuio deorum capiat pectora vestra.) Vet. lib. Nostra.

Sed causam apud vos P. C. accusantibus meis ipsè legatis dico.) Vet. lib. Accusantibus me his legatis, quod 805
probo. neque enim legatos decem ad constituendam prouinciam missos à senatu, imperator suos legatos appel lauerit. Ea de illis quoque, qui Asiam incolūt existimetis Gallis, remota vniuersæ gentis infamia.) Vet. lib. Ea de illis quoque, qui Asiam incolunt existimetis. Gallos remota vniuersæ gentis infamia, atque inuidia per se ipsos æstimate.

P. Scipioni Africano, vt Valerius Antias auctor est, duo Quintij Petilii diem dixerunt.) Appianus item in 806
Syriaca duos tribunos plebis tradit: καὶ δύο δήμαρχοι δωροδοκίας αὐτὸν ἐδίωξαν, καὶ πρεσβοσίας. Et Plutarchus in Catone Petillios: ὡς δεῖ σκιπίωνα τὸν πετίλλιον. Et in li. Apophtheg. πετιλλίε δὲ καὶ κοίντε πολλὰ πρὸς ἀλλήλους ἀμύνασθαι καὶ ὑπομεῖναι. ex quibus locis intelligi potest Petilios duobus ll, esse scribendum, vt est etiam in Capitolinis lapi. alter enim eorum Q. Petilius Spurinus non abhinc anno est prætor, & paulò pòst in consulatu moritur.

Locris Pleminianum tumultum.) De quo lib. 29.

Huic rogationi primo Q. & L. Nummij intercedebant.) Primò, abest à veteribus libris. Porrò autem, 807 809
Mummij, lego, quæ gens notissima est. L. quidem Mummius decem ab hinc annis prætor est. Omnes tribus vti rogasset, iussserunt.) Vti rogas, vtiam sæpè admonui. Cæterùm ad hunc nimis æquum, aut iniquum prætorem reus extemplò factus L. Scipio.) Fieri reum ad prætorem, pro apud prætorem dictum est. Suet. in Tiberio: Fannium Cæpionem reum maiestatis ad iuuenes fecit, & condemnauit. Sic lib. 40. Perleum ad patrem

trem accuſauit. Et ad portam Capenam mulſum profequutis funus dediſſe.) Mulſum οἰνομέλλι vocat Plutarchus, cum hanc eandem rem tradit in lib. Apophtheg. Ἀποθανόντ@ δ' πῶς ἔδει τὸν ἐκφορὰν παραγίγνομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνομέλλι. Ab eadem fiducia anni, cùm quæſtores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent, poſciſſe claues, & ſe ærariũ aperturũ dixiſſe, qui vt clauderetur eſſeciſſet.) Plutarchus ſic hoc in Apophtheg. χρήματα δ' ἡ συγκλήτ@ λαβεῖν αὐτ@ ἐκ τοῦ ταμείου ἀφισαμένης, πρὸ δ' ταμιῶν ὁ βουλόμενον αὐοίξαι τὰ ἡμέρας ὀκείνης, ἀυτὸς αὐοίξειν ἔφη, καὶ δ' κλείεδα δι' ἀυτ' πλήσαντα χρημάτων τὸ ταμιεῖον.

810 Cùm L. Scipio, & accuſatus damnatus ſit.) Vet. li. Et accuſatus, & damnatus ſit. Cùm à porta rectè ad forum ſe contuliſſet.) Rectà, ex vet. lib. Hæc enim ipſe Gracchus queritur.) Ve. lib. Ipſe Gracchus. Hæc de tanto viro, quanquam & opinionibus, & monumentis literarum variarent, proponenda erant.) Ve. li. Quam & opinionibus, id eſt, dicendum fuit, quemadmodum de tanti viri rebus his ſcriptores inter ſe diſcordarent. Mirabile enim videri vult, auctores in tam illuſtris viri rebus prodendis non idem ſcripſiſſe.

811 Vt in carcere inter fures nocturnos & latrones, vir clariſsimus includatur.) Vet. lib. In carcerem. Et in robore, ac tenebris experiret.) Valerius lib. 6. cap. 3. Quinetiam familiares Gracchorum, ne quis reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt. Feſtus: Robur quoque dictus eſt in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod antè arcis robuſteis includebatur.

812 Non paſſurum inter hoſtes populi Rom. L. Scipionem in carcere, & in vinculis eſſe.) Voces illæ L. Scipionẽ, videtur vacare, initio enim huius periodi poſitæ ſunt, L. Scipionem, qui regem opulentiſsimum orbis terrarum deuicerit, qui plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit, non paſſurum inter hoſtes populi Rom. in carcere, & in vinculis eſſe.

IN EPITOMEN LIB. XXXIX.

A Cenſoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone vir & belli, & pacis artibus maximus, motus eſt ſenatu L. Quintius.) Lege, M. Porcio Catone, viro & belli, & pacis artibus maximo. In has enim eius laudes digreditur hoc libro Liuius, vbi de cenſura eius loquitur, quæ laudes L. Quintio nec tribuuntur, nec tribui iure poſſunt. QVOD cùm Galliam prouinciam conſul obtinuerat rogatus à Philippo Pœno.) Veteres libri, Rogatus in conuiuio à Philippo Pœno. Pollentia, & Piſaurum.) Potentia, vt pòſt dicam. Cuius origo inde venit.) Vet. lib. Inde fluxit.

IN LIBRVM XXXIX.

Circunſeſsi & expugnati ſunt.) Et, vacat ex vet. lib.

813 Qui in agrum Piſanum, Bononienſemque ita incurſauerant, vt coli non poſſent.) poſſet. Vet. lib. Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus, in his & Friſinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius.) Veteres libri Friniates habent, non Friſinates. Legi tamen non poteſt, Friniates, quòd ij & cis Apenninum fuerint, & à Flaminio ſubacti ſint, vt paulò antè ait Liuius. Quare puto legendũ eſſe Briniates. Sunt enim tranſmontani teſte Liuio lib. 41. vbi de Liguribus populis verba facit, ita: Cis Apenninum Garuli, Lapicini, & Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant. Sunt autem hæc Ligurum populorum nomina apud Liuium: Apuani, Briniates, Celelates, Cerdiciates, Epanterij, Friniates, Garuli, Hercates, Iluates, Ingauni, Intemelij, Lapicini, Statellates. Item: Montani, Alpini, Tranſmontani, Cis Apenninum, Trans Apenninum. De Apuanis & Montanis ita Cato in Fragmentis, quæ dicuntur eſſe Originum, Ad Macræ fontes eſt Apua oppidum, Apuanos Ligures vocant. Montanos verò omnes Ligures, qui à Macra in Nicæam effunduntur. Apuani ab Arno ad Macram. Et C. Sempronius ita: Pars Apennini à Nicæa ad fontes Macræ Ligures montanos alit, à fontibus verò Macræ ad fontes Tyberis Apenninum colunt Ligures Apuani. Et paulò pòſt: Ab Nicæa ad Macram tenent Ligures Montani, à Macra ad Arnum & portum Ligurnum Ligures Apuani, quos ſequuntur Ligures Etruſci Populonij, à quo ad Tyberim ſunt Etruſci, Ligures, Tyrrheni. Et Liuius lib. 40. Adortus à Piſis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluuium incolebant, in deditionem accepit. Item: Montanorum Liguum vineæ cæſæ. De Ingaunis & Epanterijs lib. 28. extremò ſic ait Liuius. Inde ad oram Ligurum Alpinorũ claſſem admouit, Ingauni (Ligurum ea gens eſt) bellum ea tempeſtate gerebant cum Apenterijs montanis. De Illuatibus autem libro 32. De Ingaunis, & Intemelijs libro 40. De Celelatibus, & Cerdiciatibus lib. 32. De Statellatibus libro 42. Poſtremò Sempronius omnem oram maritimam vſque ad Tyberim Liguriam dictam eſſe tradit. Viam à Bononia perduxit Arretium.) Loquitur de conſulibus C. Flaminio, M. Æmilio, quorum illum viam à Bononia Arretiũ, hunc à Placentia Ariminum ait perduxiſſe. Cuius loci meminit, quia aliter Strabo prodidit lib. 5. Flaminium à Roma per Etruriam Ariminum, Lepidum ab Arimino Bononiam, atq; inde in Aquileiam, verba eius hæc ſunt: ἄλλη δ' ἐξῆν αἰμιλία διαδραμόντι τὴν φλαμινίαν. σωυπάτεσθαν δ' ἀλλήλοις μαῖχος λέπιδ@, καὶ γάι@ φλαμίνι@, καθελόντες δ' λιγύας, ὁ μὲν τὴν φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ ῥώμης διὰ τυῤῥηνῶν, καὶ τὰ ὁμβρικῆς μέχρι πῆς πρὸς ἀρίμινον τόπων. ὁ δ' τὴν ἐξῆς μεχρὶ βονονίας καλουμένην ἐκ πλυλίας.

814 Donis militaribus donauit.) Gellius lib. 5. ca. 6. M. Cato obiecit, inquit, M. Fuluio Nobiliori, quòd milites per ambitionem coronis, leuiſsimis de cauſis donaſſet. Coronis autem donauerat, quia vallum curauerant, aut quia puteum ſtrenuè foderant.

815 Ij primùm lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ ſuppellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt.) Monet Glareanus, vt videamus, quemadmodũ, Lectos æratos, Liuius acceperit, putatque intellexiſſe Liuium, lectos, in quibus dormirent, cùm accipiendum ſit de ijs, in quibus accumberent. Antiquos enim tribus ſtratis lectis epulari ſolitos, vnde Triclinia dicta ſunt, ſcribit Seruius. Vnde Virgil. Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto, & Heliogabalum tradit Lampridius ſolido argento lectos triclinares habuiſſe. Id autem ita eſſe docet Plinius, qui lib. 34. cap. 3. hunc locum tractans ait: Triclinia ærata abacosq;, & monopodia Cn. Manlium Aſia deuicta primùm inuexiſſe triumpho ſuo. Et Macrobius lib. 3. ex Indice Metelli. Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt. [Iniuria afficit Glareanum qui ita dicit conſiderandum, quo modo acceperit Liuius lectos, num æratos adiecerit, innuẽs pro triclinijs intelligi, deinde an non & Triclinia lecti ſunt?] Epulæ quoque ipſæ & cura, & ſumptu maiore apparari cœptæ, tũ coquus viliſsimum antiquis mancipium, & æſtimatione, & vſu in pretio eſſe.) Hoc ſic Athenæus libro ſexto, extremò:

Νῦν ἢ ὡς Διόμπομπος ἱστορεῖ ἐν τῷ πρώτῃ περὶ φιλιππικῶν, ὑβρεῖς ὄβελ ἢ περὶ μετοίκων δ' ποριμένων, ὅς πτε ὁ πολυτελῆ πρόπεζαν παρατίθετο, μαγείρους ἢ ἢ θεραπείαν ἄλλω πολλῶ κίνπτω τω. C.Catinij,& L.Manlij.)C.Atinij. Vet.lib. vt suprà. M. Furio Lusco.)Furiorum cognomen est Fusus,vt est in Capit. tabulis,non Luscus,aut Fuscus, vt est in vulgatis & manuscriptis libris. Qui aperta religione propalàm & quæstum, & disciplinam profitendo animos errore imbueret.)Vet.lib.Horrore,id est,metu religionis.sequitur autem:Sed occultorum antistes sacrorum. li.10. Qui perfundere religione animum posset. Falsa signa testimoniaque,& iudicia ex eadem officina exibant.) Indicia,lego,vt sit:Falsi indices.Index autem est,qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita.Pædian.Hæc autem indicia falsis aliorum testimonijs confirmabantur.

P.Ebutius.)Æbutius,vt suprà. Bacchis eum se initiaturam.)Quia primò id sacrarium fœminarum fuit,nec vir quisquam eò admitti solitus fuit,propterea quasi Baccharum sacrum esset, Bacchis initiari, dixerunt, qui se sacro illi committeret. Ne vox quiritantis,cum per vim stuprum inferatur,exaudiri possit.) Vet.lib. Cui per vim. 816

Hanc summam inter eos religionem esse.)Vet.lib.Religionis.

Adiutores triumuiris quinqueuiri,vti cis Tiberim suæ quisque regionis ædificijs præessent.)Non extat verbum,ad quod referatur vox illa,Adiutores,neque enim à superiore, mandatum est,regi potest. Suspicor igitur legendum ita:Adiutores triumuiris quinque viri dati,vti cis Tiberim.Creauit autem errorem librario vox, vti, quæ sequutura erat post dati,atque earum alterum ob similitudinem,vt fit,prætermisit,sic lib.40. Postulantibus tamen ijs,quinqueuiri ab senatu dati. Maiores vestri ne vos quidè nisi cùm aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus edictus esset,aut plebi concilium tribuni edixissent,aut aliquis ex magistratibus ad cõcionem vocasset,fortè temerè coire voluerunt.)His verbis centuriata comitia describit,& tributa,& concionẽ.Hæc omnia aliorum auctoritate scriptorum comprobabo.Gell.lib.15.cap.27.Centuriata comitia intra pomœriũ fieri nefas,quia exercitum extra vrbem imperari oporteat,intra vrbem imperari ius non sit: propterea centuriata in campo haberi,exercitumque imperari præsidij causa solitum,quoniam populus esset in suffragijs ferendis occupatus.De vexillo in arce Ianiculi posito,& Ianiculo ipso dũ centuriata haberentur comitia custodito scribit Dio li.47.in cõsulatu Ciceronis,ita:πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μή ποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τὸς λόχους ὅπλῶν τινες τὴ πόλιν τὸ Ἰανίκουλον καταλαβόντες ἐνόμισαν μὴ πάντας ἅμα ληΐσασθαι, ἀλλὰ πρὸς αἰεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαλοχῆς φυλάττειν ἢ ἀπὸ ἕως μὲν ἢ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν, ὁπότε ἢ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τότε σημεῖον καθηρεῖτο, ἢ οἱ φύλακες ἀπῆλθον τοῦτο δὲ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου οὐδὲν ἧττον πραγματεύεσθαι. πᾶσι ἢ ἐν μόναις ταῖς τὸς λόχους αἱρουσι μέναις ἐκκλησίαις ἐγίνοντο, ὅπου τε ἔξω τοῦ τείχους, ἢ ὅπου πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον εἰς αὐτὰς συνιέναι. De Tributis comitijs,quod verius,plebis concilium dicitur,sic Gellius eodem loco. Qui non vniuersum populum,sed partem aliquam adesse iubet,non comitia,sed consilium edicere debet.Tribuni autem neque aduocant patricios, neq; ad eos referre de re vlla possunt.De concione ita lib.13.cap.15.Aliud est cum populo agere, aliud concionem habere.Nam cum populo agere est rogare quid populum,quod suffragijs suis aut iubeat,aut vetet.Concionem habere,est verba facere ad populum sine vlla rogatione.Et Festus lib.3.Concio conuentus,quia magistratus, vel sacerdote aliquo per præconem conuocatur. 817 818

Quoties hoc patrum,auorumque ætate.)Hac de re scribit lib.4.& lib.25. 819

M.& L.Catinios de plebe Romana.)Vet.lib.M.& Catinium.Hinc ego,M.& C.Atinios, vt suprà.Plebeius homo dicitur,qui è gente plebeia est,id est,non patricia.De plebe autem is,qui non est è senatorio ordine. 820

Socium,ac Latini nominis.)Vet.lib.Socium Latini nominis.Vtraq; forma dicendi vsitata. Nec prius sequendi Ligures finem,quàm Romani fugæ fecerunt.)Nec,abest à vet.lib.optimo sensu,id est,antè desijsse inse qui Ligures,quàm Romanos fugere,vt infrà.Nec institere perculsis hostes. Neq; enim verisimile est, Romanos, qui plerique arma abiecerant,prælium instaurasse,nec Ligures compressa fuga Romanorum esse regressos. verũ tantam fuisse Romanorum fugam significat,vt antè Ligures defatigati sint in sequendo, quàm Romani in fugiendo. Ludi Taurilia per biduum facti religionis causa,apparatos deinde ludos M.Fuluius,quos vouerat Ætolico bello fecit.)Vet.lib.habent.Decem apparatos deinde ludos.Ex quo suspicor scripsisse Liuium: Per dies decem apparatos,vt sit,per dies decem fecit ludos.Nam de Taurilibus dixerat,per biduum. Sic autem de ludis eiusmodi loquitur vbique,vt paulò pòst:L.Scipio ludos eo tempore,quos bello Antiochi vouisse sese dicebat ex collata ad id pecunia ab regibus,ciuitatibusque per dies decem fecit.Et lib. 42.Ludos per dies decem Ioui Opti. Maxim.primo quoque die faciendos.Et libro 40. Ludi votiui Q.Fuluij cos. per dies decem magno apparatu facti. 821

In Venetia.)Ambigit de hac voce Glareanus,quæ tamen est apud Paterculum lib.2.Florum de bello Cimbrico,Eustathium in Dionysium,& Liuium lib.2. [Glareanus dicit frequentius dici in Venetos,quàm in Venetiam,idque verum est,non negat alterum non dici.] Inchoata initia à Philippo sunt.)Vet. li. Ab ipso Philippo sunt. Vna ea res,cùm victo leges imponerentur,maximè angebat.)Vet.lib.Vna eum res. 822

Perræbi Connocondylum.)Nusquam legisse se hoc oppidum ait Glareanus.Ego,Gonnocondylum,legẽdum puto,vocem iniunctam ex duobus oppidorum nominibus,quorum meminit Liuius lib. 44.Hic locus tã suapte natura infestus per quatuor distantia loca præsidijs regijs fuit infessus.vnum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum Condylon castello inexpugnabili.De Gonnis, vel Gonno oppido Perrębiæ suprà etiam meminit Liuius. [Glareanus ait,non facilè inueniri hæc nomina,atque id quoque verum est.]

Petram in Pieria ab ijsdem Thessalis,Perræbisq; captam.)Petram oppidum negat vspiam reperiri Glareanus.at Plutarchus in Paullo ait:διὰ πέτρας ὁδὸς τοῦ θυδίου, ἢ πλὴ πέτραν. Xynias quidem haud dubiè Ætolicũ oppidum.)Xyniæ quid sint se nescire ait Glareanus.at Stephanus ait tamen:Ξυνία θετταλίας πόλις, πολύβιος ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν ξυνιεύς. [Glareanus dicit Xyniarum etiam huius secundæ Decados libro mentionem fieri, non item apud alios.] Et Paracheloida,quæ sub Athamania esset.)Ne Paracheloida quidè nouit Glareanus,cùm Paracheloitas statuat Strabo,& inter Thessalos,& inter Ætolos.Sic enim lib.9.ἐφεξῆς δ' ὁμόρους τῇ δ' ἐοικῇ, παραχελωΐται ἢ τέτρες ὁμωνύμους τοῖς αἰτωλικοῖς, ἢ δὲ ἐν ταύθα ὄβελ ἐχελῶος ποταμὸς πλησίον λαμίας, παρ' ὃν οἰκῶσιν οἱ παραχελωΐται. De Thessalica hîc loquitur. Tricca,Phaloria,& Eurymenæ.)Tria Thessaliæ oppida sunt,auctore Stephano. De Phaloria autem ita ait:φαλόρη πόλις θετταλίας, ταύτῃ ῥιανὸς φαλωρέαν καλεῖ. 823

Alterum deridiculum esse.)Vet.lib.Alterum ridiculum esse. Viam regiã, quæ ad Thraciæ Paroreiam subeat.)Quid sit Paroreia,sibi non constare scribit Glareanus.Duas tamen Paroreias prodit Stephanus, vnam Arcadiæ,alteram Macedoniæ.Quæ causa effecit,vt Liuius dixerit,Paroreiam Thraciæ,vt eam ab Arcadica distingueret. [Glareanus primò fatetur non satis constare.sed postea adducit Plinium de Paroreis.] 824

Quo in numero me esse velitis,refert.)Vet.lib. Referre,quod placet, quia sequitur: Pergite vt cœpistis facere. 825

826 L.Iuuentium Taluam.)Thalnam,ex conſulibus Capitolinis. L. Porcius Licinius.) Licinus ex conſul.Cap.

829 Et cogitatio quàm nox non ex æquo diſceptatio futura eſſet.) Nox, vacat: ſic paulò pòſt.Et quàm non ex æquo diſceptatum apud Cæcilium foret,ex vet.lib.Cæterùm Arei huius & Alcibiadis hiſtoriam multis verbis apud Pauſaniam inuenies in Achaicis expoſitam.

831 Cn.Manlius Volſco.)Vulſo,ex tab.Cap. L.Furius Purpurio.)Purpureo,ex tab.Cap. T.&M.Sempronij Longus,& Tuditanus.)Ti.& M.ex tab.Cap.

832 Conſenſerantque præter L.Flaccum,qui collega in conſulatu fuerat,candidati omnes ad deijciendum honore.) Vet.lib.habent,Coierantque, & ad deijciendum honore eum. Miror autem Gelenium pro, coierant, conſenſerant,repoſuiſſe,cùm coire in hac re proprium verbum ſit,vnde coitiones appellatæ.Sic Pædianus in toga cad.Coierunt ambo,vt Ciceronem conſulatu deijcerent. Quo de dicendi genere ſuprà etiam diximus. coire, συμφρονεῖν vocat Plutarchus in Catone.Si igitur præter L.Flaccum candidati reliqui coierant, profectò rectè Plutarchus,qui competitores ſeptem Catonis fuiſſe ait:Quod Glareanus non vidit,qui apud competitorem L.Flaccum,legit. Nonageſimo anno Sergium Galbam ad populi adduxerit iudicium.) Seruium,lege,quod eſt prænomen Sulpiciorum Galbarum.ſic Plutarchus σερβίου γάλβα κατηγόρησεν ἐννενήκοντα γεγονὼς ἐτῶν. Cicero tamẽ ab vtroque diſſentit,quippe ex cuius verbis eliciatur ex lib. de Senectute Catonem non amplius, quàm LXXXIIII. annos vixiſſe.ſiquidem natus eſt anno poſtquam Q.Fabius Maximus primùm conſul fuit, mortuus Manlio,& Cenſorino conſulib.Malim ego librarij erratum,quàm Liuij.ſiquidem apud eum,qui ſcripſit de viris illuſtribus eſt,Galbam octogenarium accuſauit,vt octogeſimo hîc etiam ſit legendum.neque enim vitium eſt apud Cicero nem,vt cenſet Glareanus. [Glareanus ſatis luculenter ea de re diſſerit:hæc cur non potius refelluntur,quàm liuido dente carpuntur.] Septem mouerunt ſenatu,ex quibus vnum inſignem & nobilitate & honoribus L. Quintium Flamininum cõſularem:Plutarchus ſic vertit:ἐξέβαλε τῆς βουλῆς ἄλλους τε συχνοὺς καὶ λαμπρὸν κοίνπιον ὕπατον μὲν ἐπὶ θατέρου ἐνιαυτοῖς.

833 Spectaculum gladiatorium.) Ve.li.Gladiatorum. Nobilem Boium cum liberis transfugam veniſſe.) Citat hæc verba ex Liuio Plutarchus: ὁ δὲ λίβιος ἀυτόμολον φησὶν γαλάτην ἀνάκειθαι τῷ λαμπρῷ καὶ ἐπιφανεῖ ἀνδρὶ, ἀλλ' αὐτὸν ἰδίᾳ χρεῖα καὶ ταῦτα ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι κάτων. Idem ſcribit in Flaminino. Fabulę ſine auctore editę credidiſſet.) Huius tamẽ hiſtoriæ auctor eſt Cicero in li. de Senectute.Quod etiam notauit Plutarchus. Ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu conſulis recubantis.) Recubabat in ſinu,quia vt ſuprà dixit,infra conſulem accumbebat.quo modo de ſcorto Cytheride ait ad Papirium Cicero: Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. Lecto enim accubuiſſe eodem(vt mos erat in triclinijs)ſignificat. In cẽſum referre viatores iuſsi.)Iuſsit, eſt in veteribus libris.& id ſequens etiam membrum deſiderat. Item mancipia minora annis XX.quæ poſt proximum luſtrum X.millibus æris,aut eo pluris veniſſent,vti ea quoque decem, tantò pluris, quàm quanti eſſent æſtimarentur.)Vet.lib.habent, X.millibus æris,aut pluris eo veniſſent.Porrò autem quod ait Gelenius,ſubaudiendum eſſe,Millibus, vt ſit:Vti ea quoque decem millibus,tantò pluris,quàm quanti eſſent:non procedit.Eſt enim intelligendum,& coniungendum,decem tantò pluris,id eſt, vt ait in hac re exponenda Plutarchus, decuplo pluris,vel decies tanto pluris:ὥστε πιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον.Sic libro primo dixit:Alterum tantùm. Et Plautus in Bacch.Sexcenta tanta,& in Trinumo.Tribus tantis.Et Liuius libro 40.Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congeſsiſſe. Niſi quis legere malit,decies tanto pluris.quomodo dixit in Verrem Cicero. Quinquies tanto amplius,vt nota numeri X.errorem attulerit. Et his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur.Dubium habet hunc locum Glareanus,quem tamen nihil vitij continere ex Plutarcho,qui totam hanc Catonis cenſuram Græcè ex Liuio vertit,perſpicuè intelligi poteſt,ſic enim ait: [Glareanus ait locũ obſcurum,non vitioſum.] ἀνάγκαζεν ἐκβῆναι τῶν ὀχημάτων, κόσμου γυναικείου σκευῶν ἢ οἰκετῶν δίαιταν, ὧν ἑκάστου τὸ τίμημα δραχμὰς χιλίας, ἢ πεντακοσίας ὑφῃρέθαι ἐκέλευε, ὥστε πιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ὅσῳ μείζονα πιμήματα αὐτοῖς μείζονας ἢ τὰς εἰσφορὰς ἔθεσαν, ἢ πρόσθεν πρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις: id eſt,coegit veſtimenta, vehicula, mundum muliebrem,& familiarem ſuppellectilem,ſi pluris quàm mille,& quingentas drachmas æſtimata eſſent, decuplo pluris æſtimari,quòd vellet eos,quorum res pluris æſtimatę eſſent,maiora etiam tributa conferre.Itaq; ſingulis millibus ternos æneos attribuit.Sic ſupra locutus eſt in triumpho Vulſonis.s.c.factum eſt,vt ex pecunia,quæ in triumpho translata eſſet,ſtipendium collatum à populo in publicum,quod eius ſolutum antea non eſſet, ſolueretur,vicenos quinos,& ſẽmiſſes in millia æris quæſtores vrbani ſoluerunt. Et vectigalia ſummis pretijs,vltrò tributa infimis locauerint.)De integritate huius lectionis cur dubiret Glareanus neſcio:quid enim huic ſententiæ deeſt?cùm ſcieris aliud eſſe vectigalia,aliud vltro tributa.ſic enim lib.43.Qui publica vectigalia,aut vltro tributa conduxiſſent.Plutarchus autem ita:τὰ δὲ τέλη πᾶσι πρόσεσιν ὅλῃ τὴν ἐχρῶντας ἐλαίων πιμὰς. [Glareanus ait ea verba indigere attento lectore,& optat vt omnia ſint integra.] Coloniæ duæ Pollentia in Picenum.) Vet.lib. Potentia.Item Velleius,vbi de colonijs verba facit.Item Plinius,item Mela Potentiæ in Piceno meminerunt. Deduxerunt ijdem triumuiri Q.Fabius Labeo.)Triumuiri,inquit,qui Piſaurum,ijdem etiam Potentiam coloniam deduxerunt.Hoc vt dicerem, Glareanus effecit, qui mendum ſubeſſe putat. [Glareanus nihil dicit de menda,ſed dubitat,vt ſolet.] P.Claudius,& M.Porcius.)L.Porcius,ſic enim antè Liuius, & tabulæ Capitolinæ. Pontifex Maximus eſt creatus C.Seruilius Geminus.) Hic in conſulatu, & decemuiratu ſacrorum caret cognomine Gemini,& rectè. Cur autem ita ſit,ſupra expoſui.Quare ex hoc etiam loco,Geminus,eradendum eſt.

834 Ad prę occupandam Coronen,quam hoſtes petebant.)Colonem edit Plutarchus in Philopœmene.Vtraq; autem in Meſſeniaco agro eſt.τὴν δὲ μεσσήνιον ἀπέτεμνεν ἀπὸ αἰχαιῶν, ἢ κώμην τὴν καλουμένην κωλονίδα προσηγόρευον μέλλων καταλαμβάνειν.

835 Admonent deinde quidam eſſe theſaurum publicum ſub terra ſaxo quadrato ſeptum, eò vinctus demittitur,& ſaxum ingens,quo operitur,machina ſuperimpoſitum eſt.)Hæc Plutarchus ita vertit in Philopœmene,& quaſi interpretatur,οἱ μὲν ἀλλὰ νομίσαντες ἀυτὸ εἶς τὸ καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγλυον ὅπως πνεῦμα λαμβάνον, ὅπως φῶς ἔξωθεν, ὅπως θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ πρεσοχρημένῳ κατακλυόμενον ἐλίσθῃ κατέθοντο, ἢ λίθον ὑπερέξαντες, ἀνδρας ἐνόπλους κύκλῳ πρελίσσων. Poculo impatiidè exhauſto.)Vet.lib.Hauſto.

836 Venenum,quod multò antè præparatum ad tales habebat caſus,popoſcit,Liberemus, inquit.) Lege,Et liberemus,inquit:Verba hæc eadem vertit Plutarchus. Horum patres Pyrrho regi.) Hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in Pyrrho,Epiſtola etiam conſulum ad Pyrrhum miſſa extat apud Gellium. Cùm ſuperioribus duobus luſtris Africanus fuiſſet.) Perſpicuè legendum eſt,Tribus, ter enim princeps ſenatus fuit Africanus. Nam ſuprà libro 34.ſcriptum eſt:Cenſores Sex.Ælius Pætus,& C.Cornelius Cethegus P. Scipionem conſulem, quem & priores cenſores legerant,legerunt. Et lib.38. Cenſores T.Quintius Flamininus,& M.Claudius Marcellus

cellus ſenatum perlegerunt. princeps in ſenatu tertiùm lectus P. Scipio Africanus. Inijt tribunatum A. p. Claudio, M. Sempronio conſulibus ad quartum Idus Decembres.) Lege, A. D. quartum, id eſt, ante diem quartum, ſic enim & Dionyſius Halicarnaſſeus, vbi ait primos tribunos pl. inijſſe τετάρτῃ πρὸ ἰδῶν δεκεμβρίων. Quibus ex locis intelligi poteſt hunc diem ineundo tribunatui fuiſſe ſolennem, quemadmodum ad ſuam vſque ætatem factum eſſe ſcribit Dionyſius. Plutarchus etiam auctor eſt in libro τῶν κεφαλαίων tribunos plebis contrà atq; alij magiſtratus ante anni principium inijſſe. Itaq; Q. Metellus Nepos qui Silano, & Murena conſulibus tribunatum geſsit, Ciceronem conſulatu abeuntem prid. K. Ian. iam inito magiſtratu concione prohibuit. Qua de re ſe ambigere Glareanus ait. Libenter hoc & ſæpe facit Glareanus. Satius enim eſt pudenter ambigere, quàm temerè aſſeuerare.]

Dentheletas.) Strabo lib. 7. Dantheletas, & cæteri Græci vocant, δανθηλήτας. Oppidum in Dertiopo condere inſtituit.) Deuriopo legendum eſt ex Strabonis libro ſeptimo: πρὸς δὲ τούτοις λυγκισταί τε, καὶ ἡ δαλείοπος καὶ ἡ τειτολίτης τελωνία. Et paulò pòſt vbi de Erigone quoque, vt Liuius hîc, fluuio loquitur: ὁ δ' ἐρίγων πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῆς ἰλλυρικῶν ὀρῶν, καὶ λυγκηστῶν, καὶ βρυγῶν, καὶ δαλειόπων εἰς τὰ ἄξιον ἐκδίδωσι. Item: ὁπὸ τῷ ἐρίγωνι ποταμοὶ τῆς δαλειόπων πόλεως ῥέουσι. Orare ſe pro S. P. Q. R.) Lege, Orare ſe ſenatum, populumq; Rom. Alpes prope inexuperabilem finem in medio eſſe, non vtique ijs melius fore, qui eas primi peruias feciſſent.) Loquitur de Gallis, qui proximè alpibus ſuperatis in Italia deſcendiſſent. Sententia autem manca expleri videtur poſſe vna addita particula, Quàm: vt ſit, non vtique ijs melius fore, quàm qui eas primi peruias feciſſent. Oratio eſt terroris, & minarum plena, qua ſe Gallos eos, qui alpes, quæ in medio ſunt, in poſterum tranſcenderint non aliter caſtigaturos eſſe, denunciando, quàm aut Senones, aut Annibalem, qui primi eas peruias fecerunt, caſtigauerint. 838

M. Valerius Leuinus, L. Manlius iterùm.) Hic prætor fuit primùm anno DLV. Quo loco dicitur P. Manlius. Glareanus autem inſcitè hunc L. Manlium Acidinum eſſe putauit. [Magna inſcitia ſcilicet.] Veter. lib. P. Manlium & hoc loco, & in ſequenti libro edunt. L. Cæcilius Dentrix.) Veter. lib. Denter. Liuiorum etiam fuit cognomen Denter ex Liuio, & Capitolinis tabulis. Liuius libro 42. M. Cæcilius Denter. Sanguinem per biduum pluiſſe.) Vet. lib. Sanguine. 839

IN EPITOMEN LIB. XL.

L. Petilij.) L. Petillij, vt ſuprà. Falſis alterius filij.) Vet. lib. Falſis Perſei alterius filij. Regnum Perſeus accepit.) Vet. lib. Excepit.

IN LIBRVM XL.

P. Manlio vlterior.) Hic eſt, qui extremo priore libro L. Manlius à Glareano ſine ratione dictus eſt. Cæcilio Dentrici.) Dentri, legendum, à recto caſu Denter, vt dixi. Et à Formijs ædem Apollinis, ac Caietæ de cœlo tactam.) Ac, vacat ex veteribus libris. Et libro Obſequentis de prodigijs, quem librum ex ipſis Liuij verbis contexuit. in eo ita eſt: Ædes Apollinis Caietæ de cœlo icta. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit.) Vet. lib. non habent particulam, In. Poſtremò negare propalàm cœpit, ſatis tutum ſibi quicquam eſſe, niſi liberos eorum, quos interfeciſſet, comprehenſos in cuſtodia haberet, & tempore alium, alio tolleret.) Huius ſententiæ meminit Euripides in Andromacha: κἀγὼ δ' αὐτοῖα μεγάλη λιπεῖν ὑμᾶς ἐχθρῶν οἶδ' ἐκτείνειν, κἀφόβου οἴκων ἀφελέσθαι. Et Ariſtoteles in ſecundo Rhetoric. κἀὰν τὸ ἀναιρεῖν τοὺς ἐχθρῶν τὰ τέκνα, κἀμηδὲν ἀδικῶντα. Νιόβη· ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλίποι. 840

Principi gentis Ænianum. & pòſt: Proficiſcuntur ab Theſſalonica Æniam ad ſtatum ſacrificium, quod cõditori Æneæ cum magna cæremonia quotannis faciunt.) Legendum eſt Æneatum, & Æneam. Vrbs enim in Thracia ab Ænea condita hoc nomine eſt. De qua ait Stephanus: αἶνεια πόλις θρᾴκης ἀπὸ αἰνείου. Θέων αἰνιάδας πύτιν καλεῖ. αἰνείας δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν εἰς θρᾴκην παρεγένετο, καὶ ἔκτισε πόλιν αἰνιάδας ὅπου ἡ κατέραξ ἐθάλασσε. τὸ ἐθνικὸν αἰνιάδης. δῆλ καὶ αἰνεάτης. Hinc Æneas apud Vergilium in 3. ait: Æneadasq; meo nomen de nomine fingo. 841

Ex compoſito ſermones ad ſpem Romanorum trahebant.) Spem, habent etiam vet. lib. pro qua voce malim, ſpeciem, vt ſit ex compoſito, quidam de dignitate Romanorum ſermonem inferebant, vt alij redarguendi eius ſermonis gratia præſente Demetrio eos eluderent, atque vt à Demetrio defenſionem Romanorum, qua ſuſpectior fieret, elicerent. Vox certè, Spem, Glareano non probatur. 842

De ludicro tibi, inquit, viuere me ſcio.) Obſcura ſententia, &, vt puto, vitiata. Interrogauerat Perſeum pater, cùm eum perturbato vultu tacitum procul conſpexiſſet, ſatin', ſalue, & quæ nam ea mœſtitia eſſet. Reſpondet filius. De ludicro tibi viuere me ſcio, iam non occultis petimur inſidijs. Hoc autem quid ſit, vix intelligi poteſt. In veteribus libris nihil varietatis eſt, niſi quod legitur. De Ludicro ter inquit. Ex quo ſuſpicor eſſe legendum: De lucro pater, inquit, viuere me ſcito. Eſt autem de lucro viuere, vitam ipſam in lucro ponere, quod ij facere ſolent, qui ſummo è periculo euaſerunt, ex quo ſeruatum ſe eſſe Perſeus patri narraturus eſt. Sic loquitur Cicero ad Papirium: De lucro prope iam quadriennium viuimus, ſi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita, ſuperſtitem reip. viuere. & Horatius Carminum primo: Quid ſit futurum cras, fuge quærere, & quem ſors dierum cumq; dabit lucro Appone. aptiſsima ergo ſententia hæc eſt, quæ expoſitioni factarum ſibi inſidiarum præponitur, cùm ſe lucrum ait putare, quòd viuat. 843

Noxium huic eſſe caput.) Aut hæc verba vacant, aut aliquid deſideratur, quemadmodũ cenſet Glareanus. Locum non mutaui, aſteriſco tantùm ſignaui. 846

Id enim vitijs meis non cedendo cui ius fasq; eſt, non modeſtia conſequar.) Hunc locum negat ſe intellige re Glareanus. Eſt autem ſenſus: Quemadmodum regnum ſperare, quia minor ſum, quia me maiori cedere vis, non debeo, ſic ne efficere quidem debeo, vt indignus te patre videar. Regnum enim vitijs meis, id eſt, nõ cedendo maiori fratri conſequar, vt autem te dignus videar, modeſtia. Quod cùm ita ſit, ergo legendum eſt. Id enim vitijs meis, non cedendo, cui ius, fasq; eſt, hoc modeſtia conſequar. 847

Tum quoq; nõ placere ſibi, ſi per deditionẽ Ligures recipiet, receptis arma adimi, atq; eos ad conſulẽ mitti ſenatũ æquũ cenſere.) Senſus huius lectionis vix intelligi poteſt, vt ait Glareanus. quare tueamur veterũ librorũ lectio- 848

lectionem, quæ eſt: Tum quoque non placere ſibi, per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi. Inde verba: Atque eos ad conſulem, legamus: Itaque eos ad conſules. Repetita litera ex voce præcedente, Adimi, atque Adimi. Itaque. Inde elicietur hic ſenſus: Senatus reſcribi iuſſit, æquius fuiſſe, Marcellum conſules, quorum prouincia Ligures erat, de Liguribus qui ſe dedebant, quàm ſe conſulere. Tum quoque id ſibi non placere, vt per deditionem Ligures reciperentur, & receptis arma adimerentur. Quamobrem eos ad conſules mitti ſenatum æquum cẽſere. Sic lib. 39. Neque ſenatui placere deditos ſpoliari. Itaq; ſe cum ijs legatos ad COS. miſſuros. Quod autem ait ſenatus, non placere ſibi, vt receptis arma adimantur, id habet hanc vim, non videri ſibi eos, qui ſponte ſe dedunt armis ſuis eſſe ſpoliandos, perinde atque, qui ſubacti armis, ſe dediſſent, vt ſuprà ſæpe dixit lib. 39. C. Flaminius COS. Ligures in deditionem accepit, & arma ademit. Item: in deditionem Ligures conceſſerunt, tum conquiſita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Item: Ligures ſubegit Æmilius, armaq; ademit. Quod autem paulò antè, verius eſſe, dixit, pro, æquius eſſe, accipiendum eſt. Sic lib. 39. multo verius eſſe, quæ ſub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem, quàm Philippum habere. P. Manlius in vlteriorem Hiſpaniam, quam & priore prætura prouinciam habuerat.) Hunc P. Manlium in comitijs prætoris exponendis, prætorem iterùm nominauit. fuit autem primùm anno DLV. Mouet autem, quod ait priore prætura vlteriorem Hiſpaniam prouinciam obtinuiſſe, cùm ſcripſerit eo loco in citeriorem eſſe conſuli M. Catoni adiutorem miſſum, neq; verò de alio prætore intelligi poteſt. Quod vnuſquiſq; probabit, qui prætores omnes, qui ante hunc annum Hiſpanias ſortiti fuerint, ſigillatim inſpexerit. Æquum præterea eſt videre an hic fortè Manlius ille ſit, quem ſenatu motum eſſe à Catone cenſore ait Plutarchus, & quem opinio erat cõſulatum eſſe adepturum: *βουλῆς τε ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν δόξαν λοξὸν ὄντα μανίλλιον.* Me, vt ita ſuſpicer, impellit ſecunda, poſtquàm ſenatu motus eſt, eius prætura, quam vt locum ſenatorium recuperaret, petiſſe videtur, quod feciſſe P. Lentulum tradit Dio. lib. 38. qui cùm poſt prætura, & conſulatum à cenſoribus Gellio, & Lentulo ſenatu eſſet motus, alteram conſule Cicerone repetendæ ſenatoriæ dignitatis cauſa geſsit. Sic enim Dio: *λεντοῦλος ὁ πάπλιος ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ὑπ' ἀγρουσίας ἐκπεσών, ἐσπαλήγει γὰρ ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ.*

849 Creati P. Cornelius Lentulus, M. Bæbius Pamphilus.) Conſulares tabulæ, quæ in Capitolio ſunt, quibus tantum tribuo, quantum non deprauatis alteris Romanorum monumentis eſt tribuendum, conſules edunt P. Cornelium Cethegum, M. Bæbium Tamphilum. Item Plin. lib. 13. cap. 13. ex Caſsij Heminæ annalibus. Ita verò legendum eſſe etiam apud Liuium apparet ex eo, quod P. Cornelius Cethegus biennio antè prætor fuit, Lentulus nullus prætor editus eſt. Nemo autem per hæc tempora ad conſulatum ferè niſi prætorius peruenie bat.

T. Claudius Nero.) Ti. Claudius, vt ſæpè. Q. Petelius Spurinus.) Petillius, vt lib. XXXIIX. in huius tribunatu dixi. Bellumq; ab Ilienſibus concitum in Sardinia.) Non rectè Iolenſibus, aut Iluenſibus reponendum cenſet Clareanus, cum Ilienſes Sardiniæ populi à Plinio, & Solino commemorentur. [Lectio hæc apud auctores ambigua eſt.] L. Duronio prætori, cui Apulia prouincia euenerat, adiecta de bacchanalibus quæſtio eſt, cuius reſidua quædam velut ſemina ex prioribus malis iam priore anno apparuerãt, ſed magis inchoatæ apud L. Puppium prætorem erant, quàm ad exitum vllum perductæ) Prætoribus, qui Apuliam ſortiebantur, quæſtionem de Bacchanalibus adiectam fuiſſe ſignificat. Sic enim de L. Poſtumio, qui triennio antè prætor fuerat. Et L. Poſtumius prætor, cui Tarentum prouincia euenerat, reliquias bacchanaliũ quæſtionis cum omni executus eſt cura. Hoc etiam loco L. Puppium priori anno, & L. Duronium ſequenti prætores cum Apulia quæſtionem eandem obtinuiſſe ait. Hoc dixi ne quis L. Poſtumiũ, pro L. Puppio hoc loco reponendũ eſſe cenſeret, vt quidã fecerunt.

850 Ariaratis.) Ariarathis, vt ſuprà. In Medicam.) Mædicam: Græci enim *μαιδικὴ*, vt antè.

851 Dentheletas.) Dantheletas, vt ſuprà. Tertio die iter eſt ingreſſus.) Poſtero die legendum. Ex notis numerorum manauit error: II. & III. Ita legendum eſſe, verba Liuij indicant, qui ait: ſeptimis demum caſtris ad radices montis peruenit. Ibi vnum moratus diem, tertio die iter eſt ingreſſus. pòſt autem: Tertio demum die ad verticem peruentum. Quis eſt qui non intelligat, ita accipiendum eſſe ad radices montis vnum diem regem eſſe moratum, poſtero die iter eſſe ingreſſum, tertio demum in verticem peruenisse. Duabus aris ibi Ioui, & Soli ſacratis cùm immolaſſet (quatriduo aſcenderat) biduo digreſſus eſt.) Quomodo quatriduo aſcenderat, ſi tertio demum die in verticem peruenerit? Hæc parit menda lectorum, atq; librariorũ incuria. pro certo habeo tollendam eſſe parentheſim & legendum: cùm immolaſſet, qui triduo aſcenderat, biduo digreſſus eſt. Quanquã ne, digreſſus, quidem probo, non enim Aſcendere, & Digredi cõtraria ſunt, ſed Degredi, quo verbo vſus eſt alibi Liuius, vt lib. 29. Cum quingentis peditibus degreſſum iugis Maſaniſam perſequutus. Et lib. 25. Cum equitibus ad pedes degreſsis. Deſcenſum enim ex alto hoc verbum ſignificat. Demetrium iterùm ad patrem accuſauit Perſeus. Fuga per Pœoniam præparata arguebatur, & corrupti quidam, vt comites itineris eſſent.) In Vet. lib. Arguebant, & corrupti quidam. Hinc ego ſenſum auctorem ſequutus legendum, & diſtinguendum puto. Demetrium iterùm ad patrem accuſauit Perſeus de præparata per Pœoniam fuga. arguebãt eum corrupti quidam. Iccirco autem ait: Iterùm, quòd primùm de inſidijs ſibi factis accuſauerat, nunc de fuga, cuius indicia & comites, & literas falſas T. Quinctij afferebat.

852 Ad Aſtræum Pœoniæ Demetrium mittit cum eodem comite Dida Perſeum ad Philippolim ad obſides Thracum accipiendos.) Præpoſitio Ad nominibus harum vrbium iuncta tollenda. Nam & Vet. lib. habent tantum, Aſtræum Pœoniæ. Et Priſcianus lib. 7. ex lib. 40. T. Liuij Hiſt. ab vrbe cond. citat hæc duo verba: Perſeum Amphipolim, non ad Philippopolim. Eſt autẽ Amphipolis oppidum item Thraciæ, quod in errorem inſcios librarios, aut imperitos, vel potius audaces emẽdatores impulit, vt ad Philippolim, ſcripſerint, pro Amphipolim. Aſterium porrò legendum eſt, non Aſtræum ex vet. lib. Strabone & Steph. *ἀστεῖον πόλις θετταλίας.* Thyrſis quidã Stubareus.) Vet. lib. Stubereus, Rectè: Stuberæ enim & antè, & pòſt meminit Liuius, & Græci *στοβέρας.* Quam tamen vocem ſuſpectam habet Clareanus. Stuberæus tamen ſcribendum: omnia enim nomina oppidorum in Ra deſinentia eum edunt gentilis nominis finem, auctore Stephano in *ἄζωρα.* Berreus Alexander.) Berœus ſcribendum ab oppido Berœa. Sic Stephanus: *Βέροια πόλις μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν βεροιαῖος.* mendoſius eſt in Piſonia, Borea, pro Berœa. Ad M. Bæbium conſulem cum literis Piſas mittit.) Legendum, ad Cn. Bæbium proconſulem. Sic enim ſuprà: M. Pinarius prætor, quod deerat militum ſumere à Cn. Bæbio procõſule, qui Pyſis hybernabat iuſſus. Item hoc loco: Bæbius exercitum M. Pinario prætori eunti in Sardiniam tradiderat. Errorem intulit M. Bæbius, qui hoc anno conſul eſt. De quo haud ita multo pòſt ait: Conſules niſi confecto delectu negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiam, ſed vim morbi in cauſa eſſe, quo ſerius perficeretur.

854 Et à Matieno duumuiro.) Vete. lib. Et à C. Matieno duumuiro. Quæ titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuenta ſine vllo veſtigio corporis humani, vt vllius per tabem tot annorum omnibus aſſumptis.) Suſpicor legendum eſſe: oſſibus abſumptis. Sic enim ferè Plutarchus in Numa: *ἡ μὲν ἑτέρα κενὴ πάντα πᾶσιν ὠφθη, τῆς μίας δὲ τὸν Νέλεφανον ἔχουσα τῷ σώματι.* Pleraq; diſſoluendarum religionum eſſe.) Hoc genus dicendi, de quo ſuprà

prà admonuimus, quam vim habeat, ex Valerio, qui hæc eadem ferè verba in primum ſuum librum tranſtulit, perſpici poteſt, cùm ait: Quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere videbantur. Eádem hiſtoriam attigit Lactantius lib. 1. cap. 22.

In Carpetaniam duxit, & caſtra locauit ad oppidum Eburam.) Æburam ſcribo ex Stephan. αἴβουρα πόλις ἰβήρ 858
εἰας. ὡς ϛράβων. ὁ πολίτης αἰβουρᾶῖ Θ'. διὰ τῶ χ αἰβουράλους.

Per Carpetaniam ad Contrebiam ductæ legiones.) Quid in mentem Glareano venerit negare, Contrebiæ 856
oppidi nomen alibi extare, neſcio, cùm & Velleius lib. 2. & Valerius lib. 2. & 7. & Florus, & qui ſcripſit de viris illuſtribus, vbi de rebus Q. Metelli Macedonici in Hiſpania geſtis agunt, eius meminerint, apud Valerium tamen eſt mendosè Trebia, pro Contrebia. At Glareanus Contributam reponendum putat.

C. Flaminius, L. Manlius Acidinus.) Hi triumuiri ſunt: Hæret autem hoc loco Glareanus, quia L. Manlium 857
Acidinum eundem eſſe cum eo putauit, quem nos P. Manlium prætorē ſcripſimus: nec quid ſequatur certi quicquam habet. Altera in foro Olitorio Pietatis, eam ædem dedicauit M. Acilius Glabrio duumuir, ſtatuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patris Glabrionis poſuit.) Valerius lib. 2. ita: Statuam auratam nec in vrbe, nec in vlla parte Italiæ quiſquam prius aſpexit, quàm à M'. Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur in æde Pietatis. Ex quibus verbis animaduerti licet, patri Glabrioni, apud Liuium, non patris Glabrionis eſſe legendum, quæ lectio in manuſcriptis etiam reperitur. T. Minutius Melliculus.) Vet. lib. Ti. Minucius Molliculus. Suprà oſtendimus Tiberij prænomen fuiſſe etiam Minuciorum.

Et mille præterea peditum Romanorum, quinquaginta equites.) Vet. lib. Peditum ciuium Romanorum, 858
Rectè: Sic enim ſuprà. Quatuor millia peditum ciuium Romanorum, & ducenti equites. Prorogatum in Gallia imperium.) Vet. lib. In Galliam. Vtraq; locutio Liuio vſitata.

Q. Fuluius Flaccus in locum vitrici conſul eſt declaratus.) Veriſimile non videtur Glareano duos Q. Ful- 859
uios Flaccos conſules fuiſſe, alterum hoc anno C. Calpurnio ſubrogatum, alterū cum L. Manlio inſequenti anno. & ne idem vtroq; anno conſul fit veretur, cùm tamen duos eſſe, eosq; patrueles appareat ex tabulis Capitolinis, in quibus ita eſt. [Rectè tabulæ Capitolinæ: Veruntamen in re non admodum magna, Glareanus nihil aſſeuerat, ſed hæſitat.]

A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. C. CALPVRNIVS. C. F. CN. N. PISO IN M. M. H. IN E. L. F.
Q. FVLVIVS CN. F. M. N. FLACCVS.
L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS FVLVIAN. Q. FVLVIVS Q. F. M. N. FLACCVS.

Ager publicus populi Rom. erat in Samnitibus, qui Tauraſinorum fuerat, cum traducere Ligures Apuanos vellent.) Huius extremi XL. libri niſi vnum (vt reor) manuſcriptum exemplar extat, quod in Germania eſt. vnde ad cæteros hæc pars translata eſt. Cùm igitur Germani primùm impreſiſſent: Qui Tauraſinorum traducere Ligures, deinde ab alijs emendatum eſt: Qui Tauraſinorum fuerat, cùm traducere. Rectè (vt mihi videtur) verùm ad explendum hunc ſenſum, nimis præcisè. Plenè autem ſic legetur: Qui Tauraſinorum fuerat. In eum cùm traducere. Sic paulò pòſt ait: In Samnium traducti, agerq; his popularis datus. Tauraſini porrò, qui ſint in Italia nemo prodit: Tauraninos edit Steph. Edixerunt Ligures ab Anido montibus deſcendere.) Neq; hic locus perfectus eſt. deeſt enim alterius montis nomen, quanquam ne Anidi quidem mentio eſt. Aſteriſcum iccirò apponendum cenſeo. Poſteaquam nihil impetrabant, neque vires ad rebellandum erant.) In primo exemplari Germanico fuit, ad rebellandum. Quod magis huic loco conuenit.

Ad ſeptē millia hominū in naues impoſitos.) In primo exemp. Germ. erat impoſita, quod magis probo. 860

Priuſquam hi conſules ad exercitum venirent, qui Piſas indictus erat, præerant A. Poſtumius, & frater Q. 861
Fuluij, M. Fuluius Nobilior.) Legendum cenſeo, Inductus erat. Nàm inducere exercitum, eſt in hoſtem adducere. at Piſæ pro Romanis ſtabāt. Itaq; paulò antè dixit: Adortus à Piſis Apuanos Ligures. Inductus ergo reſtituendum. Nam Edicere, & indicere exercitum aliquò ad conueniendum eſt vſitatum, vt paulò antè: Stobos Pœoniæ exercitu indicto. Porrò autem A. Poſtumius hic alius erat, quàm conſul, qui & ipſe A. Poſtumius dicebatur. Is menſibus ſuis dimiſit legionem.) Nihil vitij inſidere in hoc loco puto, contrà atq; cenſet Glareanus. ſenſus eſt: Ante aduentum conſulum præfuiſſe exercitui, qui Piſas erat inductus, A. Poſtumium, & M. Fuluiū Nobiliorem fratrem Q. Fuluij Flacci conſulis: ita vt menſes, quibus ſinguli præeſſent, inter ſe diuiſerint, æquè ac conſules faſces, & Fabius, ac Minucius Dictatores quondam imperium. M. autem Fuluius menſibus ſuis dimiſit legionem ſecundam, cuius ipſe erat tribunus militum. Hac de re Valerius lib. 2. cap. 2. Frontin. lib. 4. ſic: Q. Fuluius Flaccus cenſor Fuluium fratrem ſuum, quia legionem in qua tribunus militum erat iniuſſu conſulis dimiſerat, à ſenatu mouit. Hinc Velleius lib. 1. ait: Aſpera cenſura Fuluij Flacci, & Poſtumij Albini. quippe Fuluij Cenſoris Frater, & quidem cōſors Cn. Fuluius ſenatu motus eſt ab ijs cenſoribus. Et Liuius lib. 41. Creati cenſores Q. Fuluius Flaccus, A. Poſtumius Albinus legerunt ſenatum. Inſignis nota F. Fuluij, qui frater germanus, & (vt Valerius Antias tradit) conſors etiam cenſoris erat. Qui autem cenſor Fuluius Fuluium notauit, is non hoc anno, ſed ſequenti eſt conſul. Hic enim Cn. F. ille Q. F. eſt, ex tabulis Cap. Neq; Fuluius tribunus militum frater eſt germanus huius conſulis, ſed illius cenſoris. Credo autem hunc tribunum Fuluium rectè, & M. & Cn. dici. at L. mendosè. Quod ex ſequenti Fuluiorum ſtemmate intelligetur.

M. Fuluius Q. F. M. N. Flaccus cos. an. 486.

C. Fuluius Flaccus frater Quinti. legatus an. 539.

Q. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus. cos. 513. 526. 538. 541. Cenſor: Dictator. Capuam cepit.

Cn. Fuluius Flaccus. frater Quinti, qui Capuā cepit. prætor an. 538.

Q. Fuluius Q. F. M. N. Flaccus præt. Hiſpan. an. 568. cōſul 571. cēſor 567. filius Quinti, qui Capuā cepit. Velleius.

M. Fuluius Flaccus frater Quinti. de eo Liu. in an. 570. cum fratre eſt in Hiſpania.

M. Fuluius M. F. Q. N. Flacc⁹ Coſ. an. 625. interfect⁹ cum C. Graccho.

Cn. Fuluius Flaccus frater germanus Quinti Cēſoris notatus ab eo, quia legionem dimiſerit Q. Fuluij conſulis. an 570. Idem adoptatus à M. Fuluio Nobiliore. M. Fului⁹ Nobilior dict⁹.

L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fuluianus Coſ. 571. cum fratre ſuo germano Q. Fuluio. Velleius.

Q. Fuluius Cn. F. M. N. Flaccus. prēt. Sardin. ann. 568. Coſ. ann. 570. cuius conſulis legionem M. Fuluius Nobilior frater patruelis dimiſit.

Hoc

Hoc vbi Placentiam (Nam eò fortè profectus erat) Fuluio nunciatum eſt, cum expeditis equitibus ſequutus dimiſſos, quos eorum potuit aſſequi, deduxit caſtigatos Piſas. De cæteris conſulem certiorem fecit, eo referente S. C. factum eſt.) Duorum Fuluiorum hîc fit mentio, Q. Fuluij conſulis, & M. Fuluij tribuni militum: cùm autem M. Fuluius, antequam conſul veniret ad exercitum, iniuſſu eius dimiſiſſet legionem, mirum videtur, cur ſubdat Liuius: Hoc vbi nunciatum Placentiam Fuluio eſt, nam eò fortè profectus erat. Nam ſi Fuluius conſul ad exercitum nondum venerat, quomodo fortè Placentiam quaſi ab exercitu erat profectus? deinde cùm ait, Certiorem conſulem facit. Quem conſulem? collegam dicet aliquis, at collegam erat dicendum, perſpicuum eſt igitur, cùm dicat, antequam conſules ad exercitum venirent, præfuiſſe ei A. Poſthumium, & M. Fuluium, cumque addat, dimiſſam à M. Fuluio legionem, Fuluium, qui fortè Placentiam profectus erat, perſequutum eſſe, deq; ea re conſulem certiorem feciſſe, & conſule referente, S. C. factum eſſe, non Fuluium conſulem legione perſequutum eſſe, qui adhuc Romæ erat, ſed A. Poſthumium, qui item exercitui cum præeſſet, Placentiam tum fortè conceſſerat, ab ipſoq; Aulo Fuluium conſulem certiorem factum eſſe, & Fuluio ipſo conſule S. C. factum eſſe. Quare pro Fuluio, reponendum eſt, Aulo, immutatis paululum literis, vt de A. Poſtumio intelligamus. Glareanus plures hîc verſus mendosè eſſe cenſuit, nos vno nomine reſtituto omnia patefecimus. Et ſunt tamẽ qui diligentem hanc nominum Romanorum emendationem, vt minimè neceſſariam improbent. quaſi verò, & hoc loco, & alijs nihil interſit, quo quiſq; nomine affectus fuerit, certò ſciré. Cauſa ignominiæ, vti ſemeſtre ſtipendium in eum annum eſſet ei legioni decretum.) Hic mos exponitur apud Nonium. Ære diruti, inquit, appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt, merces menſtrualis, aut annua, quæ eſſet in nummis æris ſubtrahebatur. Varro de vita populi Ro. lib. 2. Stipẽdium appellabatur, quòd æs militi ſemeſtre, aut annuum dabatur, cui datum non ſit propter ignominiam ære dirutus eſſet. Et Feſtus: Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ cauſâ non erat datum, quod æs diruebatur in Fiſcum, non in militis ſacculum. De rege ſacrificolo ſufficiendo in locum C. Cornelij Dolabellæ.) Hic anno DLXII. quo rex creatur dicitur Cn. Cornelius. Itaq; hoc etiam loco Cn. Cornelij lego. Quod prænomen tulerunt Dolabellæ, cum Caium non item.

862 Vltimum de cœlo, quod comitia turbaret interuenit.) Vltimum mendosè eſt, Glareanus, portentum, reſtituit, in quo portenta loquitur. Ego: Vitium. Vnde vitio creati, & vitioſi magiſtratus dicuntur, qui contra auſpicia creati ſunt. Cicero de diuinatione: Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus. C. Seruilius Geminus Pont. Max. deceſsit.) Paucis antè verſibus C. Seruilium Pont. Max. dixit, ſine cognomine Gemini. ita verò ſcribendum eſſe iam bis ſuprà oſtendi. In Pontificem Maximum Æmilius Lepidus.) In primo exemplari German. erat, Ante Pontificem Maximum Æmilius: inde emendatores fecerunt, In Pontificem Maximum Æmilius. Ego verò: Ad Pon. Max. M. Æmilius, vt ſit, Pontifex in locum eius à collegio cooptatus eſt Q. Fuluius Flaccus: at Pont. Max. M. Aemylius Lepidus. Me enim mouet hæc noua dicendi forma. In Pontificem cooptari: deinde agnoſco erroris cauſam: librarius enim M. prænominis Æmilij notam, cum voce præcedenti præciſa, Max. coniunxit, & Maximum fecit. Vnde coacti alij poſtea ſunt pro AT, antè reponere M. Æmilij Pont. Max. pòſt in alijs libris magna eſt mentio. Lenates.) Lænates. vt antè. P. Scipionem filium Africani augures cooptarunt.) Duo Africani filij fuiſſe traduntur, P. & Cn. Scipiones. Publius hic eſt, qui Augur nunc cooptatur, quiq; Cicerone auctore in Bruto, & in Catone Æmilianum adoptauit, à quo ille P. Scipio dictus eſt, imbecilla valetudine ille quidem, ſed ſummo tamen ingenio præditus. Eundem ædilem Curulem fuiſſe arbitror L. Anicio, M. Cornelio conſulibus. Eſt enim in indice Adelphorũ Terentij ita ſcriptum: Acta ludis Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano ædilibus curulibus, L. Anicio, M. Cornelio COSS. nec de alio poteſt intelligi. Cneus is eſt, qui captus ab Antiocho rege in prælio fuit, quiq; ſordidam præturam geſsit, & à patris gloria degenerauit, Valerio auctore lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 5. Aut eam ſibi defendendam, aut prouinciam admittendam.) Si ſententiam explicuero, neminem puto futurum, cui non probem, Deferendam, pro defendendam, eſſe reponendum. C. Mænio, inquit, cùm Sardinia prouincia euenisſet, additum erat, vt quæreret de veneficijs longius ab vrbe X. millibus paſſuum. Ab hoc igitur allatæ literæ, ſe iam tria millia hominum damnaſſe, & creſcere quæſtionem indicijs, propterea ſe cogi, vt aut veneficiorum quæſtionem inchoatam deſerat, aut prouinciam Sardiniam dimittat. Ergo ne hîc quidem rectè Glareanus, qui de prouinciæ nomine dubitat, an Quæſtio, an Sardinia intelligi debeat. Q. Fuluius Flaccus ex Hiſpania redijt Romam, &c. Conſul eſt creatus cum L. Manlio Acidino. Hos conſules Q. Fuluium, & L. Manlium fratres germanos fuiſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis, ſic:

L. MANLIVS L. F. L. N. ACIDINVS. FVLVIAN. Q. FVLVIVS Q. F. M. N. FLACCVS.
HEI FRATRES GERMANI FVERVNT.

Idem ſcribit Velleius lib. 1. Non minus clarũ exemplum, & adhuc vnicum Fuluij Flacci eius, qui Capuam ceperat filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in collegio conſulum fuit adoptiuus in Acidini Manlij familiam datus. Hoc adſcripſi, vt & Capitolinorum auctorum diligentiam, & Vellei ſententiam, quæ vulgo corrupta eſt, indicarem. Eo anno rogatio primùm lata eſt ab L. Iulio tribuno pl. quot annos nati quenq; magiſtratum, peterent, caperentq;.) Miror hoc anno primùm latam hanc rogationem ſcribi, cùm lib. 25. ita de Scipione tradiderit. Huic petenti ædilitatem cum obſiſterent tribuni pl. negantes rationem eius habendã eſſe, quòd nondum ad petendum legitima ætas eſſet. pòſt autem lib. 32. in conſulatu mandando T. Quintio Flaminino, quem nondum annos XXX. natum fuiſſe Plutarchus prodit, huius legis ne verbum quidem fecerit, imò verò ita ſcripſerit: Patres cenſuerunt, qui honorem, quem ſibi per leges capere liceret, peteret, in eo populo creandi quem velit poteſtatem fieri æquum eſſe. Nam quæ lex Flaminium à conſulatu deijciebat, ea erat, quòd à quæſtura ad conſulatum tranſcendendo ædilitatem, & præturam tranſibat. Legitimam autem petendo conſulatui ætatem fuiſſe annum XLIII. ex Ciceronis Philippica 5. colligitur. Puto præterea, L. Villio Annali, ſcribendum. nam in lib. epiſtolarum Cœlij 8. pro L. Iulio Annali, in manuſcriptis eſt L. Villio. Et apud Valerium lib. 9. L. Tullius Annalis, pro L. Villius. Sicantè, L. Villius Tappulus conſul, L. Iulius euaſerat, neq; Villiæ gẽtis vlla in libris impreſsis mentio relicta erat. C. Cornelius Scipio.) Cn. Cornelius ex conſulatu, quem biennio pòſt geret. Tabul. Capitol. L. Valerius Leuinus.) C. Valerius Læuinus, ex conſulatu, quem biennio pòſt geret. Tabul. Capitolinæ. & ipſemet Liuius. Q. ET M. Mucij Scæuolæ.) In primo exemplari German. Q. & P. Mucij, P. Filij Scæuolæ. Optimè. ſi Q. Filij legas, ex Capitolinis eorum cõſulatibus. Vterque enim Q. F. P. N. proditur, vt germani fratres collegæ in prætura ſint. Hyems eo anno niue ſæua, & omni tempeſtatũ genere fuit, arbores, quæ obnoxię frigoribus ſunt, decuſſit cunctas.) In primo exemplari German. deuſsit, & rectè. Sic enim Vergil. penetrabile frigus adurit. Et lib. 21. Liuius peruſtos artus dixit frigore. & lib. ſuperiore M. Æmilius COS. agros Ligurum deuſsit. T. Sempronij ædilis.) Ti. Sempronij ex conſulatu Cap.

863 Ædem albam Capuæ.) Albam Liu. lib. 32. de cœlo tacta Capuæ ædes, quæ Alba dicitur. De quibus cauſis

cauſis hoc timeamus, multa ſuccurrunt quæ dicerentur: niſi fortè implacabiles voſtræ iræ implicauerint animos veſtros.) In Germanico exemplari erat: Niſi fortè implicabiles fueritis, implicauerint. Glareanus autem pro fueritis, reſtituit, iræ veſtræ. Ego deſiderari alias voces puto, itaque aſteriſcum appoſui. Vt eares mihi, collegæq; meo benè & feliciter eueniat.) Precatio ſolennis cenſorum hæc eſt, de qua ſic Varro lib. 5. de lingua Latina. Vbi noctu in templo cenſor auſpicauerit, atq; de cœlo nunciatum erit, preconi ſic imperat, vt viros vocet. Quod bonum, fortunatum, felixque, ſalutareq; ſibi & populo Rom. Quiritiũ, reiq; publicæ populi Rom. Quiritium, mihiq; collegæq; meo, fidei, magiſtratuiq; noſtro: omnes Quirites, pedites, armatos, priuatosq; curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſiue pro altero dari rationem volet, vocat indicium. Bis à L. Fuluio ſe certo conſulatu deiectum.) M. Fuluio, perſpicuè. In Hiſpania L. Poſtumius, & Ti. Sempronius prætor comparauerunt.) Scribe, proprætores, quia ſuprà dixit: In Hiſpanijs duabus Ti. Sempronio, & L. Poſtumio cum ijſdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium eſt.

Ergauia inde nobilis.) Ergauica, ex Ptolemæo, & primo exemplari Germ. in quo eſt paulò pòſt: Erbicæ, pro Ergauicæ. Nec aliud magnopere victores fuiſſe Romanos.) In primo exemplari German. eſt: Nec aliud magnopere Erbicæ, quam vocem, qui non intellexerunt, induxerunt. Ego, Ergauicæ, cuius quatuor antè verſibus deditæ meminit, puto legendum, præterea quòd in eodem exemplari eſt: Nec aliud magnopere Erbicæ crederes fuiſſe. puto legendum: Nec aliud magnopere Ergauicæ credere ſe feciſſe Romanos. Etenim aliorũ narrat opinionem, de rebus à Romanis ad Ergauicam geſtis & prælijs cum Celtiberis commiſsis. Niſi quòd poſtero die manentes intra vallum prælio laceſsierint, ſpolia per totum diem legiſſe, tertio die prælio maiore iterum pugnatum.) Has voces, Poſtero die transferendas ad initium ſequẽtis membri puto, vt ſit: poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe. primò enim die à prima luce ad ſextam horam diei Sempronĩ pugnaſſe, multos vtrinq; cecidiſſe: poſtero ſpolia per totum diem legiſſe: tertio die maiore iterùm prælio pugnatum eſſe. Reliqua parentheſi includenda eſſe exiſtimo, id eſt, Nec aliud magnopere Ergauicæ credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra vallum prælio laceſsierint, hoc modo: Ergauica nobilis ciuitas aliorũ circà populorum cladibus territa portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam quidam auctores ſunt, è quadam regione abduxiſſet legiones, exemplo inde rebellatum, magnoq; poſtea prælio eum ad montem Caunum cum Celtiberis à prima luce ad ſextam horam diei ſignis collatis pugnaſſe: multos vtrinq; cecidiſſe (nec aliud magnopere Ergauicæ credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes, intra vallum prælio laceſsierint) poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe. tertio die prælio maiore iterùm pugnatum, & tum demum haud dubiè victos Celtiberos, caſtraq; eorum capta & direpta eſſe. Inde debellatum, veramq; pacẽ non fluxa, vt antè, fide Celtiberos fuiſſe.) Senſus & Latina ratio poſtulat, vt legamus, Feciſſe, vt etiam paulò antè, feciſſe Romanos. Triguminam.) Tergeminam. Priſcianus de Numeris. Habuere & in promiſcuo prætores pecuniam.) Loquitur de cenſoribus. Itaq; vox, Prætores, perſpicuè mendoſa eſt, & ſine vllo ſenſu: ſuſpicor legendum, præterea. Sic enim ait: Cenſoribus poſtulantibus vt pecuniæ ſumma ſibi, qua in opera publica vterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum eſt. Item: Opera ex pecunia attributa diuiſaq; inter ſe, hæc cõfecerunt. Poſtremò: Habuere, & in promiſcuo prætereа pecuniam, ex ea communiter locarunt aquam adducendam, id eſt, præter eam, quam inter ſe diuiſerant, habuerunt aliam promiſcuam. Idem dedicauit ædem Larium permarinũm in campo, vouerat eam annis duodecim antè L. Æmilius Regillus nauali prælio aduerſus præfectos Antiochi.) Meminit huius ædis Macrob. lib. 1. 11. Kal. Ian. inquit, feriæ ſunt Laribus dedicatæ, quibus ædem bello Antiochi L. Æmilius Regillus prætor in campo Martio curandum vouit. Quod autem ſcriptum eſt, annis duodecim, intelligendum eſt eſſe legendum, vndecim. Cùm enim antè legeretur, quadraginta, Glareanus vitio agnito, duodecim reſtituit. [Glareanus toties clamat, pro vno anno cum nemine ſe certaturum, quòd loquendi diuerſitas apud auctores hoc cogat. Et hic Sigonius id ſibi aſcribit, quaſi à nemine anteà animaduerſum.] Error enim ex notis natꝰ eſt, XL. & XI. Docui aũt in eiuſmodi loquẽdi genere, anni extremi, quo res geritur, rationem nõ haberi: ſic paulò antè dixit: annis ante octo, cùm tamen nouẽ, niſi hanc formulam tueretur, fuiſſet ei dicendũ. Quod itẽ ait: Præfectos regis, ſuprà, Præfectum dixit lib. 37. L. Æmilio Regillo, qui claſſe præfectum Antiochi regis deuicerat. Polixenidam autem intelligit, affuiſſe autem etiam Annibalem tradit Florus de bello Syriaco, de quo in ea pugna nihil Liuius. Duello magno regibus dirimendo caput ſubigendis patrandæ pacis hæc pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilij filio auſpicio, imperio, felicitate, ductuq; eius inter Epheſum, Camuchumq; inſpectãte COS. ipſo Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisq; claſsis regis Antiochi antea ſit victa, fuſa, contuſa, fugataq; eſt, ibiq; eo die naues longæ cũ omnib. ſocijs captæ XLII. ea pugna pugnata rex Antiochus regnumq; eius rei ergo ædem Laribus permarinis vouit.) Miror hunc locũ non deprauatum ſolũ, ſed ex omni parte diuulſum ac laceratũ, ne aſteriſco quidem in optimis Gallorũ exemplaribus eſſe notatũ. Quo de loco quid ſentiam dicam, nam omnino illum reſtituere non poſſum, præſertim verò cum veterum exemplariũ auxilio deſtitutus ſim. Primùm igitur dico ad explendum horũ verborum ſenſum (Duello magno regibus dirimendo caput ſubigendis patrandæ pacis) multa deſiderari, neq; enim hæc aut inter ſe, aut cum inſequentibus vllo modo conſentiunt. Reges aũt videtur intelligere Antiochum & Eumenẽ. Etenim cùm Eumenes à Seleuco Antiochi filio obſideretur, L. Regillum aduocauit, teſte Liuio, & Appiano. Itaq; hunc titulũ pugnæ ſuæ prætuliſſe videtur Regillus, vt prælium regum dirimeret, & pacem componeret. Deinde ne hæc quidem (Hæc pugna exeũti L. Æmilio M. Æmilij Filio) congruunt cum ijs quæ ſequuntur (auſpicio imperio) deſideratur enim verbũ, cui vox Pugna, iungatur, præterquam quod & magiſtratus, & cognomẽ L. Æmilij intercidit, quæ in eiuſmodi re affingi accuratiſsimè ſolent, vt in tabula Gracchi lib. 41. Ti. Sempronij Gracchi cõſulis auſpicio, imperioq;, &c. Præterea hæc inter ſe conueniũt (auſpicio, imperio, felicitate, ductuq; eius inter Epheſum, Camuchumq;.) niſi quod pro Camuchumq;, Samũ, Chiumq; legendũ eſt ex verbis Liuij, vbi hanc pugnam deſcripſit. At verò hæc (inſpectante COS. ipſo Antiocho, exercitu omni equitatu, elephantisq;) luxata verba ſunt, & ex alio loco temerè neſcio quo pacto in hunc tranſlata, neq; enim pugnatum eſt præſente, aut conſule, aut Antiocho: neq; equitatus, neq; elephanti ad pugnã nauale pertinent: ergo ſine controuerſia è medio tollenda, atq; ita oratio cõnectenda: Auſpicio, imperio, felicitate, ductuq; eius claſsis regis Antiochi, &c. Quod autem ſcriptum eſt, claſsis regis Antiochi antea ſit victa, fuſa, contuſa, vitioſè eſt. Legendum eſt enim, claſsis regis Antiochi antè D. XI. K. Ian. victa. Etenim Macrobius hoc die in prælio votam eſſe ædem à L. Regillo ait: & in notis facilis lapſus eſt. ante D. XI. K. antea ſic: & in tabula hac diei factam eſſe mentionem, quo pugnatum eſt, apparet ex verbis, quæ ſequuntur. Ibiq; eo die naues longæ. Hoc autem ita eſſe, ex eo perſpici etiam poteſt, quòd L. Æmilius eodem anno K. Feb. triumphaſſe ob hanc victoriam à Liuio ipſo traditus ſit. Poſtremò ne hæc quidem verba (ea pugna pugnata rex Antiochus, regnumq;) expletam continẽt ſententiam. Suſpicor aũt librariũ cùm ſcripſiſſet. (Regnumq; eius) oculis in ſequẽtia verba cõiectis, eius rei ergo, verſum quo ſententia perficiebatur, per incuriam tranſcendiſſe. Nam vox, eius, bis ſcribenda eſt, vt & regnum

865

cc

regnum eius, dicamus, & eius rei ergò. Nam in extrema etiam Gracchi tabula, hæc verba sunt: Cuius rei ergo hanc tabulam donum Ioui dedit. Quamobrem sic hũc locum describendum censeo: Duello magno regibus dirimendo *caput * subigendis * patrandæ pacis **. hæc pugna exeunti L. Æmilio M. F. Regillo prætori ***, auspicio, imperio, felicitate, ductuq́; eius inter Ephesum, Samum, Chiumq́; classis regis Antiochi ante D.XI.K.Ian. victa, fusa, contusa, fugataque est: ibiq́; eo die naues longæ cum omnibus socijs captæ XLII. Ea pugnata rex Antiochus regnumq́; eius ***. eius rei ergò ædem Laribus permarinis vouit. Permarinos autem Lares vocauit L. Æmilius, quia mari sibi affuerant. Nam Curius aram dicauerat K. Maijs. Laribus Præstitibus, quòd præfuissent mœnibus vrbis, auctore Ouid. lib. 5. Fastorum.

866 Regis vir maiestatis.) Malim: regiæ vir maiestatis. Rex enim fuerat. Ita antè legebatur. Nobili etiam pugna aduersus Cleomenem Lacedæmonium clarus. Tutorem eum Græci, vt cognomine à cæteris regibus distinguerent, appellarunt.) Hunc Græci Euergetem, & Sotera vocarunt, auctore Suida: αὐτήρ τε καὶ εὐεργέτης νικήσας μάχῃ κλεομένην τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς πάρτης, καὶ ἐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτοῖς κύριος εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας σωτὴρ. Tutor autem Philippi pueri fuerat, vt Plutarchus quoq; tradit in Paullo, qui hunc eundem Δώσωνα vocatum scribit. Et Pausanias in Achaicis. Fortè vocatum, perductumq́; in Regiam vocari iuberet.) Locum asteriſco notaui, quia sententia expleta non est. Quæ quidem hæc videtur fuisse. Hortatur inde, vt eum fortè vocatum, &c. Hic autem Xychus scriba legatorum videtur fuisse, quia subdit, ordinemq́; omnem facinoris legatorum, ministerijq́; sui exposuit.

867 Curisq́; & vigilijs, cum identidem species & vmbræ insontis interempti filij eum diris agitarent, extinctum esse cum execrationibus alterius.) Antea legebatur, cum identidem species, & vmbræ insontis interempti filij cum diris agitarent extinctum esse execrationibus alterius. Qui postea emendarunt, fecerunt rectè: Eum diris, non ita aũt rectè, quod, Extinctum esse cũ execrationibus alterius, scripserunt, Quantum autem ipse intelligere possum, ij germanum huius loci sensum assequuti non sunt, qui ex hac verborum dispositione nullus percipi potest. Incredibile est enim, quàm luxata fuerint verba huius extremi libri XL. in illo exemplari Germanico. Itaque nisi sæpè ea in ordinem suum redigas, vix sensum inuenias. Quod qui ante me hunc librum emendarunt; & senserunt etiam & fecerunt. Hæc igitur verba in hunc modum mihi videntur esse ordinanda: Curisq́; & vigilijs, cùm identidem species, & vmbræ insontis interempti filij eum diris execrationibus alterius agitarent, extinctum esse. Sic locutus est lib. 26. Diram execrationem in populares, obtestationemq́; quam sanctissimam potuerunt aduersus hospites composuerunt. Et lib. 10. Dira execratio, & furiale carmen. Item lib. 28. Et Plin. lib. 28. cap. 2. Diras deprecationes dixit. Sensus per se ex verbis ipsis perspicuus est. Si haud statim palàm facta esset mors regis.) Glareanus sic: Videtur altera parte defecta oratio, &, Aut legendum, pro Haud. Nam alioqui sensus
☞ nullus est: Neq; enim haud statim palàm facta est mors regis. quod laudo. [Hic semel propitiũ habet Sigonium
,, Glareanus: verùm tot locis antè eum restitutis nulla est gratia.] De ea re Antigonus sæpè inuitus cum ipso Cottone legatus ad concitandos Bastarnas missus.) Antè legebatur: Ea res Antigonus. Quidam fecerunt, De ea re. Ego malim: Erat Antigonus. Cur enim dicat: De ea re, cùm addat: Ad concitandos Bastarnas. Malim ergo: Erat Antigonus perinuitus cum ipso Cottone legatus. Nam cùm suprà dicturus fuerit: Admoneri tamen potuisset Antigonus, si aut statim palàm facta esset mors regis, aut tum apud regem fuisset. Ne statim patefieret mors regis, Calligenes medicus causam attulit. Ne tum adesset Antigonus, incidit, quòd perinuitus erat legatus cum Cottone ad Bastarnas concitandos missus. Reddit ergo rationem cur vterq; & Cotto, & Antigonus ad Bastarnanum aduentum nunciandum regi, prægressus erat, alter quia Bastarna erat, alter perinuitus. Quod autem suprà ait etiam, Nobilis erat Bastarna. Malim: Nobilis is erat Bastarna: sic enim ferè loqui solet Liuius, & lapsus facilis est & vsitatus, vt lib. 41. Castra ad lacum Timaui posuit: Imminet mari is lacus. & 43. Prætor nouus Ismenias. Is erat vir nobilis, ac potens. Item, Leonides Lacedæmonius, regij is generis ferebatur. Inde in omnem euentum consilia commodabantur) Malim accommodabantur. A. litera ex præcedenti voce, Consilia, repetita: sic Cicero: Id si sciissem, ad id meas literas accommodauissem, & alibi. Vt ijdem versus aliàs in aliam rem accommodari posse viderentur. Et Liuius lib. 41. Ad hæc quæ palàm sunt consilia nostra accommodare oportet.

868 Quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremptos esse.) Hanc historiam planissimè scribit Pausanias in Atticis. A. Manlius Volso.) Vulso, vt antè. Clondico duce profecti erant.) Ex epitome libri 43. legendum est Elonico. Cepione.) Cæpione, vt antè. Centone.) Centhone, vt antè. Lanaque cum integumẽtis, quæ Ioui opposita fuit, decidit.) Apposita, legendum ex Obsequente in libro de prodigijs: Lana cum integumentis, quæ Ioui oppositæ erant, decidit.

IN EPITOMEN LIB. XLI.

Monimentumque operum suorum Gracchurim oppidum in Hispania constituit.) Rectè: sic enim Festus lib. 7. Gracchuris vrbs Hiberiæ regionis, dicta à Graccho Sempronio, quæ antè à Illurcis nominabatur. A Postumio Albino.) Vet. lib. Et à Postumio Albino. De vtrisq; triumphauit.) Vet. lib. Vterq; triumphauit, Rectè: id est, Gracchus, & Albinus: ille de Celtiberis, hic de Lusitanis: Ita enim Liuius. Q. Volumnius Saxa.) Emendo, Q. Voconius: sic enim Cicero in Catone, vbi legis Voconiæ meminit: sic in oratione pro Cornelio: sic Augustinus de ciuitate Dei. sic cæteri: est enim hæc lex Voconia celebris. Templa magnifica multis locis erexit, Athenis, Iouis Olympij, & Antiochiæ.) Scribe & Antiochiæ, Capitolini, sic enim Liuius hoc libro: Alioquin imperfecta, & oratio, & historia erit.

IN LIBRVM XLI.

A patre in pace habitam.) Reliquos quinque libros, quos nemo adhuc commentarijs editis emendandos suscepit, quanquam manuscriptorum librorum ope destituti, dabimus operam, vt ex ingenio, aut corrigamus, aut vbi correctionis indigeant, demonstremus. Atque hoc quidem loco multa deesse intelligendum est, vt sortitionem prouinciarum & consularium, & prætoriarum. Consulibus A. Manlio Gallia, M. Iunio Ligures. Prætoribus, M. Titinio Hispania citerior, T. Fonteio vlterior, Neroni Etruria, T. Æbutio Sardinia obtigerunt: præterea quæ de igne Vestæ extincto, de rebus à Ti. Graccho, & L. Albino in Celtiberia, & Lusitania gestis, de Antiocho, de lustro à censoribus condito, de lege Q. Voconij in epitoma traduntur, postremò res à M. Iunio consule in Liguribus gestæ desiderantur. Hoc autem principium est earum, quas à Manlius consul ex prouincia sua Gallia in Istriam transgressus, cum Istris gessit.

Historiæ

Hiſtriæ fines) Iſtriæ, ſic enim Græci. 869

Tunc demum nuncius ad tertiam legionem reuocandam, & Gallorum præſidium. Et ſimul ex omnibus 870
locis ad caſtra recipienda, demendamq; ignominiã rediri cœptũ eſt.) Duæ voces, aut paulò plures huic ſententiæ deeſſe videtur, hæc: opprimendum venit. vt ſit: Tum demum nuncius ad tertiam legionem reuocandam, & Gallorum præſidium opprimendum venit. Sic enim ait paulò pòſt: Egregiam gloriam tertiæ legionis fore, ſi caſtra metu ſecundanorum amiſſa ſua virtute recipiant, & recipi facilè eſſe, ſi in præda occupati barbari ſubitò opprimantur.

Tribuni pl. Licinius Nerua, & C. Papirius Turdus.) Omiſſum eſt à librarijs prænomen Licinij. A. Licinius 871
Nerua. ſic enim pòſt in prætura vocatur: neq; pareſt omiſiſſe id in Licinio Liuium, at non in Papirio. De Papirijs Turdis Cicero ad Papyrium Pætum. Ilienſes adiunctis Balarorum auxilijs.) Balaros Sardiniæ populos, æquè atq; Ilienſes commemorat etiam Strabo. Sed ſingulos iuſtum pati ſeruitium, iuſtos coniuges liberosq; vexari.) Iuſtos mendosè eſt. Suſpicor, iuxta ſe, reponendũ. Eſt autem Iuxta, æquè ac pariter. ſic lib. 29. Omnia ſcelera Pleminius in nos, liberosq; noſtros, coniugesq; edidit. Et lib. 43. Domos ſuas plenas turba nautica eſſe, verſari inter ſe, coniuges, liberosq; ſuos. Motus is ſenatus.) Lege. Motus his ſenatus.

C. Numiſius, C. Mummius.) Hic pòſt L. Mummius dicitur. Idem anno DLXIII. tribunus pl. fuit, quo loco 872
L. Nummius dicebatur. Et quibus ſtirps deeſſet quam relinquerent, vt ciues Romani fiebant.) Malim, ij ciues Romani fiebant. Et ſi quis ita ciuis Rom. factus eſſet. Hæc impetrata ab ſenatu.) Librarius tres voces tranſcendiſſe videtur. Nam hæc futura erat oratio. Et ſi quis ita ciuis Rom factus eſſet, ciuis non eſſet. Vox eſſet, decepit librarium, vt ſæpè.

S. C. adiectum eſt, vt dictator, conſul, Interrex, cenſor, prætor, qui nunc eſſet apud forum, quem manumit- 873
teret, in libertatem vindicaretur, iuſiurandum daret &.) Ne hæc quidem ſententia perfecta eſt, cùm futura fuerit eiuſmodi. Vt dictator, conſul, interrex, cenſor, prætor, qui tunc eſſet apud forum, darent operam, vt qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, iuſiurandum daret, qui eum manumitteret, ciuitatis mutandæ cauſa non manumittere.

Q. Petilius Spurinus.) Petillius, ex conſulatu Capitolino. 874

L. Aquilius Gallus.) Aquillius, ex tabulis Capitolinis & Græcis. Quia non rectè factæ latinæ eſſent.) 875
Malim, Ritè, vt ſemper alias. Comitia in diem III. Non. Sext. Latinas ad diem III. Idus Sext. edixit.) Lego vtrobique. In A. D. id eſt, in ante diem. ſic enim lib. 43. In ante dies VIII. & VII. Kalen. Octob. dicta dies. Et lib. 45. Latinæ edictæ à conſule ſunt in ante IIII. III. & prid. Idus Nouemb. Sic igitur & hic in A. D. III. Nonas edicta erant.

Creauit M. Valerium Letinum.) C. Valerium Læuinum, ex conſulatu eius Capit. & ipſomet Liuio infrà. 876

Immemorem ambiguitatis verbi ominatum ferunt, ſed eo die Letum capturum eſſe.) Valer. lib. 1. ita: Petil- 877
lius conſul in Liguria bellum gerens, cùm montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret, interq; ad hortationem militum dixiſſet: hodie ego Letum vtiq; capiam. inconſideratius præliando fortuitum iactum vocis letho ſuo confirmauit. C. Valerius audita.) Hoc loco hæc deſiderantur. Expoſitis rebus ab altero conſule. Q. Petillio in Liguribus geſtis, & morte eius, iam ordiebatur narrationem earum, quas collega eius C. Valerius geſſiſſet, his verbis. C. Valerius audita morte collegæ. Quæ res & ipſæ interciderunt. & comitia conſulum P. Mucij Scæuolæ, & M. Æmilij Lepidi. itemq; prætorum, vnà cum ſortitione prouinciarum, præterea expoſitio rerum, quas in Gallia, Liguribusq; conſules geſſerunt. Nam ait: Ob eas res in Gallia Liguribusq; geſtas duorum conſulum ductu, auſpicioq; ſenatus in triduum ſupplicationes decreuit. Quod autem ad comitia conſulum pertinet, reperi ſententiam perbellam iacere apud Priſcianum lib. 17. quam ſuo loco interijciendam eſſe duxi. Ea eſt hæc, Liuius ab vrbe condita lib. 41. Periti religionum, iurisq; publici, quando duo ordinarij conſules eius anni alter morbo, alter ferro perijſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe. Ordinarios autem appellat conſules, qui primis comitijs ſint creati, neq; in demortuorum locum ſuffecti. Fuerant autem Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, & Q. Petilius Spurinus, quorum ille morbo, hic ferro abſumptus fuerat, vt & Liuius, & Valerius tradunt. Suffectus autem in Scipionis locum C. Valerius Lęuinus, quem religionum, inquit, periti negabant comitia rogandis conſulibus habere poſſe. Hac autem de re ſic ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis.

CN. CORNELIVS L. F. L. N. SCIPIO HISPALVS. Q. PETILLIVS C. F. Q. N. SPVRINVS. IN.
IN. MAG. MORTVVS EST. IN EIVS L. F. E. MAC. POSTEAQVAM SIBI CONLEG.
C. VALERIVS M. F. P. N. LÆVINVS. SVBROG. OCCISVS EST.

Q. Mucius cum ijs.) Scribe P. Mucius, ex conſulatu Cap. & Caſsiodoro: collegam enim M. Lepidi quærimus. More ſella eburnea.) Deſiderantur pauca, quibus mores Perſei regis deſcribebat, de quo dicere cœperat. Itaque ſubſequitur. Perſeus regio more ſella eburnea poſita ius dicebat.

Suo pio inter peregrinos.) Hoc loco interciderunt comitia conſularia, quibus conſules creati ſunt Sp. Po- 878
ſtumius Albinus, Q. Mucius Scæuola. Comitia item prætoria. De ſortitione autem prouinciarum prætorum ſubſequitur hoc modo: Iam prætores ſortiti prouincias erãt, C. Caſsius Longinus vrbanam, L. Cornelius Scipio inter peregrinos. Quòd peſtilentia, quæ priore anno in boues ingruerat, eo verteret in hominum morbos, qui inciderant, haud facilè ſeptimum diem ſuperabant.) Suſpicor ſic legendum, eo verterat in homines. In morbos qui inciderant, haud facilè ſeptimũ diem ſuperabant.) Suſpicor ſic legendum, eo vertat in homines. In morbos qui inciderant, haud facilè ſeptimum diem ſuperabant, quanquam vſus eſt etiam eiuſmodi genere dicendi lib. 25. Vt neglecti, qui incidiſſent, morerentur. Et Cic. in Piſon. Neq; ſe recreare quiſquam poſſet, qui ſemel incidiſſet. Tib. Sempronius T. F. Longus.) Lege Ti. Sempronius. C. F. Longus. Nam anno DLXI. ait: Decemuir ſacris faciundis in locum Ti. Sempronij Ti. F. Longi. Ti. Sempronius C. F. Longus ſuffectus. Qui ergo creatus eo anno, hoc moritur. ibi autem id circo prænomina appoſuit, vt interno ſcerentur. C. Attilius Æmilius curio maximos.) Vt dixi ſuprà in eo anno, quo hic creatur curio, legendum eſt, C. Mamilius Vitulus curio maximus. C. Sulpitius Galba in locum Tuditani. Augures ſuffecti ſunt.) Excidit nomen pontificis ſuffecti in locum Cn. Seruilij Cæpionis demortui. Ait enim Pontifices ſuffecti ſunt C. Sulpitius Galba in locum Tuditani, ... in locum Cæpionis. Neque enim ſi de Galba ſolùm dixiſſet, Pontifices ſuffecti, ſed Pontifex ſuffectus dixiſſet. Curio maximus C. Scribonius curio.) Altera vox curio cognomen eſt Scriboniorum. Itaque maiore litera notanda eſt, vt diſtinguatur à priore voce, quæ ſacerdotium ſignificat. Faces eadem nocte plures per cœlum lapſæ ſunt in Lanuuino, Cæritesque anguem in oppido ſuo iubatum aureis maculis ſparſum apparuiſſe affirmabant.) Priſcianus lib. quarto, citat hunc locum ſic. Liuius hiſtor. ab vrbe cond. lib. 41. Lanuuini, Cæritesque anguem iubatum nunciarunt. Itaque legendum eſt ita: Lapſæ ſunt. Lanuuini. Cæritesque. Legati Nonis Iulij.) Vt dixi alio loco, ſi Iulias Nonas intelligeret, Quinctiles dixiſſet, quo modo ante Cæſarem Di-

ctatorem loquebantur. Itaque Iunias repono, vt alibi ex veterum librorum auctoritate feci. Plutarchus sæpe: κελαδίας κωπίλιας. ἃς νυῦ ἰουλίας καλέμεν.

879 Nec earum tantùm ciuitatum, per quas iturus erat satis habuit animos sibi conciliare, aut legatos, aut literas dimisit. Legendum est, Sed aut legatos aut literas dimisit. Id cùm Perseus animaduertisset comprensis omnibus literas. Cæterùm ne similis.) Post vocem literas exciderunt verba aliquot, quæ hunc sensum explerent. Comprensis omnibus literas ad Achæos misit, quibus se seruos eorum, qui ad se transfugerant benignè remittere illis scripsit. cæterùm ne similis fuga seruorum postea fieret, cogitandum & illis esse. Hæc sententia elicitur ex sequentibus Callicratis verbis. Inde literas ad nos cum muneris specie misit, & cogitare iubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus. Nam qui regibus, Macedonibusq; ipsis finibus interdixissemus, manereq; in decretum, scilicet ne legatos, ne nuncios admitteremus regum.) Præcisa sententia, imò manca sic expleri possit: Manereq; id decretum voluimus, scilicet ne. sic paulò pòst: Vt decretum, quo arcentur Peloponneso Macedones tollamus. Nec prouincijs de controuersis ad disceptationem P. R. audiuit.) Excidit vox vna ad sensum complendum necessaria, ea est: Reuocantem. sic enim ait: Dolopiam armis subegit, nec prouincijs de controuersis ad disceptationem populi Rom. reuocantem audiuit. Hoc probatur ex eo quod paulò antè dixit: Et de quibus ambigebatur rebus ab rege ad Romanos reuocabant.

880 Immiscemur Macedonibus armantibus se aduersus Romanos.) procul dubio, Immisceamur, legendum est, pendetq; & hoc membrum à superioribus. Hoc est, vt decretum tollamus, vt legatos regios exercitus Macedonum, & mox ipsum à Delphis traijcientem in Peloponnesum videamus, immisceamur Macedonibus armantibus se aduersus Romanos. Quanquam & illud dicere poteram tanta priorum Macedoniæ regum merita erga nos fuisse, vt Philippi vnius iniurias, si quæ fortè fuerunt, vtiq; post mortem.) Sensus docet deesse verbum, Obliuisceremur. vt sit: Si quæ fortè fuerunt, obliuisceremur vtiq; post mortem. Cum classis Rom. Cenchris staret consul cum exercitu Velatiæ esset.) Cenchreis, & Elatiæ scribendum sine dubio, ex lib. 31.

881 Exulibus Hypateis.) Hypatæis, ex Stephano ὕπατα πόλις. L. Fuluij, qui frater germanus, & vt Valerius Antias tradit, consors etiam Censoris erat.) Hunc Velleius Cn. Fuluium vocat: & rectè, vt libro priore docui. Aspera, inquit, censura Fuluij Flacci, & Postumij Albini fuit: quippe Fuluij censoris frater, & quidem consors Cn. Fuluius senatu motus est ab ijs censoribus. Ex ijs M. Æmilio senatus negotium dedit.) Hoc nomen consulis est mendosè: non enim hoc anno, sed priore M. Æmilius consulatum gessit. qui autem proximè ante L. Postumium Albinum, & M. Popillium Lænatem, qui subsequùtur, consules fuerunt, ij. Sp. Postumius Albinus, & Q. Mucius fuerunt. Neq; verò de M. Æmilio intelligi potest, quia ille sortitus Galliam est, hic autem Istros, nihil memorabile gessit. P. Mucij res in Liguribus gestæ apud Liuium omnino interciderunt. Illud enim tantùm extat, ob eas res in Gallia Liguribusq; gestas duorum consulum ductu auspicioq; senatus in triduum supplicationes decreuit, & XL. hostijs sacrificari iussit.

882 Ferreis in monte Albano consulibus.) Ferijs. puto legendum, vt de Latinis intelligatur, quæ agebantur in monte Albano. Cæterùm hic locus sanari ne coniectura quidem potest. Et alter ex ijs Fuluius Flaccus, nam Postumius nihil nisi senatus Romani, populiúe iussu se locaturum esse ipsorum pecunia, Iouis ædem Pisauri.) Malim: Nam Postumius nihil nisi senatusconsulto, populiúe iussu se locaturum ipsorum pecunia dicebat. Sic enim loqui solet, vt senatusconsultum, vel auctoritatem iussui populi opponat. Et Pollentiæ.) Potentiq, vt suprà. In his & clo um circumducend & forum.) Puto legendum: cloacam in fluuium circunducendam, & forum. Sic lib. primo, cloacis è fastigio in Tiberim ductis. M. Popilius Lænates.) M. Popillius Lænas, ex Capit. lap. Cn. Fabius Buteo.) Alio loco ostendi N. Fabios, Cn. Fabios mendosè scribi. Est profectò N. Fabius Buteo consul anno DV. in tabulis Cap. Neminem autem Cn. Fabium reperi nisi mendosè. In ædem Matris Matutæ posita.) Lege, in æde. Sic lib. 40. Eodem exemplo tabula in æde Iouis in Capitolio supra ualuas fixa est. Atque liberatis vectigalibus restitutis.) Deesse mihi vox aliqua videtur, vt: Atque liberatis vectigalibus, & reip. restitutis. T. Flaminij.) Flaminini, vt suprà: est enim filius T. Quinctij Flaminini, qui de Philippo triumphauit.

IN LIBRVM XLII.

884 Cn. Fabius Massiliæ.) N. Fabius, vt dixi. Senatus decreuit, vt P. Furius, Cn. Seruilius, quibus succedebatur, inter se sortirentur, vter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret.) Locus sine dubio mancus. Quod ex diuturna obseruatione Liuianæ orationis intelligi potest. Possum sexcentos proferre locos, quibus Liuius ita locutus sit. Compararent inter se, aut sortirentur, verùm paucis quibusdam ero contentus, quæ sunt in extremis his libris. Lib. 41. S. C. factum est, vt consules inter se compararent, vter eorum ad comitia habenda Romam rediret, & hoc libro S. C. inde factum est, vt consules inter se prouincias compararent, sortirentúrue. Et lib. 43. primo quoq; tempore prouincias, aut comparare eos inter se Italiam, & Macedoniã, aut sortiri placuit. & lib. 45. primo quoq; tempore aut compararent eos inter se, aut sortirentur. Cùm igitur & ex his locis, & ex ijs, quæ suprà à me collecta sunt, satis constet, non consueuisse dicere Liuium, sortiri inter se, sed comparare, non est dubium, quin legendum sit. Inter se compararent, aut sortirentur. præsertim verò cùm subsequatur: Sors opportuna fuit, quasi dicat: Ex duabus propositis rationibus, vna opportuna fuit.

885 Cn. Lutatius Cerco.) Puto legendum C. Lutatius, neq; enim Cnæum prænomen esse Lutatiorum reperi. Suprà in Capitolinis consulibus est, Q. Lutatius, C. F. C. N. Cerco. Vouerat in ea pugna ædem Iunonis Monetæ.) Casus dandi requiritur. Sic enim semper loquitur. Res exemplis non eget. Iunoni ergo scribe.

886 Arma quoque tempore fieri.) Corrige, arma primo quoque tempore fieri. Nam de consule paulò antè dixit. At ille arma omnibus ademit. Quæ ergo arma à consule Liguribus adempta fuerant, ea primo quoq; tempore fieri censuit senatus, & factum consulis improbauit. Nota dicendi forma est. Quas ob res placere senatui, M. Popillium consulem Ligures pretio emptoribus reddito, ipsos restituere in libertatem.) Suspicor legendum: Quam ob rem S. C. factũ est, placere senatui, &c. Dixit enim: Atrox res visa senatui est, Statellates Ligures deditos in fidem populi Rom. armis, & libertate spoliatos esse. Quare S. C. factum est, placere senatui, M. Popillium consulem Ligures in libertatem restituere, &c. De hoc S. C. ita paulò pòst. Postulare à patribus, vt S. C. in se factum tolli iuberent. Hæc aũt verba, ob eas res placere senatui, vt &c. solennia esse senatus consultorum, apparet ex S. consultis Philippicarum apud Ciceronem. Infestus prætorib. Romam redijt.) Lege, Prætori. A. enim Atilium intelligit. Itaq; addit: Inuectus est in prætorem, qui aduersus se pro hostibus senatusconsultum fecisset. M. Iunius Pœnus.) Pennus, vt ante. Censores erant Q. Fuluius Flaccus, & L. Postumius Albinus.) A. Postumius, ex censura Capitolina, & Liuio, suprà. Neque ab altero notatum probauit.) Corrigo: Neque ab altero notatum alter probauit. Sic lib. 45. Neque vllius, quem alter notaret, ab altero leuata ignominia. Hac de ratione censoria sic Cicero pro Cluentio. Atque ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt

alter

alter alterius iudicium non modò reprehẽdat,ſed etiam reſcindat,vt alter de ſenatu mouere velit,alter retineat. alter in ærarios referri,aut tribu moueri iubeat,alter vetet.

Incœpto perſtabant.) Diuidendæ voces ſunt.In cœpto.Et lib.45.In benè cœpto perſeuerare ait. 887

Altero ad Sidenum auguſtiſsimo,& celeberrimo in templo,tertio Delphis.) Videtur legendum ad Delum ex Suida,qui de Perſeo ait: ἢ τῶν ἐξεπίθει ἀναγραφὰς εἰς τε Δῆλον, ἢ Δελφούς. Armis vel tribus tantùm exercitibus in armamentaria congeſsiſſe.) Corrigo,vel tribus tantis,quo de dicendi genere libro priore dictum eſt. 888

Tamen in primo congreſſu non temperauit,quin vxoris petendæ præmaturam feſtinationem fratri obij- 890
ceret.) Sic Plutarchus in apophtheg.ὁ γὰρ μένης φιλοφρόνως ἀπασάμενος αὐτὸν, ἢ ἀφὶ τὸ ἧς εἰπὼν μὴ ἀπεῦδε γῆμαι, φρὶν τελευτήσαντα ἰδῆναι. Claſſem appellere tuto,& copias per commoda exponere poſſet.) Percommodè: reſpondet enim voci,Tuto.

Columna roſtrata in Capitolio bello Punico conſule, cui collega Ser. Fuluius fuit,tota ad imum fulmine 891
diſcuſſa eſt.)Et hic locus mancus ita ſanari fortaſſe poſsit.Columna roſtrata in Capitolio bello Punico priore poſita à M.Æmilio conſule,cui collega Ser.Fuluius fuit.Hi autem conſules fuerunt anno V. C. CDXCV. de quibus Caſsiodorus,& Capitolini auctores. Decemuiri luſtrandum oppidum.) Sic lib.22.prodigijs alijs ex alio loco nunciatis,tamen Ardeæ ſacrificatum ait:Decemuiri in foro Ardeæ maioribus hoſtijs ſacrificarunt.

Qui re præſenti cognoſcerent.) In re præſenti,legendum.Liu.lib.34.Miſſuros ſe in Africam, qui inter Car- 892
thaginienſes,& regem in re præſenti diſceptarent.Legi etiam exemplum tabulæ cuiuſdam æneæ perantiquæ in agro Genuate repertæ.vbi ita eſt:De controuerſijs inter Genuateis & Veiturios in re præſente cognouerunt,& coràm inter eos controuerſias compoſuerunt. Stratique humi non ſibi magis miſericordiam, quàm regi.Interrogari Guluſſam placuit.)Expleueris ſenſum ſi ita leges:Non ſibi magis miſericordiam,quàm regi inuidiam concitarunt.Deinde interrogari Guluſſam placuit. Mittendi ſe Romam qui deprecarentur.)Deprecaretur,perſpicuè.

Renunciandamq; amicitiam regis miſsi.)Regi legendum eſt.Sic enim lib.38.Decreuerunt renunciare ſo- 893
cietatem Achæis.Et lib.35.Badium Campanum T. Quintio Criſpino Romano renunciare hoſpitium. Suet.in Caligula.Ac ne tum quidem vltra progreſſus eſt,quàm vt amicitiam ei more maiorum renunciaret.

L.Porcius Licinius.) Licinus,vt antè. L.Iunius Annalis.)L.Villius,vt antè. Nihil recuſare tamen 894
quo minus operam P.R.dent.)Inuerſæ literæ ſunt,& R.P.ſcribendum eſt,vt ſit Reip.non populo Romano.Hæc enim vſitata locutio.

Quod bellum ſenatus Perſeo iuſsiſſet.)Malim,cum Perſeo. A.M. Cœlio mihi primus princeps prioris 897
centuriæ eſt aſsignatus.)Lege,à M'. Acilio.Glabrionem enim intelligit apertè eum, qui cum Ætolis bellauit,& cum Antiocho.

Ligurum mille millia.) Scribe.Ligurum M.M. id eſt,duo millia. C.Decium,A.Licinium Neruam.) 898
Emendo C.Decimium, vterq; enim horum pòſt prætor fit. Decios præterea hoc prænomine vſos non comperi.

Abrypolim ſocium,atque amicum populi Rom.regno expuliſti.) Huius rei hiſtoria excidit apud Liuium. 900
Priore autem libro,quo in loco de origine Perſici belli agebat,vt puto eam tradidit: præſertim verò cùm in Epitome eius libri hæc verba ſint. Initia belli Macedonici continet,miſerat ad Carthaginienſes legationem, &ab ijs nocte audita erat. Sed & alias Græciæ ciuitates ſolicitabat,qui præter religionẽ, quod quàm multa templa magnifica multis locis erexit,Athenis Iouis Olympij,& Antiochiæ Capitolini,viliſsimum regem egit. Narrat autem Pauſanias in Achaicis,cùm Perſeus fœdus, quod ſibi cum Romanis erat,violandum eſſe decreuiſſet,Abrupolim Sapenſium Regem aggreſſum eſſe,& populi Rom. ſocios vexaſſe. Verba ſunt hæc: Περσεῦ γὰρ τῷ φιλίππου πρὸς ῥωμαίους ἄχρητα τῶν εἰρήνων χρῆσθαι κρίναντος, ὃς ὁ πατὴρ οἱ φίλιππος ἐποιήσατο, ἐπῆλθεν ὑπὲρ ἕβρου τοὺς ὄρεσιν, ἢ δὴ τε σαπαίων τὴν βασιλέα ἀβρύπολιν στρατιὰν ἀγαπῶν ἐποίησεν αὐτὰς τοὺς ῥωμαίων συμμάχους ὄντας. Pro paterno noſtro hoſpitio faueo orationi tuæ.)Rationi lego,id eſt,cauſæ.etenim ſic ſequitur, & opto vt aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud ſenatum cauſæ.Videtur autem litera,o,ex fine vocis,faueo,repetita. Ex quo regnum adeptus es,vnam rem te,quæ facienda fuerit, ſenatus feciſſe cenſet,quòd legatos Romam ad renouandum iudicat potius,quàm cùm renouatum eſſet,violandum.) Hoc modo perfici hæc ſententia videtur poſſe: Quòd legatos Romam ad renouandum fœdus miſeris,quod ipſum tamen tibi non fuiſſe renouandum iudicat potius, quàm cùm renouatum eſſet,violandum. Fecit enim iteratio huius vocis, renouandum, vt librarius à priore ad poſteriorem tranſierit, verbis medijs præteritis.

Legati Romani in Bœotiam comparati ſunt.) Comparare legatos dixit, vt comparare conſules, & cenſo- 902
res,id eſt,vt alibi dixit legere,& in legationem conijcere.

Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum vitæ eius inſidiantem,eadem Faliſcis vinctum traditum pro 903
ditorem liberorum regis.)Alios ſequi videtur auctores,quàm quos ſequutus eſt lib.6. vbi de magiſtro proditore loquitur:non enim liberos eos fuiſſe regis ſignificat,ſed principum Faleriorum.Idem tradit Plutarchus.

Cuius imperio,conſilioq; ſummam P.R.tuendam permiſerunt.) Inuerſæ literæ ſunt, Reip. legendum eſt, 904
non populi Rom. Aliquam diuerſis ſententijs certatum eſt.)Aliquandiu diuerſis.

Dum integræ res ſint apud animum ſuum Perſea debere,vtrum ſingula concedendo.) Imperfectum ſen- 905
ſum ita expleueris.Dum integræ res ſint,cogitare apud animum ſuum Perſea debere. Hippias Bereus.)Berœæus vt antè. Antiphilus Ediſſæus.)Edeſſæus,ab Edeſſa: Stephanus. Ex Paroria.) Parorea, Græcè παρώρεια, ſic antè.

Sextus & viceſimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat.) Lege, tertius & viceſimus. 906
Tot enim numerantur à P.Cornelio,Ti.Sempronio COS.Error ex notis manauit, III & VI. ex duobus enim II. V. factum eſt. Quæ tricenos equites habeant.) Corrigo Trecenos,quod eſt æquè, ac trecentenos,ſic paulò pòſt. Non plus quàm CCC. equites erant in caſtris Romanis. ſic libro priore: Quina millia,& duceni pedites,& trecenti equites. Incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum.)Fama,perſpicuè. Tantùm iuſsis ad iter parere.)Parari, perſpicuè.

Pythoum,& Dolichen.)πύθιον vocant Plutarchus in Paullo,& Stephanus. Quare lego,Pythium. Cy- 907
retias oppugnare coactus.) Conatus, perſpicuè. Velatias, & Connum.) Elatiam, & Gonnum. De vtriſque dictum eſt antè ex Stephano. Philetero fratre relicto Pergami.) Philetæro, de quo Appianus in Syriaca.

Perſeus fermè diei quarta.)Lego,Perſeus hora fermè diei quarta:neq; enim in eiuſmodi ἅλειψιν adhuc apud 908
Liuium incidi,paulò pòſt,ante horam quartam.

Midon Bereus.)Milo Berœus. Plutarchus enim in Paullo μίλωνα nominat. Conſul intra vallum.) 909
Lege,conſul perſpicuè. Vt vſu belli,& ingenio impauida gens turbaretur. Gladijs haſtas petere pe-

dites. Nunc ſuccidere crura equis, nunc illa ſuffodere.) Suſpicor coniungenda eſſe verba, gladijs haſtas petere pedites, nunc ſuccidere. nam hæc omnia peditum ſunt in equites opera, vt alij haſtas eorũ gladijs peterent, alij crura equis ſuccciderent, alij ilia ſuffoderent. Cum ordinatis, & certò incidentibus gradu.) Lego, incedentibus, vt lib. 22. Cùm ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet. Et Ouidius 2. Metamorph. Incedere paſſu, dixit. Ne audaci cœpto deeſſet.) Deeſſent. refertur enim ad Hippiam & Leonatum, non ad Phalangem.

910 Concidere eo die ab Romanis CC. equites, &c.) Summã colligit omnium Plutarchus in Apophthegmatibus duo millia octingentos, qui aut cæſi aut capti ſint. Ad Mopſelum caſtra poſuit.) Mopſium lego, ex Stephano: μόψιον πόλις Θετταλίας, τράβων ἐνιάτη.

911 Agris locisq; quibus Philippus ceſsiſſet, ceſſurum primùm.) Pro primum, repono Perſeum, euidente ſenſu. nam dixit etiam: Vectigal, quantum Philippus pactus eſſet daturum Perſea Romanis pollicentes. Ita pacem dari, ſi de ſumma rerum, liberum ſenatui permittat rex de ſe, deq; vniuerſa Macedonia ſtatuendi ius.) Eadem ſententia eſt apud Plutarchum in Apophtheg. P. Licinij conſulis.

912 Atque ita media nocte profectus, vt prima luce aggreſſus falleret, nequicquam primæ ſtationes oppreſſo tumultu, ac terrore ſuo cæteros exciuerunt.) Duas puto voces deeſſe huic ſententiæ. Quod apparebit, ſi ita legeris: Atq; ita media nocte profectus, vt prima luce aggreſſus falleret, ne quicquam tentauit, nam primæ ſtationes oppreſſæ, tumultu ac terrore ſuo cæteros exciuerunt, ſignumq; datum eſt arma extemplò capiendi. Aliter ſi legas, nullum elicies ſenſum. Phalanneum agrum.) Phalannæum. Steph. φαλάννα, φαλαννεὺς.

IN EPITOMEN LIB. XLIII.

914 Prætores nonnulli.) Vet. lib. Prætores aliquot. Captiui, qui ab eo venierant.) Vet. lib. Qui ab eo ſub corona venierant.) Res prætereà à Perſeo rege in Thracia proſperè geſtas continet, & victis Dardanis, & Illyrico cuius rex erat Gentius, motus, qui in Hiſpania ab Olonico factus erat ipſo interempto, cõſedit.) Vet. lib. habent, ab Elonico. lib. 40. extremò. Clondicus dicitur. vt dixi mendosè, dux enim Baſtarnarum fuit, qui in Dardaniam venerant, atq; ibi manſerant, à Philippo rege excitati. Quare pro Hiſpania, Pæonia, lego. Eſt enim Pæonia Dardaniæ continens, vt ait Liu. lib. 45. in ea igitur cùm bellum excitaret, interfectus à Perſeo rege ſignificatur. A præfectis claſsium.) Vet. lib. Item à præfectis claſsium.

IN LIBRVM XLIII.

Legatus in Illyricum à conſule miſſus.) Puto deeſſe huius legati nomen, niſi intelligamus Q. Mucium, de quo paulò ante dixit lib. 42. extremò: Q. Mucium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit. Quem tamen eodem libro tribunum militum appellauerat. Duo conſulares, inquit, tribuni militum cum eo miſsi C. Claudius, Q. Mucius. Ne duabus oppugnationibus ne quicquam fatigatus miles eſſet, quam prius intactam vrbem reliqueret, diripuit.) Corrigo. Quas prius intactas vrbes. Nam dixit: Opulenta duo oppida, vi atq; armis coegit in deditionem, omniaq; ijs ſua conceſsit. Item: ne duabus oppugnationib. ne quicquam fatigatus miles eſſet.

915 Legati ij profecti M. Cornelius Cethegus, M. Fuluius, P. Marcius Rex.) Corrigo. Legati III. profecti, id eſt, legati tres profecti. Sic lib. 41. In Macedoniam quoque mittendos legatos ſenatus cenſuit. Tres miſsi ſunt: C. Lælius, M. Valerius Meſſalla, Sex. Digitius.

916 Tantum pauorem ingreſsi.) Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quibus A. Hoſtilius Mancinus, & A. Atilius Serranus conſules facti ſunt. Hoſtilio Macedonia euenit. Atilio Italia. Item comitia prætoria cum ſortitione prouinciarum. Ad hæc verò deſunt res à P. Licinio proconſule in Macedonia geſtæ. Qua de re ſic in Epitoma: P. Licinius Craſſus proconſul complures in Græcia vrbes expugnauit, & crudeliter diripuit. Quanquam ex Liuio videtur legendum, conſul, non proconſul, quia ait paulò poſt: Quo crudelius auariusq; in Græcia bellatum, & ab conſule Licinio, & ab Lucretio prætore erat. Accedit, quòd prorogatio imperij in P. Licinio non fuit neceſſaria, cùm A. Hoſtilius conſul hoc anno cum imperio in Macedoniam venerit, atq; ibi hoc tempore eſſet. Loquitur hîc de quodam prætore, qui hoſtes ſine ſanguine domuit. Deinde qui à P. Licinio conſule in ſeruitutem adducti erant reſtitutos in libertatem exponit. Qua de re ſic in Epitoma, ob id captiui, qui ab eo ſub corona venierant, poſtea reſtituti ſunt. Pòſt autẽ, quæ à L. Hortenſio prætore auarè & crudeliter in ſocios facta ſint, exponit. De quibus ſic in epitoma. Item à præfectis claſsium Romanarum multa impotenter in ſocios facta. Si qua alia hoc loco deſiderentur, paulò poſt indicabo. Hiſtrorum & Iapidum.) Græci ἰάποδες. Tabulæ Capitolinæ Iapudes edunt.

917 Tritici decies centum millia, & hordei quinquaginta.) Quingenta, corrige. Sic enim locutus eſt de ijſdem Carthaginienſibus lib. 36. Hordei quingenta millia. Miccion princeps eorum.) Mictio, ex Plutarcho in Paullo, vt antè.

918 Qui excluſiſſent, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Ænum, incolumes eſſe.) Malim, Quæ, ſunt enim hæc vrbium nomina. Quibus nihil dicere, neq; penſi, neq; facere.) Malim, neq; penſi ſit: vt lib. 42. Id illi cui nihil penſi ſit, facile eſt. M. Iuuentius Talua.) M'. Iuuentius Thalna, ex conſulatu Capitolino. Quem non poſſe exiſtimare.) Niſi cum interrogatione legas, nullus erit ſenſus. Milites duarum legionum intra dies LX. quàm in prouinciam venit, diuiſit.) Dimiſit, lego. Nam præcedit: Satis explorata pace eius anni. De conſule A. Atilio loquitur. Ad Lycnidum: Græci enim λύχνιδον.

919 M. Sulpitius Gallus.) C. Sulpicius ex prætura & conſulatu eius. Q. Marcius Philippus iterùm, Q. Seruilius Cœpio.) Cn. Seruilius ex conſulatu Cap. & Caſsiodoro. Sacerdotes intra eum annum mortui L. Flaminius, duo Pontifices deceſſerunt.) Deeſt nomen ſacerdotij, quo præditus erat L. Flamininus: erat autem augur factus in locum P. Furij Phili anno DXXXVIII. quare L. Flamininus augur, legendum.

920 Tribunos ijs non permiſſum. vt conſules facerent, populus creauit.) Corrigo. Tribunos mil non permiſſum. P. Mucius Scæuola, C. Iunius Brutus.) Scribe M. Iunius Brutus. Qui enim cenſuram petebant, hoc tempore conſulares erant. Conſul autem fuit M. Iunius Brutus, non Caius, ex conſulatu eius Capitolino & Caſsiodoro. Id prætoribus magna patrum non ſine ſuggillatione conſulum mandatum eſt.) Deeſt huic ſententiæ vox vna, vt, magna patrum conſenſione. Quotieſcunque delectus erit, quem hic cenſores magiſtratum habebunt. ſi miles factus non eris, in delectu prodibis.) Voces, Quem hic, mendosè ſunt. Mihi reponendum pro ijs videtur, Quicunq;. Errauit librarius, quia ſcriptũ legit, Quic, & in Quem hic mutauit. Reſpondent autem hæc inter ſe, Quotieſcunq;, & Quicunq;. Porro autem: in delectum, lego vt paulò antè, ad delectum prodito.

Quod

Quod ſine dolo malo facere poteris.) Nota interrogationis addenda eſt. Tribunum pleb. Rutilium.) 921
Ego: Tribunum pl. P. Rutilium. Sic enim etiam lib. ſequenti vocatur.

Periculum Graccho non eſſe conceptis verbis iurauit.) Diſtinguenda verba ita, vt intelligamus, plebe ac- 922
clamante periculum Graccho non eſſe, Gracchum conceptis verbis iuraſſe. Ita enim factum eſſe tradunt etiam cæteri. Eo anno poſtulantibus Aquileienſium legatis, vt numerum colonorum augeret, M. & D. familiæ ex S.C. ſcriptæ.) Perſpicuè legendum eſt, poſtulantibus à ſenatu Aquileienſium legatis. Nam ſequitur: augeret, & ex S.C. ſcriptæ. Tyrrei concilium legatis Acarnanes dederunt.) Lege, Thyrij. Stephanus: θύριον πόλις ἀκαρνανίας. Cùm à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præſtarent.) De Cotye rege Thraciæ, & vt ipſe ait, Odryſarum, alij multi. De Cephalo Acarnaniæ duce. ſic Strabo lib. 10. φασὶ τὸν ταφίους, καὶ τὸν τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τῶν ἀκαρνανίαν πρόσπορον, καὶ τὴν γεγμένα ἀυτοῦ κέφαλον. Fuere autem hæc multorum regulorum nomina, non vnius duntaxat. Ad Vſcana.) Infra ſemper Vſcanam edit.

Dardanos recens domuiſſet bello.) Pars ea, qua Perſeum domuiſſe Thracas, & Dardanos tradebat Liuius; 924
deſideratur in ſuperiore huius libri fragmento. Nam in epitoma etiam eſt: Res præterea à Perſeo rege in Thracia proſperè geſtas continet, & victis Dardanis & Illyrico, cuius rex erat Gentius. Reliqua igitur omnia de Thracia, & Dardanis ibi tractabantur: nunc res Illyricas exorditur, cùm ait: Solum infeſtum eſſe Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, neq; ipſis quietis Illyrijs, & aditum præbentibus Romanis, ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentium quoq; regem iamdiu dubium in ſocietatem perlici poſſe. Ex his autem, & quæ ſuprà dixi intelligi poteſt, multas paginas eo loco intercidiſſe. Phanotem Epiri caſtellum.) Hoc oppidum φανότεια, φανότη, καὶ φανοτεῖς dictum eſt, auctore Stephano, quibus modis variauit etiam Liuius. Nec tamen impetrare ab animo poſſet, vt impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.) Corrigo: Nec tamen impetrare ab homine poſſet. Loquitur enim de Gentio rege, à quo ſocietatem impetrare non poſſet Perſeus. Cæterùm quæ de Elonico traduntur in epitoma à Perſeo facta eſſe, hîc deſiderantur. Itaque finis libri eſt aſteriſco ſignandus.

IN EPITOMEN LIB. XLIIII.

Per ſaltus penetrauit.) Vet. lib. Per inuios ſaltus penetrauit. Paullus in concione precatus eſt, vt quic- 925
quid diri populo immineret, ſupra domum ſuam conuerteretur, & in Macedoniam profectus Perſeum vicit.) Qui epitomam hanc ſcripſit, parum accuratè videtur Liuiana verba legiſſe, neq; enim in concione, quam Paullus habet, antequam in prouinciam exeat, quicquam tale inuenitur. Immò Paulus ait, ſe tali vſum eſſe precatione, poſtquam Perſeum vicerat. Verba eiùs ſunt in oratione ad Quirites poſt triumphum lib. 45. Poſtquam omnia ſecundo nauium curſu in Italiam peruenerant, neq; erat, quod vltra precarer, illud optaui, vt cùm ex ſummo retro volui fortuna conſueſſet, mutationẽ eius domus mea potius, quàm Reſp. ſentiret. Item Valerius lib. 5. cap. 10. Paullus, inquit, in oratione, quam de rebus à ſe geſtis ad populum habuit. Cùm in maximo prouentu felicitatis veſtræ Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonemque Reginam, & Mineruam precatus ſum, vt ſi aduerſi quid populo Rom. immineret, totum in meam domum conuerteretur. Ergo neque antequam in Macedoniam iret, neque in concione ita precatus eſt. Antequam confligeret, dixit exercitui, ne miraretur, quòd luna nocte proxima defectura eſſet.) Hæc nõ Paullum dixiſſe, ſed C. Sulpitium Gallum tribunum militum tradit Liuius, & Valerius lib. 8. cap. 11. Itaq; legendum eſt: Antequam confligeret, C. Sulpitius Gallus tribunus mil. dixit. In veteribus autem libris eſt, prædixit exercitui, ne miraretur, quòd luna defectura erat. Querentes de Antiocho rege, quòd is bellum inferret.) Veter. lib. His, id eſt, Cleopatræ, & Ptolemæo.

IN LIBRVM XLIIII.

Et primus eorum congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis. Proconſul enim ad exercitum paucis pòſt diebus conſul concionem apud milites habuit.) Nonnulla hîc deeſſe vnuſquiſq; ſentire poteſt, quorum hæc videtur fuiſſe ſententia. Primus eorum congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis ſummè vtilis Philippo conſuli fuit. Proconſul enim ad exercitum conuerſus eum ad rem fortiter gerendam hortatus eſt, eoq; conſuli tradito Romam reuerſus eſt. Paucis pòſt diebus conſul concionem apud milites habuit. Locutum hic eſſe de traditione exercitus apparet, cum ſubdit: Profectus decimo die poſtquam exercitum acceperat, caſtra mouit.

Summotis ijs quàm potiſſimum peteret, retulit ad concilium.) Legendum eſt, Quà, vt: Quà quiſq; ductu- 926
rus eſſet, niſi viam addere malimus, vt paulò pòſt: quod iter petiturus eſſet, ignarus. Interim conſuli ſententia ſtetit eo ſaltu ducere, vbi propter Octolopum diximus regis caſtra. Præmitti tamen.) Locus mancus ita reſtitui poteſt: vbi propter Octolophum diximus regis caſtra Philippi fuiſſe. Præmitti tamen. Librarius enim oculos à Philippi tranſtulit ad præmitti, ob quondam ſimilitudinem literarum: rem autem ita habuiſſe, intelligi poteſt ex lib. 31. vbi de rege Philippo cum Quintio dimicante agitur.

Tertio inde die per æquè inuia.) Quarto legendum, priore enim verſu dixit, Tertio die coniunctis copijs 928
eunt, & ſuprà: poſteri diei meminerat. Quòd nec hoſtis vnquam apparebat.) Vſquam, perſpicuè. Digreſſi in campos.) Degreſſi: nam de deſcenſu loquitur, non diſceſſu, vt ſuprà. Et quæ temeritas conſulis videri potuiſſet, quòd eò proceſſiſſet, vnde inuito hoſte regredi nequiret, eam non conſultam audaciam fecit.) Legendum: Non inconſultam audaciam. Nam contrarium temeritati quærimus: præterea ſuprà eandem ſententiam protulit. Nec aliud reſtabat, quàm audacter commiſſum pertinaci audaciæ, quæ prudens interdum in exitu eſt, corrigere. Quam ergo ibi prudentem audaciam, hic non inconſultam vocauit.

Perſeus tandem pauore, eo quo attonitus fuerat, recepto animo, mallet imperijs ſuis non obtemperatum 930
eſſe.) Malim, à pauore recepto animo, alibi, collecto à pauore animo. &, Collectis ex nec opinato pauore animis. Corrigo etiam, Malle, pro mallet, iuxta notam figuram dicendi. Canaſtreum.) Canaſtræum: nam Græcè καναστραῖον.

Et M. Millia Peneſtarum.) M. M. ſcribe, id eſt, duo millia. Per Cydantem Cretenſem.) Cydas, Cydam 931
edit. Itaque Cydam Cretenſem dixit Cicero Philip. 5.

Et pene victoriæ vtique de Antiocho rege maiore parte à ſe vindicata.) Corrige, ad ſe vindicata. Lite- 932
rasque extemplo ad vtranq; gentem ſcirent indicatum mitti.) Scribe, vt ſcirent indicatum. Cauſàm enim affert, cur ſenatus iuſſerit extemplo literas ad Caras, & Lycios de libertate mitti, vt Rhodij, inquit, legati, qui id ægrè laturi erant, ſcirent ſcriptum eſſe. Ibi & ex alijs locis commeatus rempublicam proſpectos in hyemem habere.) Vox Remp. vitioſè eſt. Sæpè autem admonui, quàm facilè, & quàm ſæpe lapſi ſint librarij in his vocibus P.R. & R.P. & P R. id eſt, Populus R. Reſp. Prætor, inuerſis, aut diſiunctis, aut coniunctis, contra quàm opus erat,

literis. Hoc ergo loco idem vitij eſt, pro Rempublicam reſtituendum eſt, à prætore: prætorem autem intelligit C. Marcium Figulum claſsis præfectum, cui cõmeatus cura erat tradita. Itaq; paulò antè dixerat: conſuli poſtquam ex alto conſpecta claſsis ſpem fecit cum commeatu naueis venire.

933 Is pacis ſemper auctor regis fuerat.) Scribe, Regi. Sic enim latina locutio poſtulat. Qui tribunus pl. eos vehementer accuſaret.) Accuſarat, perſpicuè. S.C. Sulpicius Pr. ad conſulem paucos poſt dies recitauit, quibus ante diem in vrbem venturum, & conſul maturauit.) Fœdè corruptus locus eſt, & aſteriſco notandus. ſententia eſt: prætorem conſuli S.C. recitaſſe, conſulem ſe in vrbem ad certam diem venturum, & comitia habiturũ edixiſſe, paucisq; pòſt diebus & ipſum maturaſſe, & comitia eo die, qui dictus erat, eſſe perfecta. Sic lib. 9. profectiq; ad Fabium conſulem, legati, cum S.C. tradidiſſent. Conſules creati L. Æmilius Paullus iterum ſeptimo decimo anno, poſtquam primo conſul fuerat.) Quarto decimo, ſcribendum, tot enim anni numerantur à priore conſulatu Paulli ad poſteriorem. Error ex notis numerorum emanauit, XIIII. & XVII. duo enim II. in V. mutata ſunt. Præterea primum, non primo, in hoc genere dicendum eſt: ſic enim vbiq; aliàs. Cn. Bæbius Pamphilus.) Tamphilus, vt ſuprà. M. Æbutius Helua.) M. Æbutius Elua, vt ſuprà.

934 Et comperta referenda, quid aut terreſtribus, aut naualibus copijs opus eſt.) Opus eſſet, apertè legendum. Cn. Domitius Ænobarbus.) Ahenobarbus, vt ſuprà. Et ne quid profectionem ſuam teneret, pridie Idus Aprilis Latinis eſſe conſtitutam diem.) Paulò pòſt autem ait: Latinas fuiſſe prid. K. Aprilis, ſic enim inquit: Ab hac concione Latinis, quæ pridie Kal. Aprilis fuerunt in monte ſacrificio ritè perpetrato. Aut ergo mendum eſt, aut diem Latinis prætulit. Sacrificio ritè perfecto primi Alexandrini legati.) Sacrificiũ hîc non latinarum intelligit, ſed ſolenne ſacrum, quod conſules ſuſcipiebant ineũtes; antequam de rep. referrent, aut agerent: at paulò antè cum dixit: Sacrificio ritè perfecto, ſe, & Cn. Octauium ſimul ſenatus cenſuiſſet, exituros eſſe, ſolenne Latinarum intelligit. C. Popillium Lænatem, & C. Decimium, C. Hoſtilium.) Scribe Lęnatem, C. Decimium, & C. Hoſtilium. Sic enim loquitur paulò pòſt in ijſdem legatis nominandis.

935 In otio militem ali, nec plus quàm VI. frumentum habere.) Suſpicor legendum eſſe: nec plus quàm ſex dierum frumentum habere: ſi quidem iam hyems exacta erat, in quam commeatus parati fuerant à prætore. Iam enim conſulatum inierat Paullus Idibus Martijs, omnia autem imminuunt legati. Rumores credulitate veſtra ne alatis.) Hanc ſententiam pariter expreſsit Plutarchus in concione Paulli: *εἰ δ' πιςεύουσιν αὐτῷ, μὴ παρέχητε γρᾶν μηδὲ λοιδορεῖν, ἀλλ' ὑποργεῖν σιωπῇ τὰ δέοντα πρὸς πόλεμον.*

936 Primùm à prudentibus, & proprièrei militaris peritis, & vſu doctis monendi imperatores ſunt, deinde ab ijs, qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem, qui temporum opportunitatem vident.) Suſpectam habeo hanc lectionem. Qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem. Malim ita: Qui interſunt gerendis rebus, qui loca, qui hoſtem. MEDBONE Labeatidis terræ.) Medione, vt antè dixi ex Stephano. Quanquam Polybius libro primo, *Μυδιωνίους* vocat, non *μεδιωνίους*. Verùm occultiora quædam agebantur, quæ in præſentia in viſum quidem, & ſuſpectum Romanis Eumenem falſis grauioribus. Proditor enim.) Manca ſententia eſt. Duas has voces, aut his ſimiles intercidiſſe puto. Falſis grauioribus criminibus onerarunt. Quæ hæc crimina grauiora ſunt exponit. Proditor enim ac propè hoſtis habitus.

937 Neq; bello eum inuadere animo habuit.) Lege, in animo habuit: ſic enim paulò antè. Extrahere eius tempus æſtatis in animo habebat. Nam modò ne iuuaret bello Romanos, modo pacis patrandæ cum Romanis paciſcebatur mercedem, ne bello intereſſet M. & D. in vtroq; non fidem modò ſe, ſed obſides quoq; dare paratum eſſe oſtendebat.) Inſcitè interpuncta verba deprauant omnem hanc ſententiam. Eſt autẽ ita diſtinguendum: Paciſcebatur mercedem ne bello intereſſet mille, & quinquaginta talenta. Inde: In vtroq; non fide modò ſe. Vtrunq; autem intelligit, nec Romanos bello iuuaturum, & pacem cum Romanis ei comparaturum. Sic paulò pòſt CCC. talenta Gentio ob belli ſocietatem à Perſeo promiſſa ait.

938 Circa Deſidabam in Medica exercitus Gallorum conſederat, mercedem pactam opperiens.) Medica, vt antè ex Græcis. Hac de re Plutarchus item in Paullo, vbi ait: *ὡς δ' ἐπὶ τὴν μακεδονικὴν κατεστρατοπεδεύσαντες ἐμίγνυντο τοῖς ἐπὶ τὸν βασιλέως, &c.* Ab Actio flumine.) ab Axio. Sic paulò antè: notum flumen eſt. Clondicus regulus eorum, abi renuncia ergo, inquit.) Baſtarnæ, quos Philippus rex exciuerat, Clondico duce venerant, vt lib. 40. traditum eſt. Quem interfectum fuiſſe à Perſeo ſcriptum eſt in Epitoma lib. 43. Iterùm nunc Clondico duce Baſtarnæ à Perſeo accerſiti veniunt. Ex quo intelligi poteſt, hoc nomen apud eos eſſe celebre. Quoniam autem antè diximus, Elonicum videri in eo eſſe legendum, idem de hoc etiam affirmamus. Ipſis quoq; Romanis de ſe cogitandum fuiſſet, quando neq; manere amiſſa Theſſalia, vnde exercitus alebatur, potuiſſent, neque progredi, cùm ex aduerſo caſtra Macedonum, qui ea pependerant ſpe, haud mediocriter debilitauit.) Nemo eſt, qui non ſentiat ſenſum hunc non expletum vndiq; eſſe, quòd verba quædam interciderant, nunc quemádmodum expleri poſsit, accipiant. Perſei regis auaritiam coarguit, qui innumerabiles copias Baſtarnarum, quibus facilè Romanum exercitum opprimere potuiſſet, ne ſumptum faceret, dimiſit. Quod ni feciſſet, inquit, cogitandum ipſis Romanis de ſe fuiſſet, quando neq; manere amiſſa Theſſalia potuiſſent, vnde alebatur exercitus eorum, neque progredi, cùm ex aduerſo caſtra Macedonũ eſſent. Quo facto Perſeus, inquit, Romanorum animos confirmauit, & Macedonum, qui ea pependerant ſpe haud mediocriter debilitauit. Eadem ſententia iteratur etiam paulò pòſt. Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus, regiq; eorum haud mediocrem attulit terrorem. Librarius in errorem inductus eſt à duabus illis vocibus Macedonum, ab vna enim ad alteram, medijs verbis præteritis, tranſit. Cùm aſsiduè Pantauco ad laceſſendos hoſtili facto Romanos ſtimularetur.) Legendum eſt, à Pantauco. M. Perpennam, & L. Petilium legatos, qui tum fortè ad eum venerant, in cuſtodiam coniecit.) Perpernam & Petillium. Ex Capitolinis & Græcis monumentis eſt ſcribẽdum. De his legatis ſic Plutarchus in Paullo: *πρέσβεις ἐλθόντας ῥωμαίων πρὸς αὐτὸ συνέλαβε, καὶ κατέδησεν.* Appianus in Illyrica hoc factum à Gentio ait, qui diceret, eos non legatos, ſed exploratores ad ſe veniſſe.

939 Ad Sigium.) Sigeum: Græce enim *σίγειον*.

940 In Caunijs Durnium oppidum.) Burnium. Ptolemæus enim meminit oppidi Illyrici nomine *Βύρνον*. Et Plin. lib. 3. populorum Burniſtarum in Illyrico. Bullianorum, Apolloniatium.) Lego Bulinorum, qui ſunt auctore Stephano populi ad Illyrium. *βουλῖνοι*, inquit, *ἔθνος πρὸς ἰλλυρίαν*. Ad ea, quæ habebãt auxilia Parthinorum iuuentutis duobus millibus peditum, & equitibus CC.) Suſpicor addendam vocem ita. Aſſumptis Parthinorum iuuentutis duobus millibus: ſic enim paulò antè, Aſſumptis ad eum exercitum, quem habebat, Bulinorum auxilijs. Tùm claſsis.) De rebus ab Anicio prætore geſtis aduerſus Gentium regem Illyriorum dicere cœperat. Eas igitur hoc loco perſequebatur, maximè verò eas quas mari geſſerat, quas ita ordiebatur. Tum claſsis. Deſideratur etiam initium rerum earũ, quas terra geſsit. nam de deditione vrbium loquitur, cùm ait: Die toto ei tradiderunt ſe.

Et leuam

Etleuam vxorem.)Paulò antè vxorem Gentij regis Etutam vocauit. Videndum an vnam hanc habuerit. 941
Scerdilio,Pleuratoque.)Scerdiletum libris superioribus dixit.Est enim nomen regulis Illyricis familiare. Pythoi,& Petræ.)Pythij,vtriusque meminit Plut.in Paullo. Theogenes,& Midon.) Milo,vt antè ex Plutarcho. Bello Illyrico intra XXX.dies perfecto.)Diebus XX.perfectum scribit Appianus. Miles iussus ex propinquis syluis.)Orsus erat dicere,quæ Perseus rex ad famam aduentus consulis Paulli parasset,cuius narrationis pars extrema intercidit,vnà cum initio expositionis eius,qua quæ Paullus moliri cœpit, vbi in Macedoniã peruenit,prodit.primis autem his verbis:Postremò sequi se vtrarios ad mare.Quemadmodum inopiam aquarũ leuauerit in Olympo monte tradit.Quæres etiam ex Plutarcho in Paullo peti potest.

Militem hæc tria curare debere,corpus,vt quàm validissimum & pernicissimum habeat arma apta,cibum 942
paratum ad subita imperia.)Vox cibum,apertè mendosa est.Ego,Animum,reponendum puto.Hunc locum sic Græcè vertit Plut. παρήγγειλε μηδὲν πολυπραγμονεῖν μηδὲ φροντίζειν, ἀλλ' ἢ τὰ ἐδώδιμα, καὶ τὴν παντοπλίαν ἕκαστον, ὅπως ὑπηρετὴν παρέξει, καὶ χρήσεται ῥωμαϊκῶς τῇ μαχαίρᾳ ἢ κριθὴν πυρολόντι τῷ στρατηγῷ. Notum esse. Quæ res Romanis auxit animos.)Hic narrabantur ea,quæ Perseus post Paulli aduentum aduersus eum se comparans egit, de quibus scribere erat ingressus.Horum autem verborum hæc erat sententia:Nunciatum est,Gentiũ regem superatum,ipsumq; cum regno in potestate Romanorum esse.Quæ res Romanis auxit animos,Macedonibus, regique eorum haud mediocriter attulit terrorem:Et primò supprimere in occulto famam eius rei est conatus,&c. Itaq; cum alij præcipites sine responso agendos castris,pronunciauit post diem quintum decimũ,se responsum daturum.)Perfecta hæc sententia non est.Dicturus enim fuit,nescio quid eiusmodi.Cùm alij præcipites sine responso agendos castris,alij conuenienti cum responso dimittendos dicerent,pronunciauit,&c.

P.Scipionem Nasicam,Q.Fabium Maximum filium suum cum quinque delectis millibus Heracleam mit 943
tit.) Horum meminit etiam Plutar.in Paullo: ὁ νασικᾶς ὁ ὀπτιμάτης σκιπίων γαμβρὸς ἀφρικανοῦ σκιπίωνος, καὶ φάβιος μάξιμος ὁ πρεσβύτης τῶν αἰμιλίου παίδων ἦν μειράκιον ὤν. Meminit etiam Heracleæ,quam τὸ ἡράκλειον vocat. Summam etiam eorum,quos secum Nasica duxerit subtilius tradit. Perseus quod in oculis erat.) Iam aggressurus erat dicere,quemadmodum Perseus Nasicæ, & Fabio, qui cum magna manu Perseum ab alia parte vt adorirentur missi erant,obstiterit.Et hæc igitur desiderantur,& quemadmodum Paullus post Nasicam sit consequutus. De eodem Paullo loquitur,cùm ait:Anni pòst circumactum solstitium erat.Narrat aũt quemadmodum fessos itinere,& æstu milites à pugna,cuius facultatem dabat Perseus cohibuerit. Hæc autem horum verborum futura fuit sententia.Quoniam autem incommodum maximè.(Nam tempus anni post circumactum solstitium erat, hora diei iam ad meridiem vergebat.)iter multo puluere,& in calescente sole factum erat, lassitudo & sitis iam sentiebatur,& meridie instante magis accessurum vtrunque apparebat,statuit sic affectos recenti,atq; integro hosti nõ obijcere.Sic Plutarchus parenthesi temporis horam describit:θέρους ὄντος ἤδη καὶ ἡλίου φλίνοντος.Hac de re sic paulò pòst agit Paullus.Nihil'ne interest,vtrúmne militem,quẽ neq; viæ labor hodie,neq; operis fatigauerit,requietũ, integrum in tentorio suo arma capere iubeas,atque in aciem plenum virium,vigentem,& corpore, & animo educas,an longo itinere fatigatum & onere fessum,madentem sudore,ardentibus siti faucibus, ore atque oculis repletis puluere,torrentẽ meridiano sole,hosti obijcias,recenti,quieto,qui nulla re ante cõsumptas vires afferat?

Nasica vnus ex omnibus ausus est monere consulem.) Plutarchus inflatum re benè ad Olympum contrà 944
Perseum gesta,hoc aggressum esse scribit. Multis belli casibus didici.)Sic Plut.αἱ δὲ πολλαὶ μὲ νίκαι διδάσκουσι τὰ ὑπὸ τῶν πεπραγμένων ἁμαρτήματα,&c. Ad concilium vocauit.)Cùm desint,quos vocauerit,malim,concilium aduocauit.sic paulò pòst:concilio aduocato literas cùm recitasset.Item: Aduersus aduocatos in consilium considere iussit. Consul ad id quod pridie prætermisisse pugnandi occasionem videbatur.)Ad id quod dictũ est,pro præterquam quod.

Atque in acie plenum virium vigentem,& corpore,& animo educas.)Legendum apertè,in aciem. Ac 945
ne illo ipso quidem die aut consule,aut rege,quod nec fessos,vt pridie ex via,&c.) Si plenam hanc sententiã explicuero,tum quorum verborum iactura facta sit,intelligetur.Sic igitur mihi legendum videtur.Ac, ne illo ipso quidem die,aut consule,aut rege optante pugnatum est,rege,quòd nec fessos,vt pridie ex via, neque trepidates in acie instruenda,& vix dum compositos aggressurus erat,consule,quòd in nouis castris non ligna,non pabulũ conuectum erat,ad quæ petenda ex propinquis agris magna pars militum è castris exierat. Hanc esse sententiam huius loci,atque similia verba intercidisse,apparet ex eo,quod ait:Neutro imperatorum volente. Librarium in errorem impulit vox rege,quæ iteratur,in qua scribenda à priore ad posteriorem cum media verba transcendisset,delapsus est.

M.Sergius Sylus.)M'.Sergius Silus,ex nummis argenteis,vt antè. Essernina.)Æsernina:sic enim Græ 946
ci αἰσέρνια. Thraces duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes,altero eorũ occiso,receptoque eo iumento ad stationem suorum se recipiebant.)Satis constat,ne hunc quidem locum integrum esse. Quæ sententia futura sit,non esse difficile intelligere,quibus verbis expressa fuerit,nemo vnquam diuinauerit. Ego tamen,vt sententia elucescat,ita lego.Cùm otium ad flumen esset,neutris lacessentibus, hora circiter quarta iumentum è manibus curantium elapsum,in vlteriorem ripam effugit. Quòd cùm per aquam fermè genutenus altam tres milites sequerentur,Thraces duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes cum tribus Romanis militibus manum conseruerunt.Iamque Romani altero eorum occiso,receptoq; eo iumento ad stationem suorum se recipiebant.Octingentorum Thracum præsidium in hostium ripa erat:ex his pauci primò egrè passi populares in suo conspectu cæsum ad persequendos interfectores fluuium transgressi sunt.Eandẽ sententiam edit Plutarchus,qui tamen consilium Paulli hoc fuisse scribit.Et cũ præsidio.)Persequuturus erat, vt vtrinque exercitus ad prælium concurrissent,initio pugnæ in flumine orto.Ergo cùm commissum prælium esset,atq; acriter ab vtraque parte pugnaretur.Paullus legionem,inquit,in prælium ducit. Sic autem etiam Plutarchus: ὁ μὲν οὖν αἰμίλιος ὡς ἡ σκιλλοῦς παρῆλθε, καὶ τὰ τάγματα τῶν ὁπλιτῶν ὅπου, παρεθάρρυνεν. Nam sicut pleraque noua cõmenta mortalium in verbis vim habent explendo,cùm agi.)Pro explendo,repono,extemplò,cùm agi non quemadmodum agantur,edisseri oportet,sine vllo effectu euanescunt. Ita tum elephanti in acie nomen tantùm sine vsu fuerant.)Fuerunt,legendum.

Quod si maturius pugnatum esset,vt satis diei victoribus ad persequendum superesset.)Rectè: Plutarchus 947
enim ait commissum esse prælium περὶ δείλην. Euander Cretensis,Neon Bœotius, & Archidamus Ætolus.)
Sic Plut.Εὐάνδρου τε τοῦ κρητὸς, καὶ ἀρχιδάμου τοῦ αἰτωλοῦ, καὶ βοιωτοῦ νέωνος.Hinc ego:NeoBœotius.Gentile enim nomen terræ Bœotiæ est tam Bœotius,quàm Bœotus.

Galipsum eo die.)Galepsum lego.Nam Stephanus & Plutarchus in Paullo γαληψὸν nominant. Non 948
bono ac iusto rege obra.)Quædam pauca desunt,de gratulatione Amphipolitanorum.Amphipolim enim Paullus venerat.

949 Euanuit quidem tanquam certæ rei gaudium.)Scribe,Incertæ,id enim ſenſus poſtulat cùm dicat: tamẽ omen lætum inſidebat animis. C.Licinio conſuli ad quadrigas mittendas exſcendenti,tabellarius,qui ſe ex Macedonia venire diceret,laureatas literas dicitur.)Perſpicuè vox vna deſideratur,vt ſit,reddidiſſe laureatas literas dicitur. De militibus,ſocijsque natalibus dimittẽdis referretur,cùm legati ab L.Æmilio conſule,à quibus præmiſſus tabellarius eſſet. Ad VI.K.Octob.hora ferè ſecunda,legati vrbem ingreſſi ſunt.)Et hîc vox vna deeſt ad integritatem ſententiæ.A quibus præmiſſus tabellarius eſſet,veniſſent,A.D.VI.K.Octob.&c.

950 Ingentique turba non virorum modò,ſed etiam fœminarum conferta tota vrbe deorum immortaliũ templa,ſenatus reuocatus.)Et hîc intercidit vox vna.Deorum immortalium templa adierunt. Ex ante ad V.Idus Octob.)Lege,ex ante diem V.Idus Octob.vt ſuprà. Senatus in triduum ſupplicationes decreuit,vt Latinæ edictæ ſunt in ante IIII.& III.& prid.Id.Nouemb.)Senſus eſt:Supplicationes edictæ ſunt in certos dies,perinde atque Latinæ indici ſolent:non enim hîc de Latinis indicendis loquitur, quippe quæ in quatriduum hoc tempore indicerentur,non in triduum.præterea lego:in ante d.IIII. Ad Siras terræ Odomanticæ.) Stephanus:Σίρες ἔθνος Θράκης.ὁ δὲ μιᾶς τοῦ Θράκης.

951 Reliqui quid eſſet,niſi vt fortiter moriatur.)Hæc cum interrogatione legẽda ſunt,hoc modo: Reliqui quid eſſet,niſi vt fortiter moriatur? Demetrium eſt portus.)Huius etiam portus meminit Plutarchus in Paullo. Ion,Theſſalonicenſis.)Io,ſcribendum,edit enim Ionis,Plutarcho auctore in Paullo:τὰ δ' παιδία συλλαβὼν αὐτὸς ἴων νι ἐνεχείρησεν.

952 Pullo amictus illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra.)Vide ne ſit legendum:Pullo amictu ille ingreſſus,& Perſeus tanquam gloſſema delendum ſit.

953 Per Europæ plerunq;,atq; Aſiam omnem.)Plerunq;Europæ dixit,vt Saluſtius in Iugurtha:plerunque noctis.Sed vbi plerunque noctis proceſſit. Viceſimum ab Carano,qui primus regnauit,Perſea numerabant.) Iuſtinus li.34.Macedonia,inquit,ab Carano, qui primus in ea regnauit vſque ad Perſeum triginta reges habuit. Euſebius autem quadraginta reges Macedoniæ vſque ad Perſeũ nominat,vt dubitandum non ſit, quin ex notis numerorum,&apud Liuium,&apud Iuſtinum menda manauerit,& vtrobiq; 40.legendũ ſit. Quæ omnia ſi tamen populo foret,in capita noxiorum verſura.)Suſpicor ita legẽdum: Quæ omnia,ſi poteſtas populo foret. Nam poteſtas,& tam decepiſſe librarium imperitum videntur.Hanc certè vocem ſententia poſtulat.

954 Nec eo ſegnius iudicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur,quam perſeuerãtiam in exequenda re Decimij lenitas. Cùm hæc agerentur.) Si ſenſum diligenter attendas, profectò hanc vocem excidiſſe intelleXeris,Decimij lenitas afferebat. Circa Rhinocolura.) Ptolemæus,& Stephanus ῥινοκόρῳα edunt.at Strabo, ῥινοκόλουραν. Nauigantibus oſtio Nili ad Peluſium per deſerta Arabiæ ad Memphim incolebãt,& ab cæteris Ægyptijs partim voluntate,partim metu,&c.)Loci manci & deprauati hæc futura fuit ſententia. Loquitur de Antiocho ad ſubigendam Ægyptum reuertẽte.Nauigantibus,inquit,oſtio Nili,quod eſt ad Peluſium per deſerta Arabiæ populi ſeſe dediderunt. Deinde receptus ab ijs,qui ad Memphim incolebant, & ab cæteris Ægyptijs partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus deſcendit. Locum autem aſteriſco notaui.

955 Ad quam ope,ſi quid imperatum foret,adfuturum regem fuiſſe.)Legendum puto: ad quam ſumma ope. Sic enim lib.1.Rem ſumma ope taceri iubent.Item:Cùm bellum vtrinque ſumma ope pararetur.Et li.26.ad impediendam rem actam,quæ ſumma ope approperata erat.Et Saluſt.in Iugurtha:Summa ope niti decet, ne vitã ſilentio tranſeant.Item:Summa ope eniſum eſt,ne tale decretum fieret.Et lib.27.Summa ope orare.Sic aliàs ſæpè vterque.Nunquam verò,ope,tantùm.

956 Petenti Maſgabæ,vt Anno Amilcaris filius hoſpes in locum exigeret.)Deſiderantur verba nonnulla,&pro hoſpes,obſes,lego.Petenti,inquit Maſgabæ,vt Anno Amilcaris filius obſes in locum cuiuſdam(alius obſidis Carthaginienſis,cuius nomen interijt) Romam à Pœnis mitteretur,reſpondit ſenatus,haud æquum videri,vt obſides à Carthaginienſibus arbitrio Maſſaniſæ exigeret.Hæc fortè ſententia futura fuit,quanquam verba nemo diuinare poteſt,aſteriſco ergo notetur locus,vt vulnus acceptum indicetur omnibus. In quatuor vrbanas tribus.)Hoc loco deſiderantur comitia cõſularia,quibus conſules creati ſunt Q.Ælius Petus,& M.Iunius Pennus, &prætoria,quibus prætores Q.Caſsius,M'.Iuuentius Thalna,Ti.Claudius Nero, Cn. Fuluius,C.Licinius Neruã,A.Manlius.Præterea initium expoſitionis rerum à cenſoribus Ti.Sempronio,& C.Claudio geſtarũ. De quibus loquitur,cùm ait:In quatuor tribus vrbanas.Eſt autem intelligendum libertinos in quatuor tribus vrbanas iam inde vſque à Ser.Tullio rege fuiſſe coniectos,auctore Dionyſio:pòſt autem cùm per omnes tribus diſperſi eſſent.in eaſdem quatuor eſſe redactos à C.Flaminino,& L.Æmilio cenſoribus, vt eſt ſcriptum in epitoma lib.20. Nunc verò à Ti.Sempronio Graccho cenſore in vnam Eſquilinam vrbanam referri,auctore Liuio.Neque enim audiendus eſt ille,qui de viris illuſtribus ſcripſit,qui ita in Graccho tradit. Cenſor libertinos, qui ruſticas tribus occuparant,in quatuor vrbanas diuiſit. Plures quàm à ſuperioribus & ſenatu emoti ſunt,& equos vendere iuſſi.)De notis horum cenſorum ſcripſit etiam lib.43.Septembre ſenatu eiecti. In equitibus recenſendis triſtis admodum,atque aſpera cenſura fuit,multis equos ademerunt. Vt mirer admodum ipſum quaſi ſui oblitum eadẽ hoc etiam libro,quod facere haud ſolitus eſt,iteraſſe. C.Cicereius ædem in monte Albano dedicauit, quinquennio poſtquam vouit.)Sic lib.42.C.Cicereius prætor in Corſica ſignis collatis pugnauit.Vouerat in ea pugna prætor ædem Iunoni Monetæ.

957 Vt & in libertate gentes quæ eſſent,tutam eam ſibi perpetuamque ſub tutela eſſe.)Videtur legendum:Sub tutela populi Romani eſſe,ſicut dixit:arma populi Rom.&,Reſpectu populi Rom. Commune conſilium gentis eſſe.)Legendum eſt:Commune concilium gentis nullum eſſe.Senſus eſt:Commune conſiliũ gentis nullum eſſe,ſed in quatuor regiones deſcribi Macedoniam,vt ſuum quæque concilium haberet, placuit. Altera querimonia Gallici tumultus,Aduertæque gladius regnum in dubium adductum eſſe.)Aduertam Gallorum regulum videtur vocare,quem tamen paulò pòſt Solonettium nominat.Eſt autem veriſimile ſuprà hoc de bello Gallico,deque hoc rege apertius ſcripſiſſe,verùm vt multa alia excidiſſe,neque enim tam paucis verbis cauſam hanc aduentus Attali eſſet complexus.De hac re paulò pòſt.Et Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat,expoſuit.

959 M.Iuuentius Thalua prætor.) M'.Iuuentius Thalna,ex conſul. Cap. Et tribuni plebis, cùm ita traditum eſſet,ne quis intercederet legi.)Pauca verba deſiderantur in hanc ſententiam.Et tribuni plebis, quod antequam priuati de lege dicerent,legi ipſi intercederent,cùm ita traditum eſſet,&c.Tota enim ſententia hæc eſt. Et prætor nouo exemplo rem ingreſſus erat, quod antè non conſulto ſenatu de ſua vnius ſententia rogationem ferret,cùm antea ſemper ſenatus prius de bello conſultus eſſet,pòſt ad populum latum,& tribuni plebis, ſcilicet

nouo

nouo exemplo agebant,quod antequam priuati dicerent,intercederent,cùm ita traditum esset, ne quis interce deret prius legi,quàm priuatis suadendi dissuadendique legem potestas facta esset.Hanc autem deesse sententi- am ex eo etiam apparet,quod sequitur:Tribuni festinationem prætoris ante tempus intercedendo. Tribu ni festinationem prætoris ante tempus intercedendo in aduentum im.)Exciderunt pauca,quæ ad rem Rhodio- rum,de quibus loquitur,pertinebant.Exciderunt etiam prima verba orationis Rhodiorum, quam pro se dixe- runt in senatu.Huius autem orationis capita vnà cum sententijs quibusdam orationis eius,quam dixit Cato pro Rhodijs,extant apud Gellium lib.7.Catonianæ autem orationis pòst etiam meminit Liuius. Dona ferentes.)Si quis rectè attendat,legendũ intelliget:Dona ferentes veniebamus,nam sequitur δόσις.Nunc vix mercede recepti venimus in curiam Rom.Rhodij.

Et secessisse à vobis plebem,nec in potestate vestra rempublicam fuisse.)Malim,populum Rom.quã remp. 960
Nam si plebes secessit,certè in potestate patrum non fuit, quominus autem resp. in eorum potestate esset, nullo impedimento fuit.Intelligi autem Rhodij volunt,ne multitudinem quidem Rhodiam in potestate principum fuisse.Sic sæpè aliàs Liuius.Tribuni plebis in potestate patrum fuerunt.Ex vulgata tamen lectione etiam sensus elicitur.

Partem cum Astymede Romæ subsistere,quæ agerentur sciret,certioresque suos faceret.) Videtur legendũ: 961
quæ,quæ agerentur sciret,atque alteram,Quæ,esse in curia prætermissam.

Mylassenses Alabandenosq;.)Μυλάσα vno σ tantùm,cùm scribantur à Græcis Mylasenses, scribendum est. 962
Porrò autem Alabandæos videtur scribẽdum.Cicero enim dixit in Bruto,Hierocles Alabandæus.Et alibi Apol- lonius Alabandensis.Stephanus autem:ἀλαβάνδια πόλις Καρίας, τὸ ἐθνικὸν ἀλαβανδεύς. In Molossidem.)Molos- dem vnos,scribendum,auctore Stephano:μολοσία,inquit,χώρα τῆς ἠπείρου. ὁ οἰκήτωρ μολοσσὸς καὶ μολοττὸς δ' ἔνδοτε. Te- gmonem.)Tecmonem ex Stephano,qui ait:τέκμων πόλις Θετταρωτῖδος,ὁ πολίτης τεκμόνιος. Dassaritiorum Tiru stas.)Hos Ptolemæus Πειρύσας.Strabo lib.7.Πειρύσας vocat.Quare Pirustas lego. Daorseis quoq;.)Ptolemæus Δαυρσίους vocat,alij,puto Δασορίζους.Strabo lib.7.vbi de Illyrijs agit:εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς,καὶ οἱ ἄνω δὴ Δαόρειζοι. Di- midium eius,quod regi pendissent.)Pependissent,vt bis hoc libro dixit.

Templum Iouis Trophonis.)Trophonij ex Suida. Muros Pyreum vrbi iungentes.)Piræum,scriben- dum:cæterùm muros intelligit, quæ μακρὰ τείχη vocabantur. Apolloniam ad eos pergit. Quò cùm Perseus 963
obuiam Amphipoli nimis soluta custodia processisset,id diei iter est.)Apolloniam Macedonicam intelligit. Si quidem ab Amphipoli ad eam iter vnius diei est,de qua Stephanus,non eam,quæ est in Epiro.

Et à se ipsa quæque contempta pars esset.)In libris Emendationum ostendi legẽdum esse,vt sẽ ipsa quæque 964
contenta pars esset.

Portum receptum non commeatibus iuuissent.)Lege,portu receptum commeatibus iuuissent:sic enim in 965
primo exemplari legebatur,& hic est sensus. Vtilitas annonæ.)Vilitas.

Centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur.)Sic Plutar.ὡς τε ὧραι μιᾷ πεντεκαίδεκα ἀν- 967
θρώπων ἑξακισχιλιόδωλοι μυριάδας ἑβδομήκοντα τὴν πόλιν πορθῶσι, Paulus ad mare Oricum descendit.) Sic Plut. αἰμίλιος τὸν πορθμὸν εἰς ὠρικὸν κατέβη. Regia naue ingentis magnitudinis,quam XV. versus remorum agebãt.) Sic Plutar. αἴρεσιν ἦν θύειν ποταμὸν ὃν ἡ βασιλικὴς ἑκκαιδεκήρους κατεσκευασμένης ὅπλοις αἰχμαλώτοις,καὶ φοινικίσι καὶ πορφύ- ραις.Huius eiusdem nauis meminit Suidas in Perseo. Et priuatis lege dicendi locus esset ad suadendum, vt in re minimè dubia,si quisquam procederet.)Mallem,& priuatis lege dicendi locus esset,nec ad suadendum, vt in re minimè dubia quisquam procederet.Idem sentit Manutius. Pecuniam illum dare non potuisse, milite dare posse.)Dare non posse,videtur legendum,siquidem subdit,ne speraret ibi fructum gratiæ,vbi non me- ruisset.

Introuocate primæ tribus cùm antiquarent.) Sic Plut. ἅτε πρώτη φυλὴ τὴν θρίαμβον ἀπεψηφίζετο. Quantus 968
imperator L.Æmilius fuerit Quirites,si ex alia re nulla æstimari possit,vel hoc satis erat.) Hoc principium oratio- nis sic Græcè vertit Plutarchus:αἰμίλιον μὲν ἔφη παῦλον ἡλικὸς αὐτοκράτωρ ἡγοῖτο,τὸ νῦν μάλιστα γιγνώσκειν, ὁρᾶν ὅσης ἀπει- θείας γέμοντι,καὶ καινὰς στασιάσαι χρώμενον ὅπως καλὸς κἀγαθὸς φανήσεται,καὶ μεγάλας πράξεις. Sed postero die, quàm trium- phatum est,priuatum eum visurus esset,nomen deferret.)Legendum:priuatum cùm visurus esset.Porrò autem ego malim legere,deferre,interrogare,dicere,accusare,vt hæc omnia ad vocem debuit referantur. Cui cri- men nullum probrum dicere poterat.)Legendum:Cui nullum crimen,nullum probrum dicere poterat.

Quàm illis* qui triumphauerunt.)Nihil huic sententiæ deerit,si legas:quàm illis, qui post eos triumphaue 968
runt.intelligit autem,qui post Lutatium & Cornelium triumpharunt,vt de Philippo,& de Antiocho:aut ita le- gendum est:Quàm Macedonici & Asiatici illis,qui triumphauerunt. M.Curius.)M.Curius,vt antè. Militum quidem propria est causa,qui & ipsi laureati,& quisque donis, quibus donati sunt,insignes triumphũ nomine cient.)Hoc est id,quod Varro scribit libro de lingua Latina 5.Quòd milites cum imperatore redeuntes per vrbem in Capitolium euntes,clamitauerint,Io Triumphe.Itaque Horat.li.4.Non semel dicemus,Io Trium phe ciuitas omnis.

Reuocare si videtur tribuni ad suffragium tribus,ego ad vos milites.)Intercidit finis orationis, qua vsus est 970
M.Seruilius pro triumpho Pauli.Qui tamen finis est apud Plutarchum,his verbis:ἀλλ' ἄγε λαβὼν αὐτὰς ὅπῃ πῶ ψῆ- φον,ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι,καὶ γνώσομαι τοὺς κακοὺς,καὶ ἀχαρίστους,καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις,ἢ στρατηγεῖσθαι εὐκολοῦντας.Id est,Reuoca ipsos ad suffragiũ,ego verò illos omnes subsequar,& malos ac ingratos ciues cognoscam, quique in bellis à tribunis,quàm ab imperatore regi malunt. Excidit præterea initium expositionis triumphi Paulli,quem per triduum III.II.prid.K.Decemb.vt est scriptum in triumphis Capitolinis,de quo triumpho in sequentibus proximis verbis traditur.

Filij duo Maximus,& P.Scipio.)Q.Maximus,& P.Scipio. Neque enim alter prænomine spoliandus est, 971
alter ornandus. Minor fermè XII.annos natus quinque diebus ante triumphum,maior XIIII.annorum tri duo post triumphum decessit.)Contrà scribit Plutarchus,maiorem ante triumphum, minorem post triumphũ decessisse,in Paullo,& in Apophthegmatis. Inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitibus & classi- bus lustra sacrificaui.)Primùm hoc dicam.Sacrificare lustra,me nusquam legisse. deinde de lustratiõe exercitus intelligi non posse,non enim adhuc acceperat exercitũ,ergo ne lustrare quidẽ poterat.His rationibus adductus lego,pro me exercitibusq;,& classibus vestris sacrificaui. Hoc ita esse ostendit Plutar. qui ita hunc locum vertit, πεμπταῖος δ' ἐκεῖθεν ἐν Δέλφοις τῷ Διῒ θύσας ἑτέρας αὖθις πέντε τῷ Διὶ ἀμῶμον ἐν μακεδονίᾳ παράλαβον,καὶ τὴ εἰοθύτε σωτελέσας κα- θαρμὸν ἀνά. Quibus ex verbis apparet,lustrationem non Delphis,sed in castris ab eo esse susceptam,vbi accepit ex- ercitum,Delphis autem Apollini ab eo esse sacrificatum. Quod bellum per quadriennium quatuor ante me consules ita gesserunt.)Per triennium tres ante me consules,lege:tres enim tantũ fuerunt, P. Licinius Cras- sus,A.Hostilius Mancinus,Q.Marcius Philippus.Labes hæc quantò facilius elui potest, tanto fœdior est, cùm

præsertim

præſertim tot ante annos à nemine agnita hunc locum deprauarit. Ego qui de illo triumphaui ab alterius funere filij currum ex Capitolio propè iam expirantem veni.)Loquitur de filijs ſuis Paullus, quorum alter ante triumphum, alter poſt triumphum, vt diximus, deceſsit. Fœdata autem mirum in modũ verba omne huius ſententiæ lumen aut ſuſtulerunt, aut certè obſcurarunt. Sic igitur legendum cenſeo: Ab alterius funere filij curru ex Capitolio ad alterum propè iam expirantem veni: ſatis iam perſpicua menda eſt.

972 Non pecunia Macedonicæ.)Lego, non pecunia pecuniæ. Nam reddidit eodem modo cætera. Non Gentius Perſeo, non Illyrij Macedonibus, non ſpolia ſpolijs, non dona donis. Errorem hunc gloſſa aliqua peperit, voci Pecuniæ, ſuperimpoſita, quam deinde librarius vera lectione repudiata in librum intulerit. Ab Cotye rege Thracum.)Sic Græci κότυν, apud Ciceronem tamen in Piſonem de rege eiuſmodi eſt, Regi Cotto, credo per mendum, pro Coti.

973 Flamen Quirinalis mortuus M. Fabius Pictor.)Q. Fabius legendũ, ex lib. 37. vbi hic fit flamẽ. Prætores, inquit, exinde duo facti, duo Q. Fabij, Labeo, & Pictor. Flamẽ Quirinalis eo anno inauguratus fuerat. Munera ei ex ſeſtertijs iuſſa dari.)Deeſt ſumma ſeſtertiũm. Sic ſuprà. Munera ex s. c. emere regulo quæſtor iuſſus ex c. põdo argenti. Polybius eum regem indignum maieſtate nominis tanti tradit, pileatum capite raſo obuiam ire legatis ſolitum, libertumq; ſe populi Rom. ferre, & ideò inſignia ordinis eius gerere. Hæc ex Polybio fortaſſe ſumpta ſic edit Appianus in Mithridatico: Περσέως δ' ἁλόντος ἀπλώτησε τοῖς ῥωμαίων στρατηγοῖς, εἷμά τε ῥωμαϊκὸν ἀμπεχόμενος, ὃ καλοῦσιν τήβεννον, καὶ ὑποδήματα ἔχων ἰταλικὰ, πλὴ κεφαλὴν ἐξωρεμένος, καὶ πᾶλον ὑπεικόμενος, ᾧ πρόσφατοι μὲν ἐς ἴασι, ἔπειτ' ἐν τοῖς θριάμβοις ἐλεύθερωθέντων, αἰχμὸς ὢν, καὶ τ' ἄλλα θριαμβεύσας. ἐντυχὼν δ' αὐτοῖς ἔφη ῥωμαίοις τῷ ῥήματι. ῥωμαίων εἰμὶ λιβερτὸς, ὅπερ ὑμεῖς ἀπελεύθερος.

IN EPITOMEN LIBRI XLVI.

Ne aut inimicus iudicatus videretur.)Vet. lib. Ne aut hoſtis. Lex in comitio lata eſt, ne cuiquam regi Romam venire liceret.)Vox, comitio, inepto legitur ſenſu. Melior antiqua lectio. Lex in commune lata eſt, ne cui regi. C. Sulpicius Gallus Ligures ſubegit.)Vet. lib. Gallus conſul. Cenſà eo ſunt.)Vet. lib. Cenſa ſunt. Cum Lyſia tutore Demetrius.)Tutore eius, ex veteribus libris, & Appiano in Syrio. Quia minimè dimittebatur.)Vet. lib. Quia non dimittebatur.

IN EPITOMEN LIBRI XLVII.

Sacrorum quoque magiſtratuum.)Vet. lib. Sacrorumque magiſtratuum. Illyricos.)Illyrios, ex Græcis & lapidibus Capit. Quidam prætores.)Vet. lib. Aliquot prætores. Accuſati, & damnati ſunt.)Vet. lib. Accuſati, damnati ſunt.

IN EPITOMEN LIBRI XLVIII.

Vt legatis, quominus violarentur, fugam explicuerit.)Emenda ad fidem antiqui libri. Vt legatos, quominus violarentur, fuga explicuerit. Qui princeps ſenatus ſextis iam cenſoribus erat lectus.)Lege, ab ſextis. ſic Liuius lib. 43. M. Æmilius Lepidus princeps ſenatus ab tertijs iam cenſoribus erat lectus. Publilia.)Vet. lib. Poblicia. Et excepturum militiæ genus.)Vet. lib. & excepturum ſe. L. Lucullus conſul, cui M. Claudius ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos cùm videretur, Vacceos, &c. Quemadmodum ſcriptum eſt apud Appianum in Iberico, non Lucullo Marcellus, ſed Marcello Lucullus ſucceſsit, quippe qui poſt Marcellum conſul fuerit. Itaque ex Appiani hiſtoria ſic legendum: L. Lucullus conſul, cum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos, &c. Cantabros, & alias regiones, & iterum alias incognitas nationes in Hiſpania ſubegit.)Vet. lib. longè melius: Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes. Et in expugnatione captæ vrbis maius multò etiam periculum adijt.)Vet. lib. Et in expugnatione interceptæ vrbis maius etiam. Vnde ego lego: Intercatiæ teſtibus hiſtoricis omnibus. Dicerentque & exercitum.)Vet. lib. Dicerentque ſe, & exercitum. Prorogari ſententiam placuit.)Emendo, admonente ita ſenſu: Perrogari ſententias placuit. Sic libro trigeſimo ſecundo. Decretum recitari, perrogarique ſententias prohibuerunt. Et lib. 29. Perrogari eo die ſententiæ accenſis ſtudijs non potuere. Deinde cætera ſic lege, & interpunge: Catone, & alijs principibus ſenatus ſuadente, vt in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus, quod Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi iuſtam cauſam bellandi videri. placuit, vt bello abſtinerent. Carthaginienſes tum aduerſum fœdus bellum Maſaniſſæ intulerunt, victi ab eo.)Et hæc oratio vno concluſa circuitu in veteribus libris ſic legitur: Carthaginienſes cùm aduerſum fœdus bellum Maſaniſſæ intuliſſent, victi ab eo, &c. Et guſtare cibum tantummodo ſolito.)Vet. lib. guſtare panem.

IN EPITOMEN LIB. XLIX.

Tertij Punici belli initium altero, & ſexcenteſimo anno ab vrbe condita, intra quintum annum, quàm erat, cœptum, conſummatum omninò eſt.)Belli initium conſummatum eſſe, quid ſibi velit, profectò difficile dictu eſt, neque iniuria: eſt enim vitioſa locutio. Legitur autem in codice antiquo: Intrà quintum annum, quàm erat cœptum, conſummati, vt ad vocem, Belli, referas, & ſit ſenſus: Tertij Punici belli initium intra quintum annum conſummati, refertur. Sic ſuprà: Origo Carthaginienſium, & primordia vrbis eius referuntur. Et infrà: Antequam Cymbricum bellum conſummaretur. Item: Cauſæ ciuilium armorum, & initia referuntur. Quorum alterum ſapientiſsimum virum in ciuitate habebant, alter vir optimus à ſenatu iudicatus erat.)Vet. lib. Quorum alter ſapientiſsimus vir in ciuitate habebatur, alter optimus vir etiam à ſenatu iudicatus erat. Et vt omninò deleretur Carthago.)Vet. lib. Et vt tolleretur, delereturque Carthago. Placuit nihilominus.)Vet. lib. Placuit tamen. In oppidum minimè recepiſſent.)Vet. lib. Non recepiſſent. Diti patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti.)Lege, ad Tarentum, qui locus erat in Campo Martio ex Feſto, & Valerio lib. 2. cap. 1. itemque lege apud Cenſorinum. Cùm libros Sybillinos Decemuiri adiſſent, renunciarunt, vti Diti patri, & Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent. Seruius in 8. Æneidos partem Tyberis Terentum à terendo dictam ait. Qui anno primo Punici belli quingenteſimo, & altero anno ab vrbe condita facti erant.)Fœdiſsimè ſe habet hic locus, quem nos auctore vetere libro ſic reſtituimus. Qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab vrbe condita facti fuerant. [Hanc reſtitutionem Sigonij & interpretationem refellit Robortellus li. 1. Emendationum ca. 7. & 8. atque ex Cenſorino & marmoribus Romanis legendum eſſe cenſet anno XVI. primi Punici belli.] Senſus eſt: Ludos ſæculares ad Terentum, qui centeſimum ante annum, dum Punicum primum bellum gerebatur, anno ab vrbe condita, DI. facti fuerant,

fuerant,hoc anno esse relatos.Id autem ita esse ratione quoq; possumus confirmare. Nam si anno ab V.C.DI. illi facti sunt,profectò P.Claudio Pulchro,L.Iunio Pullo consulibus facti sunt. Nam in eos consules hic numerus incidit ad summam annorum Liuianam.Censorinus autem de his ludis loquens ait: Tertij ludi fuerunt Antiate,Liuioque auctoribus,P.Claudio Pulchro,L.Iunio Pullo consulibus.Preterea si post centum annos,quàm illi facti erant,relati sunt,profectò anno DCI.hi facti sint necesse est,qui annus consules habuit L.Marcium Censorinum,& M'.Manilium.Itaque Censorinus idem ait:De quartorum ludorum anno triplex opinio est.Antias enim & Varro,& Liuius relatos esse prodiderunt L.Marcio Censorino,M'.Manilio consulibus post Romam conditam anno DCV.Sequitur autem in numerandis vrbis conditæ annis alios auctores,quàm Liuium, eosdẽ propè,quos Ciceronem,& Plinium sequutos esse animaduertimus. [Et hanc scholij partem refellit Roberti.lus lib.1.ca.9.emendationum,& legendum esse ostendit,quarto & sexcentesimo.] Vt in alio loco procul à mari X.millia passuum,nec minus remoto.)Vet.lib.Vt in alium locum,dum procul à mari X.millia passuum, nec minus remotum. L.Martio,L.Manlio consulibus.)Lege,L.Marcio,M'.Manilio,M.etiam Manilius dicitur in Bruto à Cicerone,& à Valerio,& à multis alijs:ipsum tamen prænomen Manij tulisse, indicat Capitolinus eius consulatus.Itaque locus in principio Somnij Scipionis ita legendus:Cùm in Africam venissem Manio Manilio consule ad quartam legionem tribunus,vt scitis, militum.mendosè enim legitur: Anitio, Manilio consulibus. Quidam Marcio,& Manilio emendarunt,non rectè:non enim ambobus consulibus Scipio venit tribunus, sed vni Manilio,vt Appianus,& Valerius tradiderunt. Castrisque, quæ Carthaginienses omnibus copijs pariter ab vrbe egressi oppugnabant,liberatis,is præcipuè gloriam tulit.)Vet.lib.Castrorumque,quæ, &c.liberatorum & ipse præcipuam gloriam tulit. Cato vir promptioris multò ad vituperandum linguæ.) ex vet.li.tollenda est vox,multo. Qui in Africa militarent,vmbris militare,Scipionem vigore.)Antiqua lectio,pro vmbris,habet vmbras,pro vigore,vigere,quod probo. Nam,vt ait Appianus, est versus Homericus à Catone vsurpatus,eiusmodi:οἱ δ' ἀπέπνυσαν, τοὶ δ' σκιαὶ ἀΐσσουσιν.Id est,solus sapit,reliqui vmbræ ruunt. Per ætatem minimè liceret.)Vet. lib. non liceret. Vt Lusitani, qui ex fœdere populo Rom. dediti à Sergio Galba in Galliam veniissent,in libertatem restituerentur.)Vet.li.qui in fidem populi Romani dediti à Ser.Galba. Porrò autẽ,in Gallia,non in Galliam,sententia ita postulante,lego. Venissent enim pro venundati essent,accipiendum est. Nã inquit Valerius lib.9.cap.6.Galba trium Lusitaniæ ciuitatum,conuocato populo tanquam de cõmodis eius acturus nouem millia electa,& armis exuta partim trucidauit,partim vendidit. Etiam ab eo.) Vet. lib. Et sæpè ab eo. Propter sese castra habentes.)Vet.lib Prope se. Equo,atque homine suo immolatis.)Vet.lib.Equo,atque homine suo ritu immolatis. Multis ad falsam eius famam,velut ad veram euntibus.)Vet.li.Multis ad falsam eius fabulam,velut ad veram coeuntibus,& rectè:Nam paulò pòst insert: Fabulam autem eiusmodi finxerat. Ex pellice se Perseo rege ortum.)Vet.lib.Ex pellice se,& Perseo rege. Traditum educandum Cyrthesæ cuidam esse.) Vet. lectio melior. traditum educandum Cretæ se cuidam esse. In belli casus, quod ille cum Romanis ageret.) Vet.lib.gereret. Patrem esse credentem,à quo educaretur.)Ve.lib.Patrem eum esse credentem,à quo. Cum prope finem vltimum esset.) Vet. lib. Cùm prope ad vltimum finem vitæ esset. Detectam tandem originem suam.) Vet. lib. Detectam sibi tandem. Pubescenti libellum tradidit.)Repone,traditum,vt orationis consequutio conseruetur,item ex vet.lib.

IN EPITOMEN LIBRI L.

Prusias rex Bithyniæ omnium humillimorum fautor,atque vitiorum.)Vet.lib.Omniumque humillimorum vitiorum,vt regem etiam vitiorum intelligamus.Humilitas eius & imbecillitas animi cognita est, cum raso capite cum pileo.Legatis Romanis obuius se populi Romani libertum esse dixit. Habebat alium filium.) Vet.lib.Alterum filium. Caput multis cicatricibus sparsum.)Vet.lib.Farsum,id est,repletum.Huius rei meminit Plutarchus in priore Catone,& Appianus in Mithridatico. Genuerit vnum filium.)Vet.lib.Et Latina oratio ferunt,vt legatur,filium genuerit. Inter tres liberos.)Vet.lib.Inter tres liberos eius. Arbitrio Scipionis.)Vet.lib.Arbitro Scipione. Suasit cum equitatu suo ad Romanos transire.) Vet.lib.Persuasit,vt cum equitatu suo ad Romanos transiret.Egregiè.Transisse enim eum scribit Appianus. Phaniæ.)Phamæa legendum. φαμαίαν enim vocat Appianus in Lybico.Item: Vet.li.Suidas φάμεαν. Quoniam per X.annos consulem fieri minimè licebat.) Vet.lib.Quoniam per annos consulem fieri non licebat. Rectè.Lex enim de decem annis erat,ne quis intra decem annos consul reficeretur,de qua suprà in Fabio Rulliano diximus.Hic autem legem annalem intelligit à L.Villio Annali latam,qua cauebatur, ne quis nisi anno ætatis XLIII. capere consulatum posset,vt suprà diximus.Scipio verò anno,quo factus est primùm consul,annum agebat XXXVII. Repugnantibus aliquantulum patribus.) Vet.lib.Aliquandiu. M.Æmilius nonnullas vrbes circumpositas Carthagini expugnauit.)Nullum M.Æmilium Carthaginem missum belli gerendi causa accepimus. Itaq; non dubitamus,quin hic sit,M'.Manilius,qui consul primùm,pòst autem prorogato imperio pro consule id bellum gesit per biennium,cui deinde Scipio consul anno tertio successit.Valerius quidem M'.Manilium Africam pro consule obtinuisse scribit Orosius Teragam vrbem expugnatam,& direptam à Manilio ait. Victus,captusque relicta Macedonia.)Vet.lib.Recepta Macedonia.Rectè.Nam quæ bello Persico parta erat, eadem hoc bello amissa fuerat.

IN EPITOMEN LIB. LI.

Carthago viginti tria millia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa.) Quantò rectior est prisca lectio?Carthago in circuitu mille XXIIII.passus patens,magno labore obsessa. Cui extra sortem prouincia Africa data est.)Vet.lib.Data erat. Contracta exiguo tempore ampla classe.)Vet.li. Contracta clam exiguo tempore,optimè.Id enim Appianus & Strabo, & reliqui factum esse tradiderunt. Ad Nesentum oppidum.)Quis vnquam aliàs antè audiuit in Africa non longè à Carthagine esse oppidum nomine Nesentem? Nepherim quidem esse & Strabo & Appianus produnt,vbi vterque de hoc bello loquitur, atque hoc etiam nomen est in vetustis epitomarum libris.Vt omninò,Nepherim,sit legendum. Minimè impetrare potuerat.) Vet. lib.Impetrare non potuerat. Ludos fecit,transfugas.)Vet.lib.Transfugasque.

IN EPITOMEN LIBRI LII.

Bœotios.)Vet.lib.Bœotos.Sic Græci,βοιωτὲς & βοιωτίνης. In cuius locum Dracus.)Vet.lib.Diacus.legendum Diæus.Sic enim Pausan.in Achaicis:Διαῖος ὁ κριτολάου διάλογος. Legati Romanorum.)Vet.lib.Romani: Ipse L.Mummius.)Ve.lib.Ipse Mummius. P.Cornelius Africanus Scipio Æmylianus.)P.Cornelius Scipio Africanus Æmilianus. A Diodoro quodam.)Vet.lib.à Diodoro.

IN EPITOMEN LIBRI LIII.

Censa sunt ciuium capita CCCCXXVIII. millia.) Vet. lib. habet CCCXXVIII. Rectè. Neque enim par

par eſt,cum priore luſtro cenſa ſint CCCXXIII.millia,& inſequenti CCCXXIII, hoc anno CCCCXXVIII. eſſe cenſa. De Iunio Syllano.)Vet.lib.De D.Iunio Silano. Ab exercitu eius multum imploratus, ac nobiliſimè tumulatus.)Vet.lib.Comploratus.Quod verbum eſt in mortuo propriũ, inquit enim Liuius de Tarquinio mortuo.Ex comploratione in regia orta.Et lib.25.vt non modò lacrymis,iuſtoque comploratu proſequerentur mortuos,ſed ne efferrent quidem,aut ſepelirent. Per quatuordecim.)Vet.lib.Et per quatuordecim.

IN EPITOMEN LIBRI LV.

Cui cognomen Serapion fuit.)Serapio,vt Cato,Cicero,Dio.Nam Priſcianus ait, quæ nomina apud Græcos in ων terminentur,ea à Latinis finiri in o. Adde tanto certius fieri, quoties caſum gignendi edunt in Onis, non in Ontis,vt Serapio Serapionis. Curiatio.)Curatio,ex Græcis, vt antè. Quia non impetrarunt.) Vet.lib.Impetrarent. In carcere mitti.)Vet.lib.Duci. Oppidumque.)Vet.lib.Et oppidum. Irritam cenſuerat.)Vet.lib.Irritam fieri cenſuerat. Fuſum, fugatusq;.)Vet.lib. Fugatusq; eſt. Pulli ex caueaeuolauerunt.)Vet.li.Auolauerunt. Conſcendenti deinde in nauim.)Ve.li.Deinde nauim. Mancino auſpicia triſtia fuiſſe probatum eſt.)Vet.lib.Quæ auſpicia triſtia fuiſſe euentu probatũ eſt. Et ſic vt tranſgrederentur perſuaſit.)Vet.lib.Tranſgrederentur milites perſuaſit. Diodoro.) Vet.lib. Diodoto.item Tripho,non Triphon. Corruptis quidem medicis.)Quidem,abeſt à vet.lib.

IN EPITOMEN LIBRI LVI.

M.Cæſonis.)Vet.lib.M.Coſconius. Quem cùm ille capere ob legem,quæ vetabat quenquam intra decem annos iterum conſulem fieri licere,minimè vellet.)Hic multa fœda ſunt,quæ tamen ope antiquorum librorum purgantur,in quibus eſt ita:Quem cùm illi capere ob legem,quæ vetabat, quenquam iterum conſulem fieri,non liceret,ſicuti priore,&c.Noſtri enim patres ignari omnis Romanę antiquitatis,quia nullam aliam legem nouerant,niſi quæ eſt de X.annis,eam vbique inculcarunt.Sicut etiam antè dixi de priore huius cõſulatu. Quæ lex ne in hoc quidem conſulatu locum habere potuit.Nam inter priorem,& poſteriorem Æmiliani conſulatum anni interiecti ſunt XII.Quæ res eruditos multos viros,vt de Clareano antè admonui,valdè hoc tempore pertur bauit.Eſt igitur hæc lex lata paulò ante hæc tempora Catone viuente,cuius ſuaſor ipſe fuit Cato, Ne quis iterum conſul fieret.Priſcianus enim lib.3.profert exemplum ex oratione Catonis, quæ inſcribebatur: Ne quis iterum conſul fiat.Idemque Feſtus in voce Pauimenta.Sunt enim multæ leges de conſulatu capiendo latæ.Vna,ne quis intra X.annos conſul reficiatur,quæ,vt ſuprà diximus,tenuit Fabium.Altera,ne ædilitas & prætura prætereatur, qua ſolutus eſt T.Flamininus.Tertia,quæ annos ætatis conſtituebat,qua ſolutus eſt Æmilianus in priore conſulatu.Quarta,Ne quis iterum conſul fiat,qua impediebatur Æmilianus,ne ſecundum caperet conſulatum.Quinta,ne quis abſens conſul fieret,qua pòſt Martius ſolutus eſt.Quartam tamen legem pòſt tacito conſenſu ciuitatis abrogatam eſſe arbitror.Ex his legibus prima & ſecunda à Sulla Dictatore relatæ ſunt, auctore Appiano. Cuius belli.)Vet.lib.Huius belli. Cleon quoque.)Cleo,vt antè. Sæpenumerò geſſerunt.)Sæpè,ex vet. libris.

IN EPITOMEN LIBRI LVII.

Generoſiſimam militiæ diſciplinam.)Vet.li. Seueriſimam. A` caſtris reiecit.)Vet.li.Eiecit. Militem omni die in opere habuit.)Vet.lib.Militem quotidie. Frumentum ad ſeptenos vallos ferre.) Ac ſeptenos,ex vet.lib. Cum gladio rectè vallare ſcieris.)Vet.lib.Cum gladio te vallare. Alij nimirum parum habiliter ſcutum amplius iuſto ferre iuſsit,quoniam melius ſcuto,quàm gladio vteretur.)Omnis dicti huius venuſtas perit,ſi ita legamus.Mihi autem videtur ita eſſe legendum: Alij nimis habiliter paruum ſcutum tenenti. Senſus autem eſt perſpicuus.Cùm paruum quidam ſcutum cum ſumma agilitate ferret,ampliſimum eum ferre ſcutum Scipio iuſsit,ne ſcuto agilius,quàm gladio vteretur. Scutum enim tegendi ſui, gladius lædendi alterũ cauſa paratus eſt,noceri autem hoſtibus Scipio cupiebat. Quoniam melius.)Vet.lib. Quando,id eſt,quandoquidem. Si extraneus,virgis cęcidit.)Vet.li.fuſtibus:quod placet.Cicero enim in Philippicis ait:Fuſtuarium meruerunt legiones,quæ conſulem reliquerunt.Vt fuſte aliquis cæderetur,docet eleganter Polybius libro 6. Iumenta quidem omnia,ne exonerarent militem. Multotiens contra hoſtium eruptiones feliciter pugnauit.)Vet.lib.ſæpè aduerſus irruptiones hoſtium. Et oppreſſos fame videret vrgeri,hoſtes qui pabula tum exierant vetuit interimi.)Diſpunge ita:oppreſſos fame videret vrgeri hoſtes, inde, Qui pabulatum. Si plures quidem fuiſſent.)Dele,quidem,ex vet.lib.

IN EPITOMEN LIBRI LVIII.

Ne quis ex agro publico plus quàm decem iugera poſsideret.)Plutarchus in Graccho, & Appianus libro 1. quingenta iugera produnt,qui numerus probabilior eſt.Error inde fortè manauit,quòd qui deſcripſit hunc locum,is D.decem,non,vt faciendum erat,Quingenta,interpretatus eſt. Et fratrem Gracchum.) Vet.lib.Et fratrem Caium. Vt ijdem omninò triumuiri.)Omninò,non eſt in vet.lib. Oſtendit ob id,vt ijs.) Vet. lib.Oſtendit,vt ijs. Ante omnes C.Antonius conſul.) Lege vel repugnantibus omnibus libris, P.Mucius conſul.De quę ſic Cicero pro domo.P.Scipionis factum ſtatim P.Mucius conſul,qui in gerenda Rep.putabatur fuiſſe,multis ſenatuſconſultis non modò defendit,ſed etiam ornauit.Et pro Plancio,P.Mucius arma,quæ priuatus P.Scipio ſumpſerat,ea Ti.Graccho interempto iure ſumpta eſſe defendit.Et qui de viris illuſtrib. ſcripſit. Seguiterque ceſſante Mucio conſule Scipio Naſica ſequi ſe iuſsit.Item Valerius: Cùm Gracchus Remp.perturbaret,in ædem Fidei patres conſcripti publicè conuocati à conſule Mucio Scæuola, quidnam in tali re faciendum eſſet,deliberabant. A primatibus occiſus eſt.)Vet.lib.Ab optimatibus.

IN EPITOMEN LIB. LIX.

Numantini fame maximè coacti,ipſi ſe per vices trucidauerunt.) Vet. lib. Numantini fame coacti ipſi ſe per vicem tradentes trucidauerunt. P. Attilius conſul in Sicilia cum fugitiuis debellauit.) Hic conſul ab alijs Atilius,ab alijs Rutilius,ab alijs Sulpicius mendosè nominatur.At Cicero in Epiſt. ad Attic. lib. 13.& in Verr.6.Rupilium nominat.Atque ita vocandum eſſe Capitolinus eius conſulatus oſtẽdit. Quare pro P.Atilius, P.Rupilius repone. M.Perpenna.)Perperna,ex Capitol.tabulis,& Græcis,vt antè. Cenſa ſunt capita CCCXIII.millia.)Vet.lib.CCCXVIII.puto tamen legendum CCCLXVIII.nam ſequenti luſtro CCCXC. cenſa ſunt. Vt ducere omnes omninò cogerentur liberorum creandorum cauſa.) Vet. lib. Vt omnes cogerentur

ducere

ducere vxores liberorum procreandorum causa. Veluteo tempore scriptam.) Vet.lib. Velut in hæc tempora scriptam: Rectè, habet enim rationem personæ Liuij, qui fuit æqualis Augusti. Huius orationis sententiæ aliquot adhuc extant apud Gellium. Auxilio quàm maximè fuerunt.) Vet. lib. Auxilio fuerunt. Ob nimiam suam crudelitatem suis inuisus.) Suam abest à vet.lib. Eius virgine filia.) Vet.lib. Filia eius virgine. De agro diuidendo, creatis.) Tolle vocem, De, non enim Triumuiri de agro diuidendo, sed agro vt dicatur, latina locutio postulat, vt Triumuiri coloniæ deducendæ. Quo defuncto.) Vet. li. Eo defuncto. Iapidas.) Cap. triumphi, Iapudas, Græci ἰάποδας edunt.

IN EPITOMEN LIB. LX.

Aurelius consul.) Vet.lib. L. Aurelius consul. Aduersus Falanios Gallos, qui populabantur fines Massilienſium.) Lege Saluios Gallos, ex vet.lib. Sunt autem Saluij ijdem, atque Salyes. A' maxima multitudine locustarum.) Vet.lib. Ab ingenti multitudine. Tertiam, qua equestrem ordinem cum senatu consentiētem corruperat, trecenti senatores erant, sexcenti equites, vt trecentis senatoribus admiscerentur.) Clarior est huius loci sententia in manuscriptis libris, hoc modo: Tertiam, qua equestrem ordinem tum cum senatu consentientem corrumperet, vt sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur, & quia illis temporibus CCC. tantùm senatores erant, sexcenti equites trecentis senatoribus admiscerentur. Hanc legem iudiciariam vocat Plutarchus in Graccho, cuius verba his ferè similia sunt: ὁ δ' Γράκχος, ᾧ τὸ πλεῖον ἀπέκλιν' ἡ τοῦ συγκλητικοῦ διαφορᾶς μόνοι δ' ἔκριναν τὰς δίκας, καὶ διὰ ταῦτα φοβεροὶ τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ὕποπτοι· ὁ δ' τριακοσίους τοῦ ἱππικοῦ προσέγραψε τέλεσιν αὐτοῖς ὄντι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τοῦ ἑξακοσίων ἐποίησε. Hæc Plutarch. qui equites non sexcentos, sed trecentos senatoribus trecentis ait esse adscriptos, atque inter vtrosque communicata iudicia esse, quæ antea senatorum tantùm propria fuerant. Si tamen Appiani libro primo, & Pædiani in Diuinationem verba attendamus, Gracchus à senatoribus ad solos equites iudicia transtulit, non inter vtrunque ordinem communicauit. Et Varro lib. 4. de vita pop. Rom. In spem adducebat non plus soluturos, quàm vellent, iniquus equestri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, discordiarum ciuilium fontem. Hæc enim verba ad C. Gracchum pertinere videntur. Locus est apud Marcellum in voce Biceps. Multum indignata.) Multum abest à vet.lib.

IN EPITOMEN LIBRI LXI.

Multum feliciter pugnauit.) Multum abest à vet.lib. Auentinum armata quoque multitudine.) Vet. lib. Auentinum quoque armata multitudine. Flaccus socius eiusdem.) Vet.lib. Flaccus consularis socius eiusdem furoris. Liberatus est.) Vet.lib. Absolutus est.

IN EPITOMEN LIBRI LXII.

Cn. Martius cos. Sarnios gentem Alpinam expugnauit.) Vet.lib. Q. Marcius consul Stonos. De Stonis autem Alpinis populis, & Strabo, & Plinius prodiderunt. De hac autem victoria, Orosius. Quem in filiũ adoptauerat.) Vet.lib. Quem adoptauerat. Metellus Dalmatas obsedit.) Vet.lib. subegit: probo. Nam de ijs etiã triumphauit, & Dalmatici nomen retulit. Aenobarbus.) Ahenobarbus, vt antè. Senatu amouerunt.) Vet.lib. Mouerunt.

IN EPITOMEN LIBRI LXIII.

Cato Porcius consul.) Vet.lib. C. Porcius: Rectè vtrunque. Dictus est enim C. Porcius Cato. Deprehensum, & iudicatum sit.) Vet.lib. Vindicatum sit.

IN EPITOMEN LIBRI LXIIII.

Idque etiam Calpurnius.) Vet.lib. Idque Calpurnius. Ad indicandum consiliorum auctores.) Vet.li. Ad indicandos auctores consiliorum suorum. Et propter cædem admissam in regulum quenquam nomine Massiuam, qui regnum eius populo Rom. inuisi appetebat, interfectum Romæ cùm periclitaretur.) Ita legendum est, vt omnia vna periodo contineantur, vsque ad verbum illud, clam profugit: præterea legendum, Romæ interfectum, cùm periclitaretur, ex vet.lib. & ex Salustio. Discedens vrbe.) Vet. lib. Cedens. A. Postumius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto conflixit, pacemq; etiam multum ignominiosam adiecit, quam quidem minimè esse seruandam senatus censuit. Germanam sic demum restituetis lectionem. A. Postumius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto, pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse seruandam senatus censuit. Extitit enim nescio quis malus auctor Latinæ orationis formandæ, qui in his Epitomis describendis de suo inculcauit particulas, Minime, Quidem, Multum, Omninò, quæ non sunt in vet.lib. nisi rarò, & aptè positæ.

IN EPITOMEN LIBRI LXV.

Et vniuersam Numidiam vastauit.) Vet.lib. Totamq; Numidiam. Feliciter quidem pugnauit.) Vet. lib. Prosperè pugnauit.

IN EPITOMEN LIB. LXVII.

Aurelius Scaurus legatus.) Vet.lib. M. Aurelius. Vinci minimè posse.) Vet.lib. Non posse. Ab ijsdem hostibus C. Manlius, & Q. Cæpio proconsules victi prælio castrisque binis exuti sunt.) Restitue ita: Cn. Mallius consul, & Q. Cæpio proconsul victi prælio castris quoque binis exuti sunt. In Manlio variant scriptorum libri: Alij enim C. alij Cn. Manlium, alij M. Manilium vocant, quem admodum in pleriſq; manuscriptis est, & in impressis Eutropij, Taciti, & Salustij. Itaque Cn. Mallius reponendum, testibus lapidibus antiquis. In vetere Epitomarum exemplari, est: Manilius consul, & Q. Cæpio proconsul: Egregiè. Nam Q. Cæpio, & consul ante Mallium, & prorogato imperio cum consule Mallio proconsul cum Cimbris rem gessit, vt ait Orosius. Cæpionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primoque post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. Primum illud dico, Imperium regi Tarquinio non esse abrogatum, sed exilio multatum ne in vrbe esset. Deinde verò addo alios ante Cæpionem imperio spoliatos fuisse, vt Tarquinio Col-

latinum,& L.Minucium Augurinum,& M.Claudium Gliciam, quorum illi coacti ſunt abdicare ſe conſulatu, hic Dictatura. Quare non eſt dubium,quin legendum ſit,vt eſt in vetere libro: Damnati bona publicata ſunt primi poſt regem Tarquinium,imperiumque ei abrogatum eſt. In carcere necatus.)Vet.lib.Necatus eſt. Continuatus per complures annos magiſtratus eſt.)Vet.lib.Conſulatus eſt.Eſt enim factus II.III. conſul cũ abeſſet.Hæc eſt autem Quinta lex.Ne quis abſens capere conſulatum poſsit,qua ſolutus eſt Marius.Itaque Cæſar pòſt omiſit triumphum ex Hiſpania vlteriore,vt præſens peteret conſulatum. Circa Rhodanum,& Pyrenęum.) Vet.li.Inter Rhodanum,& Pyrenæum. Bellicoſis quidem ſe Theutonis.)Vet.li.Bellicoſis ſe Theotonis.

IN EPITOMEN LIB. LXVIII.

Antonius prætor in Sicilia maritimos prædones perſecutus eſt.)Emenda ad fidẽ vet. lib. M.Antonius prætor in Ciliciam,eadem menda eſt apud Obſequentem,vbi ſcriptum eſt:Piratas à Romanis in Sicilia deletos eſſe, cùm ſit legendum,Cilicia.Nam vt ſcribit Plutarchus in Pompeio,Cilicia arx fuit hoc tempore Piratarum,ob eamque cauſam pòſt in Cilicia bellum geſsit P.Seruilius,qui Iſauricus inde appellatus eſt.Adde quòd M.Antonius apud Ciceronem libro primo de Oratore pro conſule ſe in Ciliciam veniſſe ait. Antonium porrò cum Piratis rem geſsiſſe tradit Plutarchus in Pompeio. Donec Cimbros vinceret.)Vet.lib.Donec & Cimbros vinceret. Vbi virtute ſua explicita fugientem proconſulem,exercitumque proſequuti.)Vet.lib. Cum virtute ſua explicata.Quanquam ſenſu admonente,Expliciti,lego.Quod eſt,obſidione quaſi Catuli liberati. In quo cæſa traduntur hominum centum quadraginta millia.)Ve.lib.Hoſtium.Idem autem numerus traditur ferè ab Oroſio, &Plutarcho,& Floro,quanquam Flori locus mendosè legitur ſic.In patentiſsimo,quem Caudium vocant,campo,procurrere.millia deinde ad XL.ceciderunt.Hinc campus tertiò per omnem diem conciditur barbaris.In veteribus autem libris rectè ſic: In patentiſsimo quem Caudium vocant campo, concurrere. millia inde centum quadraginta ceciderunt,hinc tertio minus,per totum diem conciditur barbarus. Totius ciuitatis conſenſu receptus.)Vet.lib.Exceptus. Qui aliquantulum, &c.inuiderant.)Vet. lib. Aliquandiu. P.Malleolus.)Vet.lib.Poblicius Malleolus: Rectè:ita enim & Oroſius:& certè Malleolum Publiciæ gentis cognomen fuiſſe Capitolini conſules oſtendunt. Bella præterea inter Syriæ reges continet.) Vet. lib. Inter Syriæ reges geſta continet.

IN EPITOMEN LIB. LXIX.

Cn.Apuleius.)L.Apuleius,& vet.lib.& omnes ſcriptores. Numidico, eò quòd in eam minimè iuraſſet.)Vet.lib.Quòd in eam non iurauerat. Sextum quidem conſulatum.)Quidem vacat vet.libris. Candidatum conſulatus petitorem.)Vet.lib.Candidatum conſulatus.ſic lib.103. Eoque conſulatus candidato conſpiratio facta eſt.& lib.107.T.Annio Milone candidato conſulatus. A.Numio competitore.) Hunc *νόνιον* Plutarchus,*αὖλον νόνιον* Appianus vocant,ille in Mario,hic lib.1.At Valerius lib.9.cap.7. Oroſius lib. Nummium, præſertim in manuſcriptis libris:nam vulgati habent Mummium.Itaq; nihil auſus ſum mutare. Bello quodam interfectus eſt.)Loquitur de Saturnino,quem,vt omnes tradũt,Rabirius interfecit. Itaque à Rabirio quodam,legendum eſt.Sic enim & is,qui de viris illuſtribus ſcripſit.Caput eius Rabirius quidam ſenator per conuiuia in ludibrium circumtulit. M.Aquilius conſul in Sicilia.)M'.Aquillius proconſul,ſcribendum. Hunc enim vocat Plutarchus in Mario,*μαίον ἀκύλλιον*.Itemque in Mithridatico Appianus.Filium hunc eſſe arbitror M' Aquillij M'.F.M'.N.qui de Aſia triumphauit,vt eſt in Capitolinis triumphis,quem Appianus libro 1.*μαίον* quoque nominat.

IN EPITOMEN LIB. LXX.

Cùm M.Aquillius.)M'.Aquillius,vt dixi. Didius proconſul.) Vet. lib. T.Didius. P.Rutilius qui legatus C.Marij proconſulis à publicanorum iniurijs Aſiam defenderat.)Lege,Q.Mucij proconſulis.neq; enim C.Marius obtinuit Aſiam,ſed Q.Mucius Scæuola,vt Pædianus in Diuinationem.Q.Mucij Scæuolę quæſtor Rutilius condemnatus,quod cum prætore conſenſerit ſuo,ne publicani aliquid agerent in prouincia ſua. Cui cognomentum Apionis fuit.)Cui cognomen Apioni fuit,vet.lib.

IN EPITOMEN LIB. LXXII.

Initio belli à Picentibus moto.)Vet.li.Orto. Eſernia.)Æſernia,Græci. Auxilia demum.) Vet. li. Auxilia deinde.

IN EPITOMEN LIB LXXIII.

L.Cæſar conſul.)Vet.li.L.Iulius Cæſar conſul. Qui interemptus eſt.)Vet.li.Qui ab ijs interemptus eſt. Meliore quidem euentu.)Quidem redundat ex vet.lib. Pelignos fudit.)Vet.lib.Pelignos prælio fudit. Hirnio Aſinio.)Vet.lib.Hirno Aſinio.

IN EPITOMEN LIB. LXXIIII.

Aliaque magiſtratuum ornamenta inſignia ſumpta ſunt.)Vet.lib.Aliaque magiſtratuum inſignia ſumpta ſunt. Aurelius Plotius legatus.)Vet. lib. A. Plotius. A.Sempronius Aſellus.) Scribe,Aſellio:ſic enim Appianus libro primo. Valerius libro 9.cap.7.Fuit autem Aſellio Semproniorum cognomen. Quod Hiſtoricus ille æqualis Scipionis Æmiliani tulit.Qui apud Ciceronem primo de legibus,Aſilo, mendosè dicitur, vbi Latinos Hiſtoricos numerat.

IN EPITOMEN LIB. LXXV.

A.Poſtumius legatus in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus cùm claſsi præeſſet infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt.)In his verbis eſt inſigne mendum. Inculcata enim multa verba ſunt ex epitome ſequentis libri, eaque à Gabinio ad Poſtumium translata, quæ autem ad Poſtumium pertinebant, ea Sulpicio ſine cauſa tributa ſunt. ſic igitur lege ex veterum librorum fide: A. Poſtumius Albinus legatus, cùm claſsi præeſſet, infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt, Reliqua autem dele. Hæc ipſa A.Poſtumio euenisſe tradit etiam Oroſius libro 5. Poſtumius Albinus vir conſularis tunc L. Sullæ legatus intolerabili ſuperbia omnium in ſe militum odia cum ſuſcitaſſet,lapidibus occiſus eſt, & Valerius libro 9.cap.8.A.Albinus nobilitate,moribus,honorum omnium conſummatione ciuis eximius propter falſas,& inanes ſuſpiciones in caſtris ab exercitu lapidibus obrutus eſt. Quiſquam antè.) Vet. lib.Quiſquam alius antè.

IN EPITOMEN LIB. LXXVI.

Cæſis à Mamerco Æmilio legatis Italicis.)Vet. lib. Cæſis & à Mamerco Æmilio legato Italicis. Incurſiones Thracum in Macedoniam continet.)Vet. lib. Incurſiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

IN EPITOMEN LIB. LXXVII.

Occiſoque Pompeij conſulis filio.)Senſus docet legendum eſſe:Occiſo Q.Pompeio conſulis filio. Paulò antè enim patris conſulis meminit. Ex quo duodecim.)Ex qua,legendum eſt ad vocem enim Factionè,pertinet. Vt præmium promiſsi indicij haberet.)Vet.lib.Præmium promiſſum. Ad capiendũ à Cn. Pompeio proconſule exercitum.)Vet.lib.Ad accipiendum.

IN EPITOMEN LIB. LXXIX.

Cornelius Cinna.)Vet.lib.L.Cornelius Cinna. Cùm pernicioſas leges per vim ferret.)Ve.li.Per vim, atque arma ferret. Pulſus vrbe à Cn.Octauio collega cum Sextio tribuno plebis.)Melior lectio eſt manuſcriptorum librorum,cum VI.tribunis plebis,id eſt:Cum ſex tribunis plebis.Hoc probatur,quia ſcribit Appianus maiorem tribunorum partem Octauio aduerſatos eſſe, ἔπ ὃ ὀκταβίῳ κατὰ τὸν οἰκίαν τὸ μέλλον ἀδειορωμένῳ ἐξαγγίλλεται τὰς πλέονας δ'ημαρχίας κωλύειν τὰ γιγνόμενα. Imperioque eo abrogato.)Vet.lib.Imperioque abrogato. Sic epitome CXI.abrogato magiſtratu pulſus vrbe. Mortuum ſpoliaret.)Vet.lib.Spoliaret occiſum.

IN EPITOMEN LIB. LXXX.

Qui ſoli arma recipiebant.)Vet.lib.Retinebant. Plancius.)Vet.lib.Plautius. Ianiculum occupauerunt.)Ve.lib.Oppugnauerunt.Occupaſſe tamen ait Appianus.Itaque nihil muto. Antium quidẽ. Item. Nulla omninò ſpes.)Tolle quidem,& omninò.veterib.lib.auctoribus. M. Antonio eloquentiſsimo viro, & C. Cæſare.)Vet.lib.L.& C. Cæſare:Rectè.fratres enim hi fuerunt,ambo in reditu Marij interfecti. Auctor Appianus & reliqui. In roſtris poſita.)Vet.lib.In roſtris poſita ſunt. Et citra vlla comitia conſules in ſequentem annum ſe ipſos renunciauerunt,eodem die,quo magiſtratum inierant:Marius.Sex.Licinius.)Sic interpunge & lege:Eodemque die,quo magiſtratum inierant,Marius,&c. Poſtremò armis euertit.)Vet. lib.Armis hoſtiliter euertit.

IN EPITOMEN LIB. LXXXI.

Præterea à Thracibus in Macedonia geſta continet.)Vet.lib.Præterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

IN EPITOMEN LIBRI LXXXIII.

Fuſis aliquot copijs.)Vet.lib.Fuſis prælio aliquot copijs. Ita vt his cederet prouincijs.)Vet.lib.Ita vt is cederet,Is,autem Mithridates intelligitur. Impetrauitque à ſeruo præbens ceruicem,vt eum omninò interficeret.)Vet.lib.Impetrauitque de ſeruo ſuo præbens ceruicem,vt ſe interficeret.

IN EPITOMEN LIB. LXXXIIII.

Cùm ab omnibus oppidis Italiæ obſides exigere vellet.)Cùm ab Italiæ oppidis omnibus,colonijsque obſides,ex Vet.lib. Conſenſu ſenatus prohibitus.)Vet.li.prohibitus eſt. Nouis ciuibus S.C.ſuffragium datum eſt.)Italis data lex erat lege Iulia,verùm non in XXXV.tribus diſtributi.Eos vt diſtribuerentur cum P.Sulpicius legem tuliſſet,eaque Sylla reuerſo abrogata eſſet:Cinna de ijs cum Octauio contendit.Itaq; data erat illis ciuitas illa quidem,ſed ſine ſuffragio,nunc verò S.C.etiam ſuffragium adepti ſunt. App. li.1. Belli apparatum contra Syllam,quod plurimum excitabatur.)Vet.lib.Belli apparatum,quod contra Sullam excitabatur.

IN EPITOMEN LIB. LXXXV.

A.Conſule Cn.Carbone,& C.Norbano.)Emenda,à conſule C. Norbano.Erat enim hoc anno conſul C. Norbanus cum L.Scipione.Itaq; ſequenti verſu ait.Cum L.Scipionis alterius conſulis exercitu,alioquin ſi Carbo conſul eſſet,tertij conſulis fuiſſet dicendum.

IN EPITOMEN LIB. LXXXVI.

Litigatores à quibus adhibebantur vadimonia,Romam deferre iuſsit.)Lege ex Vet.lib.auctoritate,Litigatores,à quibus adhibebantur,vadimonium Romam deferre iuſsit.

IN EPITOMEN LIB. LXXXVIII.

Octo millia deditorum in via publica trucidauit.)Lege in villa publica,qui locus fuit in campo Martio.Sic enim Auguſtin.de Ciuit.lib.3.cap.28.Sulla victor vrbem intrauit,qui in villa publica non iam bello, ſed ipſa pace ſæuiens VII.millia peditum vndecunque inermia non pugnando,ſed iubendo proſtrauit.Et Valerius li.9. ca. 2.Quatuor legiones cõtrariæ partis fidem ſuam ſecutas, in villa publica,quæ in campo Martio erat nequicquam fallacis dextræ miſericordiam implorantes obtruncari iuſsit. Lucretio Aſella.)Vet.lib.Offella. Plut.in Sulla,ὀφέλλα.Itemque Appianus lib.1. Saucius à ſeruo.)Ipſe ſaucius à ſeruo.Vet.li. Inermes interim iuſsit.) Vet.lib.Concidi iuſsit.Appianus lib.1.κατακόντισεν ἅπαντας.

IN EPITOMEN LIB. LXXXIX.

L.Brutus.)Vet.lib.M.Brutus. Rebusque nouis.)Vet.lib.Inducta particula,Que,aliud fit principium orationis. Lucretium Aſellam.)Offellam,vt antè. Hieram regem Numidarum.)Huncregem Eutropius Iarbam nominat,item is,qui de viris illuſtribus ſcripſit.Plutarchus vterque in Pompeio: ἅλε ὃ τοῦ βασιλέων ἰάρβαν ἢ συμμαχήσαντα δομιτίῳ.πλὴν ὃ βασιλείαν ἰάρβα παρέδωκε.Hiarbæ igitur regis filius fuit Hiempſal,qui regnauit conſule Cicerone,vt ipſe ait contra Rullum.Hiempſalis filius fuit Iuba,victus à Cæſare, vt ait Dio,vbi de bello Cæſaris Africo de quo loquitur Cicero contra Rullum,cùm ait:Iuba Regis filius. ſic enim legendum,non Iubæ regis filius.Hiempſalis enim regis filium intelligit. Iubæ autem filius fuit Iuba alter, cui Auguſtus regnum

conceſsit hiſtoriarum auctor, vt ſcribit Strabo lib. 17. Carbone, qui Corcyram appulerat.) Appianus lib. 1. κόσυραν hanc inſulam vocat: καρβωνα ὃν ὁ λιβύης ἐς σικελίαν καὶ ἐπ' αὐτὴς κοσύραν νῆσον ἀποφεύγοντα πέμψας τινὰς ὁ πομπήιος ἔλαβε. Et Oroſius: Pompeius Carbonem à Coſſura inſula in Ægyptum fugere conantem in Siciliam ad ſe retractum occidit. Eſt autem Coſſura inſula Africæ, auctor Strabo, & Capit. triumphi. Redactum eſt ſeſtertiûm ter millies quingentiesq; Q. Lucretium Offellã. Etenim Appianus: κολίτον λευκήπον ὀφέλλαν, nominat. Erroris cauſa vulgata eſt. Quod quidem nemini contigerat.) Vet. li. Quod nulli contigerat. Cn. Norbanus conſularis.) C. Norbanus. Cap. tab. Itemq; reliqui omnes. Se ipſe interemit.) Vet. li. Ipſe ſe interemit. Metellus ex proſcriptis vnus.) Vet. lib. Mutilus, quod eſt Papiorum cognomen. Ad poſticum ædis.) Vet. li. ad poſticias ædes. Sanguine ſuo fores reſperſi.) Vet. lib. Vxoris fores.

IN EPITOMEN LIB. XC.

L. Manlius proconſul.) Hunc ſubſidio Metelli ex Gallia, cui ipſe præerat, in Hiſpaniam veniſſe ſcribit Oroſius. Et L. Manilium nominat: quo pacto legendum eſſe apud Plutarchum in Sertorio puto: ὡς τε μὲν λόλλιον ἐκ τῶν περὶ ναρβῶνα γαλατῶν ἐλθεῖν ἀυτῷ ἔφη θόν. eſt enim legendum ὥσε μανίλιον. M. Antonius legatus ab Herculeio quæſtore victi.) Ve. lib. habent M. Domitius, & rectè: Nam Antonius cuius pòſt mentio fit in hoc bello cum Sertorio erat. Domitius autem cum Metello. Domitium autem ab Herculeio Sertorij duce cum exercitu oppreſſum ſcribit Oroſius, Eutropius, & Plutarchus. Et Saluſtius hiſtoriarum li. 1. in quo Sertorianum bellum narrabat, Domitium proconſulem ex citeriore Hiſpania cum omnibus copijs, quas parauerat à Metello accerſitum ſcribit, vt ait Priſcianus lib. 10. Porrò autem L. Domitius vocandus. Sic enim & Eutropius, & Plutarchus. Ab Hirtuleio quæſtore.) Vet. li. Herculeio. Item Eutropius, item Saluſtius hiſtoriar. li. 2. Occurrere duci, & prælium accendere, adeò vti Metello in ſagum, Herculeio in bracchium tela venirent. ex Marcello in voce Sagum. Hunc, vt opinor, ἱρέννιον nominat Plutarchus in Pompeio.

IN EPITOMEN LIB. XCI.

Cn. Pompeius cùm adhuc quæſtor eſſet, cum imperio conſulari aduerſus Sertorium miſſus eſt.) Vox, quæſtor, mendosè eſt, aut enim equeſter, vt in quibuſdam veteribus libris eſt. aut, eques Rom. eſt legendum. Nam ſex pòſt libris ſcriptum eſt, Cn. Pompeium conſulem factum eſſe antequam quęſturam gereret ex equite Romano. ſic autem locutus eſt in epitoma lib. 89. Cn. Pompeius adhuc eques Romanus ex Africa triumphauit, vt etiam Cicero pro lege Manilia: Quid tam incredibile, quàm vt iterum eques Rom. ex s. c. triumpharet. triumphauit autẽ iterum ex Hiſpania. Et Dio in quadam concione li. 36. habita de Pompeio: καὶ ὧ ἱππεῖ ἔτι ὄντι τὸς πολέμους ἐκείνους ἐνεχείρισατε. & Plutarchus: μήπω δὲ μετέχοντι βουλῆς ἐψηφίσασθε δύο θριάμβους.

IN EPITOMEN LIB. XCII.

Q. Sertorius Metellum, & Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit.) Legendum: Q. Metellus Sertorium, & Perpernã, neque enim Sertorius Perpernam, qui à ſe ſtabat, fundere potuit. Partem eius cupiens auferre.) Vet. li. Ferre. Damna obſidentibus tulit.) Vet. lib. Intulit. Plurimos amicorum, & ſecum proſcriptorum.) Vet. lib. Plurimos ex amicis, & ſecum proſcriptis.

IN EPITOMEN LIB. XCIII.

Rexque à Pompeio, & Metello victus, & vt contra Sertorium egerunt.) Vitioſus ſine dubio locus ex veſtigijs veterum librorum à me ita emendatur. Resque à Pompeio & Metello contra Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli, Sic enim in veteribus libris eſt, præterquam quòd duæ illæ voces, Geſtas continet, interciderunt: ſic epitoma ſequenti: Res à Cn. Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſperè geſtas continet. Coegit diuerſas regiones petere Metellum vlteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam.) Contrà Plutarchus in Sertorio: ὥσε ἠναγκάσθησαν οἱ στρατηγοὶ διαλυθέντες ὁ μὲν εἰς γαλατίαν ἀπελθεῖν, πομπήιον ἢ ὡς βακκαίους διαχειμάσαι.

IN EPITOMEN LIB. XCIIII.

Deiotarus, Gallogræciæ tetrarches præfectus Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cęcidit.) Vel aduersantibus veteribus libris lego, præfectos Mithridatis. Nam Deiotarus ſtetit pro Romanis, non pro Mithridate. Id autem apertè Appianus in Mithridatico: πρὸ δ' αὐτῶ χρόνῳ φρυγίαν δύναχον μιτειδάτες στρατηγὸς ὑπερέχων ἐκτεινε ῥωμαίων πολλὲς μὲν παλδων, καὶ γναιεικῶν πισιδάς τε καὶ ἰσαύρες ὑπήγετο, καὶ κιλικίαν. μέχρι πρὸς τὸς γαλατικῶν τετραρχῶν δηϊόταρον ὑπακολάζοντα αὐτῶ σωδίωξε, καὶ πολλὲς διέφθειρε.

IN EPITOMEN LIBRI XCV.

P. Vorenum prætorem pręlio vicerunt.) Hunc prętorem Plutarchus in Craſſo vocat πόπλιον βαρῖνον. Variniũ Frontinus lib. 1. ca. 5. Appianus autem lib. 1. βαείνιον γλάβρον, vt appareat hunc P. Varinium Glabrum appellatum fuiſſe: meminit etiam P. Varini prætoris Cicero pro Flacco, vbi fortè, Varinij, legendum eſt, vt gentis nomen, nõ familiæ ſit. C. Curio proconſul Dardanos in Thracia domuit.) Hinc Saluſtius hiſtoria. lib. 11. Nonio auctore. Eodem anno in Macedonia C. Curio principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias coegit.

IN EPITOMEN LIBRI XCVI.

C. Lentulus conſul.) Cn. Lentulus, perſpicuè, omnes auctores. L. Gellius, & Q. Arius prætor.) Vet. lib. L. Gellius conſul, & Q. Item Plutarchus & Appianus. Cæterùm hic eſt Q. Arrius prætor, qui cùm ſucceſſurus eſſet C. Verri in Sicilia, non ſucceſsit Pædianus. Sertorius à M. Antonio, & M. Perpenna, & alijs coniuratis in cõiuiuio interfectus eſt, &c. Imperium partium ad Marium translatum eſt.) Locus obſcurus. Nã cùm dicat ab Antonio & Perperna interfectum eſſe Sertorium, addit: Imperium partium translatum eſſe ad Marium. nos autem ab alijs accepimus ad Perpernam peruenisſe. Tolletur igitur omnis obſcuritas, ſi ita legatur: Sertorius à Manio Antonio, & Marco Perpenna. Item: Imperium partium ad Marcum translatum eſt. Plutarchus enim in Sertorio μάλιον αὐπόνιον, vitiosè vocat, pro μάνιον. In veteribus autem libris eſt, ad Marcum, non ad Marium. Eiuſdem porrò conuiuij meminit his verbis Saluſtius hiſtoriar. lib. 3. Sertorius in imo, inter Tarquinium, & dominum Perperna, ex Nonio. Vt frequentius victor.) Vet. lib. Vel frequentius.

IN EPITOMEN LIB. XCVII.

Cæſis inimicorum.)Vet.lib.hoſtium. M. Craſſus, & Cn. Pompeius conſules facti ſunt* ſicut Pompeius,antequam quæſturam gereret ex equite Romano tribuniciam poteſtatem reſtituerunt.) Locus mutilatus, meritò aſteriſco notatus. Vetuſti libri nihil varietatis habent,niſi quod,Facti ſic,ibi eſt.Ex quo colligo ita eſſe legendum:M.Craſſus,& Cn.Pompeius conſules facti,vt Craſſus ex prætura, ſic Pompeius antequam quæſturam gereret,ex equite Romano,tribuniciam poteſtatem reſtituerunt.Eandem enim rem, vt memorabilem edit etiã Appianus lib.1.hoc modo:ἐς ὕπατείαν ἄμφω παρήγγελον.ὁ μὲν ἐστρατηγικὼς κατὰ τὸ νόμον σύλλα,ὁ δὲ πομπήϊος ὅτε στρατηγήσας,ὅτε τριακοσιάρχησας,ἔτος τε ἔχων τέταρτον ὀδὸν τὸς τεσσάκοντα. Id eſt,Conſulatum autem ambo ſe petituros eſſe profeſsi ſũt, is quidem,cùm prætor ex lege Sullæ fuiſſet,Pompeius autem,neque prætura, neque quæſtura perfunctus anno ætatis quarto & triceſimo.puto tamen legendum ſexto& triceſimo.Quod quiſque intelliget,qui aut ortum,aut obitum Pompeij cum primo conſulatu eius conferet:Duabus ergo legibus ſolutus eſt, vna, quòd prætura non geſſerat,altera quòd ante annos ætatis legitimos factus eſt.Quare meritò pro Pompeio ait Cicero: Quid tam ſingulare,quàm vt ex s.c.legibus ſolutus conſul antè fieret,quàm vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Iudicia per M.Aurelium Cottam prætorem.)Lege,L.Aurelium.Pędianus enim pro Cornelio.Fuerunt tres fratres C.M.& L.Aurelius Cotta,is qui lege ſua iudicia inter tres ordines communicauit, adeptique ſunt omnes conſulatum.

IN EPITOMEN LIB. XCVIII.

Lachares filius Mithridatis.)Vet.lib.Machares.Dio μαχάρης. C.Lentulus.)Cn.Lentulus,vt antè. A' quibus luſtrum conditum eſt,cenſa ſunt.)Vet.lib.A' quibus luſtro condito cenſa ſunt. L.Metellus prætor in Cilicia aduerſus Piratas proſperè rem geſsit.)Scribe,Sicilia. Hic eſt enim Metellus, qui Verri in Sicilia ſucceſsit. Pædianus. Quod incendio conſumptum erat,refectum à Q.Catulo dedicatum eſt.)Vet.lib.Quod incẽdio conſumptum,ac refectum erat,à Q.Catulo dedicatum eſt. Multis certaminibus fudit.)Vet.lib.Pluribus prælijs. Seditio militum tenuit,qui ſequi nolebant,quia legiones Valeriæ impleta à ſe ſtipendia dicentes.)Vet.lib.Id eſt,legiones Valerianæ,quæ impleta à ſe ſtipendia dicentes.

IN EPITOMEN LIB. XCIX.

Pompeius Romæ rationem reddit.) Romæ, ſuperuacaneum, præſertim cùm dicat per epiſtolas rem eſſe actam,abeſt certè à veteribus libris.

IN EPITOMEN LIB. C.

C.Manlius tribunus pl.)C.Manilius.Cicero pro lege Manilia. Domitis Cretenſib.)Vet.lib.Perdomitis Cretenſibus. Liberæ in id tempus inſulæ leges tulit.)Vet.lib.Dedit.Quo verbo & Cicero,& alij in hoc genere vtuntur. Phraatem regem Parthorum,& Tigranem Armeniorum regem,ac demũ inter filium.)Vet.lib.Tigraneum Armeniorum,ac deinde inter filium.

IN EPITOMEN LIBRI CI.

Phœnicia.)Phœnice,Vet.lib. Iberos,Albanos,qui tranſitum minimè dabant.)Vet.lib.Albanosq;,qui tranſitum non dabant.

IN EPITOMEN LIBRI CII.

A' milite Gallo nomine Bithoco.) Bitœto repono ex Appiano in Mithridatico: Βίτωτον τὸν τινὲ ἰδιῶν ἡγεμόνα κελτῶν,πολλὰ μὲν ἐκ τῆς ἑῴου ἀνέξιδς ἐς πολεμίους ἀνάμιλλον,ὧν ἱστορμαι ἓν μέγιστον,εἰ νικᾷ μεταπεργάσασθαι. Qui ſcripſit de viris illuſtribus Sithocum nominat. A' quo,vt iuuaretur,petierat.)Vet.lib.A' quo vt adiuuaret ſe petierat. Cethego,& pluribus.)Vet.lib.Et pluribus alijs. Incendijs vrbis opprimenda rep.)Vet.lib.Et opprimenda.

IN EPITOMEN LIB. CIII.

Cum exercitu cæſus.)Vet.lib.Cæſus eſt. Sacrarium,in quod virum intrare nefas eſt,intraſſet.)Vet lib. In ſacrarium. Cumque vxorem Metelli pontificis ſtupratuiſſet.)Cicero,Plutarchus,Suetonius,omnes denique Cæſaris pontificis Maximi vxorem fuiſſe ſcribunt,non Metelli. Itaq; non eſt credendum in tam nota hiſtoria lapſum eſſe auctorẽ,verùm,vt multos alios, ſic hũc locum à librarijs eſſe vitiatum.Ego verò ſine dubio legendum eſſe duco,Maximi pontificis.Errandi cauſa orta eſt ex compendioſa ſcriptura. Nam cùm paucis literis ſcriptum eſſet,M.pont.imperitus ille,qui deſcripſit interpretatus eſt Metelli,cũ Maximi ea vox ſignificaret. Cn. Potitius prætor Allobroges,qui rebellauerant,ad Solonem domuit.)Hic prætor fuit conſule Cicerone,ab eoq; & Saluſtio,C.Pontinus,à Dione γάϊος ποντῖνος,& ποντῖνιος dicitur.Idem etiam pòſt triumphauit ex Gallia.Ego C.Pontinium ſcribo. Pompeius de liberis Mithridatis,Tigrane,& Tigranis filio triumphauit,Magnusque à tota concione conſalutatus eſt.)Hæc verba non puto ſuo loco ſita eſſe.Vt ita ſentiam me impellit, quod Cicero li.1.ad Atticum Plinius li.7.ca.26.& li.38.ca.2. Capitolinorum triumphorum ſcriptores,& reliqua omnia Romanæ hiſtoriæ monumenta loquuntur,Cn.Pompeium de Mithridate,& Aſia triumphaſſe Piſone, & Meſſalla conſulibus.In hac autem epitoma triumphus poſt Gabinij, & Piſonis conſulatũ, quo anno Cæſar ſe ſcribit in Galliã veniſſe,& cum Heluetijs pugnaſſe,id eſt,poſt tertium annum collocatur,cùm tamen in eadem ante triumphum Pompeij mentio fiat conſpirationis factæ inter Pompeium,& Craſſum,& Cæſarem,quæ Pompeio præſente Romæ ante conſulatum Cæſaris facta eſt.Librarij tamen & hunc errorem fuiſſe pro certo habeo.Nam qui Cn.Pompeius,&c.erat ſcripturus per incuriam oculis ad Pontinium coniectis,Cn.Pontinius ſcripſit, & quæ ſequuntur. Pòſt autem cùm intelligeret ſe Pompeij triumphum temerè prætermiſiſſe,eundem ipſum in fine Epitome collocaſſe.Eſt autem triumphus Pompeij rebus à Pontinio geſtis anteponendus.

IN EPITOMEN LIB. CIIII.

Gallia omni expulit.) Vet. lib. Gallia expulit. Pompeio inter alios orante, & Ti. Antonio Milone tribuno plebis ingenti gaudio ſenatus,ac vniuerſæ Italię ab exilio reductus eſt.)Suſpicor legendum,& T.Annio Milone trib.pl.agente,neq; enim hoc placet,ne Milonem,qui in magiſtratu erat,& legem rogare poterat,oraſſe dicamus,ſed egiſſe:oraſſe autem Pompeium, qui erat priuatus. Excidiſſe autem hanc vocem propter eam quæ ſimilis ſequitur, Ingenti puto. Quorum quidem maxima multitudo.)Vet.lib. non habent,Quidem.

Administratio eiusdem rei.)Ve.lib.Eius rei. Ptolemæus Ægypti rex ob iniurias,quas patiebantur,à suis regno pulsus,Romam venit.)Vet.lib.Ob iniurias,quas patiebatur à suis,regno pulsus Romam venit.

IN EPITOMEN LIB. CV.

M.Catonis tribuni pl.)Lego C.Catonis,ex epistolis Ciceronis ad Lentulum.Etenim Lentulo in re Alexãdrina maximè aduersatus est.Item ex li.22.Annalium Feneſtellæ intelligitur teste Nonio. Quod vt magistratum tribuni inierunt,C.Cato turbulentus adolescens nec imparatus ad dicendum concionibus assiduis inuidiam & Ptolemæo simul,qui iam profectus ex vrbe erat,& P.Lentulo consuli paranti iam iter concitare secũdo quidem populi rumore cœpit. Qua prouinciæ consulares in quinquennium Pompeio Hispaniæ,Crasso Syria.) Lege consulibus,pro consulares,vt Pompeiũ,Crassumque consules iterum intelligamus. Reiecto Archelao.) Vet.lib.Eiecto Archelao. In regnum reduxit Ægypti.)Vet.li.Reduxit in regnum Ægypti. Proximam partem.)Vet.lib.Et proximam. In Britanniam parum prosperè tempestatibus aduersis traiecit,iterumque parum felicius.)Lege ex Vet.lib.In Britanniam primùm parum prosperè,&c. iterum parum felicius. Reliquam partem insulæ in potestatem redigit.)Vet.lib.aliquam partem.Egregiè.Nam scribit in Agricola Tacitus, Cæsarem,qui primùm in Britanniã legiones Romanas duxit, prospera pugna terruisse incolas,& literis tantùm potitum esse.

IN EPITOMEN LIB. CVI.

Gallorum multi populi.)Vet.lib.Aliquot populi. Cotta,& T.Aurunculeius legati Cæsaris.) Vet. lib. Cotta & T.Veturius.Apparet tamen legendum,Cotta & Titurius.Sic enim Cæsar lib.3.Q.Titurius,& L.Cotta legati.Deceptus est librarius,quòd Cottæ nomen Aurunculeius fuit,eodem auctore Cæsare.Item Appianus κότ-τας,ϗ πτύει@. Euocatus in colloquium ab hostibus,vt de pace acturus.)Acturis,& Vet.lib.habent,& historiæ fides postulat.

IN EPITOMEN LIB. CVII.

Quod nemini vnquam contigit.) Vet.lib. Quod nulli alij vnquam,sine voce,contigit. Lex dicta,vt ratio absentis Cæsaris.)Vet.lib.Lex data.Hinc ego:Lex lata.

IN EPITOMEN LIB. CIX.

Cùm se dimissurum exercitum negaret,nisi à Pompeio dimitteretur.)Veteres li.Exercitus,&,Dimitteretur. C.Curionis tribuni plebis aduersus Cæsarem actiones continet.) Vet.lib. Primùm aduersum Cæsarem de populo Romano Cæsare actiones continet.Hinc ego obseruatione historiæ ductus. Primùm aduersus Cæsarem,deinde pro Cæsare actiones continet.Id enim omnes tradunt,& maximè Cœlius ad Ciceronem.Quod tibi suprà scripsi,Curionem frigere,iam calet:nam feruentissimè concerpitur,bellissimè enim quia de intercalando non obtinuerat,transfugit ad populum,& pro Cæsare loqui cœpit.Ad hanc etiam historiam pertinere puto verba quædam Varronis ex lib.4.de vita populi Rom.quæ sunt apud Marcellum.Curio cùm id fecisset, dicebat amicis,vt illi renunciaretur,se obstrigillaturum,ne triumphus decerneretur,aut ne iterum fieret consul: est autẽ obstrigillare,obstare. C.Cæsar bello inimicos persequutus cum exercitu in Italiam venit.)Et sensus,& vetustę lectionis auctoritas probant legendum esse persequuturus. Vniuersosque eius partium Italia omninò expulit.)Vet.lib.Cæterosque partium eius Italia expulit.

IN EPITOMEN LIB. CX.

Relictis in obsidione C.Trebonio.)Vet.lib.Relictis in obsidione vrbis eius legatis C.Trebonio. In potestatem Cæsaris se permiserint.)Vet.lib.Potestati Cæsaris se. Malè contra Pompeianos in Illyrico captus est. In potestatem inimicorum.)Vet.li.Hostium. C.Curio legatus Cæsaris,cùm aduersus Pompeianarum partium ducem Varronem pugnasset.)Vet.lib.Cùm prosperè aduersus.Porrò autem Varum,non Varronẽ legendum.Hic est enim Atius Varus,qui in Africa stetit contra Cæsarem. Eadem labes est in bello Cæsaris apud Florum.Pulso,inquit,fugatoque Varrone.Varum autem habent Cęsar,Dio,Plutarchus,reliqui.Sic in oratione. Antequã iret in exilium legitur,Q.Varroni trib.pl.pro Q.Vario.Sic in oratione pro P.Sulla.Nemo T.Coruncano,nemo Curioni,nemo huicipsi C.Mario,cùm ei multi inuiderent,obiecit.Ti.Comucanio,& C.Curio,legendum,nominat enim nouos homines Coruncanium,& Curium æquales,vt aliàs facit.

IN EPITOMEN LIB. CXI.

C.Cæcilius Rufus cùm seditiones in vrbe quàm maximè concitaret,nouarum tabularum spe solicitata plebe.)Lege M.Cœlius Rufus.Est enim is,de quo Cæsar libro tertio belli ciuilis ait: Ijsdem temporibus Romæ M. Cœlius Rufus prætor causa debitorum susceptа initio magistratus tribunal suum iuxta C.Trebonij prætoris vrbani sellam collocauit.Et Velleius,M.Cœlius in prætura nouarum tabularum auctor extitit.Item idem Cœlius in epistola ad Ciceronem.Tolle,Quam maximè,ex vet.lib. Cn.Pompeius ad Brundusium obsessus à Cæsare.)Quid est tam nouum,quàm Pompeium obsessum à Cæsare ad Brundusium.In Vet.lib.est,ad Dyrrhachium: atque idem tradunt omnes historiæ. Q.Catuli prætoris.)Lege Q.Cassij,vt in Emendationum libris correximus ex Dione.

IN EPITOMEN LIB. CXII.

Actore Theodoro.)Vet.lib.Theodoto.Plutarchus,Dio,& cæteri Θεόδοτον. Bellum à Cn.Domitio contra Phraatem Parthum prosperè gestum continet.) Domitius hic legatus Cæsaris cum Pharnace Ponti rege malè rem gessit.Ex quo apparet,legendum esse,contra Pharnacem parum prosperè.Ita enim Appianus lib.2.φαρνάκης δὲ ὁμοτίμῳ καίσαρ@ στρατηγῷ ὡμιλνεχθεὶς ἐς μάχην, ἐνενίκει παὐν λαμπρῶς.& Dio lib.42.καίσαρ γναῖον δομίτιον καλβῖνον ἔπεμψε,πλοῦ τε ἀσείαν οἱ,ϗ πὰ ἐκεῖσε στρατόπεδα προσάξαι λαβεῖν,ϗ ὡς ἤ δηϊότυρον ϗ ἀμισθαρζαύλην προσλαβὼν ἤλασεν ἀλλ' οὐδὲν ὅπῃ ἤ φαρνάκην,ϗ συμβαλὼν ἡττήθη.

IN EPITOMEN LIB. CXIII.

Catone,cui ex æquo deferebatur imperium,cedente.) Imperium,vacat,subauditur enim ex priore membro.Vet.lib. Pompeij Magni filius.)Vet.lib.Inde Pompeius Magni filius.

In

IN EPITOMEN LIB. CXIIII.

Et relicto à legione.) Et, vacat vet.lib. Occisoq; eo Cæsar Scipionem.) Nouum principium orationis à voce, Cæsar faciendum est. Rebellantes vicit.) Vet.lib. Rebellantes prælio vicit.

IN EPITOMEN LIBRI CXV.

Spectacula edidit.) Vet.lib. Dedit. Frui minimè potuit.) Vet.lib non potuit. P. Magio Chilone.) Cn. Magio, ex epistola Seruij ad Ciceronem. Censa sunt ciuium capita centum quinquaginta millia.) Numerus hic quanquam valde imminutus est, tamen bene habet. Scribit enim Dio pro duabus, & triginta myriadibus ciuium, quæ ante bellum ciuile censæ sunt, quindecim tantum censas hoc tempore, reliquis bello ciuili absumptis. Et Appianus ait vix dimidiam partem ciuium, quæ ante ciuile bellum censebatur, esse censam. Profectus in Hispaniam contra Sext. Pompeium.) Vet.lib. Profectusq; in Hispaniam aduersus Cn. Pompeium: Recte. erat enim maior natu Cneus, quàm sextus. Pompeius Sex. effugit.) Vet.lib. Sextus Pompeius effugit.

IN EPITOMEN LIB. CXVI.

Multi, quàm maximiq; honores.) Vet lib. Plurimi, maximiq;. Minimæ assurrexit.) Vet.lib. Non assurrexit. M. Brutus, & C. Trebonius, & C. Casius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus.) Vet.lib. M. Brutus, & C. Trebonius, & C. Casius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius. Idem cæteri. C. Octauius ex sorore nepos.) Quanquam Plutarchus in Antonio & Dio idem scribunt, (scribunt autem ὀκταβίου τὸ ἀπὸ τῆς τῆς καίσαρος ἀδελφῆς ὑὸν. Id est, Atiæ sororis Cæsaris Octauium filium fuisse, tamen portentum dicit, qui ita dicit. Quî enim fieri potest, vt Octauius nepos sit Cæsaris ex sorore, qui Atiæ, quæ fuit Iuliæ sororis Cæsaris filia, natus sit? quanquam apud eos mendum esse suspicor: ἀδελφῆς pro ἀδελφιδῆς. neque enim Atia soror Cæsaris, sed sororis filia fuit. Itaq; in Bruto ait Plutarchus: ὃτῳ μὲν ὢν ἐξ ἀδελφιδῆς καίσαρος. Ergo sororis nepos legendum, vt Vet. lib. habent, atq; vt Velleius, Suetonius & alij tradiderunt. Appianus: τὰ ἀδελφῆς συγγενεῖα vocant, id est, sororis nepotem ex filia. In campum Martium ferretur.) Vet.lib. Deferretur. Chamaces humilimæ sortis homo.) Appianus hunc ἀμάπον vocat. Sic enm ait.: ἀμάπῳ ὀνόματι. μαείου δὲ ὑπεκρίνετο υἱὸς εἶναι. Ex eo apparet legendum hoc loco, C. Amatius. Mouet tamen, quod Valerius lib. 9. hunc Erophilum Equarium medicum nominat.

IN EPITOMEN LIB. CXVII.

Omnibusq; prosperis exceptus.) Vet.lib. Omnibusq;. Ea verò omnia quæ fuerint, Obsequens, & Dio. lib. 45. & Velleius tradunt. Cùm enim vrbem intraret, solis orbis super caput eius curuatus, rotundatusq; in colorem arcus velut coronam tanti mox viri capiti imponens conspectus est. In confusione rerum, ac tumultu Lepidum pontificem maximum interemit.) Nè hoc quidem quenquàm aliàs legisse opinor, Lepidum pontificem Maximum ab Octauio, vbi primùm Apollonia redijt, interemptum. immò verò ne id quidem Epitomarum scriptor scripsit. Nam infrà ait: M. Lepidum ab Octauio abrogato triumuiratus honore vitam impetrasse. Est ergo locus mirum in modum vitiatus. Vetus liber vestigia aliqua continet, quibus ad germanam lectionem peruenire valeamus. sic, in confusione rerum, actumultuũ Lepidum pontificem tum Maximũ interfecit. Hinc ego. In confusione rerum, ac tumultu M. Lepidus pontificatum Maximum intercepit. Confirmat autem hanc lectionem Velleius, qui lib. 2. ait: Lepidus in locum C. Cæsaris mortui pontifex Maximus furto creatus. Tulisset per vim.) Vet.lib, Per vim tulisset. Auunculi percussores.) Auunculi magni dicendum erat, Ita tamen etiam Suetonius, Nihil conuenientius quàm necem auunculi vindicare. Magnis iniurijs affecit. Cæsar vt sibi, & reip.) Melius concluditur hæc tota oratio in Vet.libris: ita, magnis iniurijs affecisset, Cæsar & sibi, & reip. Deinde plures.) Vet.lib. Deinde & complures. Et ad Cæsarem.) Dele, &, ex vet.lib.

IN EPITOMEN LIB. CXVIII.

C. Cæsari, qui primus reip. arma sumpserat pro populo Rom. imperium à senatu datum est cum consularibus ornamentis. Hic locus mirè deprauatus est, cùm tamen non videatur. Me vt vitiatum esse, atq; ita legendum esse crederem Cicero admonuit, qui pro rep. arma sumpserat, proprætoris imperium à senatu datum est. Nam Cicero in senatu, v. in Antonium, ità ait de Octauio: demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest, sit pro prætore eo iure, quo qui optimo, &c. Vox, prætoris, in populo Romano, mutata est ob eam causam; quam sæpe aliàs. Eadem macula fœdauit quoq; Velleium lib. 2. cùm ait: Eum senatus honoratum equestri statua pro P. R. vna cum consulibus des. Hirtio & Pansa bellum cum Antonio gerere iussit, vbi legendum est proprætore. Quod autem scriptum est. Consularibus ornamentis, mallem prætorijs. Nam & Græci Plutarchus, Appian. Dio στρατηγικὰ κόσμια decreta tradunt. Et Cicero decernit, senatorem eum esse, sententiamq; loco prætorio dicere.

IN EPITOMEN LIB. CXIX.

A. Hircius.) Hirtius, Cap. consules. & Græci ἵππ. Qui post victoriam suam in inimicorum castris cecíderat.) Vet. lib. qui post victoriam in hostium castris ceciderat. Cùm annos XVIII. haberet, consul creatus est.) Vet.lib. annos 19. rectè. est enim natus Octauius consule Cicerone 9. Kal. Octob. auctore Suetonio. Consul factus est Pansa, & Hirtio consulibus interfectis 10. Kal. Octob. Quæ summa annorum est viginti, vno die minus. Quare qui XIX. annos scribunt, integros accipiunt, qui viginti, imperfectos. Optimè autem omnium Velleius, qui ait consulatum inijt Cæsar pridie, quàm XX. annos impleret, 10. Kal. Octob. cum collega Q. Pedio.

IN EPITOMEN LIB. CXX.

Cui senatus, vt persequeretur Antonium mandauit.) Vet.lib. Mandauerat. D. Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit, ita vt tres viri reip. constituendæ quidem per quinquennium præessent, ipse Lepidus, & Antonius statuerunt, vt suos quisq; inimicos proscriberent.) Nihil purius potest esse vetere huius loci lectione. Ità vt III. viri reip. constituendę per quinquennium essent, ipse, & Lepidus, & Antonius, vt suos quisq;. Sic enim pa-

cis conditiones fuerunt duæ, Triumuiratus & inimicorum proſcriptio. Nomina fuerant.) fuerunt. Veter. lib. L. Cæſaris Antonij auunculi, M. Ciceronis.) Vet. lib. & M. Ciceronis. Item, Huius occiſi, non cuius occiſi. Caput quoque cum manu.) Vet. lib. Caput cum manu. At Liuius tamen inter duas manus poſitum ſcripſit. Verba eius ſunt apud Senecam lib. primo declamationum, ita: Ita relatum caput ad Antonium iuſſuq; eius inter duas manus in roſtris poſitum, in iiſdem verbis nulla Popillij mentio eſt.

IN EPITOMEN LIB. CXXII.

M. Meſſallæ Publicolam fratrem iunctum communi conſilio condemnauerunt.) Vet. lib. Victum communi concilio condonauerunt. & rectè: Idem enim Dio lib. 47. βρουτῷ τε γ' ὁμῶ καὶ ὁ ποπλικόλας ἐπεβάλλοντο, ὃ δὴ γέλλιος ἐφοβήθη. ἔπαθε δὲ δεινὸν οὐδέν. ὁ γὰρ βροῦτος καὶ ἐκεῖνόν τε ἐν τοῖς φιλτάτοις ἀεὶ νομίσας εἶναι, καὶ ἀδελφὸν αὐτῷ μᾶλλον μεταλαμβάνων πάνυ τοῦ χωρίου περιπεμένου εἰδὼς, ἀφῆκεν αὐτόν.

IN EPITOMEN LIB. CXXIII.

Occiſoq; à Pompeio A. Bithynico prætore.) Vet. lib. Occiſoq; A. Pompeio Bithynico prætore. Sic autem ipſe vocabatur, vt omnia Rom. monumenta loquuntur. Saluidienum legatum.) Vet. lib. Q. Saluidienum legatum. Suetonius in Auguſto: Saluidienium Rufum. Quare Q. Saluidienium lego.

IN EPITOMEN LIB. CXXIIII.

Altero deinde prælio victus M. Brutus, & ipſe vitam finiuit, exorato Stratone fugæ comite, vt ſibi gladium addiceret, annorum erat ætatis XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.) Locum hunc mancum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum, nec me fefellit opinio, vbi & veteres libros & huius hiſtoriæ ſcriptores conferre cæpi. In Vet. lib. Ita eſt, adijceret, annorum circiter XL. ita vt duæ voces abſint. Erat, & Ætatis Hinc ego. Idemq; fecerunt principum Romanorum circiter XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt. Qui enim cum Bruto mortem oppetierunt, tradit, quorum alios ſibimet, vt Brutus fecerat, necem conſciuiſſe ait, alios autẽ vt Hortenſium ab inimicis eſſe interfectos. Hanc rem ſic Velleius lib. 2. Non aliud Bellum cruentius cæde clariſsimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucullum, Hortenſiumq; eminentiſsimorum ciuium filios fortuna abſtulit. Nam Varro ad ludibrium moriturus Antonij digna illo, ac vera de exercitu eius magna cum libertate ominatus eſt. Druſus Liuius Iuliæ Auguſtæ pater, & Varus Quintilius ne tentata quidem hoſtis miſericordia, alter ſeſe ipſe in tabernaculo interemit, Varus autẽ liberti, quem id facere coegerat, manu iugulatus eſt. Item Dio multo apertius lib. 47. τῶν δὲ ἀνδρῶν τῶν πρώτων τῶν ἀρχὰς πώς ποτε σχόντων ἢ καὶ ἐκ τῶν σφαγέων, τῶν τε ὑπακηρυγμένων ἔτι ὄντων, οἱ μὲν πλείους ἐσωτὲς παρεχρῆμα ἐπέκλεισαν, ἢ ἀλόντας, ὥσπερ καὶ ὁ φαῦόνιος ἐφθάρησαν. Ex principibus autem viris, quiq; magiſtratus aliquos geſſerant, aut etiam ex interfectoribus, & ijs, qui adhuc proſcripti erant, pleriq; ſibimet ipſis ſtatim mortem cõſciuerunt, aut capti, vt Fauonius, interfecti ſunt.

IN EPITOMEN LIB. CXXV.

Cum grandi periculo.) Veter. lib. Graui. M. Lepido, qui cuſtodiæ vrbis cum exercitu præerat, ſciſſo.) Vet. lib. Fuſo.

IN EPITOMEN LIBRI CXXVII.

Didio Saxa M. Antonij legato.) Veter. lib. Decidio Saxa. Item Cicero 13. Philip. Decidium Saxam Antonij Satellitem commemorat. Annonæ commeatum impediret.) Vet. lib. Annonæ commercium. Bella geſta continet.) Vet. lib. Bella ibi geſta.

IN EPITOMEN LIB. CXXVIII.

L. Ventidius legatus.) Vet. lib. P. Ventidius, ita cæteri. Parthos in Syria vicit.) Vet. lib. Prælio vicit. Iudęorum quoq; legati ab Antonio interempti ſunt.) Vet. lib. Iudæi quoq; à legatis Antonij ſubacti ſunt.

IN EPITOMEN LIB. CXXIX.

Ita vt duarum claſsium, Cæſaris altera, cui Agrippa præerat, vinceret.) Vet. lib. Vt ex duabus Cæſaris claſsibus, altera, cui Agrippa præerat. Expoſiti in terram in quam maximo periculo eſſent.) Vet. lib. Expoſiti in terram milites in maximo periculo eſſent. M. Lepidus ex Africa, velut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium à Cæſare gerendi traiecerat, ei bellum quoq; cùm Cæſar inferret, relictis ab exercitu, abrogato triumuiratus honore vitam impetrauit.) Hæc verba ſententiam continent, & à veterum librorum, & ab hiſtoriæ huius fide alienam. Sic igitur corrige ex vet. lib. & Dione lib. 49. & alijs. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium à Cæſare gerendi traiecerat, cum bellum Cæſari quoq; inferret, relictus, &c. Nemini ante eum habitus eſt.) Vet. lib. Erat.

IN EPITOMEN LIB. CXXXI.

A Legatis eius oppreſſus eſt.) Vet. lib. Oppreſſus à legatis eius occiſus eſt.

IN EPITOMEN LIB. CXXXIII.

Cæſaris Alexandria in poteſtatem redacta. Cleopatra ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte occubuit. In vrbem reuerſus tres triumphos egit.) Hæc verba malè interpuncta ex auctoritate manuſcripti libri ita debent diſpungi & legi: Cæſar Alexandria in poteſtatem redacta, Cleopatra ne in arbitrium victoris veniret, defuncta in vrbem reuerſus, &c. ſunt enim hæc omnia vna periodo connectenda. Tertium ex Cleopatra.) Scribe de Cleopatra. Dicimus enim triumphare ex prouincia, non autem, ex Rege, ſed de rege. Impoſito fine bellis ciuilibus altero & trigeſimo anno.) Lege, altero, & vigeſimo, non ſolùm quia ita eſt in veteribus libris, ſed etiam quia hiſtoriæ veritas id poſtulat. Nam à Lentulo, & Marcello conſulibus, quibus ciuilia arma primùm ſumpta ſunt, vſq; ad Cæſarem V. & Sex. Apuleium conſules, quibus poſita ſunt, tot anni numerantur. Velleius lib. 2. Viceſimo anno finita bella ciuilia.

IN EPITOMEN LIB. CXXXIIII.

Cùm ille conuentum Narbone egit.) Vet. lib Narbone ageret. Bellum contra Baſtarnas & Mæſos, & alias gentes à M. Craſſo refertur.) Vet. lib. à M. Craſſo geſtum refertur.

IN EPITOMEN LIB. CXXXV.

Ante hunc librum inuenio in libro manuſcripto album interuallum eſſe relictum, cum his verbis: Generâliter & communiter hic eſt defectus quorundam librorum. Duos autem libros deeſſe puto eos, qui numerum expleant librorum centum quadraginta duorum, quos Petrarcha à Liuio ſcriptos eſſe ait. Itaque hunc librum CXXXVIII. appello, atq; ita deinceps reliquos. Deſideratur ergo epitome lib. CXXXVI. & CXXXVII. Quod ex his rationibus colligitur. Cenſorinus ait Liuium lib. CXXXVI. ludos quintos ſæculares tradidiſſe, quos fecit Auguſtus, qui facti ſunt Cenſorino ipſo, & Dione, & alijs auctoribus, C. Furnio, & C. Iunio Silano conſulibus. Eſt autem veriſimile eum, qui ſcripſit epitomas, quamuis exiliter eas, ac tenuiter ſcripſerit, verbum etiam eorum ludorum, vt rei maximè memorabilis fuiſſe facturum, quemadmodum antè quartorum ludorum fecerit. In libro autem CXXXVI. vulgato, nulla eorum mentio fit. Nam de Rhetia victa à Tiberio, & Druſo agitur, quod bellum geſtum eſt Druſo, & Piſone conſulibus, vt ait Dio, id eſt, biennio poſtquam ludi ſæculares editi fuerant. Accedit quòd Hiſpani & Salaſſi in libro CXXXV. Cæſare VIII. & Silano conſulibus, auctore Dione, ſubacti traduntur, id eſt, anno DCCXXV. ab vrbe condita. Si igitur in libro CXXXV. res explicantur geſtæ anno DCCXXV. in eo autem, qui ſequitur de Rhetia agitur, quæ ficta fuit anno DCCXXXV. ſanè apparet prætermitti res geſtas nouem annorum, qui interiecti ſunt, multasq; nobiles, ac memorabiles actiones præteriri: vbi enim de templo Iani ab Auguſto clauſo? vbi de tribunicia poteſtate Auguſto data. Ergo duos libros medios intercidiſſe credendum eſt.

IN EPITOMEN LIB. CXXXIX.

Ara Cæſari.) Veter. lib. Ara D. Cæſari. Dedicatá, ſacerdoteque creato.) Veter. lib. Dedicatur, ſacerdote creato.

IN EPITOMEN LIB. CXL.

Thraces domiti à Scipione.) Lego, à L. Piſone, is enim cum Pamphyliæ præeſſet hoc bellum geſsit. Dio lib. 54. Florus etiam & Velleius Thracas à L. Piſone perdomitos ſcribunt. Cauci.) Cauci & Chatti in Germania ſunt. Dio tamen Chattos ait victos eſſe à Druſo, itemq; Florus, Velleius & Caucos, & Chattos à Tiberio ſubactos tradit.

IN EPITOMEN LIB. CXLI.

Theatrum & porticus eius nomini dicata.) Vet. lib. Nomine, id eſt, æquè atq; ſi ille dicaſſet, Marcelli Theatrum, & porticus appellata.

IN EPITOMEN LIB. CXLII.

Nuncio valetudinis euocatus.) Vet. lib. Valetudinis eius. Raptim occurrerat.) Vet. lib. Accucurrerat. ROMAM reuectum.) Corpus Druſi Romam peruectum à Nerone fratre dicitur in manuſcripto. Dio etiam, ᾧ ἀποθανόντα ἐς ῥώμην ἐκόμισε. Tiberius autem non eò Roma venit, ſed ex Pannonia auctore Dione. Quare peruectum placet. Laudatus à Cæſare.) Vet. lib. Laudatus eſt à Cæſare. In C. Iulij tumulo conditum.) Auguſti eſt intelligendum. Nam inquit Dio: ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη.

FINIS.

CARO-

CAROLI SIGONII CHRONOLOGIA IN TITI LIVII HISTORIAS AB VRBE CONDITA.

REGES.

Romulus regnat annos XXXVIII.
Interreges regnant annum I.
Numa Pompilius, annos XLIII.
Tullus Hostilius, annos XXXII.
Ancus Marcius, annos XXIIII.
L. Tarquinius Priscus, annos XXXVIII.
Ser. Tullius, annos XLIIII.
L. Tarquinius Superbus, annos XXV.

CONSVLES.

245	L. Iunius Brutus.	L. Tarquinius Collatinus.
	Sp. Lucretius Tricipitinus.	P. Valerius Poplicola.
	M. Horatius Puluillus.	
246	P. Valerius II.	T. Lucretius.
247	P. Lucretius.	P. Valerius Poplicola III.
248	Sp. Lartius.	T. Herminius
249	M. Valerius.	P. Postumius.
250	P. Valerius IIII.	T. Lucretius.
251	Agrippa Menenius.	P. Postumius.
252	Opiter Virginius.	Sp. Cassius.
253	Postumus Cominius.	T. Lartius.
254	Ser. Sulpicius.	M'. Tullius.
255	C. Vetusius.	T. Æbutius.
256	Q. Cloelius.	T. Lartius.
257	A. Sempronius.	M. Minucius.
258	A. Postumius.	T. Virginius.
259	Ap. Claudius.	P. Seruilius.
260	A. Virginius.	T. Vetusius.
261	Sp. Cassius.	Postumus Cominius.
262	T. Geganius.	P. Minucius.
263	M. Minucius.	A. Sempronius.
264	Sp. Nautius.	Sex. Furius.
265	T. Sicinius.	C. Aquilius.
266	Sp. Cassius.	Proculus Virginius.
267	Ser. Cornelius.	Q. Fabius.
268	L. Æmilius.	K. Furius.
269	M. Fabius.	L. Valerius.
270	Q. Fabius.	C. Iulius.
271	K. Fabius.	Sp. Furius.
272	M. Fabius.	Cn. Manlius.
273	K. Fabius.	T. Virginius.
274	L. Æmilius.	C. Seruilius.
275	C. Horatius.	T. Menenius.
276	A. Virginius.	P. Seruilius.
277	C. Nautius.	P. Valerius.
278	L. Furius.	A. Manlius.
279	L. Æmilius.	Opiter Virginius, vel Vopiscus Iulius.
280	L. Pinarius	P. Furius.
281	Ap. Claudius Ap. F.	T. Quintius.
282	L. Valerius.	Ti. Æmilius.
283	T. Numicius Priscus.	A. Virginius.
284	T. Quintius.	P. Seruilius.
285	Ti. Æmilius.	Q. Fabius.
286	Q. Seruilius.	Sp. Postumius.
287	Q. Fabius.	T. Quintius.
288	A. Postumius Albus.	Sp. Furius Fusus.
289	L. Æbutius.	P. Seruilius.
290	L. Lucretius Tricipitinus.	T. Veturius Geminus.
291	P. Volumnius.	Ser. Sulpicius.
292	C. Claudius Ap. F.	P. Valerius Poplicola.
293	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginensis.
294	L. Minucius.	C. Nautius.
295	Q. Minucius.	C. Horatius Puluillus.
299	M. Valerius.	Sp. Virginius.
297	T. Romilius.	Sp. Veturius.
298	Sp. Tarpeius.	A. Aterius.
299	P. Curatius.	Sex. Quinctilius.
300	T. Menenius.	P. Sestius Capitolinus.
301	Ap. Claudius.	T. Genucius.

DECEMVIRI CONSVLARES.

	Ap. Claudius.	Sp. Postumius Albus.
	T. Genucius.	Ser. Sulpitius.
	P. Sestius.	T. Romilius.
	Sp. Veturius.	P. Curatius.
	C. Iulius.	A. Manlius.
	Ap. Claudius II.	Q. Fabius.
	M. Cornelius.	M'. Rabuleius.
302	L. Minucius.	Q. Poetelius.
	T. Antonius.	L. Duillius.
	M. Sergius.	Sp. Oppius.

303	Idem Decemuiri per vim in hunc annum continuarunt.	
304	L. Valerius.	M. Horatius.
305	Idem consules continuasse videntur in hunc annum.	
306	Lar. Herminius.	T. Virginius Cœlimontanus.
307	M. Geganius Macerinus.	C. Iulius.
308	T. Quintius Capitolinus IIII.	Agrippa Furius.
309	M. Genucius.	C. Curtius.
310	A. Sempronius Atratinus. / T. Cloelius. / L. Atilius.	Trib. mil. conf. pot. abdicarunt. Ineorum L. F. sunt cos.
	L. Papirius Mugillanus.	L. Sempronius Atratinus.
311	M. Geganius Macerinus II.	T. Quintius Capitolinus V.
312	M. Fabius Vibulanus.	Postumus Æbutius Cornicen.
313	C. Furius Pacilus.	M'. Papirius Crassus.
314	Proculus Geganius Macerin.	L. Menenius Lanatus.
315	T. Quintius Capitol. VI.	Agrippa Menenius Lanatus.
	Mam. Æmilius.	
316	L. Quintius Cincinnati F.	Trib. mil. conf. potest.
	L. Iulius.	
317	M. Ceganius Macerin. III.	L. Sergius Fidenas.
318	M. Cornelius Maluginensis.	L. Papirius Crassus.
319	C. Iulius II.	L. Virginius.
320	C. Iulius III. vel M. Manlius.	L. Virginius II. vel Q. Sulpicius.
	M. Fabius Vibulanus.	
321	L. Sergius Fidenas.	Trib. mil. conf. pot.
	M. Foslius.	
	L. Pinarius Mamercus.	
322	L. Furius Medullinus.	Trib. mil. conf. pot.
	Sp. Postumius Albus.	
323	T. Quintius, L. F. Cincinnat.	Pennus. C. Iulius Mento.
324	L. Papirius Crassus.	L. Iulius.
325	L. Sergius Fidenas II.	Hostus Lucretius Tricipitinus.
326	A. Cornelius Cossus.	T. Q. Pennus II.
327	C. Seruilius Ahala.	L. Papirius Mugillanus.
328	T. Quinctius Pennus.	C. Furius.
	M. Postumius.	A. Cornelius Cossus.
329	A. Sempronius Atratinus.	L. Furius Medullinus.
	L. Quinctius Cincinnatus.	L. Horatius Barbatus.

Ap. Clau-

	Ap.Claud.Craſs.Xuiri F.	L.Sergius Fidenas.
330	Sp.Nautius Rutilus.	Sex.Iulius Iulus.
331	C.Sempronius Atratinus.	Q.Fabius Vibulanus.
	L.Manlius Capitol.	L.Papirius Mugillanus.
332	Q.Antonius Merenda.	L.Seruilius Structus.
333	T. Quinctius Capitolinꝰ.	Cap.F.N. Fabius Vibul.
334	Interreges vno anno regnarunt.	
	L.Quinctius Cincin. III.	L.Furius Medullinus II.
Tr.mil. 335	M.Manlius.	A. Sempron. Atratinus.
	Agrippa Menenius Lena.	P.Lucretius Tricipitinꝰ.
336	Sp.Nautius.	C.Seruilius.
	L.Sergius Fidenas.	
Tr.mil.337	M.Papirius Mugillanus.	Trib. mil. conſ. pot.
	C.Seruilius Priſc. F.	
	Agrippa Menen. Lanatus.	L. Seruilius Structus II.
Tr.mil.338	P.Lucretius Tricipitinus.	Sp.Veturius Craſſus.
	A.Semp. Atratinus III.	Sp.Nautius Rutilus II.
Tr.mil.339	M.Papirius Mugillan. II.	Q.Fabius Vibulanus.
	P. Cornelius Coſſus.	*Quintus Cincinnatus.
Tr.mil.340	C.Valerius Potitus.	N.Fabius Vibulanus.
	Cn.Cornelius Coſſus.	L.Valerius Potitus.
Tr.mil.341	Q.Fabius Vibulanus II.	P.Poſtumius Regillēſis.
342	A.Cornelius Coſſus.	L.Furius Medullinus.
343	Q.Fabius Ambuſtus.	C. Furius Pacilus.
344	M.Papirius.	C. Nautius Rutilus.
345	M'.Æmilius.	C.Valerius.
346	Cn.Cornelius Coſſus.	L.Furius Medullinus II.
	C.Iulius Iulus.	
347	P.Cornelius Coſſus.	Trib.mil. conſ.pot.
	C. Seruilius Ahala.	
	L. Furius Medullinus II.	C.Valerius Potitus II.
Tr.mil.348	N.Fabius Vibulanus II.	C.Seruilius Ahala II.
	P.Cornelius Coſſus.	N.Fabius Ambuſtus.
Tr.mil.349	Cn.Cornelius Coſſus.	L.Valerius Potitus.
	T.Quinctius Capitol.	A.Manlius.
Tr.mil.350	Q.Quinct.Cincinnatus.	L. Furius Medullinꝰ III.
	C.Iulius Iulus II.	M.ÆmiliusMamercinꝰ.
	C. Valerius Potitus III.	Cn.Cornelius Coſſus.
Tr.mil.351	M'. Sergius Fidenas.	K.Fabius Ambuſtus.
	P.Cornel.Maluginenſis.	Sp.Nautius Rutilus II.
	M'.Æmil.Mamercinus II.	M.Quinctilius Varus.
Tr.mil.352	L. Valerius Potitus III.	L.Iulius Iulus.
	Ap. Claudius Craſſus.	M. Poſtumius.
	M.Furius Camillus.	M.Poſtumius Albinus.
	C.Seruilius Ahala III.	Q.Sulpicius.
Tr.mil.353	Q.Seruilius.	A.Manlius II.
	L.Virginius.	M'. Sergius II.
	L.Valerius Potitus IIII.	Cn.Cornelius Coſſus.
Tr.mil.354	M. Furius Camillus.	K. Fabius Ambuſtus.
	M.Æmil.Mamercinus III.	L.Iulius Iulus.
	P.Licinius Caluus.	P. Mænius.
Tr.mil.355	L. Titinius.	P.Mælius.
	L.Furius Medullinus.	L.Publilius Vulſcus.
	M.Veturius.	M.Pomponius.
Tr.mil.356	C.Duilius.	Volero Publilius.
	Cn.Genucius.	L.Atilius.
	L. Valerius Potitus V.	L. Furius Medullinꝰ III.
Tr.mil.357	M.Valerius Maximus.	Q.Seruilius Fidenas II.
	M.Furius Camillus II.	Q.Sulpiciꝰ Camerinꝰ II.
	L.Iulius Iulus.	A.Poſtumius Regillēſis.
Tr.mil.358	L.Furius Medul. IIII.	P.Corn. Maluginenſis.
	L.Sergius Fidenas.	A.Manlius.
	P.Licinius P.F. Caluus.	L.Titinius II.
Tr.mil.359	P.Mænius II.	P.Mælius II.
	Cn.Genucius II.	L.Atilius II.
	P.Cornelius Coſſus.	P.Cornelius Scipio.
Tr.mil.360	K.Fabius Ambuſtus III.	L.Furius Medullinus V.
	M. Valerius Maximus II.	Q.Seruilius III.
	L.Furius Medullinus VI.	Sp.Poſtumius.
Tr.mil.361	C.Æmilius.	P.Cornelius II.
	L.Valerius Poplicola.	M.Furius Camillus.
362	L.Lucretius Flauus.	Ser. Sulpiciꝰ Camerinꝰ.
363	L.Valerius Potitus.	M. Manlius Capitolinꝰ.
	L.Lucretius.	L.Furius Medul.VII.
Tr.mil.364	Ser.Sulpitius.	Agrippa Furius.
	M.Æmylius.	C.Æmilius II.
	Q.Fabius Ambuſtus.	Q.Sulpicius Longus.
Tr.mil.365	Duo fratres Q.Fabij.	Q.Seruilius IIII.
	Ambuſti.	Ser.Cornel.Maluginen.
366	M. Furius Camillus Dictaturā continuauit in hūc annum.	
	L.Valerius Poplicola II.	A.Manlius.
Tr.mil.367	L. Virginius.	L.Æmilius.
	P. Cornelius.	L.Poſtumius.
	T. Quinct. Cincinnat.	L.Aquillius Coruus.
Tr.mil.368	Q.Seruilius Fidenas V.	L. Lucretiꝰ Tricipitinꝰ.
	L.Iulius Iulus.	Ser.Sulpitius Rufus.
	L.Papirius.	C.Sergius.
Tr.mil.369	L.Æmilius II.	C.Cornelius.
	L.Menenius.	L.ValeriusPoblicola III.
	M.Furius Camillus.	L.Horatius Puluillus.
Tr.mil.370	Ser Cornel.Maluginenſis.	L.Quinct.Cincinnat.
	Q.Seruilius Fidenas VI.	P.Valerius.
	A.Manlius.	L.Quinctius Capitolin.
Tr.mil.371	P.Cornelius.	L.Papirius Curſor II.
	T.Quinctius Capitolinꝰ.	C.Sergius II.
	Ser. Cornelius Malug. III.	P.Valerius Potitus II.
Tr.mil.372	M.Furius Camillus V.	Ser.Sulpicius Rufus II.
	C.Papirius Craſſus.	T.Quinct. Cincin. II.
	L.Valerius IIII.	L.Lucretius.
Tr.mil.373	A.Manlius III.	L.Æmilius.
	Ser.Sulpicius III.	M.Trebonius.
	Sp.Papirius.	Q.Seruilius.
Tr.mil.374	L.Papirius.	C.Sulpicius.
	Ser. Cornelius IIII.	L.Æmilius IIII.
	M.Furius Camillus VI.	L.Furius.
Tr.mil.375	A.PoſtumiusRegillenſis.	L.Lucretius.
	L. Poſtumius Regillenſis.	M.Fabius Ambuſtus.

	L. Valerius V.	L.Menenius II.
Tr.mil.376	P.Valerius III.	P.Papirius.
	C.Sergius III.	Ser. Corn.Maluginẽſis.
	P.Manlius.	C. Sextilius.
Tr.mil.377	C.Manlius.	M.Albinus.
	L.Iulius.	L.Antiſtius.
	Sp.Furius.	P.Clœlius.
Tr.mil.378.	Q.Seruilius II.	M.Horatius.
	C.Licinius.	L.Geganius.
	L.Æmilius.	Ser.Sulpitius.
Tr.mil.379	P.Valerius IIII.	L. Quinct. Cinciñatus.
	C. Veturius.	C.Quinct.Cincinnat.
380.381.382.	C.Licinius Stolo.	Tribuni plebis p ann.v.
383.384.	L.Sextius.	
	L.Furius.	Ser. Cornelius.
Tr.mil.385	A.Manlius.	P.Valeriꝰ.
	Ser. Sulpitius.	C.Valerius.
	Q.Seruilius.	M.Genucius.
Tr.mil.386	C.Veturius II.	Q.Quinctius.
	A. Cornelius.	M.Fabius.
	L.Quinctius.	Ser.Cornelius.
Tr.mil.387	Ser.Sulpicius.	Sp.Seruilius.
	L.Papirius.	L.Veturius.
	A. Cornelius II.	M.Cornelius II.
Tr.mil. 388	L.Veturius.	M.Geganius.
	P.Manlius.	P.Valerius VI.
389	L.Sextius.	L.Æmilius.
390	L.Genucius.	Q.Seruilius.
391	C.Sulpicius Petitus.	C.Licinius Stolo.
392	L. Æmilius Mamercus II.	Cn.Genutius.
393	Q.Seruilius Ahala.	L.Genucius II.
394	C.Sulpicius.	C.Licinius Caluus.
395	C.Pœtelius Libo.	M.Fabius Ambuſtus.
396	M.Popillius Lænas.	N.Manlius.
397	C.Fabius.	C.Plautius.
398	C.Marcius.	Cn.Manlius.
399	M.Fabius Ambuſtus II.	M.Popillius Lænas II.
400	C.Sulpitius Petitus III.	M.Valerius Poplicola.
401	M.Fabius Ambuſtus III.	T.Quinct.vel.M.Popil.
402	C.Sulpicius Peticus IIII.	M.Valerius Poplicola.
403	P.Valerius Poplicola III.	C.Marcius Rutilus.
404	C.Sulpiciꝰ Peticus. T. vel	K.vel C.Quinct.Peñus.
405	M.Popilius Lænas.	L.Cornelius Scipio.
406	L.Furius Camillus.	P.Claudius Craſſus.
407	M.Valerius Coruus.	M.Popillius Lænas IIII.
408	T.Manlius Torquatus.	C.Plautius.
409	M.Valerius Coruus II.	C.Pœtelius.
410	M.Fabius Dorſo.	Ser.Sulpiciꝰ Camerinꝰ.
411	C.Marcius Rutilus III.	T.Manlius Torquatꝰ II.
412	M.Valerius Coruus III.	A. Cornelius Coſſus.
413	C.Martius Rutilus IIII.	Q.Seruilius.
414	C.Plautius II.	L.Æmil.Mamercinus.
415	T.Manlius Torquatꝰ IIII.	P.Decius Mus.
416	Ti.Æmilius Mamercinus.	Q.Publilius Philo.
417	L.Furius Camillus.	C.Mænius.
418	C.Sulpitius Longus.	P.Ælius Petus.
419	L.Papirius Craſſus.	K.Duilius.
420	M.Valerius Coruus IIII.	M.Atilius Regulus.
421	T.Veturius.	Sp.Poſtumius.
422	Interreges anno vno.	
423	A.Cornelius II.	Cn.Domitius.
424	M. Claudius Marcellus.	C. Valerius Flaccus.
425	L. Papirius Craſſus II.	L. Plautius Venno.
426	Æmilius Mamercinus.	C.Plautius.
427	P.Plaucius Proculus.	P.Cornelius Scapula.
428	L. Cornelius Lentulus.	Q.Publius Philo.II.
429	L.Papirius Mugillan. aliâs	Curſor,C.Pœtelius.
430	L.Furius Camillus II.	Iunius Brutus Scæua.
431	C.Sulpitius Longus II.	Q.Æmylius vel Aulius Cerretanus.
432	Q.Fabius.	L. Fuluius.
433	T. Veturius Caluinus.	Sp. Poſtumius.
434	L.Papirius Curſor II.	Q.Publilius Philo.
435	L.Papirius Curſor, vel	Mugillanus. Q. Aulius Cerretanus II.
436	M.Foslius Flaccinator.	L. Plautius Venno.
437	C.Iunius Bubulcus.	Q.Æmilius Barbula.
438	Sp.Nautius.	M.Popillius.
439	L.Papirius Curſor IIII.	Q.Publilius Philo.IIII.
440	M.Pœtelius.	C.Sulpicius.
441	L.Papirius Curſor V.	C.Iunius Bubulcus II.
442	M.Valerius.	P.Decius.
443	C.Iunius Bubulcus III.	Q.Æmilius Barbula II.
444	C. Marcius Rutilus.	Q.Fabius.
445	Q.Fabius.	P.Decius.
446	Ap.Claudius.	L.Volumnius.
447	Q.Marcius Tremulus.	P.Cornelius Aruina.
448	L.Poſtumius.	Ti.Minucius.
449	P.Sempronius Sophus.	P.Sulpicius Sauerrio.
450	L.Genucius.	Ser.Cornelius.
451	M.Liuius Denter.	M.Æmilius.
452	M.Valerius.	Q.Appuleius Panſa.
453	M. Fuluius Pætus.	T.Manlius Torquatus.
454	L.Cornelius Scipio.	Cn.Fuluius.
455	Q.Fabius Maximus IIII.	P.Decius Mus III.
456	L.Volumnius.	Ap.Claudius.
457	Q.Fabius V.	P.Decius IIII.
458	L.Poſtumius Megellus.	M.Atilius Regulus.
459	L.Papirius Curſor.	Sp.Caruilius.
460	Q.Fabius Gurges Max. F.	D.Iunius Brutus Scæua.
461	L.Poſtumius.	C.Iunius.
462	P.Cornelius Rufinus.	M'.Curius Dentatus.
463	M.Valerius.	Q.Cædicius.
464	Q.Marcius.	P.Cornelius.
465	M.Marcellus.	Sp.Nautius.
466	M.Valerius.	C.Ælius.
467	C.Claudius.	M.Æmilius.
468	C.Seruilius.	L.Cæcilius.
469	P.Cornelius Dolabella.	Cn.Domitius.
470	C.Fabricius.	Q.Æmilius.
471	L.Æmilius.	Q.Marcius.
472	P.Valerius.	Ti.Coruncanius.
473	P.Sulpicius.	P.Decius.
474	C.Fabricius.	Q.Æmilius.
475	P.Cornelius.	C.Iunius.
476	Q.Fabius.	C.Genucius.
477	M'.Curius.	L.Lentulus.
478	Ser.Cornelius.	M'.Curius.
479	C.Fabricius.	C.Claudius.
480	L.Papirius Curſor.	Sp.Caruilius.
481	C.Quintius.	L.Genucius.
482	C.Genucius.	Cn.Cornelius.
483	P.Sempronius.	Ap.Claudius.
484	M.Atilius.	L.Iulius Libo.
485	D.Iunius.	N.Fabius.
486	Ap.Claudius.	M.Fuluius.
487	M'.Valerius.	M'.Otacilius.
488	L.Poſtumius.	Q.Mamilius.
489	L.Valerius.	T.Otacilius.
490	Cn.Cornelius.	C.Duilius.
491	C.Aquillius.	L.Cornelius.
492	A. Atilius Calatinus.	Q.Sulpicius.
493	Cn. Cornelius.	C.Atilius.
494	Q.Cædicius.	L.Manlius.
495	M.Æmilius Paullus.	Ser. Fuluius Nobilior.
496	Cn.Cornelius.	A.Atilius.
497	Cn.Seruilius.	C.Sempronius.

C.Aure-

498	C.Aurelius Cotta.	P.Seruilius.
499	L.Cæcilius Metellus.	C.Furius.
500	C.Atilius Regulus.	L.Manlius.
501	P.Claudius.	L.Iunius.
502	P.Seruilius.	C.Aurelius.
503	L.Cæcilius.	N.Fabius.
504	M.Fabius.	M'.Otacilius.
505	M.Fabius.	C.Atilius.
506	A.Manlius.	C.Sempronius.
507	C.Fundanius.	C.Sulpicius.
508	C.Lutatius Catulus.	A.Poſtumius.
509	Q.Lutatius Cerco.	A.Manlius.
510	C.Claudius Centho.	M.Sempronius.
511	C.Mamilius.	Q.Valerius.
512	Ti.Sempronius.	P.Valerius.
513	L.Cornelius.	Q.Fuluius.
514	C.Licinius.	P.Cornelius.
515	T.Manlius Torquatus.	C.Atilius.
516	L.Poſtumius.	Sp.Caruilius.
517	Q.Fabius.	M.Pomponius.
518	M.Lepidus.	M.Poblicius.
519	C.Papirius.	M.Pomponius.
520	M.Aemilius.	M.Iunius.
521	L.Poſtumius.	Cn.Fuluius.
522	Q.Fabius II.	Sp.Caruilius.
523	P.Valerius.	M.Atilius.
524	L.Apuſtius.	M.Valerius.
525	C.Atilius.	L.Aemilius.
526	T.Manlius.	Q.Fuluius II.
527	C.Flaminius.	P.Furius Philus.
528	M.Marcellus.	Cn.Cornelius.
529	P.Cornelius.	M.Minucius.
530	L.Veturius.	C.Lutatius.
531	M.Liuius.	L.Aemilius.
532	P.Cornelius Scipio.	T.Sempronius Longus.
533	Cn.Seruilius Geminus.	C.Flaminius.
534	C.Terentius Varro.	L.Aemilius Paullus.
535	L.Poſtumius Albinus III. M.Claudius Marcellus II. Q.Fabius Maximus III.	Ti. Sēpronius Gracchus.
536	Q.Fabius Maximus IIII.	M.Claudius Marcellus III.
537	Q.Fabius Max.verucoſi F.	Ti. Semp.Gracchus II.
538	Ap.Claudius Pulcher.	Q.Fuluius Flaccus III.
539	P.Sulpicius Galba.	Cn.Fuluius Centumalus.
540	M.Valerius Læuinus II.	M. Claudius Marcell⁹ IIII.
541	Q.Fabius Maximus V.	Q.Fuluius Flaccus IIII.
542	M.Claudius Marcellus V.	T. Quinctius Criſpinus.
543	C.Claudius Nero.	M.Liuius Salinator II.
544	Q.Cæcilius Metellus.	L.Veturius Philo.
545	P.Cornelius Scipio.	P.Licinius Craſſus.
546	M.Cornelius Cethegus.	P. Sēpronius Tuditanus.
547	Cn.Seruilius Cæpio.	C.Seruilius.
548	Ti.Claudius Mero.	M.Seruilius Geminus.
549	Cn.Cornelius Lentulus.	P.Ælius Pætus.
550	P.Sulpitius Galba.	C.Aurelius Cotta.
551	L.Cornelius Lentulus.	P.Villius Tappulus.
552	T.Quinctius Flaminin⁹.	Sex.Ælius Pætus.
553	C.Cornelius Cethegus.	Q.Minucius Rufus.
554	L.Furius Purpureo.	M.Claudius Marcellus.
555	M.Porcius Cato.	L.Valerius Flaccus.
556	P.Cornelius Scipio Africanus II.	Ti. Sempronius Longus.
557	L.Cornelius Merula.	Q.Minucius Thermus.
558	L.Quinctius Flaminin⁹.	Cn.Domit. Ahenobarbus.
559	M'.Acilius Glabrio.	P. Cornelⁱ⁹ Scip o Naſica.
560	L.Cornelius Scipio.	C.Lælius.
561	Cn.Manlius Vulſo.	M.Fuluius Nobilior.
562	C.Liuius Salinator.	M. Valerius Meſſala.
563	M.Æmilius Lepidus.	C.Flaminius
564	Sp.Poſtumius Albinus.	Q.Marcius Philippus.
565	Ap.Claudius Pulcher.	M.Semp. Tuditanus.
566	P.Claudius Pulcher.	L.Porcius Licinus.
567	Q.Fabius Labeo.	M.Claudius Marcellus.
568	L.Æmilius Paullus.	Cn.Bębius Tamphilus.
569	P.Cornelius Cethegus.	M.Bæbius Tamphilus.
570	A.Poſtumius Albinus.	C.Calpurnius Piſo. Q.Fuluius Flaccus.
571	L.Manlius Acidinus.	Q.Fuluius Flaccus.
572	M.Iunius Brutus.	A.Manlius Vulſo.
573	C.Claudius Pulcher.	Ti. Sēpronius Gracchus.
574	Cn.Cornelius Scipio Hiſpalus. C.Valerius Læuinus.	Q.Petilius Spurinus.
575	P.Mucius Scæuola.	M.Æmilius Lepidus II.
576	Sp.Poſtumius Albinus.	Q.Mucius Scęuola.
577	L.Poſtumius Albinus.	M.Popillius Lęnas.
578	C.Popillius Lænas.	P.Ælius Ligur.
579	P.Licinius Craſſus.	C.Caſsius Longinus.
580	A.Hoſtilius Mancinus.	A.Atilius Serranus.
581	Q.Marcius Philippus II.	Cn.Seruilius Cæpio.
582	L.Æmilius Paulus II.	C.Licinius Craſſus.
583	Q.Ælius Pætus.	M.Iunius.
584	M.Marcellus.	C.Sulpicius.
585	Cn.Octauius.	T.Manlius.
586	A.Manlius.	Q.Caſsius.
587	Ti.Sempronius.	M'.Iuuentius.
588	P.Cornelius Scipio Naſica.	C.Marcius.
589	M.Meſſalla.	C.Fannius.
590	L.Anicius.	M.Cornelius Cethegus.
591	Cn.Cornelius Dolabella.	M.Fuluius.
592	M.Æmilius.	C.Popillius.
593	Sex.Iulius.	L.Aurelius.
594	L.Lentulus.	C.Marcius.
595	P.Scipio Naſica.	M.Claudius.
596	L.Poſtumius.	Q.Opimius.
597	Q.Fuluius.	T.Annius.
598	M.Marcellus.	L.Valerius.
599	L.Licinius Lucullus.	A.Poſtumius Albinus.
600	T.Quinctius.	M'.Acilius.
601	L.Marcius.	M'.Manilius.
602	Sp.Poſtumius.	L.Piſo.
603	P.Africanus.	C.Liuius.
604	Cn.Cornelius.	L.Mummius.
605	Q.Fabius Maximus.	L.Hoſtilius.
606	Ser.Galba.	L.Aurelius.
607	Ap.Claudius.	Q.Metellus.
608	L.Metellus.	Q.Maximus.
609	Cn.Cæpio.	Q.Pompeius.
610	Q.Cæpio.	C.Lælius.
611	Cn.Piſo.	M.Popilius.
612	P.Scipio.	D.Brutus.
613	M.Æmilius.	C.Hoſtilius Mancinus.
614	P.Furius.	Sex.Atilius Serranus.
615	Ser.Fuluius.	C.Calpurnius.
616	P.Africanus.	C.Fuluius Flaccus.
617	P.Mucius.	L.Calpurnius.
618	P.Popillius.	P.Rupilius.
619	P.Craſſus.	L.Valerius.
620	C.Claudius.	M.Perperna.
621	C.Sempronius.	M'.Aquillius.
622	Cn.Octauius.	T.Annius.
623	L.Caſsius.	L.Cinna.
624	M.Æmilius.	L.Aurelius.
625	M.Plautius.	M.Fuluius.
626	C.Caſsius Longinus.	C.Sextius.
627	Q.Cæcilius.	T.Quinctius.
628	Cn.Domitius.	C.Fannius.
629	L.Opimius.	Q.Maximus.
630	P.Manlius.	C.Papirius.
631	L.Cæcilius.	L.Aurelius.
632	M.Cato.	Q.Marcius.
633	L.Cæcilius.	Q.Mucius.
634	C.Licinius Geta.	Q.Maximus.
635	M.Metellus.	M.Scaurus.
636	M'.Acilius Balbus.	C.Cato.
637	C.Cæcilius.	Cn.Papirius.

638 M. Liuius Druſus. L. Piſo.
639 P. Scipio. L. Calpurnius Beſtia.
640 Sp. Poſtumius. M. Minucius.
641 Q. Metellus. M. Silanus.
642 Ser. Galba. M. Scaurus.
643 L. Caſsius. C. Marius.
644 Q. Seruilius Cæpio. C. Atilius.
645 P. Rutilius Rufus. Cn. Manlius.
646 C. Marius II. C. Flauius Fimbria.
647 C. Marius III. L. Aurelius Oreſtes.
648 C. Marius IIII. Q. Lutatius.
649 C. Marius V. M'. Aquillius.
650 C. Marius VI. L. Valerius Flaccus.
651 M. Antonius. A. Poſtumius.
652 Q. Metellus. T. Didius.
653 Cn. Lentulus. P. Craſſus.
654 Cn. Domitius. P. Caſsius.
655 L. Craſſus. Q. Scæuola.
656 C. Cœlius. L. Domitius.
657 C. Valerius Flaccus. M. Herennius.
658 C. Claudius Pulcher. M. Perperna
659 L. Marcius. Sex. Iulius.
660 L. Iulius Cæſar. P. Rutilius Lupus.
661 L. Porcius. Cn. Pompeius.
662 L. Sulla. Q. Pompeius.
663 L. Cornelius Cinna. Cn. Octauius.
664 L. Cinna II. C. Marius VII.
665 L. Cinna III. Cn. Papirius.
666 L. Cinna IIII. Cn. Papirius II.
667 L. Scipio. C. Norbanus.
668 C. Marius. Cn. Carbo. III.
669 M. Tullius. Cn. Dolabella.
670 L. Sulla II. Q. Metellus.
671 P. Seruilius. Ap. Claudius.
672 M. Lepidus. Q. Catulus.
673 M. Æmilius. D. Brutus.
674 Cn. Octauius. C. Curio.
675 L. Octauius. C. Cotta.
676 L. Licinius Lucullus. M. Cotta.
677 M. Lucullus. C. Caſsius.
678 L. Cellius. Cn. Lentulus.
679 Cn. Auſidius. P. Lentulus.
680 M. Craſſus. Cn. Pompeius.
681 Q. Metellus. Q. Hortenſius.
682 L. Metellus. Q. Marcius.
683 C. Piſo. M'. Glabrio.
684 M. Lepidus. L. Volcatius.
685 L. Cotta. L. Torquatus.
686 L. Cæſar. C. Figulus.
687 M. Cicero. C. Antonius.
688 D. Silanus. L. Murena.
689 M. Pupius. M. Valerius.
690 Q. Metellus. Q. Affranius.
691 C. Cæſar. M. Bibulus.
692 L. Piſo. A. Gabinius.
693 P. Lentulus. Q. Metellus.
694 Cn. Lentulus. L. Philippus.
695 Cn. Pompeius. M. Craſſus.
696 Ap. Claudius. L. Domitius.
697 Cn. Domitius. M. Meſſalla.
698 Cn. Pompeius. Q. Metellus.
699 M. Marcellus. Ser. Sulpitius.
700 L. Paullus. C. Marcellus.
701 L. Lentulus. C. Marcellus.
702 C. Cæſar. P. Seruilius.
703 Q. Fuſius Calenus. P. Vatinius.
704 C. Cæſar. M. Lepidus.
705 C. Cæſar. Q. Maximus.
706 C. Cæſar. M. Antonius.
707 C. Panſa. A. Hirtius.
708 M. Lepidus. L. Plancus.
709 P. Seruilius II. L. Antonius.
710 Cn. Domitius. C. Aſinius.
711 L. Cenſorinus. C. Caluiſius.
712 Ap. Claudius. C. Norbanus.
713 M. Agrippa. L. Caninius.
714 L. Gellius. M. Cocceius.
715 Sex. Pompeius. L. Cornificius.
716 M. Antonius. L. Scribonius Libo.
717 C. Cæſar. L. Volcatius.
718 Cn. Domitius. C. Soſius.
719 C. Cæſar. II. M. Meſſalla.
720 C. Cæſar III. M. Craſſus.
721 C. Cæſar IIII. Sex. Appuleius.
722 C. Cæſar V. M. Agrippa II.
723 C. Cæſar VI. M. Agrippa III.
724 C. Auguſtus Cæſar VII. T. Statilius.
725 C. Cæſar Auguſtus VIII. M. Silanus.
726 C. Cæſar Auguſtus IX. C. Norbanus.
727 C. Cæſar Auguſtus X. Cn. Piſo.
728 M. Marcellus. L. Arruntius.
729 M. Lollius. Q. Lepidus.
730 M. Appuleius. P. Silius.
731 C. Sentius. Q. Lucretius.
732 Cn. Lentulus. P. Lentulus.
733 C. Furnius. C. Silanus.
734 L. Domitius. P. Scipio.
735 M. Druſus. L. Piſo
736 Cn. Lentulus. M. Craſſus.
737 Ti. Nero. P. Quinctilius.
738 M. Meſſalla. P. Sulpitius.
739 Paul. Fabius. Q. Ælius.
740 Iulus Antonius. Q. Fabius.
741 Druſus Nero. T. Quinctius.

CAROLI SIGONII IN CHRONOLOGIAM SCHOLIA.

In annvm CXLV.

[In inſcriptione haud dubiè magis à Librario quàm à Sigonio errorem hîc Clareanus eſſe putat. Nec enim CXLV. ſed CCXLV. ſcribenda ſunt.] Annum, quo primi conſules inierunt Brutus, & Tarquinius, ducenteſimum quadrageſimum quintum voco ab Vrbe condita, quòd Liuius regnatum eſſe Romæ dicat per annos ducentos quadraginta quatuor. Quæ eadem ſumma ex vniuſcuiuſq; regni ſpatio colligitur. Idem facit etiam Dionyſius.

In annvm CCXLVIII.

In hunc annum conſules edimus Sp. Lartium, & T. Herminium, qui in codice Liuiano vulgato deſiderantur. [Clareanus ante Sigonium hoſce conſules reſtituit ex Dionyſio.] Etenim prætermiſſos eos non à Liuio, ſed à feſtinantibus librarijs credimus. Cur autem ita credamus, dicendum eſt paucis. Primùm, quia Caſſiodorus, qui tabulas ſuas conſulares ad Liuianorum annalium regulam (vt paulò pòſt apertius apparebit.) direxiſſe videtur, eoſdem hoc anno conſules edit, neq; verò ſolùm Caſſiodorus, ſed etiam Dionyſius. Deinde quia niſi hunc annum numeremus, annus ille, quo decemuiri conſulares primùm inierunt, non poterit à Liuio trecenteſimus alter vocari, verùm trecenteſimus dicatur neceſſe eſt. Accedit, quòd ne Eutropius quidem rectè dixerit, nono poſt reges exactos anno Dictatorem primum eſſe creatum Poſtumo Cominio, & T. Lartio cõſulibus, verùm octauo erit ſcribendum. Præterea verò ne ſciè quidem Pædianus pro Cornelio, A. Virginio, & T. Veturio conſulibus, annum poſt reges exactos XVI. tribunos plebis primùm creatos ex Liuij auctoritate tradiderit, verùm XV. fuerit ſcribendum. Poſtremò ne Cicero quidem rectè M'. Tullium, Ser. Sulpitium anno poſt reges exactos X. conſules fuiſſe dixerit in Bruto, neque Plinius Ap. Claudium, & P. Seruilium conſulatum anno ab vrbe condita CCLIX. geſsiſſe prudenter ſcripſerit. [Hęc ex Glareani annotationibus habet Sigonius, ſed pulchrè omnia diſsimulat.] Dicet aliquis, quomodo nomina conſulum intercidere ſine rerum de quibus agebatur, hiſtoria potuerunt? Dico exulem annum nihil præter nomina conſulum habuiſſe, quomodo etiam paulò pòſt inquit Liuius. Conſules Q. Clœlius, & T. Lartius. Inde A. Sempronius, & M. Minucius, deceptum autem librarium ſimilitudine nominum inconſulto duos conſules tranſcendiſſe.

In annvm CCLXIIII.

Ante hunc annum Dionyſius numerat duos annos cum conſulibus, Q. Sulpicio, Sp. Lartio, & C. Iulio, L. Pinario. Eumq; ſequutus eſt Clareanus in ea Chronologia digerenda, quam ſe Liuianæ hiſtoriæ cauſa ait confeciſſe, quòd ſe credere dicat, conſules illos non Liuij, ſed Librariorum temeritate omiſſos. [Clareanus vbique clamat Liuij ac Polybij ſupputationem cum Dionyſij duobus differentem annis. Hîc igitur Clareanus inſerit omiſſos annos, quòd videbat Dionyſij certiorem ſupputationem quàm illorum. Ipſe Sigonius paulò pòſt plurimum ſe dubitare ait de anno CCCV. & mox verſu ſeptimo miratur Liuium in tam paucis annis rectam ſupputationem tenere non potuiſſe: Hæc ille de Liuio.] Nos autem longè ſectus opinamur, & à Liuio conſultò eos eſſe prætermiſſos, & propterea ei, qui Chronologiam Liuianam ſcribere velit, eſſe negligendos. Nam ni ita ſit, quomodo Liuius Q. Minutio, & C. Horatio conſulibus X. tribunos plebis factos eſſe ait anno triceſimo poſt primos tribunos plebis, qui A. Virginio, & T. Vetuſio conſulibus facti ſunt? aut quomodo Ap. Claudio, & T. Genucio conſulibus decemuiros factos eſſe inquit anno trecenteſimo altero ab Vrbe condita? duobus præſertim vtrobique annis ad ſummam deficientibus. [Clareanus ait ex Dionyſio trecenteſimo altero, ſed expleto formam ciuitatis immutatam, ita vt trecenteſimo tertio inirent magiſtratum decemuiri, Sigonius intelligit trecenteſimo altero, id eſt, primo noua latinitate, cùm alter de duob. dicatur, & Donatus ſuper Terentij Andriam etiã in tertium deducat. Sed Robortellus oſtendit Sigonium hac in parte peſsimè errare.] Adde, quòd Caſſiodorus qui (vt dixi) apertè ſequutus eſt Liuium, ne hos quidem conſules ſuggerit. Poſtremò ne deeſſe quidẽ apud Liuium duos annos illud certiſsimo argumento ſit, quòd hiſtoriæ expoſitio non mutila ſit. Nam quæ à Dionyſio geſta quatuor annis traduntur, ea in duos à Liuio translata ſunt, ita vt nemo quicquam deſiderare poſsit. Neq; verò mirum videri debet binos conſules ab vno poni, ab altero prætermitti. Id enim feciſſe quoque Piſonem, teſtatur libro nono Liuius his verbis: Hos conſules Piſo Q. Fabio, & P. Decio ſuggerit biennio exempto, quo Claudium, Volumniumq; & Cornelium cum Marcio conſules factos tradidimus, memoriáne fugerit in annalibus digerendis, an conſultò binos conſules falſos ratus tranſcenderit, incertum eſt.

In annvm CCXCV.

Q. Minucio, C. Horatio conſulibus ſcribit Liuius tribunos pl. decem factos eſſe anno XXXVI. poſt primos qui facti ſunt A. Virginio, & T. Veturio conſulibus anno ab Vrbe condita CCLX. Ex quo intelligi poteſt rectè hunc annum à nobis CCXCV. nominari.

In annvm CCCI.

Liuius, itemque eum ſequutus Eutropius decemuiros App. Claudio, & T. Genucio conſulibus anno trecenteſimo altero primum factos tradunt. [Hic rurſus alterum pro primo accipit.] Quem numerum Glareanus, qui omnes auctores eodem modo digeſsiſſe Romana tempora putat, corrumpere cogitur, & trecẽteſimum tertium ſcribit.

In annvm CCCV.

Nullus eſt locus apud Liuium, in quo minus quid ſequar, aut ſententiã poſsim dicere, quàm in hoc, quem

nunc tracto. Est enim necesse annum interponere, vt numerorum Liuianorum summa constet. Etenim annum primum decemuirorum, vocat trecentesimum alterum. octauo autem anno pòst, tribunos militares ait iniisse anno trecentesimo decimo, cum tamen si diligenter numeres, trecentesimus nonus is sit vocandus. Neque verò dici potest, numerum posteriorem esse mendosè: nam in omnibus vetustis libris ita est. & si eum numerum mutes, qui deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi. & mira numerorum orietur confusio. Miror autem Liuium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse, præsertim verò cùm ijdem consules, quos ab decemuiris ad tribunos militares numerat, sint etiam apud Dionysium & Cassiodorum. [Miratur & Glareanus, Sigonium debacchatum in ipsum, qui idem de Liuio miratus est quod in hoc loco.] Causa fortè erroris inde nata est, quòd tribunos plebis ait de continuando consulatu in alterum annum M. Horatio, L. Valerio consulibus laturos fuisse scribit. tulisse tamen eos ex verbis eius non apparet. An verò legem pro lata ipse habuerit, quæ ne promulgata quidem fuerat, cùm hos numeros posuit, incerto est.

In annvm cccx.

Liuius (vt dixi) annum quo tribuni militares consulari potestate primùm facti sunt, trecentesimum decimum vocat. Quem numerum negligit Glareanus, & ad arbitrium numeros commutandos esse censet. [Glareanus de vno anno nullam facit difficultatem, & miratur hìc apertè sibi fieri iniuriam.]

In annvm cccxxxiiii.

Hoc anno Interreges ponimus sine consulibus, aut tribunis militum, ex verbis Liuij lib. 4. Cùm pars maior insequentis anni per nouos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta esset. Adhæc verò si omittamus hunc annum, sequentes numeri, quos ponit Liuius, non quadrabunt. Hunc tamen etiam contempsit Glareanus. [Glareanus in annotationibus suis causas multas narrat, quare omiserit.]

In annvm cccLxii.

L. Lucretium Flauum, & Ser. Sulpicium Camerinum consules ait Liuius factos esse post quintum decimum annum. Quod ita intelligendum est, post consules superiores, per quindecim annos tribunos militares esse creatos, post autem annum quintum decimum rursus consules esse creatos.

In annvm cccLxv.

Liuius lib. 5. in oratione Camilli Romam captam significat tribus Fabijs tribunis militum anno ab v. c. CCCLXV. Qui numerus ad nostram rationem præclarè quadrat. non poterat autem quadrare ad supputationem Glareani, nisi annum illum transcenderet, quem nos CCCXXXIIII. nominamus. [Glareanus hunc habet annum, ac nescit, quid sibi velit Sigonius.]

In annvm cccLxvi.

Hoc anno nos Camillum Dictaturam continuasse scribimus. Quod dicitur ex Liuio, qui ait Romanos non esse passos eum Dictatura nisi anno circumacto abdicare. Quod idem & ex Plutarcho, & ex Capitolina supputatione colligitur. Id quia turbabat, nescio quos numeros prætermisit Glareanus: non posse autè omitti, sequentes numeri indicant. [Idem innuit Glareanus, sed noluit ponere ob certas quas ibi commemorat causas.]

In annvm cccLxxxviii.

Glareanus ante hunc annum contra Liuij auctoritatem interseruit annum cum duobus tribunis militum. Videbat enim ad numerum anni quadringentesimi, qui à Liuio nominatur, se non posse peruenire, nisi interponeret annum. Multo autem erat melius dictaturam Camilli ex verbis ipsius Liuij (vt nos fecimus) quàm tribunos militares duos contra fidem historiæ numerare. Tribunos autem nominat C. Licinium Stolonem, & P. Valerium v. Qui quo anno sint reponendi à nobis suprà suo loco monstratum est. De C. Licinio verò, & L. Sextio tribunis plebis, quos x. tribunos vocat Liuius, qui nisi IX. esse possint, nisi annus ille interponatur, dico decimum refici posse sine anno illo. Nam qui anno CCCLXX. tribuni plebis primùm facti sunt, non video cur ijdem anno CCCLXXXVII. decimum refecti rectè dici non possint.

In annvm cccxc.

Hunc annum, quo L. Genucius, Q. Seruilius consules fuere Liuius vocat xxv. post Romam captam, captam autem fuisse dixerat, anno CCCLXV. qui numerus præclarè quadrat. [Glareanus eundem hunc numerum habet in sua Chronologia.]

In annvm cd.

Hunc annum quo C. Sulpitius, M. Valerius consules fuerunt, quadringentesimũ ab v. c. nominat Liuius. Vndecimum autem post primum plebeium consulem. Quæ omnia conueniunt. [Et hunc quoque habet Glareanus.]

In annvm cdi.

Hic annus quo M. Fabius T. Quinctius consules fuerunt, dicitur à Liuio xxxv. post Romam captam: qui numerus quadrat, & ostendit rectè à nobis dictaturam Camilli pro anno vno esse numeratam. [Liuius priore anno hunc habet numerum, non hoc loco.

In annvm cdxxii.

Annum hìc sine consulibus interserimus necessariò, neq; enim aliter sequentes numeri conuenire ad summam annorum ibi traditam possunt. Quod facimus in hac Chronologia, fecimus etiá necessariò in Fastis cõsulum Capitolinorum. neq; enim eorum annorum ratio sine hoc anno probè poterat custodiri. Quin etiam Ha-

loander

loander,qui primus hac ætate Chronologias consulares scripsit,idem fecit. Glareanus autem quia id negligit, haud ita multò pòst,verbis(vt solet)Liuij parum intellectis,alium & ipse annum interponit, de quo ibi dicam. [Sigonio licet inserere annum vbi ipsi supputatio hiat extra Liuij codicis fidem,Glareano non licet,vbi Dionysium aliosque habet, quos sequatur auctores.Hic haberet Glareanus iustam debacchandi causam in Sigonium, si cum inhumano inhumaniter agere vellet.] Accedit quod Liuius id ipsum,quod facimus etsi non apertè, at obscurè tamen subsignificare videtur,cùm ait lib.8.Dictator ex auctoritate senatus dictus P.Cornelius Rufinus, magister equitum M.Antonius.Religio deinde incessit vitio eos creatos,magistratuque se abdicauerunt,&quia pestilentia insecuta est,velut omnibus eo vitio contactis auspicijs res ad interregnum redijt.

In annvm cdxxix.

Glareanus quia interregũ annum,quem nos anno CDXXII.numerauimus,prætermisit, propterea hîc annum interserere cogitur cõtra fidem historiæ:nititur autem verbis Liuij li.9.Anno circumacto bellum deinceps ab Dictatore Q.Fabio gestum,consules noui sicut superiores Romæ manserunt. Hæc verba ita interpretatur, vt priore anno dictatorem Fabium,posteriore nouos consules collocet,L.Papirium,& Q.Publilium. [Si pro arbitrio suo Sigonio annum CDXII.adijcere licuit,cur non Glareano bonis rationibus addere annum.] Qua in re vehementer errat:est enim intelligendum eodem anno,quo Q.Fabius dictator bellum gesit,nouos consules L.Papirium,& Q.Publilium magistratum gessisse.Id autem ita esse,probant monumenta Capitolina,quæ L.Papirio Cursori III.& Q.Publilio Philoni III.consulibus Q.Fabium Maximum Dictatorem cum Q.Aulio magistro equitum,&in locum Q.Aulij occisi C.Fabium subijciunt,vt etiam Liuius.Item Diodorus,vt antè dixi.

In annvm cdxxxi.

Proximè ante hunc annum Glareanus interijcit annum L.Papirij Cursoris Dictatoris sine consulibus, cũ his verbis:Alios sequuti hos posuimus,cùm tamen Liuius ne verbo quidem meminerit eius anni,sed præcedente anno eorum facit mentionem.Si Liuius ergo non meminit ne verbo quidem, neque ad rationem annorum Liuianã hic annus pertinet,imò verò eandem,vt ex sequẽtibus numeris apparebit,valdè perturbat, cur in Chronologia Liuiana interseritur.Neq; verò disputo rectè fecerit Liuius nec ne.nam hunc dictatorem video in Capitolinis monumentis probari.Sed id dico Glareanum in ea Chronologia aut Liuij auctoritatem vbiq; debuisse complecti,aut vbiq; contemnere,neq; enim ad vnam normam omnes scriptores supputationes annorum Romanorum direxerunt. [Ecce hîc mirum acumen dialecticum.Cur verò Sigonius quod in alio statuit, ipsemet non obseruauit?]

In annvm cdlvii.

Hunc annum,quo consules fuerunt Q.Fabius V. P.Decius IIII.vocat Liuius quadragesimum sextum belli Samnitici,quod bellum cœptũ esse scribit M.Valerio,A.Cornelio consulibus,id est,anno ab V.C.CDXII.Qui numerus ad nostram rationem præclarè cadit,ad Glareani non item,verùm quadragesimus septimus erit legendũ, idque quia Dictaturam L.Papirij Cursoris discedens à Liuio numerauit.

In annvm cdlxi.

Hîc interciderunt X.libri Liuij.Itaq; consules qui eius libris continebantur ex Cassiodoro subiecimus. Cuius summam,quia cum numeris Liuianis,qui sequũtur,maximè conuenire comperimus, in eam opinionẽ venimus,tabulas Cassiodori ab ipso Cassiodoro ex Liuiana esse historia cõcinnatas. Idem etiam in reliquis libris, qui amissi sunt,faciemus.

In annvm cdlxxxvi.

Annum,quo Ap.Claudius consul bellum Pœnis intulit vocat Liuius ab V.C.CDLXXXVI. quanquam Glareanus CDXXXVIII.corrigit,vt eo loco dictum est.

In annvm cdlxxxiii.

Ante hunc annum quo consules edidimus P.Sempronium, Ap. Claudium ex Cassiodoro, Glareanus interijcit annum alterum cum consulibus Q.Fabio Pictore,L.Quintio Culone.Quos consules non habet Cassiodorus.Et quanq;am scio,Glareanum id ipsum optimis fretum auctoribus fecisse, quos ipse etiam in Capitolinis consulibus restituendis sequutus sum,dico tamen eos ad Liuianam summam non conuenire. rectè autem à Cassiodoro ex Liuij auctoritate omissos esse. Quòd ipsum sequentes numeri indicabunt.

In annvm cdlxxxvi.

Glareanus item ante hunc annum alium interserit annum cum consulibus M.Valerio Maximo,Q.Manilio Vitulo,quos non habet Cassiodorus.Deest autem fortè hic annus ad aliorum scriptorum supputationem,vt ad Capitolinam,at ad Liuianam nullo modo.Quod ex sequentibus numeris apparebit. Est autem intelligendum,quanquam Capitolinæ tabulæ annum hunc desiderant,respuere tamen nomina consulum eorum, quos edit Glareanus.Ac tres quidem adhuc anni in Chronologia Liuiana contra Liuij auctoritatem à Glareano sunt interiecti. [Glareanus vbiq; fatetur Dionysij supputationem à Liuij ac Polybij duobus differre annis, hoc cũ ille toties legerit,mirum cur dissimulet.]

In annvm di.

Annum quo P.Claudius,L.Iunius consules fuerunt,quingentesimum primum ab vrbe condita vocat Liuius,vt in anno DCL.demonstrabo:qui numerus ostendit rectè à nobis,& à Cassiodoro annos eos tres, quos de suo addidit Glareanus esse omissos,siquidem hunc annum vocat DIIII. [Glareanus cùm Cassiodori deprauatũ haberet codicem,eum sequi noluit,vt nec Sigonius vbiq; facit.Non itaque in alio reprehendat,in quo ipse culpandus est.]

CAROLI SIGONII

IN ANNVM DXIX.

Ante hunc annum, qui consules habuit auctore Cassiodoro M. Pomponium, & C. Papirium, Glareanus quarrum annum temerè interserit cum consulibus, quorum nomina ait se reperire non potuisse, idque se facere ait Cicerone, Plinioque auctoribus. Est autem intelligendum hunc annum respui primùm à Liuio, cui ipse in ea Chronologia seruit, quod sequentes numeri confirmant: deinde à Cassiodoro, & à Capitolinis auctoribus, qui ambo Lepido, & Poplicio consulibus Pomponium & Papirium consules suggerunt, nullo anno, vt nos fecimus, interiecto. Gellius lib. 17. diuortium primum Romæ factum ait anno ab Vrbe condita DXIX. id est, M. Pomponio, C. Papirio COSS. vt ait Dionysius libro secundo.

IN ANNVM DXXIII.

Annum quo P. Valerius, M. Atilius consules fuerunt vocat Gellius libro 4. cap. 3. ab Vrbe condita quingentesimum vigesimum tertium, vt nos fecimus. Quod est argumento, aut Liuium, aut alium auctorem hanc rationem annorum, quam nos ex Liuio collegimus, esse sequutum. Quem annum Glareanus vocat, quingentesimũ vigesimum septimum.

IN ANNVM DXXXII.

Liuius libro 30. bellum Punicum secundum, quod cœptum est P. Scipione, Ti. Sempronio consulibus, cœptum esse ait annos XXIII. post pacem Pœnis primùm victis datam Q. Lutatio, A. Manlio consulibus. Qui numerus egregiè quadrat, neque annum quenquam à Glareano interseri patitur.

IN ANNVM DXLIX.

Bellum secundum Punicum, quod Lentulo, & Pæto consulibus finitum est, annos LXIII. à primo Punico confectum est, quod Ap. Claudio consule, cœptum est. Quadraginta verò post pacem Pœnis datam Q. Lutatio, A. Manlio consulibus, itemque decimo septimo anno quàm cœptum erat. Hoc Liuius lib. 30. & 31. qui numeri ☞ Glareanum omninò redarguunt. [Glareanus sequitur Dionysij supputationem, secuturus Liuij, si ea certa fuisset.]

IN ANNVM DL.

Annum quo consules fuerunt P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Liuius libro 31. sexagesimum tertium nominat ab Ap. Claudio cõsule, qui primus bellum Pœnis intulit, anno CDXXCVI. & quadragesimum tertium post A. Manlium, Q. Lutatium consules, quibus pax Pœnis data est anno DIX. Idem hunc eundem annum vocat quingentesimum quadragesimum ab vrbe condita, quanquam quinquagesimum, vt ait etiam Glareanus, pro quadragesimo, reponendum est. Qui numeri, dici non potest, quàm ad nostram rationẽ conueniant: à qua quia sine causa discesserit Glareanus, in eam necessitatem compulsus est, vt omnes tamen tanquam deprauatos emendare cogatur.

IN ANNVM DLVI.

Liuius libro 34. annum quo P. Scipio Africanus II. consul fuit vocat DVIII. apertè per mendum, pro DLVI. nam V. in L. II. in V. vertenda sunt, quæ ratio non quadrat ad Glareani institutum, qui DLVIII. corrigit: Cũ DLVI. ex superioribus & inferioribus numeris sit legendum. [Non vult omninò Sigonius intelligere quę Glareanus ☞ de Liuij numeris conqueritur.]

IN ANNVM DXCVIII.

Magnam habet quæstionem, quid velint verba quædam, quæ sunt in Epitoma libri XLVII. & apud Cassiodorum in consulibus. De quorum interpretatione propè desperasse Glareanus videtur. [Glareanus iubet in- ☞ spici locum, de desperatione verbum nullum.] Ea sunt: Consules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab vrbe condita magistratum peractis comitijs, insequentisque anni consulibus creatis inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. Apud Cassiodorum verò:

Q. Fuluius. T. Annius.

Hi primi consules K. Ianuar. magistratum inierunt propter subitum Celtiberiæ motum.

M. Marcellus. L. Valerius.

Magnam quidem inquam hæc verba habent quæstionem, verùm eam ego, quia ad rem, quam suscepi, maximè pertinet, quoad potero explicabo. Est igitur intelligendum, non Q. Fuluium, & T. Annium consules primos K. Ian. iisse anno ab vrbe condita sexcentesimo nonagesimo septimo, sed M. Marcellum, & L. Valerium sexcentesimo nonagesimo octauo. Nam cum Celtiberi Q. Fuluio cõsule, qui prelio ab ijs victus fuerat, vt ait Appianus in Iberico, in spem victoriæ erecti, subitò omnes rebellassent, placitum est, vt consulum statim comitia haberentur, ac consules designati extemplò magistratum occiperent, neq; Idibus Martijs, vt antè, sed K. Ian. vt nunquam antè aliàs inirent. Quod ipsum etiam ex Obsequente probatur, qui ait Marcello consule omnes Magistratus abdicasse. Cassiodori autem verba ita accipienda sunt, vt Q. Fuluio, & T. Annio consulibus mutatum esse ineundi diem dicamus, non ipsos iisse, atque ex sequentibus consulibus id ipsum euenisse interpretemur. Quod si ita est, & hic etiam numerus optimè à Liuio traditus est.

IN ANNVM DCI.

Annum, quo consules fuerunt M'. Manlius, & L. Marcius, ab V. C. DCI. nominauimus, præclarè ijs enim cõsulibus (vt omnes tradunt.) tertium bellum Punicum cœptum est. Quod anno DCI. initum esse scriptum est in epitoma libri LXIX. his verbis: Tertij Punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab V. C. intra quintum annum, quã erat cœptũ consummari. Adde quòd ludi sæculares quarti, qui Cẽsorino auctore ex Liuij sentẽtia facti

sunt

ſunt M'. Manilio, & L. Marcio conſulibus, in eadem epitoma editi eſſe dicuntur anno ab vrbe condita ſexcenteſimo primo. Ludi Diti patri ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno cẽteſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab vrbe condita facti fuerant: Hęc ille. Hîc ex verbis nõ ſolùm illud intelligi poteſt M'. Manilium, L. Marcium conſules in annum DCI. incidiſſe, ſed etiam P. Claudium, & L. Iunium, qui conſules centeſimo antè anno fuerunt, & quibus conſulibus ludos tertios ſæculares ex Liuij ſententia factos fuiſſe, ſcribit Cenſorinus, anno DI. ab vrbe condita magiſtratum, vt nos ſcripſimus, geſsiſſe. Hunc tamen annum corrector Liuij Glareanus vocat DCV.

IN ANNVM DCCCCI.

In Epitoma libri CXXXIII. ſcriptum eſt, Auguſtum triumphos tres in vrbem inuexiſſe, & finem bellis ciuilibus impoſuiſſe anno altero, & vigeſimo, qui numerus quadrat: nam bella ciuilia cœpta ſunt, Lentulo, & Marcello conſulibus.

IN ANNVM DCCXLI.

Si Hiſtoria Liuiana morte Druſi in Germania, & funere eius (vt apparet) finita eſt, profectò vſq; ad annum DCCXLI. peruenit. eſt enim mortuus ſe, & T. Quinctio conſulibus, vt ait Dio lib. 55. quem annum vocat Glareanus DCCXLV. exponit autem conſules vſque ad annum DCCLXXII. quia inquit vſque eò Liuianam hiſtoriam peruenire, præter vnum, aut alterum annum cùm in ſeptimo & decimo antè anno finiatur. [Nemo certè ſcire poteſt, quouſque Liuius hiſtoriam extenderit, Glareanus extendit vt veriſimile eſt vſque ad Tiberij tempora, quanquam hoc incertum: Ad hiſtoriæ veritatem nihil hoc attinet, ſicut nec prima Sigonij annotatio de numero librorum per Decadas diſtincto. Certè tertia Decas ſuam habet præfationem, quarta item. Quare Petrarchæ opinio non ſatis fulta eſt rationibus, quin contrarium facilè defendi poſſet: Res eſt dubia: Romani quidem ita abſque Decadum ratione libros edidere vt Plinius: At non omnes.]

FINIS.

DVO TARQVINII LVCIVS AC ARVNS, PRISCI TARQVINII FILII NE AN NEPOTES FVERINT, ADVERSVS LIVIVM

LAVRENTII VALLAE ARGVTISSIMA AD Alphonſum regem diſputatio.

Alphonſo minoris maioriſq; Heſperiæ Regi, Laurentius Valla S.

CVM Titum Liuium quotidie Romanorum hiſtoricorum eloquentiſſimum aut audias aut legas, æmulator veterum in omni genere virtutum, velim iudices, an rectè de loco quodam ſentiam huius authoris, quæ res ad regem, vt tu es, pertinet. Ait enim Liuius, Hic Lucius Tarquinius Priſci Tarquinij regis filius nepóſne fuerit, parum liquet, pluribus tamen authoribus filium crediderint.

LAV. Ego verò contrà magis ab illorum parte ſto, qui nepotem tradiderunt: neque hoc externis teſtibus, aut aliunde ſumptis rationibus, ſed ſuo authoris teſtimonio, ſuáque ipſius confeſsione, aut à ſemet diſſentire, ac repugnantia quadam narrare videatur. Nam quomodo hæc quæ nunc ex illo repetij, cum his conſtant, quæ antè dicuntur?

LIV. Tum Anci filij duo, etſi antea ſemper pro indigniſſimo habuerãt, ſe patrio regno tutoris fraude pulſos, regnare Romæ aduenam, non modò non vicinæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis: tum impenſius his indignitas creſcere, ſi ne à Tarquinio quidem ad ſe rediret regnum, ſed præceps inde porrò ad ſeruitia caderet, vt in eadem ciuitate poſt centeſimum ferè annum quàm Romulus deo prognatus, deus ipſe tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id Seruius, ſerua natus, poſsideat: tum commune Romani nominis, tum præcipuè id domus ſuæ dedecus fore, ſi Anci regis virili ſtirpe ſalua, non modò aduenis, ſed ſeruis etiam regnum Romę pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Sed & iniuriæ dolor in Tarquinium ipſum magis, quàm in Seruium eius ſtimulabat: & quia grauior vltor cædis, ſi ſupereſſet rex, futurus erat, quàm priuatus: tum Seruio occiſo quemcunq; alium generum delegiſſet, eundem regni hæredem facturus videbatur.

LAV. Nónne hæc filiorum Anci regis indignatio, atq; hæc ſpes planè declarat, Tarquinium, in quem irati erant, ſine virili prole diſceſſurum? Nam quid quæſo magis fortunæ aduerſum, quàm regem qui filios habeat, & præſertim legitimos, alium quemcunque generum quærere, cui regnum, dum mortuus erit, relinquat? At erant forſitan filij infantes. Eſto, quanquam de hoc poſtea latius dicam: non de rege moriente nunc loquimur, qui velit condere teſtamentum: etſi filij infantes ſint, ipſe tamen ſoſpes. Sint licet modò liberi nati, tamen illos pater viſurum ſe iuuenes ſperat, & eorum cauſa diutius victurum: nec minus ardens eſt parentum amor in paruulos liberos, quàm in iam adultos. Quid, quòd non modò generum filijs fuiſſe, prælatum vult author, verumetiam hoc genero extincto, alium atq; alium deinceps, quem regno præficeret, Tarquinium fuiſſe quæſiturum? quod non modò de homine qui diu viuere & poterat & ſperabat, dicendum non fuit, ſed ne de eo quidem, qui iam mortem ſibi impendere intelligens, de regno diſponat: & ne alia quæram exempla, certè Ancus pueris liberis ſub tutoribus quidem, ſed tamen regnum reliquit. Sceleratus enim pater atque execrandus, qui non dicam nato filio, ſed ventri non relinquat hæreditatem, & præcipuè regnum, aut aliquam dignationem, vt qui alijs dominari debeat, is patris culpa ſibi dominantem alium videat, & quidem de numero ſubiectorum, ne dicam de periculo capitis, quod infelix ille iure naturæ hæres vix poteſt effugere ab illo ipſo, qui alieni patris obtinet regnum. Dixi de patre, quid de matre dicam? neque enim Tarquinius Superbus ab vllo authore ſignificatur illegitimus fuiſſe, nec regnum ſibi poſt Seruium voluntate patris ſucceſſor illegitimus vendicaſſet. Eius igitur mater nihil de regno filij laboraſſet? At quę mulier? nempe ad faciendos reges nata: quippe cuius beneficio duo viri, alter peregrinus, alter ancilla natus, Romæ regnauerint. De qua ita Liuius ait.

LIV. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, arbitros eijcit, ſimul quæ curando vulneri opus ſunt, tandem ſpes ſubeſſet, ſedulò comparat, ſimul ſi deſtituat ſpes, alia præſidia molitur. Seruio properè accito, cum propè exanguem virum oſtendiſſet, dextram tenens orat, ne multam mortem ſoceri, neu ſocrum inimicis ludibrio eſſe ſinat: tuum enim, inquit, Serui eſt regnum, ſi vires, non eorum qui alienis manibus peſsimum facinus fecere.

LAV. Vbi hic mentio vel commendatio filiorum? An quę vmbram Seruij multum valituram putabat, non validiorem fore putaſſet, ſi tutor atque author regiæ ſtirpis videretur, adiuncta præſertim ſua, id eſt matris & reginæ authoritate, quæ pro liberis & pro ſtirpe regia laborantis ſumma eſſet, pro alieno aduerſus liberos nulla? neque enim populus ex eadem domo ſerua quàm regina natum regnare mallet. Ergo regina, & quod plus eſt, Tanaquil, aut tam parum amãs ſuorum, aut tam humili animo foret, vt vel nollet, vel deſperaret & regnum defendere filiorum cum ſua quoque dignitate? nam quæ amiſſo viro regnare patris loco filium videt, adhuc regina eſt: & ego ſic ago, tanquam Tarquinius filius fuerit infans: quid ſi oſtendam puerum? quid ſi adoleſcentẽ? quid ſi iuuenẽ fuiſſe? nónne id fit multo incredibilius, quod Liuius ait? Quod non dico: quia magis conſultum velint parentes iuueni filio, quàm infanti, ſed quia magis poſsint conſulere. Vnde hoc probo? nimirũ per id quod paulò poſt ſequitur.

LIV. Itaque per aliquot dies, cùm iam expiraſſet Tarquinius celata morte per ſpeciem alienæ ſungendæ vicis, ſuas opes firmauit. Tum demum palàm facta, ex comploratione in regia orta. Seruius præſidio firmo munitus, primus iniuſſu populi voluntate patrum regnauit. Anci liberi iam tũ comprehenſis ſceleris miniſtris, vt viuere regem, & tantas eſſe opes Seruij nuntiatum eſt, Sueſſam Pometiam exulatũ ierant: nec iam publicis magis conſilijs Seruius, quàm priuatis munire opes: & ne qualis Anci liberũm animus aduerſus Tarquiniũ fuerat, talis aduerſus ſe Tarquinij liberũm eſſet, duas filias iuuenibus regijs Lucio atque Arunti Tarquinijs iungit.

LAV. Hoc non modò inter initia regni Seruiani, ſed propè nihil prius factum fuiſſe narratur: ne quis dicat non ſtatim rege patre filias Serui nupſiſſe Tarquinijs, ſed potius circa mortem: nam primùm ex hoc peruerſitas coarguneretur hiſtoriæ, quæ res geſtas præpoſterè narraret, quod in hiſtorico non mediocri peccatum eſt, niſi cùm id aliqua ratione facit. Deinde fuiſſe diu Seruio generos probat illud, quòd aliquanto poſt fortè ita inciderat ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur, fortuna credo populi Romani, quò diuturnius Seruij regnum eſſet, conſtituiq; ciuitatis mores poſſent. Ergo poſt contractum matrimonium diuturnùm fuit Seruij regnum, & conſtituti ſunt mores ciuitatis. Quidni ſtatim inter initia Seruiani regni, vt ab authore narratur, nuptæ ſunt Tulliæ Tarquinijs, & quidem iuuenibus, vt iuuenes nuncupantur? Quod cùm ita ſit, quid abſurdius quàm velle in his nullam nec parentibus ſpem, nec inimicis fuiſſe formidinem? Cur eos pater delecto in ſucceſſorem genero præteriſſet? cùm neque impij, neque mente capti, neque perdita valetudine, neq; illegitimi, ſi quid hoc ad paternum amorem facit, eſſent. Cur mater defuncto viro diffiſa foret paternum ſe filijs regnum defenſuram? nam de materna pietate dubitare improbum eſt. Cur duos fratres iuuenes regis filios, & quales modò deſcripſi, inimici contemnendos putaſſent? Cur poſtremò ipſi iuuenes vernam patris, in paterno regno anteponi ſibi toleraſſent? quos etiam patre viuente, & præcipuè maiorem natu, credibile eſt regnare cœpiſſe, & certa à patre commiſſa munia obijſſe. Et hæc quidem repugnantia naturæ ſunt: illud verò ipſi authori, quòd qui modò circa initia regni ſoceri iuuenis appellatur, is circa eius obitum, qui quatuor & quadraginta regnauit annos, iuuenis permanet, atque adeò adoleſcens nominatur. Dicit enim Liuius: Si ſibi eum quò digna eſſet, dij dediſſent virum, domi ſe prope diem regno vſuram fuiſſe, quod apud patrem viderat, celeriter adoleſcentem ſuæ temeritatis impleuit. Paulòq; poſt: Quid te vt regium iuuenem conſpici finis? faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum: deuoluere retrò ad ſtirpem, fratri ſimilior quàm patri.

LAV. Hiſq; atque alijs increpando iuuenem inſtigat. niſi quis dicat, non quòd occidit ſocerum, fuiſſe iuuenem, ſed

cùm occidere perſuaſus eſt. Ita puto, dū decreuit facere maleficium, adoleſcens eſt: dum illud perpetrat, ſenex eſt: nam certè ſexagenarius erat, cùm præſertim vt ſceleratiſsimum, ita facillimum factu id facinus eſſet, cuius inter propoſitum & perpetrationem vnum interceſsiſſe annum, etiam multum eſt, & alioqui ex ſerie rerum, atque ipſius authoris colligitur verbis. Hæc infanda Tulliæ inſtigatio non niſi extremo tempore vitæ Seruij fuit, cuius furoris cauſam, quia non rectè author omiſit, poſtea reddam. Neque hanc increpaſſe maritum videmus, quòd differret perpetrare quod conſtituerat, ſed tantùm quod hunc animum non haberet, videlicet poſtquam ab illa animatus eſt, nequaquam id eum differendum putaſſe. Quare non intelligo, quomodo poſt tot Seruiani regni annos ſit etiamſi non iuuenis paternæ mortis tempore, ſed puer aut infans extitiſſet: aut ſi nunc iuuenis erat, vt eum author vocat, & ego aſſentior, & alia conſentiunt argumenta: nimirum fieri non poterit, vt ex Tarquinio Priſco tot antè annis iam mortuo ſit genitus, maximè cùm non ſit poſtremus liberorum, & habeat ſaltem Aruntem natu minorem. Atque hoc quidem argumentum à perſona patris ducitur. Vehementius autem erit à perſona matris, quam demonſtrabo prouectiore fuiſſe ætate, quàm vt Tarquiniorum mater fuiſſet. Scribit enim Liuius: Anco regnante Lucumo vir impiger, & diuitijs potens, Romam commigrauit, cupidine maximè ac ſpe magni honoris, cuius adipiſcendi Tarquinijs (nam ibi quoque peregrina ſtirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Demarati Corinthij filius erat, qui ob ſeditionem domo profugus cum Tarquinijs ſortè conſediſſet, vxore ibi ducta duos filios genuit: nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo ſuperfuit patri bonorum omnium hæres. Aruns prior quàm pater moritur, vxore grauida relicta: nec diu manet ſuperſtes filio pater: qui cùm ignorans nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſsiſſet, puero poſt aui mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contrà omnium hæredi bonorum, cùm diuitiæ iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil ſummo loco nata, & quæ haud facilè ijs, in quibus nata erat, humiliora ſineret. Ea cùm illi nupſiſſet, ſpernentibus Hetruſcis Lucumonem exulem, aduena ortum, ferre indignitatem non potuit, oblitáque ingenitæ erga patriam charitatis, dummodò virum honoratum videret, conſilium migrandi à Tarquinijs cepit. Roma eſt ad id potiſsimum viſa. Paulò poſt vbi dixit, aquilam mariti cum vxore in carpento ſedentis pileum abſtuliſſe, rurſuſq; repoſuiſſe, ſubiungit: Accepiſſe id augurium læta dicitur Tanaquil, perita vt vulgo Hetruſci, cœleſtium prodigiorum mulier, excelſa & alta ſperare, complexa virum iubet. Eam alitem ea regione cœli & eius dei nunciam veniſſe, circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe, leuaſſe humano ſuppoſitum capiti decus, vt diuinitus eidem redderet. Has ſpes cogitationesq; ſecum portantes vrbem ingreſsi ſunt, domicilióque ibi comparato, Lucumoni Tarquinium Priſcum indidere nomen.

LAV. Interrogo nunc, quot annos hanc fœminam tunc volumus impleſſe, cùm nupſit? certè ſedecim, decem & ſeptémue, aut duodeuiginti: ſiquidem author vocat mulierem, hoc eſt, quantum interpretor, vltra puellares annos, eidem prudentiam, eidem ſublimitatem animi tribuens, quæ ſunt magis matronalis quàm puellaris ætatis. Quot porrò addemus annos, donec Romam demigrauit? neque enim ſtatim nupta è patria ſibi demigrandum putaſſet, neq; mulier nobilis ita æquo animo domum reliquiſſet, neque indignatio in ſuos ciues intra perbreue tempus contrahi poterat. Non enim iniuria aliqua, aut intoleranda ignominia hominem mouebat, ſed quòd ſperneretur: neque præter hoc ſolitum, quippe cùm ſemper talis fuiſſet: & nihilominus ſi ab ea ciuitate, vbi natus ex matre ciuerat, tamen vt aduena faſtidiebatur, nónne id multò magis erat extimeſcendum in eo populo cum quo nihil ſibi commune eſſet? Neque lautum ſanè patrimonium cum emundis in externa vrbe bonis facilè commutaſſet. Dum itaque datur aliquod, more hominum, nouis nuptijs tempus, dum ſperantur quotidie meliora, vt fieri ſolet, à ciuibus ſuis, dum an Romam migrandum ſit conſultant, dum domos, prædia, facultates, quæ tranſportari nequeunt, venditant, nequeid per feſtinantiam, ne vilius vendant: dum poſtremò profectionem tempeſtiuam & honeſtam apparant, dicamus hanc mulierem ad annum vigeſimum peruenisſe. Certè glos eius iam mater erat: quæ cùm eſſet minoris fratris vxor, vt mea fert opinio, poſterior quàm Tanaquil nupſit. Non enim video cur viuo patre minor filius vxorem duceret, maior non duceret, licet tacitè author aliud ſignificare videatur. Ego tamen non reor Lucumoni omnium bonorum hæredi, auxiſſe animos nobilem vxorem, nam id parum profuit, ſed iam vxorem habenti ſolidam hæreditatem. Ita verò hoc ipſum quòd hæc mulier eſt author viro Romam migrandi, quòd tam perita coniectandi auguria, nō ob id ſolum quòd Hetruſca eſſet, nam & maritus erat Hetruſcus, ſed & longū vſum haberet, quòd ei maritus ipſe homo in primis prudens, & impiger, in omnibus ferè conſilijs auſcultat, nónne viginti ſaltem natam annos fuiſſe teſtatur cùm Romam intrauit? Quid autem Romæ? quot annos priuati degerunt? quis neget plures quàm poſt contractum matrimonium collegimus? Etenim homini aduenæ diſcenda erat lingua Romana, ne ſemper aduena putaretur, &, quod expertus erat faſtidiretur: percipiēdi mores, obeunda munera publica, in tantam regis penetrandam familiaritatem, vt ab ipſo rege tutor filijs relinqueretur: denique in talem conditionem, ſtatum, famam, perueniendum, vt ſaluis regis liberis, ac propè puberibus, digniſsimus regno præter Romanes omnes iudicaretur. Quod apertiſsimè ipſa authoris verba confitentur, dicentis.

LIV. Se ex quo ſui potens fuerit, Romam cum coniuge ac fortunis omnibus commigraſſe: maiorem partē ætatis eius qua ciuilibus officijs fungantur homines, Romæ ſe quàm in patria vixiſſe: domi militiæq; ſub haud pœnitendo magiſtro, ipſo Anco rege, Romana ſe iura, Romanos ritus didiciſſe: obſequio & obſeruantia in regem cum omnibus, benigni tate erga alios cum ipſo rege certaſſe.

LAV. Omne tempus hoc demus fuiſſe annos decem, vt triginta annos nata fuerit, cùm vir eius creatus eſt rex: cùm idem moritur, nam duodequadraginta in regno fuit, annum ageret duodeſeptuageſimum, & circiter viginti iam parere deſierit. Ex quo neceſſe eſt Lucium, qui poſtea Superbus appellatus eſt, vicenarium fuiſſe cùm patrem amiſit. Neque verò hoc loco quorundam opinioni reſpondendum eſt, qui illam cenſent proſperiorem corporum valetudinem ac viuaciorem fuiſſe, quàm noſtra ætate, cùm ſciamus peræque parum vixiſſe, ac nos viuimus, & ab eiſdem à quibus nos, annis initium ſenectutis deſignaſſe, vt cùm ex alijs libris, tum verò ex Liuio ipſo datur intelligi, apud quos neſcio an aliquam, niſi miraculi loco repererim, cùm annum quinquageſimum exceſsiſſet, partum edidiſſe: tamen in hac muliere tribuere volo non antè deſuiſſe parere, quàm annum quinquageſimum ageret. Concepit igitur vndequinquageſimo anno Aruntem. Lucium verò quid poſſum dicere minus duodequinquageſimo? niſi, vt omnia in anguſtum coarctemus, dicat quis vtrinque eodem partu à quinquagenaria editum: quaſi verò credibile ſit, vt quæ per ſenilem ætatem concipere vix iam poſſet, ea conceperit geminos. Dicamus itaque maiorem fuiſſe Lucium ferè Aruntę, vno ſaltem anno: conceptum matre duodequinquageſimum annum non tranſgreſſa, qui paternæ mortis tempore, quemadmodum oſtendi, ſi propè vicenarius erat, qua ratione plus quadraginta ab obitu patris annis adoleſcens aut iuuenis erit? aut ſi iuuenis adoleſcensq; erit, quo pacto filius eſſe potuit reginæ, quæ plus ſexaginta annis ante Seruij mortem concipere deſierat? Atque vt aliam quoque adijciamus repugnantiam: filiúſne Tanaquil erit, etſi non minimus liberorum, qui poſtquam mater parere ceſſauit centum ferè annis in acie cum dictatore Romano conſlixit ſingulari certamine? Ita enim author tradit: in Poſthumium prima in acie ſuos hortantem inſtruentēq; Tarquinius Superbus, quā quam iam ætate & viribus erat grauior, equum infeſtus admiſit, ictuſq; à latere, concurſu ſuorum receptus in tutum eſt. Siquidem hæc decimo quàm è regno expulſus eſt anno, geſta ſunt, aut etiam tardius, cùm ipſe quinque & XX. regnaſſet. Atqui inauditum eſt apud Romanos centenarium hominem, ac ne nonagenarium quidem, aut octogenarium, ſingulari certamine in aciem, & præcipuè cum iuuene, concurriſſe. Et ſi quis contentioſè de numero à me collecto detrahendum putat, ſcire volo quantum puret detrahendum, an minorem dicet Tanaquil fuiſſe cùm nupſit, ea quam dixi ætate? at hunc pudebit minorem illam facere quindecim annis. an poſt contractum matrimonium nimium temporis eſſe quadriennium trienniúmue priuſquam Romam migratum eſt? at vnum interceſsiſſe annum non denegabit. an decenne diuturnius iuſto ſpatium, quo ſub rege Anco Romæ manſum eſt? at quadrienne ſaltem concedere cogetur. ita ex hac ſubductione palàm erit Priſco moriente decem, vt parciſsimè dicamus, annos natum Superbum fuiſſe. Quæ cùm ita ſint, hunc non pater ſucceſſorem regni deſtinaſſet? hunc inimici non timuiſſent ne patri ſuccederet? hunc columen ac decus mulierum mater, & cuiuis regum virtute par, non in patris demortui ſede collocaſſet? hunc Seruius ſerua natus, atque hæredis vel verna, vel libertus, non ſibi antepoſuiſſet? hunc populus, qui patrem eius & priuatum & aduenam eſſe regē iuſsiſſet, non & ipſum adiutrice regina regem creaſſet? hunc quiſquam quum plus quàm quinquagenarius eſt, adoleſcentem aut iuuenem vocet? hunc fermè nonagenarium in aduerſum hoſtem credamus infeſto telo equum admiſiſſe? huius denique ſororem, hoc eſt ex Tanaquil genitam, concedamus matrem Bruti fuiſſe? quem in exigendis rebus iuuenem Liuius vocat, & æqualem conſobrinorum. Hæc ſi minor Lucio fratre fuit, augebimus puerilesillius annos ante mortem patris. Sin maior eo, incredibilius mulierem octogenariam,

genariam,ne dicam pluſquam nonagenariam, eſſe iuuenis matrem. Quæ omnia ſi permultum à fide abhorrent, confitendum eſt Tarquinium Superbum cum fratre non fuiſſe Tarquinij Priſci filios,nec eorum ſororem, eandemq; Bruti matrem, filiam, ſed nepotes, neptemq;, ſicut Ancus Numæ, ſicut Tullus Hoſtilius Romuli ſocij nepos fuit,non filius. Vt enim Ancus à Numa, Tullus à Romulo tertius fuit,ſic Superbus à Priſco,aut quaſi nepotes,aut quaſi neptē. Cur ita? quia neque filium quempiam fuiſſe Priſco narratur, duntaxat ab hoc authore. Nam apud alios quoſdam inuenio fuiſſe, qui adoleſcens ob ſtrenuitatem militarem bulla & prætexta à patre donatus eſt:& ſi is ante patrem deceſsiſſet ſuſcepta prole ac ſuperſtite, profectò auus & auia conſultum nepotibus naturæ lege voluiſſent. Neque ſi nepotes ex filia fuiſſent, video cur Tarquinij vocarentur. Et hac, vt ſuſpicari libet, Titus Liuius vir prudentiſsimus ratione adductus eſt, vt hos eſſe nepotes Priſci Tarquinij vellet. Qua in ſententia ipſi ego adſtipulor,ideoq; dixi quaſi nepotes, eruntq; nati patre Tarquinio, hoc eſt, Egerio. Nam ſicut ipſe Lucumo, quòd ab vrbe Tarquinijs veniſſet, Tarquinius dictus,ita Egerio ob eandē cauſam idem nomen inditum eſt. Quòd ſi Collatino huius filio, vt inquit author,hoc nomen fuit, neceſſe eſt vt idem fuerit & patri. Ac quomodo erit, inquies, Superbus Egerio natus,qui fuit Collatini pater,cum Collatinus ipſe frater Superbi non fuerit,ſed Aruns? Nec hoc quidem videtur mihi T. Liuius ritè tradidiſſe. quis enim credat Collatinum, filiorum Superbi,qui iuuenes erant,æqualem,prout & ab authore memoratur,nam ſic inquit: Quin ſi vigor iuuentæ ineſt, conſcendimus equos, inuiſimuſq; præſentes noſtrarum ingenia? patrem habere centum & viginti egreſſum annos, aut,vt minimum dicamus, pauculis annis minorem? Tot enim ſunt, aut ferè tot ab ortu Egerij. Adeò Superbus ipſe fuiſſe nepos potius quàm filius mihi videtur Egerij: nedum hic tanto minor natu potuerit eſſe filius. Probabilius itaque fuerit Superbum,qui parens eſſe poterat Collatini,&,vt ita coniectura ducor, patruus erat, licet aliqui (quorum eſt Plinius) auunculum tradant, fratremq; Aruntem, qui nomen auitum videtur retuliſſe à patre impoſitum, ab Egerio traxiſſe ortum, vel patre, vel, quod magis arbitror, auo. Ex quo illud iam ſua ſponte apparet,non timoris cauſa generos Tarquinios à Seruio rege adſcitos, ne paternum regnum exemplo filiorum Anci repeterent: nam eos potius tollendos curaſſet, cùm nullum ius Egerianæ ſtirpi ad regnum eſſet, ſi cùm ipſe iam ſenior, aut nullos filios ſuſtuliſſet, aut ſi obierant, nullos poſthac tollere ſperaret opinor: nec nobiliores iuuenes inueniſſe, quibus filias collocaret,& æquum cenſuiſſe in eandem Tarquiniorum familiam potiſsimum referre regnum, vnde illud accepiſſet,eò quidem libentius, ſi filiæ ſuę matre Tarquinia, cuius gratia regnum fuerat adeptus, gentæ erant. In quo illud quoque abſurdum, ſi Liuium audire vellemus, ſequetur, vt quod apud Romanos mores inſuetū eſt, illæ regis filiæ fratribus nupſerint matris: nunc autem cognatis,non auunculis,quia filiæ regis non erant,in matrimonium datæ. Hic tu quæres: Si ita eſt, quid ergo ſibi Tarquinius Superbus regnum velut hæreditatem repoposcit? Poteram dicere,quòd putabat ſibi deberi vt nepoti, vt pronepoti fratris Priſci Tarquinij, vt filio nepotis Egerij, quod ei patruus,cui præter ius gentium patrimonium intercepiſſet, ignominioſumq́ nomen immiſiſſet, regnum per manus tradere aut debebat,aut deſtinabat, cùm virilem ſtirpem nō haberet quem pro charo habuiſſe illud eſt argumentum, quod Liuius ait: Et forſan hic in regnum patruo ſucceſsiſſet, niſi Tanaquil pro genero in contrarium fuiſſet annixa. Poteram etiam alia dicere ſed me ad ſe maximè vocant verba authoris,qui non ſua ſponte Tarquinium, etſi vir erat violentus ac ferox,ad maleficium acceſsiſſe ſignificat, velut agnoſcentem ad ſe non pertinere regnum, ſed vxoris conſilijs inductum, vt ſuperius vidimus, & ex his quoque verbis: ſed initium turbandi omnia à fœmina ortum eſt, quæ virum tanquam mare ſuapte natura quietum, procelloſis quibuſdā ventis furoris agitauit, vt regnum affectaret, vt illud per ſanguinem, per mortē, per parricidiū peteret: & quò res ſit indignior, per parricidium ſenis, cuius mortē expectare, id quod Romanis Hannibal exprobrauit, longum cenſerent: quod ſcelus cùm in genero, qui fuit perſuaſus, abominandum eſt, tum verò in filia perſuadente detestabilius. At hoc ipſum fidem non habet, talia in patrem filiam fuiſſe auſam, à quo nec aliquid eſſet offenſa, & regnum iure optimo, & quidem propediem ſperaret, interim ſatis habens felicitatis, quòd & filia regis erat, & futura regina, cùm vnica eſſet proles patri, ac ſemper futura vnica, propter paternam ſenectutem. Reddam, quam ſuperius me redditurum promiſeram, cauſam, quæ vt improba, ita vehemens fuit, & filiæ cum genero communis. Timuit hæc ſceleratiſsima fœminarum, ſuperbos, & pluſquam regios, imò tyrannicos ſpiritus habens, ne ſucceſſione regni quod ſuum fore credebat, naturali iure fraudaretur, regno in rempublicam commutato: quod facturus ipſe videbatur, vt Liuius ait: Idipſum tam mite ac moderatum imperium, tamen quia vnius eſſet, deponere eum in animo habuiſſe quidam authores ſunt, ni ſcelus inteſtinum liberandæ patriæ conſilia agitanti interueniſſet. Et iterum poſtea in calce libri.

LIV. Duo conſules in comitijs centuriatis à præfecto vrbis ex commentarijs Seruij Tullij creati ſunt.

LAV. Hanc contumeliam iniuriamq; non ferens filia, vt quæ patre quoque rege progenita, &, ſi ratio pignorum haberetur, regni hæres erat, ne ad priuatum communemque cæteris ſtatum deſcenderet, maritum, qui & ipſe ſpe regni exuebatur, ad occupandum regnum inſtigauit, & impulit ad mortem patris, & quod credere libet, prius ad mortem ſororis, & priſtini viri, quibus ſaluis, vtpote languentibus ingenijs, regnum paternum obtineri non poterat. Ait enim Liuius: Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam eſſe: tota in alterum conuerſa Tarquinium: eum mirari, eum virum dicere, ac regio ſanguine ortum: ſpernere ſororem, quòd virum nacta, mulierbri ceſſaret audacia. Statimq; poſt: Nullis verborum contumelijs parcere de viro ad fratrem, de ſorore ad virū, & ſe rectius viduā, & illum cœlibem futurū fuiſſe contēdere, quàm cum impari iungi, vt elangueſcendum aliena ignauia eſſet.

LAV. Nam quid attinebat incuſare virum, quòd parum virili animo: incuſare ſororē, quòd ignaua eſſet? non video aliud niſi quòd hic ſocerum, illa patrem non occideret. Atqui hoc ſceleratiſsimū eſt: ſceleratiſsimum quidem, ſed tamē ſceleris merces, vt quod ereptum iri ſibi videbant, regnū inuaderent. Quis enim credat hanc velle, atque adeò hortari Germanam, trucidare cōmunem patrem, vt illa potiatur hæreditate? illa inquam, cuius vitā, vt exitus docuit, minoris faciebat, quàm non modò coniunctæ, ſed etiam ancillæ. Alia ergo fuit cauſa, quàm clamor ſororis: quę nulla alia eſſe potuit, niſi ne paternum regnum per iniquitatem patris liberis præriperetur: id eoq; ſororem increpabat, quòd maior natu nihil de regno laboraret. Ideo maiorem fratrem ad hanc ſpem, ſed non ſine ſuo morbo erexit. rectoq; ſubiūgitur: Si ſibi eum quo digna eſſet, dij dediſſent virum, domi ſē propediem regnum viſurā fuiſſe, quod apud patrem viderat. De qua nulla hic, & ad extremum (nam finē iam facere volo) dicere habeo: non fuiſſe authori faciendum, vt, quā matrem iuuenem vocat circa tempora violatæ Lucretiæ, eandē dicere nurum eſſe Tarquinij Priſci, ac Tanaquil, quę iam nonaginta fermè annos liberos non genuerat. Hæc ſunt optime rex, cur Tito Liuio nō accedam, Tarquinium Priſcum patrem fuiſſe Tarquinij Superbi: nec eum poſteritatem vocaturam Priſcum fuiſſe arbitror, ſi pater huius extitiſſet. Priſcum enim dicimus, non qui patrum, ſed qui auorum aut proauorum memoria fuit: & hoc nomen illi non à ſui temporis hominibus, vt author dicere videtur, ſed à poſteriori ſeculo inditum, vt Priſci Latini, aut cætera huiuſmodi. In quibus tu, quem potiſsimū in hac quæſtione mihi diligendum putaui iudicē, ſi mecum ſenties, quamlibet breui epiſtola reſpondebis: quod ſi diſſēties, longiore, vt rationes meas tuis melioribus refellas. Videsne vt tibi tacitè blādior? quaſi ſuadeam, ne laborem ſubeas me refellendi, id eſt, vt mihi aſſentiaris. Verùm abſit hoc abvtroque noſtrum: nam neque meum eſt, falsò quempiam velle accuſatione damnare: neque tuum, aut labori cedere, cuius ſemper victor extitiſti: aut clariſsimos viros, quorum inter primos eſt Liuius, quoties falsò accuſantur, pati deſertos. Vale

Neapoli pridie Nonarum Decembrium.

LAVRENTII VALLÆ EMENDATIONES SEX LIBRORVM T. LIVII DE SECVNDO BELLO PVNICO, ET PRIMO, IN LIB. I.

GENER inde ob altam indolem ascitus, & quia gener erat factionis Barchinæ, opibusq; apud milites plebemque plus quàm modicæ erant, haud sanè voluntate principum imperio positus.) 322.F. Ego sic reor emendandum, vt pro gener erat, ponatur genere erat: pro opibusq;, opibus quæ: pro imperio positus, imperio potitus.

Deinde breui effecit, vt pater in se minimum monumentum ad fauorem conciliandum esset.) 323.A. Credo momentum esse scribendum.

Nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatorum gentiũ arma.) 325.C. Vos emendastis effrenatarum, ego efferatarũ emendo.

Sed interiora tuendo, minorem in diem vrbem Saguntini faciunt.) 326.I. Credo legendum, in dies, vt in elegantijs.

Turris diu quassata prociderat, perq; ruinam eius cohors Pœnorum impetu facto, cùm signum imperator dedisset, nudatam stationibus custodijsq; solitis hostium esse vrbem, nõ cunctandũ in tali occasione ratus Annibal, totis viribus aggressus vrbem momento cepit.) 327.D. Credo legendum, imperatori.

Partieis diuidendisq; reliquijs prædæ.) 330.D. Credo diuenditis.

Deinde: Cura humani ingenij, cùm quidnam id esset quod respicere vetitus esset, agitante animo temperare animo nequisse eum.) 331.A. Vos emendastis, temperare animũ. Ego reor sic emendandum: agitaret, animo temperare omninò.

Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, & Punicum insuper Gallicum bellum auctum patres acceperunt.) 332.G. Ita scriptum est in codice regis, quod emendare debueratis, Punicum supra Gallicum: vel, Punicum insuper Gallico.

Et ipsi traijci exercitum, leuariq; quam primùm regionẽ suam tantam omnium vrgente turba cupiebant.) 332.I. Legendum est, tanta hominum.

Ibi raptim cæsa materia, ratesq; fabricatæ, inquibus viriq; & alia onera traijcerentur.) 332.K. Vos sic emendatis, equi viriq;: quasi consuetum sit equos viris anteponi. Ego vel non emendandũ reor, perinde ac si scriberetur, in quibus & viri, & alia onera: vel sic emẽdandum, in quibus equiq; & alia onera: vel, viri equiq;, & alia onerã.

Vt quenq; timentẽm altitudinem destitueret, vado impetu ipso fluminis in alteram ripã rapiente.) 333.C. Credo destituerat.

Neque antè Hispania excesisse quàm omnes gentes, quæ & terras, quas duo diuersas maria amplectuntur, Carthaginensium esse.) 334. G. Sic reor emendandum terræ & Carthaginensium essent. Item non relatiuè, sed copulatiuè scribi debere, quod perinde ac si dicatur, omnes & gentes & terræ.

Nunc postea quam multò maiorem partem itineris emensum cernant, Pyrenæum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum iam tum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam fluminis vi, traiectum, in cõspectu Alpes habeant.) 334. G. Legendum credo, Rhodanũ tantum amnem.

Ambigebant fratres, maior, & qui prius imperitauerat Brancus nomine, minor erat fratre, & cœtu iuniorum qui iure minus, qui plus poterat pellebatur.) 334. K. Vos sic emẽdastis: dictionem iure, delestis rubra siue violacea linea, addidistisq; alias dictiones, sic: qui minor, ab eo qui plus poterat, pellebatur. O lippi, ô alijs, quæ vobis multa est, lippitudinem exprobrantes: estne istud seruare similitudinem, seruare numerum literarum in coniectanda scripturæ veritate, alias dictiones eximere, alias adijcere? Videte quanto id à me sincerius custoditur. Ambigebant fratres: maior, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore à fratre, & cœtu iuniorum, qui (vel quia) iure minus, vi plus poterat, pellebatur.

Homines intonsi & inculti, animalia animaliaq; omnia rigentia gelu.) 335. C. Sic vos. At debuistis mutare istud inanimalia, quod non reperitur, in id quod consuetum est, inanima.

Deinde postquam interrumpi agmen vidit, periculumq; esse exutum impedimentis exercitum, ne quicquam incolumen traduxisse, decurrit ex superiore loco: & cùm impetu ipso fudisset hostem, equis quoque tumultum auxit, sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera montanorum fuga erant, sedatur.) 336.F. Vos mutastis vnã tantum dictionem, equumq; indoctè pro equis ponentes, cùm fuerit ponendum suis. Præterea sic mutandum, periculumq; ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset.

Castellum inde quod caput eius regionis erat, vicosq; circumiectos capit, vt captiuo à pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primò perculsis, nec loca magnoperè impediebantur, aliquantulum eo triduo viæ confecit.) 336.F. Hic vos nihil aliud quàm loca mutastis in locis. Ego verò sic: Et captiuorum pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis prælio perculsis, nec loco magnoperè impediebantur, &c.

Annibal nec temerè credendum, nec aspernandos, ne repudiati hostes apertè fierent, benignè cùm respondisset.) 336.G. Credo legendum, nec temerè credendo, nec aspernando eos, ne, &c.

In eos versa peditũ acies, haud dubium fecit quin nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerat.) 336.H. Emendare debuistis, fuerit.

Inde montani pauciores iam & latrocinij magis quàm belli more concursabant, modò in primum, modò in nouissimum agmen, vt cuiq; aut locus aut opportunitatem daret, aut progressi moratiue aliquam occasionem fecissent.) 336.I. Vos emendatis, prout cuiq; aut locus aut opportunitas apud eos erat: cùm nihil sit mutandum, nisi delendo ex tribus, aut secundum: sic, vt cuique aut locus opportunitatem daret.) 337.A. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis ac si istud ægrè expeditus miles tentabundus manibusq; retinens virgulta ac stirpes circa eminentes demittere sese posset.) 347.A. Vos, vt dixi, emendastis, atque ita, rectam ac si istud. Ego sic: Atque ita rectis saxis vt ægrè, &c.

Natura locus iam antè præceps recenti lapsu terræ impeditus, dum ille admodum altitudinem abruptus erat.) 337.A. Vos emendatis, dum mutantes in tum. Ego sic: Lapsu terræ in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.

Molli nec peraltæ.) 337.D. Præaltæ scribendum est.

Itaq; in læui tantùm glacie tabidaq; niue volutabantur, iumenta fecabantur, interdum etiam infima ingredientia niuem.) 337.D. Mutastis infima in semita, quasi solum iumẽtorum semita fecaretur. Legendum est, infimam ingredientia niuem.

Decem millia equitum in Italiam adducta (magis affluxisse verisimum est.) 338. G. Credo legendum verisimile est.

Quid enim ádhortari refert aut eos equites qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen ægrè vicissent, aut has legiones quibus hunc hostem fugientem sequutus?) 338.K. Vos pro ægrè, substituistis audacter: ego autem, egregiè: verè audacter, non egregiè emendantes: ego egregiè, non audacter.

Cùm ad vnum omnes ferrum pugnamq; poscerent, & deiecta esset in id sors, se quisq; eum optabat quem fortuna in id certamen legeret: & cuiq; sors exciderat, alacer inter gratulantes gaudio exultãs, cùm sui moris tripudijs arma capiebat.) 340.G. Scribendum est, vt cuiusq;, vel, & vt cuiusq; sors exierat.

Anne in prætorio patris clarissimi imperatoris propè notum certè educatum, domitorem Hispaniæ, Galliæque victorem.) 340.K. Scribendum opinor, propè natum, quod probat locus ille libri decimi. Sed cum Annibale propè nato in prætorio fortissimi ducis, alitoq; atque educato inter arma.

Ne transieris Iberum, ne quid tibi rei sit cum Saguntinis: ad Iberũ est Saguntum nusquam te vestigio mouearis.) 341. C. Vos mutastis, è vestigio moueris. Ego nusquam te vestigio moueris, accentu in antepenultima, vt fit verbi actiui subiũctiuum; non passiui indicatiuum.

Nullum contentum ad vincendum homini à dijs immortalibus acrius datum esse.) 341.D. Credo scribendum, nullũ incitamentum.

Quibus procuratis Scipio cum equitatu iaculatoribusq; expeditis profectus ad castra hostium, ex quo propinquo copias, quantæ & cuius generis essent, speculandas, obuius fit Annibali.) 342.F. Petrarcha emendauit, ex loco propinquo. Vos emendare omisistis: quod sic fuit emendandum, ex propinquo.

Manilius

Manilius equidem de filio virum esse, quod & plures tradidere authores, secundum fama obtinuit.)842.H. Vos emendatis, Mumius pro Manilius ponentes: ego seruum pro s cundum. Nam seruus fertur Scipionem ab hostibus eripuisse, filius à pluribus authoribus traditur.

In quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluuium iam loca altiora locusque impeditiores equites castra locat.) 343. A. Vos tollitis, iam: ego pro iam: substituo, in, pro locus, colles: pro equites, equiti.

Delige centenos viros ex omni pedite equitéque, cum viribus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus est.)346.G. Ego viribus reor mutare debere in quibus.

Cæteris ducibus peditum equitumq; præceptum, vt prehendere omnes iuberẽt armatos, deinde instratisq; equis signum expectare.)346.H. Cur in codice regio non emendastis prandere, pro prehendere?

Postremò omnes copias ad destinatum iam antè consilio, auidus certaminis eduxit.) 346.H. Vos consilio mutastis in consilium, quasi ad consilium, non ad locum consilio destinatum ierit, cùm sic dicatur substantiuè destinatũ, vt propinquum, quale fuit illud superius. Exq; propinquo speculãdas copias.

Tunc vtique egressis rigere omnibus corpora, vt vix armorum tenendorum potentia esset, & similitudine: & procedente iam die fame etiam deficere.) 346.I. Credo sic legendum: potentia essent, & lassitudine, vel & simul procedente, &c.

Duodeuiginti millia Romani erant, sociũm nominis Latini viginti, auxilia præter Cenomanorũ.)346.K. Vos emendastis præter, cùm fuerit emendandum præterea.

Pedestris pugna par animis magis, quàm viribus erat, qua recentis Pœnos paulò antè curatis, corporibus in medium attulerat.) 347. A. Vos emendastis, quam recentis: cùm fuerit emendandum, quia recentis Pœnus, hoc est, Annibal: vel quas recentis, pro recentes. Pœnus, id est, milites Pœni.

Extemplò haud dubiam facere fidem quoque additus terror Romanis, vt fusa auxilia sua viderunt.) 347.B. Vos mutatis quoque, in estque: ego tantùm locum muto, sic: additus quoq; terror.

Cæterùm ne hyberna quidem Romanis quieta erant, vagantib. passim Numidis equitibus. equeq; his impeditiora erant Celtiberis Lusitanisq;.) 347.E. Vos emendatis, æque q, tantummodo adiecta diphthongo, cùm sic fuerit emendandum, & quæq.

Omnes igitur clausi vndique commeatus erant, nisi quos Pado naues subuehere temporium prope Placentiam fuit, & opere magno munitum, & valido munitum præsidio.) 347. E. Vos nihil aliud, quàm dempsistis illud, t, vt emporium tantùm esset, non intelligentes literam illam ad præcedentem pertinere dictionem: vel quia figuræ maiusculæ erat, fuisse apicem cum litera coniunctum, scriptúmque reliquisse authorem, subueherent. Præterea munitum, quia iteratum est, mutastis in firmatum, ego muto in militum.

Deinde vt tandem agitando sese mouere ac recipere animos, & raris locis fieri cœptus est ignis, ad alienam quisque opem tendere.) 348. I. Vos (quasi mendosa scriptura sit) mutastis recipere, in recepere, opinantes esse præteriti temporis mouere, cùm sit infinitum, aut referendum ad illud cœptus est, vt sit, sese mouere ac recipere animos cœptum est, aut accipiendum pro mouebant. Ite & me reprehendite, tanquam nescientem tali infinitiuo vti, qui vos hoc ipsum doceo. Taceo mille in locis vestrum in orthographia errorem.

Pugna rarò vlla magis ea: & cum vtriusque partis pernicie clarior fuisset, si extendi ea dies in longum spatium quiuisset.) 349.A. Vos tollitis ea, ego muto in æua: opinor enim s, quæ vltima est in magis, feciſſe vt sequens s excideret, sicut factum est in illo superiore, rectis ac si istud, pro rectis saxis. Præterea mutastis, quiuisset, in siuisset: quia quidam codices habent, si extendi eam. Si verò scribendum est ea dies, vt est apud codices alios, nihil ista mutatione opus est.

Postquam perditas res amissáque castra accepit, iter ad mare conuertit, haud procul Tarracone classi. m. naualésque socios vagos palantésque per agros (quod fermè fit vt secundæ res negligentiam creent) equite passim dimisso, cum magna cæde, maiore fuga ad naues compellit.) 349. D. Vos emendastis pro classi, classis, suprâque scripsistis minutis literis has duas dictiones, vbi erat: quasi sic obscurè loquatur Liuius, vt duo verba subaudiri oporteat: cùm sic emendandum esset, classicos milites.

IN II. LIBRO EMENDATA.

SECVNDVS liber sic incipit: Iam verò appetebat quæ Annibal ex hybernis metuit, & neque eo qui iam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus & ingenti periculo moratus ac metu.) 351. E. Vos, tanquam appetebat actiuum sit; & non absolutum, pro eo quod est appropinquabat, siue incipiebat, sic emendastis: Iam verò appetebat, quæ Annibal ex hybernis, quæ & metuit. nec hoc amplius. Petrarcha sic: Iam verò qui antè conatus transcendere Apenninum, & cum ingenti periculo moratus ac metu. Hæc si quis leget non habens in promptu Liuium, volo sciat Annibalem antè conatum fuisse ex Gallia Cisalpina, vbi se parum credebat tutò moraturum, transcendere Apenninum: sed cœdis cœli tempestatibus repulsum; & interea sæpè eisdẽ Galliis insidiantibus, in vltimum discrimen adductum. Hunc locum Poggius, ad quem Antonius & Bartholomæus suas in me inuectiuas miserant, cùm superioribus diebus has emendationes ostenderem, dixit aliquot iam annis Florentiæ sic emendasse vnà cum Leonordo & Carolo Aretinis: Iam verè appetebat, cùm Annibal ex hybernis mouit. cætera negabat egere correctionis: sicut illum communem mihi cum Candido locum, & alia multa, quòd veller sic accipi, Neque eo metu qui (pro quo) iam antè conatus erat. Solere namque Liuium durè ac scabrè loqui. Ego etsi magis Liuij quàm meam vicem doleam, tamen nihil dixi, nisi vt ad reliqua pergeret. Cuius quàm docta sit expositio, & quàm vera de Liuio opinio, docti iudicent. Ego sic lego: Iam ver appetebat, quum Annibal ex hybernis mouit: & nequicquã antè conatus transcendere, &c.

Dum consul placandis Romæ distrahendóque delectu operam dat, Annibal ex hybernis profectus.) 352. I. Vos sic emendatis: Dum consul placandis dijs Romæ distrahendóque delectu: ne scientes, distrahendo duo verba esse: dis, quod ferè veteres non gemino ij scribebant: & trahendo, id est, differendo: nam distrahere delectum nusquam legimus. Palàm ergo est quomodo emendare debuistis?

Senatum prætores per dies aliquot ab ortu ad occidentem solem in curia retinent.) 355. E. Opinor authorem ab ortu scriptum reliquisse, id est, ab orto sole, idque aliquos vestri similes mutasse.

Tibur quo die ad conueniendum edixerat nouis militibus venit, inde Præneste aduersis militibus in viam Latinam est regressus, vnde itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit.) 358. F. Vos emendatis, inde Præneste versis itineribus: ego transuersis tramitibus.

Sed vbi aperta omnia apud hostes, nec castra vllo tumultu mota videt, increpans quidem victos, tandem quos Martios animos Romanis, debellatúmque & concessum. Quod quis propalandæ virtute ac gloria esset, in castra redijt. Cæterùm tacita cura animum incensum.) 358.G. Vos emendatis propalandæ, quod vocabulum non reperitur à palàm, neque vt opinor à pala, sed à palus li, vt propalare vineam apud Lucium Columellam. & incensum, incesit. Ego sic: Increpãs quidem victos tandem Martios animos Romanorum: quia debellatum atque concessum ei propalàm de virtute ac gloria esset, in castra redijt. Cæterùm tacita cura animum incensus, &c. Vel quia quidam codices habent, increpans victos, quid tandem sic? quod tandem porrò Martios animos, Romanis debellatúmne & concessum propalam de virtute ac gloria esset.

Sed vir ac verè Romanus, quo die eum dictatorem ex authoritate patrum iussúque populi dictum, Veios allatum est, cùm esset satis alium Ianiculum, vbi sedens prospectaret hostem, descendit in equum.) 359. D. Vos sic: Veios allatum esset, S. C. statim venit Ianiculum, vbi sedens, quasi venit Ianiculum possit dici, sicut venit homo Romam: sed nihil ex sententia intelligitis, quam vobis aperiam, alium mutato in altum: nam Ianiculum non masculini generis est, sed neutri. Exprobrabant Fabio Maximo, qui cunctaretur, iactantes Camillum, qui simul ac dictatorem se factum accepit (satis altum est Ianiculum vnde sedens prospectaret hostem Gallum) sic nunc è montibus Fabius hostem Pœnum (est q; parenthesis) non hoc ille fecit, sed in æquum planumq; descendit.

Quo repente discursu, haud secus quàm syluis montibúsque accensis, omnia circùm virgulta ardere: carptim quærit atque ratio, excitans flammam hominum passim discurrentium speciem præbebat.) 361.A. Vos sic emendatis, ardere cœperunt, excitatáque flamma: in quo grammaticæ ratio non constat. Ego accipio ardere pro ardebat, vt intelligatis mihi non vobis hoc genus sermonis notius: emendóque sequentia, capitúmque inquitatio excitans flammam. Erant enim boues, quorum capita alligatæ cornibus faces, dolore fatigabant.

Vt plus conſilio quàm fortunæ confidat, & ſe potius ducem quàm Sempronium Flaminiumqúe imitetur: ne nihil actum eſſe cenſeret extracta propè æſtate per ludificationem hoſtis: media quoque plus interdum, quippe quàm mouendo atque agendo proficere.)361.D. Vos ſuſtuliſtis media. Ego ſic emendo. Medici quoque plus interdum quiete quàm mouendo atq; agẽdo proficere. Vel, medicos plus interdum quiete quàm mouendo atque agendo proficere. quód etiam probat Hippocrates. Hunc quoque locum Poggius cùm non admitteret vt probè correctum, ego dedignatus expectare de reliquis iudicium hominis, qui nihil niſi quod ipſe inueniſſet, benè inuentum iudicaret, eum valere iuſſi: non ita magni referre exiſtimans in literarum ſenatu, ſi vnus, & is pro ſua dignitate retinenda, album mihi calculum non dediſſet. Nam cæteri omnes, qui liberi æmulatione & inuidia erant, hæc vniuerſa ſummoperè comprobarunt, quorum vnus fuit ille ipſe cuius memini, Cardinalis Columna, vir nõ minus ingenio moribuſq;, quàm genere nobilis, qui has plerasq; emendationes ſuo codici addi à me mea manu voluit. Hæc ideò dixi, vt intelligar à nemine fuiſſe hac in re inuenienda adiutus.

Et cum vniuerſi adniſos lato agmine, & nonnullis ſimul venientibus haud ſanè intrabiles eſſent, in latus paſsim naues egerunt.)362.I. Sic emendandum puto: Et cum diuerſi à diuiſo latè agmine à tam multis ſimul venientibus haud ſanè penetrabiles eſſent, in littus paſsim egerunt.

Cæterùm omnes incenſum eſt, nec continentis modò periectas oras præteruecta, ſed in Ebuſum inſulam tranſmiſſum.)363.A. Vos mutatis periectas, in periunctas: ego in proiectas, hoc eſt, prominentes.

Eò vinculo Hiſpaniam vir vnus ſolerti magis, quàm fideli conſilio ex ſocietate, duxerat Sagunti nobilis Hiſpanus fidus antè Pœnis, tum (qualia plerunq; faciunt barbarorum ingenia) cùm fortuna mutauerat fidem.)363.D. Vos ita mutaſtis (cùm dico mutaſtis, erraſſe vos aio, atq; induxiſſe.) Mutaſtis autem, facientes ex binis dictionibus ſingulas, de, ex ſocietate, exoluendam: de, dux erat, duxerat. Ego ſic, conſilio ex oluit: eſtq; finis ſuperioris ſententiæ. Tum ſequitur altera. Acedux erat Saguntini nobilis Hiſpanus. Siquidem Acedux nomen hominis eſt, vt in ſequentibus patet.

Conuenerat inter duces Romanos Pœnúmque, vt quæ pars prius reciperet quàm daret, argenti pondo bina & ſex libras in milites præſtaret. CCXLVII. cùm plures Romanus quàm Pœnus recepiſſet, argentumqúe pro eis debitum ſæpè, &c.)364.I. Vos mutatis prius in plus, ego in plures, & milites in militem, & ſex libras in ſelibras, id eſt, in ſingulas libras cũ dimidiata, vt ſemodius vnus modus eſt & dimidiatus, & ſeſcunx vncia & media.

Annibal pro Geryonis mœnibus, cuius vrbis captæ atque incenſæ à ſe in vſum horreorum pauca legi qua erat tecta, inſtitui ſenſerant, inde frumentatum duas exercitus partes mittebat.)364.K. Vos ſic: Pauca reliquerat tecta, quod ego non damno, quodqúe ego per me animaduerteram. id ſi vos non conceditis, nec ipſe concedam vobis iſtud vos inueniſſe, ſed aut è libro, aut ex homine didiciſſe. & alioqui altius ipſe & plura quàm vos emendaui, ſic: In vſum horreorum ſi qua reliqua erant tecta reſtitui iuſſerat.

Patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitutorem mercis, filioqúe hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio vſum. Is iuuenis vtrum ex eo genere quæſtus pecunia à patre relicta animum ad ſpem liberalioris fortunæ adiecit.) 366.A. Ego reor non inſtitutorem, ſed inſtitorem legendum: & pro vtrum, multa ſiue grandi. Vos vtrum, cùm tamen neceſſarium ſit ſuum adiectiuum habere pecunia. non enim quantacunq; pecunia à patre relicta facit animos, ſed multa.

Non celerius quàm timui deprehendit fortuna temeritatem. Fabij æquatum imperio Annibalem, & virtute & fortuna ſuperiorem videt.)367.D. Hoc vos in regio codice reliquiſtis inemendatum, quod ſic emendandum erat: Fabio æquatus imperio, &c.

Itaque prius quàm ad coniectum teli veniret, aut manũ conſereret, ſuos à fuga effuſa, & ab animis feroci pugna hoſtis continuit.)367.D. Emendare debuiſtis, & à feroci pugna.

Progreſſus ante alios magiſter equitum cùm patrem Fabium appellaſſet, circunfuſosqúe milites eius patronus totum agmen conſalutaſſet, Parẽtibus, inquit dictator, medijs quibus te modò nomine, quo fando poſſum, æquaui, vitam tantùm debeo: tibi cùm meam ſalutem, tum omnium horum.)368.F. Vos emendaſtis: Parem, inquit dictator, te dijs modò nomine. Ego ſic: Parem, inquit dictator, meis quibus te modò, &c.

Neapolitani legati Romam venerunt, ab his quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam illatæ, atque ita verba facta, vt dicerent, ſcire res eſſe populi, ærarium bello exhauriri.)369. A. Opinor ſic legendum: Scire ſeſe populi, vel ſcire ſe reipublicæ ærarium, &c.

Gratum ſibi patres Romanos, populumqúe facturum, ſi omnes res Neapolitanorum, ſuas duxiſſent, dignóſque iudicauerint à quibus donum animo ac voluntate eorum qui libenter darent, quàm rem maius ampliuſqúe acciperent.) 369. D. Emendare debuiſtis, quàm re maius, &c.

Ab eodem populo Romano S. C. literæ ad conſules miſſæ.)370.F. Debuiſtis emendare, ab eodem prætore ex S. C. literæ, &c.

Terentius Varro ne quem ſui generis hominẽ plebs inſectatione principum, popularibuſqúe artibus conciliatũ, ab Q. Fabij opibus ex dictatorio imperio concuſſum, aliena inuidia ſplendentem, vulgus extrahere ad conſulatum nitebatur.) 370. G. Emendare debuiſtis, C. Terentium Varronem, quem ſui generis hominem plebs inſectatione principum, &c.

Nihil inclementer in Varronem dictum, niſi id modò, mirari ſe, quòd ne quis prius quàm aut ſuum, aut hoſtiũ exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſſet, iam nunc locatus in vrbe ſciret, quæ ſibi agenda armato forẽt.) 372. G. Credo ſic legẽdum: Mirari ſe quomodo, vel quemadmodum quis, id eſt aliquis, dux priuſquam, &c.

Dubitas ergo quin eum ſedendo ſuperaturi ſumus, qui ſeneſcat indies? non commeatus, non ſupplementum, non pecuniam habeat? Quandiu pro Geryonis caſtelli Apuliæ ignobilis tanquam pro Carthaginis mœnibus, ſed ne aduerſus te quidem ego gloriabor.)373.A. Petrarcha addidit, pugnatum eſt, vt eſſet, tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatum eſt. Vos addidiſtis, pugnabimus. Ego ſed, muto in ſedet: vt ſit, quandiu pro Geryonis caſtelli Apuliæ inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus ſedet.

Duobus ducibus vnus reſiſtas oportet: reſiſtes autem, aduerſus famam, rumoréſque hominum, ſi ſatis firmus ſteteris, ſi te neque collegæ vana gloria, neque tua falſa infamia mouerit à veritate. Laborare nimis ſæpè aiunt, extingui nunquam. Gloriam qui ſpreuerit, veram habebit.)373.A. Vos verò nihil intellecta ſcriptura ſic emendatis: Veritatem laborare nimis ſæpè aiunt, extingui nunquam. Ego ſic legendum cenſeo: Neque tua falſa infamia mouerit à veritate. Laborare nimis ius ſæpè aiunt, extingui nunquam. Eſt autem etiam hac ætate tritum hoc vulgi ſermone prouerbium, vt pinguioribus verbis efferam: Aegrotat quidem ratio ſiue ius aliquã do, ſed nunquam moritur.

Omnia audentem contemnet Annibal, nihil temerè agentem metuet. Nec ego vt nihil agatur, ſed vt agentem te ratio ducat licet, non fortuna.)373.B. Petrarcha videns hoc in loco deeſſe verbum, addidit moneo, ſic: Nec ego vt nihil agatur moneo. Sed hæc additio ſuperuacua eſt, tantumq; mutandum ego in eò, quod ſignificat in eum finem.

Gallis Hiſpaniſqúe ſcuta eiuſdem formę ferè erant, diſpares ac diſſimiles gladij. Gallis prælongi ac ſine mucronibus: Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem, breuitate habiles, & cum mucronibus, antè cetris animato. Is gẽtium habitus tum magnitudine corporum, tum ſpecie terribilis erat, Galli ſuper vmbilicum erant nudi, Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus conſtiterant.)375.E. Vos ſic emendatis: Talis habitus gentium illarum. Ego ſic: Ante alia habitus, ſiue inter alia ipſe habitus.

Hæc exagentis prius turba fugientium ciuium, deinde hoſtes oppreſſere conſulem ignorãtes quis eſſet, obruerunt-qúe telis.)377.B. Vos emendatis, hæc exigenti. Ego, hæc exigentem, id eſt, poſtulantem à Lentulo conſule.

Hæc pugna Alliẽſi cladi nobilitate par, cætera vtilis, quæ poſt pugnam accidere leuiora.)377.D. Ego ſic emendo: Cæterùm vt illis quæ poſt pugnam accidere, leuior, qui ab hoſte ceſſatum eſt. Hoc eſt, quia Annibal ceſſauit petere vrbem, vt Galli petierunt ſuperatis ad Alliam Romanis. Præterea namque, vna dictio, debet diuidi in duas, vt ſit relatiuum quæ: refertur enim ad illud, fuga. Ita tota emendatio erit ſingulis dictionibus in binas ſeparatis: vtilis, in vt illis: namque, in, nã quæ, & leuiora mutato in leuior.

Marharbal præfectus equitum minimè ceſſandum ratus: imò vt quid hac pugna actum ſcias, die quinto, inquit victor in Capitolio epulaberis: ſequere cum equite, vt prius te veniſſe, quàm venturum ſciant. Præcedant (Annibal inquit) inimici, læta res, & via maiorqúe quæ vt eam ſtatim ca-

pere

pere animo poſſem. Itaque voluntate ſe laudare Maharbalis ait,ad conſilium penſandum tempore opus eſſe.) 378.G. Ita in cæteris ferè exemplaribus: in regio autem, quod Florentiæ emendatum eſt,ſic:Præcedat,Annibal,læta res & nulla maior.quod vos ſic emendatis: Præcedat,Annibal inimicus,læta res,& nulla maior, ſcilicet vultis, vt hæc ſit oratio Maharbalis, quæ eſt authoris, ideoq; ſic emendanda:Præceperat,ſiue pertulerat,ſiue peruaſerat Annibalem, ſiue inceſſerat Annibali nimia lætitia,ſiue nimia tantæ rei, ſiue rei talis, ſiue victoriæ lætitia, maiorque quàm vt eam ſtatim capere animo poſſet. Commuto autem quæ extenſum, in contractum,ſeu diphthongatum ſiue longum,in non diphthongatum & breue. Hãc meam emendationem probat eſſe veram concluſio quæ ſequitur: Itaque voluntatem ſe laudare Maharbalis ait.

Spolijs ad multũ delectis Annibal ad minora ducit caſtra oppugnanda.) 378. I. Opinor legendum, ſpolijs ad multum diei vel ad multam diem lectis.

Sed tam duriores eſſe velitis,quod nullo noſtro merito facietis,cur nos hoſti relicturi ſitis?)382. F. Opinor iam legendum eſſe,etiamſi tam ſcribitur. Siquidem Quintilianus ait vſu receptum,vt ſic iam,vt tam ſcribatur.

Quo in tempore ipſo adeò magno animo ciuitas fuit, vt conſuli ex tanta clade,cuius ipſe cauſa maxima fuiſſet, redeunti, & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit, & gratiæ actæ quòd de republica non deſperaſſet: qui ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicij foret.)384.H. Opinor legendum,cui ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicij foret. vel, qui ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil ei recuſandum ſupplicij foret.

IN III. LIB. EMENDATA.

HAEc Annibal poſt Cannenſem pugnam, capta ac direpta confeſtim ex Apulia in Samnium mouerat, accitus in Hirpinos à Statio, pollicente ſe Compſam traditurum.) 385.A. Vos addidiſtis caſtra,ſic,caſtra capta ac direpta, quanquam poterat ſic mutari ſine vlla additione, caſtraq; direpta. Sed non improbo additionẽ,ſiue ſit ea ex verbis, ſiue ex aliquo exemplari, nam multa conquiſiſtis. Cæterùm quid ſibi vult primùm illud verbum,hæc?Ego ſuperuacuum exiſtimo,& hac de cauſa adiectum, quòd ij qui Annibal ſine aſpiratione ſcribunt,ipſam figuram aſpirationis in principio libri nonnihil diſtare à ſequenti vocali,& fortè maiuſculè ſcriptam videntes,non partem huius nominis,ſed aliud eſſe putauerunt.Igitur hæc, quod vicinum in ſcriptura erat,interpretati ſunt.

Cæliusque & alij,ita vt ſine cauſa prætermiſerant ſcriptores ponere pro certo ſum veritus.)387.D. Vos ſic emendatis: Cæliusq; & alij,ita vt ſine cauſa prætermiſerant,quod Grammatica non conſentit.Ego ſic:Cęliusq; & alij ſcriptores haud ſine cauſa prętermiſerant.Nam quidem haud per t ſcribunt, hincq; fuit erroris cauſa.

Hæc pacta, illa inſuper quàm quæ pacta erãt facinora Cãpani ediderunt.)387.E.Deinde ſubiungitur interfectio præfectorum,ciuiumq; Romanorum.Vos ita hoc emendatis,vt duo prima verba tollatis,tertium mutetis in alia. Ego nihil ex ijs nec tollo nec muto,ſed facinora,in fœdiora ſic:Hæc pacta, ſubaudi fuerunt: illa inſuper quàm quæ pacta ſunt fœdiora Campani ediderunt.

Eò Pacuuius Calauius, de quo antè dictum eſt, princeps factionis eius quæ attraxerat rem ad Pœnos, filium iuuenem adduxit. Abſtractum à ſuo cũ Decio ait latere,cum quo ferociſsimè pro Romana ſocietate aduerſus Punicum fœdus ſteterat.)388.H. Vos ſic emendatis, abſtractum à ſinu, à latere Decij. Ego, quia Liuius illum ſemper duobus nominibus appellat,ſic emendo:Abſtractum à ſueto Decij Magij latere.

Cœperunt epulari de die,& conuiuium non ex more Punico, aut militari diſciplina eſſe, ſed vt in ciuitate atque etiam domo,diu ad varias hominum voluptatum illecebras inſtructũ. Vnus nec dominorum inuitatione, nec ipſius interdum Annibalis,Calauij filius Parolla vinum potuit. Ipſique valetudinem excuſans paterni animi quoque aut mirabilem interturbationem cauſa, ante ſolis ferme occaſum patrem Calauium filius vbi in ſecretum(hortus erat poſticis ædium partibus) peruenerunt.) 388. I. Vos ſic emendatis,permolliri potuit, ipſiusq; valetudinem excuſans pater. Ego ſic: Pelli ad vinum potuit cibumq;,valetudinem excuſante patre:animi quoque eius haud mirabilem turbationis cauſam, vel, animi quoq; eius atram bilem interpretabatur cauſam,vel,haud miram ait perturbationem.Paulo ante Solis occaſum,&c.

Conſilium, inquit,affero pater, quo non veniam ſolùm peccati, quòd defecimus ad Annibalem, impetrari ab Romanis, ſed in multo maiore dignitate & gratia ſimus Campani quàm fuimus vnquam.)388.K. Non impetrari ſcribendum reor,ſed impetraturi.

Paucæ horæ ſunt intra quas iurantes per quicquid deorum eſt dextras dextræ coniungentes fidem obſtrinximus, vt ſacratis de menſis eſſemus.digreſsi à colloquio extemplò in eum armamur iurgijs ab hoſpitali menſa,ad quam tertius Campanorum adhibitus ab Annibale, eam ipſam menſam cruentare vis hoſpitis ſanguine?)388.K. Credo legendũ non iurgijs,ſed periurijs.

Et legatione miſſa ad repetendum eum, ne aut negando rem quam primùm peterent, offendi ſibi noui ſocij, aut tribuendo habendus Capuæ eſſet ſeditionis ac turbarum author.)389.E. Legendum opinor non offendi, ſed offendendi.

Mihi quoq; quoniam reſpondi Homilconi, interrogare ius faſq; eſt,velim ſeu Homilco reſpondeat.)391.A.Legẽdum credo,ſeu Mago, ſeu Himilco reſpondeat.

Ergo ſi quis de pace conſultet ſeu deferenda hoſtibus ſeu accipienda, habeo quid ſententiæ dicam, ſed de ijs quæ Mago poſtulat repertis. Nec victoribus mitti attinere puto, & fruſtrantibus nos falſa atq; inania multo minus cenſeo mittenda.)391.C.Sic legendum puto:Sed de ijs quæ Mago poſtulat,nec repertis victoribus mitti attinere puto.

Cupidus marini oppidi potiundi.) 392.G. Opinor legendum,maritimi.

Cæterùm poſtquam Neapolim à præfecto Rom.teneri accepit(M.Iunius Syllanus erat ab ipſis Neapolitanis accitus) Neapoli quoque ſicut Nolam amiſſa,petit Nuceriam.)392.G. Opinor legendum,Nola omiſſa.

Iuſtrui deinde vtrinq; acies Romanorum cœptæ pro mœnibus Nolæ,Pœnorum ante caſtra ſua:prælia hinc parua inter vrbem caſtraq;)392.K.Obſcurus ſenſus,qui fiet apertiſsimus,ſi loca duarum dictionum contiguarũ mutauerimus, ſic:Inſtrui deinde vtrinq; acies cœptæ, Romanorũ pro mœnibus Nolæ,&c.

Media porta robora legionum & Romanos equites, duabus circa portis nouos milites leuemque armaturam ac ſuorum equites ſtatuit.)393. A. Opinor legẽdum,ſociorum non ſuorum.

Non vinci enim ab Annibale vincere ſolitis difficilius fuit quàm poſtea vincere)393.E.Opinor legendum, non vinci enim ab Annibale vinci ſolitis ſiue vinci ſuetis, vel vincere ſolito ſiue ſueto.

Annibal acerris direptis atque incenſis, cùm à Caſsilino dictatorem Romanum legionesque minus accipi nũciatum eſſet,ne quis tam propinquis caſtris,&c.)394.G.Vos mutatis minus,in Cumis, ego in nouas: & accipi,in acciri: quod ita debere legi, qui verba ipſa authoris de duabus nouis legionibus legit,animaduerteret.

Ibi cum dies aliquot ſuſcepti Campanis, timentesq; cauendis ac ſtruendis inuicem inſidijs traduxiſſent.) 394. G. Vos ſic emendatis: Ibi cùm dies aliquot ſuiſcepti, Campanis ſuſceptis,timentibusq; cauendis ac ſtruendis. Ego,tantum muto ſuſcepti in ſuſpecti.

Ita eneruauerunt corpora animoſque, vt magis deinde præteritæ victoriæ eos quàm præſentes tutarentur vires: manuſque id peccatum duos apud peritos artium militarium haberetur, quàm quòd non ex Cannenſi acie ad vrbem Romanam duxiſſet.)395.A. Vos ſic emendatis.Cum dico vos, de quatuor in primis loquor,duobus quidem contra quos vt nefandiſsimos mei accuſatores hæc ſcribo: totidem autem abſentibus, Iacobo Curlo, quem tibi Barptolomæo antepono,& Antonio Panhormita rhetore,quem proximè periſſe audio, non modò latinarum, ſed græcarum literarum ſanè perito, qui ſuas Genuam emendationes ad Curlum miſerat. Vos igitur regium codicem, qui nullus in omni Italia eſt auguſtior, vel emendatis, vel deprauatis.

Id peccatum ducis apud peritos artium militarium habetur manus, quàm quòd non ex Cannenſi acie, &c.) 395. A. Ego ſententiam ſuperiorem ſic claudo: quàm præſentes tutarentur vires. & ſequentem, mutato manus in maius, ſic inchoo. Mainſque id peccatum ducis apud peritos artium militarium habetur,& reliqua.Dixi inchoari ſequentem ſententiam,ſed ita volo dixiſſe,vt ſciamus eam à ſuperiore pendere,ideoq; ſcribendum haberetur, non habetur, ſicuti vos emendatis.

Nec muribus alióue animali abſtinerent, & omne herbarum radicumq; genus aggeribus infimis muri eruerent, & cum hoſtes exaraſſent quicquid herbi terreni extra murum erat,raporum ſemen iniecerunt.)395. D. Vos mutatis herbi, in herbidi, & raporum in raparum. Ego infimis, in infimi, de ablatiuo plurali in genitiuum ſingularem, & herbi terreni,in herbidi vel herbæ tenerum. Raporum autem in raparum cur mutaueritis,non video,cùm Cato,Varro,Columella,Plinius,Martialis Palladius,alijq; complures,rapa neutro genere appellent.

Fuluius Flaccus in locũ P. Scantini demortui.) 396. I. Vos emendatis, in locum P. Scauri inde mortui: quaſi dicatur inde mortuus, & non ſemper demortuus.

Cùm de ea re M. Aemylius prætor dictatore poſt Caſilinum amiſſum profecto tam ad exercitum expoſcentibus cũctis retuliſſet.) 396. K. Vos mutatis tam in tum, neſcij tam pro iam ſcribi, vt iterum admonuimus.

Acciriq; C. Terẽtium conſulem ad dictatorem dicendum iuſſerint, qui eò ex Apulia, relicto ibi præſidio, cum magnis itineribus Romam rediiſſet.) 397. B. Vos emendatis, qui conſul ex Apulia. Ego, qui mox ex Apulia.

Idq; ſacrum vaſis erat, quo ſolennibus libarent.) 398. G. Opinor legendum, ſacrum vas ijs erat, vel ſacrum vas erat.

Quid in Apulia cũ C. Terentio conſule eſſet, à peritis quæſitum eſt, ne ſecundo conſiliarius exercitus ſatis firmi ad tantum bellum efficerentur, in itabatur ratio.) 398. H. Vos ſic emendatis, queſitum eſt duóne conſulares exercitus. Ego: Nec quo modo conſulares exercitus, & reliqua.

Eodem exin dictatoris legionibus reijci militem minimi quemque roboris.) 398. I. Opinor ſcribendum, eodem ex tribus dictatoris legionibus. Tot enim habuit dictator legiones, & binos conſules.

Cum decreta ſenatus mandataq; expoſuiſſet, atque edocuiſſet, ipſe inuicem quemadmodum tractandum bellum in Hiſpania foret, retro in ſua caſtra rediit, nulla re quàm celeritate tutior, quòd vndiq; abierat antequam conſentirent) 399. E. Vos hæc vltima verba ſic emendatis: antequam eum ſentirent. Ego, antequam conſules ſentirent. Siquidem duo conſules tunc in Hiſpania erant, quos ille fefellit. Carthaginienſis & conſules vna ſyllaba ſcriptum erat, vt in plurimis verbis fit. Porrò illud inemendatum reliquiſtis, atque edocuiſſet: quod eſt ita emendandum, atque edidiciſſet, vel, atq; edoctus fuiſſet, videlicet quomodo ille ad quem venerat, tractare bellum vellet.

His anxij curis ad Iberum conuertunt copias, & tranſito amne cum diu conſultaſſent, vtrum caſtra caſtris conferrent, ſi ſatis haberent ſocijs Carthaginenſium oppugnandis, morari ab itinere propoſito hoſtem, vrbem à propinquo flumine Iberam appellatam opulentiſsimam ea tempeſtate regionis eius, oppugnare parant.) 400. F. Vos ſic emendatis: Vtrum caſtra caſtris conferrent, an tum haberent. quæ ſententia non habet exitum. Ego ſic, an ſatis haberent.

Abſumptis enim frugum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum q; ſuetem q;, poſtremò corijs herbisque & radicibus, & corticibus teneris, ſtrictiſq; rubis.) 400. K. Ego opinor legendum, ſcutorumq;, pro ſuetemq;: quæ verba vos quia emendare neſciuiſtis, eraſiſtis.

Senatus decreuit vt T. Sempronius conſul deſignatus cum Ibono iniſſet, ad populum ferret vt Fabium ſiue dium virum eſſe inherent ædis dedicandæ cauſa, & M. Aemylio Lepido quibus conſul augurque fuerat filatres Im, quæ audiſſe funebres per triduum & gladiatorem paria duo & viginti per triduum in foro ædiles curules C. Lectorius & T. Sempronius Gracchus conſules deſignati, qui in ædilitate magiſter equitum fuerat, ludos Romanos fecerant, qui per triduum inſtaurati ſunt. Circumacto tertio anno Punici belli T. Sempronius conſul deſignatus, idibus Martijs magiſtratum iniit.) 401. E. Vos hic nihil emendaſtis, niſi cum Ibono iniſſet, ſic: cùm primum magiſtratum iniſſet: quod falſum eſſe ex poſterioribus coargu itur, quia ante fuerunt editi ludi, quàm Sempronius iniſſet magiſtratum, vt ipſa quæ poſtea verba indicant. Poſtea mutaſtis filatres, in ſimul imperatores, hoc eſt, tres imperatores, quæ nulla ſententia eſt. Ego ſic arbitror emendandum: Senatus decreuit vt T. Sempronius conſul deſignatus, cum bono omine ad populum ferret. Ideo autem præfati ſunt cum bono omine, quia poſt motum bellum nunquam fecerant ludos, alijs ſuper alias cladibus nunciatis. Perago cætera. Vt duumuiros eſſe iuberent ædis dedicandæ cauſa, C. Aemylij Lepidi, qui bis conſul augurque fuerat, filij tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos fenebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti per triduum, in foro dederunt. Aediles curules C. Lectorius & T. Sempronius Gracchus conſul deſignatus, qui in ædilitate magiſter equitum fuerat ludos Romanos fecerũt, & reliqua.

Conſules exercitus inter ſe diuiſerunt. Fabio exercitus cui M. Iunius dictator præfuerat, euenit. Semp. Volonum, quod fuerat, & ſociorum xxx.) 402. I. Lego, Sempronio Volones, qui fuerunt, & ſociorum xxv. millia. Sunt autem Volones ſerui quibus pro repub. arma tradebantur, ſic appellati, quòd vltro vellent militare pro dominis.

Subductæ naues dum refiguntur aliquantum temporis triuere.) 404. H. Sic legitur per vos in regio codice emendatum, cum emendare debuiſſetis, reficiuntur. Nam refigere eſt quod fixum eſt educere.

Campanis omnibus ſtatutum ſacrificium ad Hamas.) 404. I. Legendum eſt ſtatum, de quo fuit inter nos apud regem controuerſia, quodq; ego multis rationib. atque exemplis probaui.

Iam Campani eò frequentes ex compoſito conuenerant, nec procul inde in occulto Marius Alpius edixit, vti cui ſummus magiſtratus erat Campanis, cum XIIII. maiorum habebat caſtra.) 405. A. Vos ſic emendatis: Martius Alpius & ipſe, vti cui ſummus magiſtratus erat Campanis, cum XIIII. iuniorum vel militum habebat caſtra. Ego ſic: Mediaſtuticus vel mediſtuticus, qui ſummus magiſtratus erat Campanis, cum XIIII. militum habebat caſtra. Eſt autem Mediaſtuticus nomen magiſtratus, vt alijs in locis apud Liuium, libro ſecundi belli Punicici 6. patet. Si quis tollendum relatiuum putat, vt ſit Mediſtuticus ſummus magiſtratus erat, tollat licet.

Ipſe ad Hamas vacua hoſtibus caſtra nequicquam præter recentis veſtigia cædis ſtrataq; paſsim corpora ſociorum inuenit.) 405. C. Legendum eſt, nec quicquam. Cum dico legendum, dico vos emendare debuiſſe.

Aduerſus ligneam ingentem turrim admotam vrbi, aliam ex ipſo muro excitauit Conſul Romanus aliquanto altiorem, quia muros ſatis per ſe altos ſubiectis validis ſupplicatis pro ſolo vſus erat.) 405. D. Vos tamen in margine ex purpureo colore feciſtis pro ſupplicatis, aliter ſublicis. Opinor, Attoni, nonnihil reminiſcebaris correctionis meę apud regem quod ſi prorſus reminiſcebaris quomodo hunc locum emendarim, nec me authorem in emẽdando regio codice habere voluiſti, nihil eſt te pertinacius. ſin oblitus es, nihil te obliuioſius atque hebetius. Ego ſic emendandum eſſe librum te admonui, rege approbante, & vt reor, etiam memoria tenente. Quia muro ſatis per ſe alto ſubiectis validis ſublicis pro ſolo vſus erat. Eſt enim ſublicia genus trabis, vnde dictus eſt pons ſublicius quòd non ex lapidibus eſſet, ſed ex ſublicis ſtructus, non ſolùm Romæ, & in Tyberi, ſed in alijs etiam fluminibus.

Ad mille c c c c. Carthag. cæſi, & inde LX. viui capti.) 405. E. Opinor legendum, & vnde ſexaginta viui capti, hoc eſt, vno dempto ex LX. qui ſunt LIX. captiuis in vincula coniectis.

Itaque ignarus his quæ cum Annibale legatis ſuis conueniſſent.) 406. I. Vos emendatis legati ſui, quod nec fuit emendandum, & ſic emendari Grammatica vetat.

Nec te nec exercitum tuum non miſi, à quo tot acies Romanas fuſas ſtratasque ſciam, ei facilè eſſe dicam, opprimere populatores noſtros vagos ſine ſignis palatos, quo quenque trahit, quanuis vana prædæ ſpes.) 408. I. Opinor legendum, nec te, nec exercitum tuum norim, niſi vel ni à quo tot acies. & reliqua.

Si modò quos ſocios haberes dignos duxiſti, ad id indignos iudicas, quo in fidem receptos tuearis.) 408. I. Vos emendatis, niſi quos modo vt ſocios haberetis. Cùm ſic fuerit emendandũ: ſi modò quos vt ſocios haberes dignos duxiſti, haud indignos iudicas quos in fidem receptos tuearis.

Exercitum eſſe non in agrum Hirpinum ſociorúmue.) 408. I. Opinor legendum, exercitum miſiſſe.

Sed quid inter Capuæ Nuceriæq; fortunam intereſſet, ipſos prope in medio ſitos Nolanos ſcire: nolo minari quæ captæ vrbi ceſſura forent.) 409. A. Vos emendatis nolle, pro nolo. Ego ominari, pro minari.

Romam vos expugnaturos ſi quis duceret: fortes lingua iactabatis: enim minor eſt res, hic experiri vim virtutemq; volo.) 410. I. Opinor legendum, en minor, vel, en nunc minor eſt res.

Sed Nolanis etiam per clamorem fauoris iudicem accendentibus.) 410. I. Ego fauoris indicem, vt apud Ciceronem pro Rabirio: Quin comprimitis iſtam vocem indicem ſtultitiæ, teſtem paucitatis?

Taurea verbis ferocior quàm re, minimè ſis, inquit, Cantherium in foſſam?) 411. C. Vos emendatis, minimè ſis, quum eodem modo hic dicatur ſis aduerbialiter, quo age ſis, quod exponunt ſi vis: cuius generis ſunt plurima exempla.

Huic pugnæ equeſtri rem quam ætatis communis certa exiſtimatio eſt.) 411. C. Ego ſic: quam ſatis certam communis exiſtimatio eſt.

Literis recitatis nemo omnium erat qui nec vera ſcribi, & poſtulari æquа fateretur.) 411. E. Opinor ſic legendum: Nemo omnium erat, quin & vera ſcribi, &c.

Quorum duo poſtulata fuere, vnum ne tarentum in eo publico eſſent.) 412. G. Vos ſic emendatis: Quorum duorum poſtulata fuere, vt talentum in eo publico eſſet. quæ ſententia nec cum re conuenit, nec vllius eſt vſus. Ego ſic: quorum duo poſtulata fuere: vnum ne alij triennio eo publicani eſſent, publicanorum enim hæc poſtulata erãt, qui reipublicæ præſentem pecuniam, & quidem gratuitam mutuabant, ſed ſub ſpe: quia tunc nec in ærario quicquam, nec in vectigalibus foret.

Quemadmodum cõducta omnia magno animo ſunt, ſic ſumma fide præbita: nec quicquam ſi ex opulento ærario, vt quondam aleretur.) 412. G. Opinor legendum: Nec ſecus, quàm ſi ex opulento.

IN IIII. LIB. EMENDATA.

FLVMEN quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat, & agros qui habitabantur sex millia aberat.)414.G. Opinor legendum, præterfluebat muros procul ijs qui habitabantur.

In Sicilia Romanis omnia mutauerat mors Hieronis, regnumq; ad Hieronymum nepotem eius translatum, puerũ vixdum libertatem, nedum dominationem modicè laturũ. Aetatis id ingenium tutores atq; amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperũt.) 414.K. Ego accipio modice aduerbialiter, pro eo quod est temperatè & modestè: ideoq; superiorũ sententiam sic claudo, nedum dominationem modicè laturum. Sequẽtemq; sic incipio, mutoq; sic: Lætati, id ingenium tutores atq; amici.

Quæ ita futura cernens Hiero, vltima senecta voluisse dicitur libras Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium bonis artibus partum firmacumq; interiret regnum. Huic consilio summa ope obstitere filiæ, nomen regium penes pueros futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se virosq; suos Andronodorum & Zoilum, primi relinquebantur.) 414.K. Ego sic emendandum reor: Penes se virosq; suos Andronodorum & Zoilum, nam ij tutorũ primi relinquebantur: vel, nam ij duo primi, vel, ij enim duo primi, &c.

Deinde cæteros tutores summouet Andronodorus, iuuenem iam esse dictitans Hieronymum, ac regni potentem, deponendamq; tutelam ipsi quę communis cum pluribus erat, in se vnum omnium vires conuertit.) 415.B. Legendum opinor, deponendaq; tutela, id est, deponendo tutelam quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se vnum omnium vires conuertit.

Hunc tam superbum apparatum habitúmque, conuenientes sequebantur contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumelioſa dicta, aditus non modò alienis, sed tutoribus, libidines nouæ, inhumana crud litas.) 415.C. Ego emendo conuenientes in conuenientia, & addo etiam vt quidam addunt, difficiles, vt fit, difficiles aditus.

Clamore & tumulto audito in Indigeminem tam haud dubiè obstantem tela conijciunt.) 416.K. Vos emendatis tam, in tamen: ego pro tam, iam puto legendum, vt bis iam dixi.

Inde Romam comitiorum causa veniens, in eum quem primum diem comitialem habuit, comitio edixit, atq; edixit inire præter vrbem in campum descendit.) 417.A. Vos sic emendatis, comitialem habuit eo die, comitia dixit, atq; edixit inire. Ego sic: Comitia edixit, atq; ex itinere præter vrbem in campum descendit. Quod probatur ex illo non longè pòst loco: Et quia vrbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus. Comitialem à comitijs dixi, quæ sunt actus creandorum magistratuum: non à Comitio, quod, vt ait Pedianus, est locus prope senatum, quò ire equitibus & populo Romano licebat. Itaque aliud singulare, aliud plurale significat.

Ob eandem causam (vt multis annis pòst fuisse non negauerim, cum M. Valerio non dissideretur aduersus similiter prouocantem arma capienti Gallũ ad certamen.) 417.C. Hic ego reor mutandum, vt, in haud: commutandaq; aliorũ verborum loca, sic: Ob eandem causam haud multis annis pòst fuisse non negauerim, cum M. Valerio non dissideretur arma capienti aduersus similiter prouocantem ad certamen Gallum.

Fontem sub terra tanta in aquam fluxisse.) 418.K. Opinor legendum, tanta vi aquarum, &c.

Tactum de cæloatrium publicum, & in Capitolio, ædem in campo Vulcani, vocem in Sabinis publicamq; viam, murũ ac portam Gauisiam.) 418.K. Vos mutatis voce in arcem, ego in nucem.

Inchoata nostra gloria nondum perfecta est, periculumque ingens manet, nisi faciem concordiæ consulitis ne libera afferatur res.) 426.F. Vos sic emendatis, nisi facie concordiæ consulitis. Ego sic: nisi ciuium, vel publicæ, vel communi concordiæ, vel nisi paci & concordiæ consulitis.

Esse aliquid etiam momenti ad consilium.) 429.B. Opinor legendum, momenti.

Ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur, spe territis omnibus per proditionem vrbis potiundæ.) 430 H. Vos sic emendatis, spe fretis omnibus: quod longè abest à vero. Nam ideo proficiscebantur cum paucis equitibus Herbesum, quòd erat eis spes vrbis potiundæ per proditionem, omnibus qui Herbesi erant iam territis. Nescistis distinguere hanc clausulam, ergo nec sensum eius percipere.

Prima forte signa sexcentorum Cretensiũ erant qui apud Hieronymum meruerant.) 430.H. Vobis quidem venit in mentem emendare, præuia fronte.

Inter hoc colloquium signa constituerant, tenebaturq; agmen, necdum quæ moræ causa foret peruenerat ad duces. Postquam Hippocratem & Epicidem peruaserat rumor.) 430.I. Hic quoque vos additis aduenire, quasi non subintelligatur verbum substantiuum, sic: Hippocratem & Epicidem esse.

Velut interceptas literas quas ipse composuerat recitat. Prætore Syracusanos Marcello suo salutem, vt assolet, scriptum erat. Rectè eum atq; ordine feciſſe.) 430.K. Opinor scribendum, Syracusani: est enim principium epistolæ, prætores Syracusani. Hoc tamen esse principium epistolæ, tenesne memoria Antoni, te non peruidisse cum legeres? peruidisse regẽ atq; cæteros qui aderant cum te emendassem, secundum, pro post accipi? Multaq; enim exempla protulissem, ni vidissem assensos. ita opinor memoria tenes, qui nihil æquè memoria tenes atque iniurias, quas putas tibi factas, etiamsi nullæ sunt. Nam quas ipse facis, earum non minus citò te capit obliuio, quàm beneficiorum officiorúmue ab alijs acceptorum. Sed ne hunc quidem locum qui sequitur, intelexisti.

Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere caueis aperuit: per quæ caua pars sagittis, pars scorpionibus ex occulto petebat hostem.) 432.H. Legendum est cauis, cuius nominatiuus est caua, id est, foramina, vt apud Plautum in Menæchmis: Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo, Et apud Cornelium Celsum in septimo: Deinde totum id cauum, sicut in fistulis dixi, vsq; ad os excidendum. Quanquam apud Columellam (si tamen vera scriptura est) reperitur in genere masculino: Deinde cauum quem feceris, furculo obturato.

Sed postquam ab Hippocrate occupatæ Syracusæ erant, profectus Carthaginem, aditusq; ibi & à legatis Hippocratis.)433.A. Vos mutatis aditus in accitus, quasi non sit multò satius illum fuisse aditum à legatis, quàm accitum.

Quod vbi Aenensium principes iam pacti cum Himilcone de proditione præsidij animaduerterunt, nulli occasioni fraudis Romanum patẽre placuerat agendum. Vrbẽ arcemq; suæ potestatis aiunt debere esse, si liberi in societatem, nõ serui in custodiam traditi essent Romanis. Itaq; claues portarum reddi sibi æquum censent.) 434. F. Opinor mutandum vnum verbum placuerat, in duo, palàm rati. Sequiturq;.

Ad ea Romanus se in præsidio impositum esse dicere ab imperatore suo, claues portarum & custodiam arcis ab eo accepisse, quæ nec suo, nec Aenensium arbitrio haberet, sed eius qui commisisset. præsidium decedere apud Romanos capitale esse, & nec liberum etiam suorum eam parentes sanxisse. Marcellum haud procul esse.)434.F. Hæc vos emendare non estis ausi, ne Petrarcha quidem. Ego sic opinor emendandũ, præsidium in præsidio. sic: Præsidio decedere apud Romanos capitale esse, & hoc (siue quod) liberũm, pro liberorum, etiã suorum cruore parens sanxisset: vel liberorum etiam sangui ne parentem sanxisse. Videlicet de Torquato, qui ob hoc filiũ occiderit, loquitur.

Vtinam reliquum tempus nec patienda infanda in facien do traduci potest. Nec occulta fraude cautio est quàm si adhuc fumus. Cui quoniam procedit apertè & propalam claues portarum reposcunt.)434.H. Opinor sic legendum: Nec patiendo infanda, nec faciendo traduci possit. ab occulta fraude cautio est, qua vi, siue, qua adhuc vsi sumus. Vel, sed occulta fraude.

Petitiab Aenensibus sumus, itaq; craſtino die aut vestro, aut Aennensiũ sanguine Aenna inundabitur: nec occupatis peculium, nec occupantes periculi quicquã habetis.) 434. H. Opinor legendum, nec præoccupati spem vllam: vel, nec occupati præsidij siue subsidij, neq; occupantes periculi quicquam habebitis.

Postero die alij alijs locis ad obsidendas itineribus clauden dosq; obsiti exitus, pars maxima super theatrum circa quæ assueti, & ante spectaculum concionem consistunt.) 434.K. Opinor sic legendum: Ad obsidenda itinera, clauden dosq; oppositi exitus, vel claudendos oppidanis exitus, vel claudẽdos obsessis exitus, pars maxima super theatrum circaq;, assuetum: aut, spectaculum super theatrum, ad assuetũ ante spectaculum concionem circunsistunt.

Nihilo remissiore militum ira, quòd iure turbam inermem cædebant, quàm si periculum par & ardor certaminis eos irritaret.) 435.A. Vos tollitis iure, quod aut non tollendum, aut sic mutandum: Militum iræ quanuis turbam inermem.

Legati eò ab Apollonia venerunt, nunciantes in obsidione sese, quòd deficere ab Romanis nollent, esse: neque sustinere vltrà vim Macedonum posse, nisi præsidium mittatur Romanum: facturos sed quæ vellent pollicitos. Cum delectorum militum nauibus longis mittit ad ostium fluminis cum præfecto socium Q. Nævio Crispo, viro impigro, & perito

perito militiæ:ijs expoſitis in terram militibus nauibuſq; Oricum, vnde venerat,ad cæteram claſſem remiſsis, &c.) 435. D. Ego ſic emendo: Romanus factorum ſe quæ vellent pollicitus, LX. electorum militum naues longas mittit, vel de cem millia electorum militum nauibus longis mittit. Præterea is,nominatiui caſus eſt:refertur enim ad præfectum, non ad naues,ſcribendumq; vna i.

Sed gens nata inſtaurandis reparandisq; bellis, Magone fratre ad conquiſitionem militum miſſo, breui repleuit exercitum,animosq; ad tentandum de integro certamen fecit. Alij plerique milites,ſi quæ pro parte toties intra paucos dies victa ijſdem animis quibus populi Romani orta,eodemq; euentu pugnauere: plus octo millia hominum cæſa, & non multo minus quàm mille capta, & ſigna militaria LVIII. & ſpolia plurima Gallica fuere:aurei torques, armillæq; magnus numerus:duo etiam inſignes reguli Gallorum(Mœnia cœpta & Ciuis Maro nomina erant) eo prælio ceciderunt.) 436. K. Opinor ſic emendandum: Galli plerique milites, ijq; pro parte toties intra paucos dies victa ijſdem animis quibus priores,eodemq; euentu pugnauerunt. Hoc quoque, Antoni, potes dicere,te non reminiſci à me in illo cœtu correctum? Etenim ſi quis dies vnquam tibi acerbus illuxit, haud dubiè is fuit, quo bis vno in loco fuiſti condemnatus: ſemel in eo quod iam emendaui, cum mihi pertinaciſsimè obſiſteres. Iterumque dum mœnia cœpta, pro mœnia capta exponebas, & neſcio quem Maronem ciuem dici volebas. Quumque ego ſubridens dixiſſem, eſſe duorum regulorum nomina, Mœnicœptus & Ciuiſmaro, ac ſe delectari mea expoſitione cum quadam admiratione ſignificaſſet, etiam magis quàm in ſuperiore fecerat, Tace, Antoni, Egnigus inquit, nihil verius quàm & Galli plerique milites ſcribendũ, & hęc eſſe nomina Gallorum regulorum. Non exequar quid ille, etſi amicus tuus, tam ingenuæ libertatis vir, in laudem mei adiecerit, rege confirmante: tantum dico, non modò bis te peccaſſe, ſed accedente pertinacia, etiã bis ter q; reprehenſum. Nunc, quod grauiſsimum eſt, quartò reprehendi putas quòd in pertinacia perſeueras, ne à me doctus videreris. Sed, ô demens, non eſt vt magnopere doleas tarditatem ingenij tui, nam ne Petrarcha quidem veritatem ſcripturę deprehendit, ſed vt loco obſcuro & inexplorato ſuam notam appoſuit. Quis tamen tantus te furor tenuit, vt in animum induxeris codicem regiũ emendatione fraudare, imò regem ipſum prodere, ſi modò proditio tua celari poterat? Reminiſcetur ille, reminiſcetur emendationis meæ, quando codicẽ ſuum leget.

Fabius pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra venit: cũ obuiã filius progrederetur, lictoresq; verecundia maieſtati eius anteirent taciti, non ſubmonentes patrem, præter vnde cim faſces equo præuectus ſenex, vt conſul animaduertere proximum lictorem iuſsit: & vt is deſcenderet ex equo incla mauit.) 437. E. Vos ſic emendatis: Vt conſul animaduertit, ire proximum lictorem iuſsit. Ego ſic: Equo præuectum ſenem vt conſul animaduertit, ſtare proximum lictorem iuſsit. Tum demum deſiliens experiri, inquit, volui ô fili, ſatine ſcires conſulem te eſſe.

In ea caſtra Caſsius Altinus Arpinas clam nocte cum tribus ſeruis venit, promittens, ſi ſibi præmio foret, ſe Arpos proditurum eſſe. Eam tunc rem quum ad conſilium retuliſſet Fabius, Altinus pro transfuga verberandus necandusq; videri, ancipitis animi, communis hoſtis, qui poſt Cannenſem cladem, tanquam cum fortuna fidem ſtare oporteret, ad Annibalem diſceſsiſſet, traxiſſetq; ad defectionem Arpos: tum quia contra ſpem votaq; eius velut reſurgeret, turpius videatur nouam referre proditionem: vt proditis pro ſeptemuirali iudicio eſſet, ſemperq; aliunde ſentiret, infidus ſocius, vanus hoſtis, ad Faleriorũ Pyrrhiq; proditionem tertium transfugis documentum eſſe. Contra ea conſulis pater Fabius, temporum oblitos homines, in medio ardore belli tanquam in pace libera, de quoque arbitria agere aiebat, quum illud potius agendum atque eis cogitandum ſit, ſi quo modo fieri poſſet, ne qui ſocij à populo Romano deſciſcant, & non vocitent documentum, aut dicant ſtatui oportere, ſi quis reſipiſcat, & antiquam ſocietatem reſpiciat.) 437. E. Opinor ſic emendandum: Nunc quia res Romana contra ſpem votaq; eius velut reſurgeret rurſus, vel reſurgere rurſus videatur, vel turpius audeat nouam referre proditionem, vt proditis pro ſeptẽuirali iudicio eſſet, ſemperq; aliunde ſentiat: vel, proditi ſpolium, proinde in tali iudicio eſſe ſtatuendum, vt ſe ſentiat: vel, pollicentem mobili iudicio, vel pollutum virum leuemq;, & ſemper alium ſe ſentiat, infidus ſocius, vanus hoſtis, ad Faleriorum Pyrrhiq; proditionem tertium transfugis documentum eſſe. Contra ea conſulis pater Fabius, temporum oblitos homines, in medio ardore belli tanquam in pace, libera de quoque arbitria agere aiebat, quum illud potius agendũ atque eis cogitandum ſit (ſi quo modo fieri poſsit) ne qui ſocij à populo Romano deſciſcant, vel qui deſciuerunt, etiam nouo metu dubitent, vel nouo metu redire dubitent. Documentum haud dicant ſtatui oportere ſi quis reſipiſcat, &c. Ne quis tamen miretur quòd multis modis eundem locum emendamus, cum verus niſi vnus eſſe non poſsit. Nam facimus more illius apud Plautum ſenis, qui complures ex præda ſeruos coëmit, vnius certi poſtea in ijs reperiendi gratia.

Legati quoniam Syphax ſe Romanæ iunxiſſet, vt potentior ſocietate eorum aduerſus reges populosq; Aphricæ eſſet, donec melius fore Galæ quoq; Carthaginiẽſibus iungi quãprimum, antequam Syphax in Hiſpaniã, aut Romani in Africam tranſeant, opprimi Syphacem nihildum pręter nomen ex fœdere Romano habentem, poſſe.) 440. I. Opinor legendum, docent melius fore.

IN V. LIB. EMENDATA.

INCVSATI grauiter à ſenatu ædiles triumq; viri rei capitales, qui non prohiberent commoueri eam multitudinẽ è foro, ac deijcere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul abſuit quin violarentur.) 441. D. Vos, quum in regio codice foret, cum emoueri, ſuſtuliſtis eam. ego ſic emendo: cum mouere, ſiue cum emouere eam multitudinem.

Cneus Fuluius Apuliam, Claudius Nero Sueſſulam, M. Iunius Syllanus creatus conſul. 442. H. Opinor legendum Syllanus Hetruriam.

Teſtibus datis tribuni populum ſummoueruut, ſi te, illiq; lata eſt vt ſortirentur vbi Latini ſuffragium ferrent,) 443. A. Vos ſic emendatis: Scitoq; lex lata eſt. quaſi lex ſit lata per plebiſcitum. Ego ſic: Teſtibus datis tribunum populi ſummoue runt, ſitellaq; lata eſt, vt ſortirentur vbi Latini ſuffragiũ ferrent. Quæ ſententia talis eſt, ſitellam allatam in qua ſuffragia populus de approbanda lege poneret. Solitam autem afferri ſitellam quandam cum lex ferenda eſſet, probat, Cic. de nat. deorum lib. I. Vt igitur Titum Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem ſitellam. Fit autem ſitella à ſitula. Nam apud Plautum in Caſina dicitur coniectio ſortium in ſitulam fieri. Niſi volumus alio vocabulo emendare, quo vtitur idem Cic. vbi ait: Cum L. Saturninus legem frumentariam de ſemiſsibus & trientibus laturus eſſet, Q. Cepio qui per id temporis Queſtor vrbanus erat, docuit ſenatum ærarium pati non poſſe largitionẽ tantam. Senatus decreuit, ſi eam legem ad populum ferat, aduerſus rempub. eum videri facere. Saturninus legẽ ferre cœpit, collegę intercedere, ille nihilominus ciſtulam detulit. Cepio vt illum contrà, intercedentibus collegis aduerſus remp. vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pŏtes diſturbat, ciſtas deijcit. Quare dubium eſt an ciſtella ſcribi poſsit, quod ſit à ciſta. Sed quo modo ciſtula vna dicitur, ita & ciſtulę multæ, ſi eædẽ ſignificantur res. Verùm ne hîc agamus pluribus, ciſtulam nunc legendum puto: ſi quis volet ciſtellam legat, me non repugnaturo.

Cum in eo parum præſidij eſſet turbandæ rei cauſa, publicani per vacuum vi ſummo loco irruperunt, iurgãtes ſimul cum populo tribunisq;.) 443. A. Opinor ſic emendandũ. Publicani per vacuũ vi ſummoto eo, vel vi ſummoto inde cuncto irruperunt.

Poſthumius vadibus datis non affuit, tribuni plebis vocarunt, plebesq; ſciuit.) 443. C. Opinor legendum, tribuni plebem vocauerunt.

Ea comitia nouus pŏtifex M. Cornelius Cethegus habuit: res ingenti certamine petiuerunt. M. Fuluius Flaccus, qui ante & bis Conſul & cenſor fuerat: & T. Manlius Torquatus, & ipſe duobus cõſulatibus & cenſura inſignis: & Licinius Craſſus, qui ædilitatem curulem petiturus erat.) 443. D. Manifeſtus eſt error ex præcedenti litera t: nam tres legendũ eſt, non res. quod miror à nemine animaduerſum.

Nihil vnquam dicam de imperatore eo, cui præſertim ſciam gratias à ſenatu actas, quòd non deſperauerat de repub. qui poſt fugam actam niſi per omnes annos prorogatũ imperium.) 444. H. Vos ſic emendatis: Cui poſt fugam actam ſit. Ego ſic, quòd non deſperauerit de Repub. conſul poſt fugam actam, vel profligata acie.

Tamen tantum abfuit ab eo, vt illa ignominia tribus exercitibus quereretur, vt ea vrbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia in Veios transfugerat, recuperaretur.) 444. I. Opinor legendum, vt illa ignominia tribus exercitibus inureretur, vt etiam vrbs Roma, &c. Fuerunt autem tres exercitus qui Remp. ante hoc bellum afflixerunt, duo ad Furculas Caudinas, tertius ad Alliã. Vel ſic, vt vlla ignominia ijs exercitibus quæreretur, vt etiam vrbs Roma.

Néue dono militari virtutis ergo donaretur.) 445. B. Tu Antoni, qui te docere regem iactas, ſic eum docebas, vt muta res ergo vltima acuta eſſe legẽdũ, quod ſignificat cauſam, vt apud Virgilium: Illius ergo venimus.

Tum duo millia Gallorũ Pœnus in tres diuiſa partes per vrbem dimittit, Tarentinos & infra quam maximè frequentia.) 447. A. Emendo, Tarentinos & Afros quàm maxime frequentia occupare iubet.

Si quis in hoſpitio ciuis Romani (vacuas autem tenebat domos) nomen inſcripſiſſet, eum ſe pro hoſte habiturum

rum.)447.E. Opinor legendum, ſcibat, vel petebat, vel volebat domos.

Ex huius Marci duobus carminibus, alterius poſtea eſt acta, didici curato authoritas euentu, alteri quoque cuius nõ dum tempus venerat, afferebat fidem.)449.A. Opinor legendum, alterius poſt rem actam edici cum rato authoritas euentu.

Flauius Lucanus fuit caput eius partis Lucanorum, cuius pars ad Annibalem defeciſſet, qui cum Romanis ſtabat, & iam Hanno in magiſtratu erat ab ipſis illis creatus prætor.) 452.G. Opinor hic perturbatum verborum ordinem, ideóque ſic reſtituendum: Flauius Lucanus caput fuit eius partis Lucanorum, qui cum Romanis ſtabant, cuius pars, vel cum pars ad Annibalẽ defeciſſet. Anno autem ſuperfluã habet aſpirationem, quod non proprium nomen eſt, ſed ablatiuus.

Fideq; ab eo accepta, ſi Romanum ijs imperatorem tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos, dedit, Pœnus in locum pacis Gracchum adducturus. Magonẽ ibi pedites equitesq; armare, & capere eas latebras vbi ingentem numerum occulere iubet, loco ſatis inſpecto, atq; vndiq; explorato, dies compoſita rei gerendæ eſt)452.G. Vos ſic emendatis: In amicitiam Lucanos hunc deducere Pœnũ in loco quo ſic Grachum adducimus. Ego ſic: In amicitiam Lucanos dedit, ipſe ſe illò cum paucis Gracchũ adducturus. Illò aduerbialiter, pro eo quod eſt in illum locum.

Pugnatum tamen vtin nulla parte, duabus amplius horis, concitata, & donec dux ſtetiſſet Romanam aciem)454.I. Opinor legendum, etiam donec dux ſtetiſſet Romana acie.

Et Annibal quidem hauquaquam ſimili ſua, neq; ſimili ex ercitu.)455.C. Legendum eſt opinor, ſimili via.

In vaſtæ magnitudinis vrbe partium ſenſu non ſatis pertinente in omnia. 266.B. Opinor pertingente in omnia.

Marcellus Euryalo recepto, præſidioq; addito, vda cura erat libera, ne qua abs tergo vis hoſtium in arcem accepta, incluſos, imperitosq; mœnibus ſuos turbaret.) 458.K. Opinor vna cura erat liber: vel, vna cura tenebatur, vel turbabatur.

Acceſsit & ad peſtilentiam commune malum, quod facile vtrorumq; animos auerteret à bellorũ conſilijs.) 459.A. Opinor legendum, acceſsit ad hæc peſtilentia.

Itaq; non ducibus facilius quàm multitudini perſuaſum eſt, ſimilísne metus quidem à Romanis ducibus erat, quippe tam paucis ſibi retinuerunt.) 463.C. Puto legendum, quod per tam paucos ibi retinerentur. Vel, quippe tam paucis ibi retineri.

IN VI. LIB. EMENDATA.

Inde naues in flumine Vulturno comprehenſas duci gladio, quod iam ante præſidij cauſa fecerat caſtellum iuſſit.) 474.G. Puto ſic emendandum, duci ad id quod iam ante, &c.

Auditaq; vox Annibalis fertur, potiundæ ſibi vrbis Romę modò mentem non dari, modò fortunam minuere. Etiam per melius & aliæ paruæq; res. Magna illa quòd cum ipſe ad mœnia vrbis Romæ armatus ſederet, milites ſub vexillis in ſupplementum Hiſpaniæ profectos audiuit. Parua autem, quod per eos dies eum fortè agrum in quo ipſe haberet caſtra, veniſſe.) 476.F. Regius codex habet, etiam per me diuos & aliæ magnæ parũæq; res. Ego non infinitiuũ minuere per ultima correpta accipio, ſed producta, præteritum indicatiui: nec finem ſuperioris, ſed initium ſequentis ſententiæ, ideóque ſic emendandum reor: Minuêre etiã ſpem eius vel illius, & aliæ magnæ paruæq; res.

Nanque ex Lucanis in Brutium agrum, ad fretum verò ac Rhegium ſe occurſu contendit, vt prope repentino aduentu incautos oppreſſerit.)476.H. Opinor legendum, tanto cur ſu contendit.

Diem poſterum Haſdrubal colloquio petijt, vt Romani leges conſcriberent de detrahendis arcibus vrbium.) 480. G Lego, de trahendis arcibus vrbium.

Silentium ſubitò ortum eſt, & tacita cogitatio quídnam egiſſent. Noui fauor plus valuiſſe quàm ratio ætatis maximè pœnitebat.) 481.B. Opinor legendũ, quídnam egiſſent noui, vel quid legiſſent noui: nam quod fauor plus valuiſſet, &c.

Hac circunfuſus multitudine ſimilis Siculis obuiam egreſsis, Siculisq; Romam præbuit clariſsimarum vrbium excidio à celeberrimis viris bello victos accuſatores in vrbẽ adducentes.)486.K. Hunc ego locum duobus hinc annis à Lacobo Curlo rogatus, ægrè duobus diebus emendare potui, emendatumq; homini tradidi, cum pridie eidem petenti alterum, ſed facilius emendaſſem. Qui cur regium codicem ex mea ſententia nõ emendarit, nullam aliam reperio cauſam, niſi ab Antonio, ne me rectè correxiſſe fateretur, impeditũ. Ex quo datur intelligi, acriorem eſſe odij, quàm amoris affectum. Citius me deſtructum vellet Antonius, quàm Alphonſum Cæſarem. Sic autem emendaui hunc locum: Nunc circunfuſus multitudine, ſimul & Siculis obuiam egreſsis, poteſtatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel emulis quę rimoniam præbuit, clariſsimarum vrbium excidio à celeberrimis viris victos bello accuſatores in vrbem adducens.

Affirmantes non modò ſuam quiſq; patriam, ſed totã Siciliam relicturos.) 487.C. Opinor legendum, ſuam quenque patriam.

Pondo relinquat argenti. Qui curuli ſella ſederent, equi ornamenta, & libræ pondo, vt lignum patellamq; deorum cauſa habere poſſent.) 491.C. Neſcio an legendum ſit, ſalinũ patellamq;. Eſt autẽ ſalinum, ſalis vas, vt acerra thuris. Inde diminutiuum eius ſalillum, quod ego Antonium docui, qui pro minuto accipiebat ſale.

Ipſe vt ei nunciatum eſt æſtum decedere, quod perpiſcatores Tarraconenſes nunc leuibus cymbis, nunc vbi ea ſiderent vadis peruagatos per ſtagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum tranſitum dari, armatos duxit.) 498.H. Opinor ſcribendum: Nunc vbi eæ ſederent, id eſt, vbi cymbæ fundum maris nactæ eſſent, vadis peruagatos, hoc eſt, per ea ipſa loca vbi ſedebant cymbæ, per quæ vadere pedibus homines poterant. Hic eſt alter locus quem Iacobo Curlo correxi.

Hactenvs Antonio legenti, etſi non aſsiduè, affui, quoties mihi videbatur diſſentiendũ, veluti in ſenatu quodã ſententiã dixi, non quoties potui: ideoq; pauciora dixi quàm ſcribo, rem haud dubiè vtilem ijs, qui ſua Liuij exemplaria hac in parte emendare cupiant.

M. ANTONII SABELLICI ANNOT. IN LIVIVM.

EX PRIMO LIBRO.

Erhvmane, vt ſolet, à me quæſiuit Ludouicus Rheginus, iuuenis noſtratium literarum ſtudioſus, nec à Muſis (vt dicitur) & Gratijs alienus, quid eſſet quòd Romanæ hiſtoriæ author grauiſsimus Liuius, eo libro vnde res Quiritium ſcribere eſt orſus, Neptuno ſolennes Conſualia dixerit appellatos. Cui id ego in cauſa fuiſſe me arbitrari dixi, quia vt Seruius & Plutarchus ſcribunt, equeſtrem Neptunum eundem & Conſum veteres credidere: etſi non mihi excidiſſet Dionyſium nuſquam gentium credere Neptuno terræ domitori aram poni conſueſſe, quum in parte vrbis Conſo genio alioquin veteri religione dicata offenderetur. Quibus ille verbis innuere mihi videtur, Conſum à Neptuno equeſtri genitũ fuiſſe omnino diuerſum. Sed neq; temerè me illi accedere idem tidem præfatus, Strabonis & Macrobij teſtimonium celebrabam, quorum hic circa Corinthiacum Iſthmum nobile Neptuni templum, ille in Delo aram fuiſſe memoriæ prodidiſſet: niſi aliquis ita occurreret, alium Neptunum marinum eſſe, alium equeſtrem: quod Ariſtophanis carmen ſignificare videatur, *νὴ τὸν ποσειδῶ τάτην τὸν ἵππιον*, per Neptunum hunc equeſtrem, ſiue equorum domitorum. & rurſus *τὸν θαλάσσιον ποσειδῶ*, id eſt, marinum Neptunum. quo fieri poteſt, vt in Delo & Iſthmo alterius Neptuni fuerit, hic ara, illic templum: ſic vt propiora vero videri poſsint quæ Dionyſius, quàm quæ Seruius & Plutarchus tradidere.

Eodem libro 8.

Conſcenderamus fortè cœnaculum domus ego & Marofticanus hoſpes meus, vt inde Piſauranas ædes magnifico apparatu ex propinquo conſtructas contemplaremur: quum Liuij decadas ea cœnaculi parte quę ędibus obuerſa eſt, à puero temerè relictas ille intuitus, confeſtim arripuit. Hic verò Liuij locus ille perquam abſtruſus, tanquam ita euenire voluiſſet, eſt oblatus. verba ex hiſtoriarum primo fuere, Intercalares (quum ille de Numa rege interim loqueretur) menſibus interponendis ita diſpenſauit, vt viceſimo anno ad metam eandem Solis vnde orſi eſſent, plenis annorum ſpatijs dies congruerent. Tum ille ad me conuerſus, Quid ſibi Sabellice hoc Liuius velit loco, vtingenuè loquar, haud ſanè intelligo. tu vero ſi quid habes quo ſcrupulum hunc poſsis exoluere, fac ne diutius deſideremus. Tum ego, quæris inquam rem hoſpes minimè (vt ſentio) vulgatam, & quæ, ſi (quod multi temerè faciũt) præſenti acquieſcas lectioni, nullo modo lectori conſtare poſsit. Etenim Græci, quos Numa haud dubiè imitatus eſt, octauo quoque anno treis menſes intercalandos conſtituerunt, hoc eſt, nonaginta dies, qui ex

numero-

numero II. dierum & quadrantis octies multiplicato ſuperabant. Nam quum annum illi ex 12. Lunæ curſibus ſtatuendum putaſſent, ſupereſſentq; ad ſolſtitialem annum dies 11. & ſex horæ, quarta ſcilicet diei pars: eum dierum numerum octauo quoq; (vt dixi) anno placuit intercalari: quare Græcos Numa imitatus videri non poteſt. Quin illud vide potius, quod ſubtiliſsima Macrobius diſſertatione demonſtrat, ne non viceſimo Liuius ſcripſerit, ſed viceſimoquarto quoque anno: idq; ex Numæ conſtitutione comparatum. nam quum ad eum numerum dierum quem ad Lunæ curſum Græci conſtituerant (erant enim trecenti LIIII) vnum in imparis numeri diem Numa adieciſſet: Romanis ſimpliciter Græcorum intercalationem ſecutis, ob diem vnum cuius obliti erant, non ea quæ & Græcis conſtare potuit intercalandi ratio: quo poſtea errore cognito, Numáne adhuc regnante, parum compertum habeo: ſatis conſtat huiuſmodi emendationem inductam, vt in tertio quoque octennio, id eſt quarto & viceſimo quoq; anno, non nonaginta, ſed ſex & ſexaginta dies intercalarentur. Siquidem nonagenarium numerum explebant quatuor illi & XX. dies, qui quotannis ſinguli in honorem imparis numeri adijciebantur. etenim ille dies (vt dixi) neq; lunari rationi aſcribi potuit, neq; Græcorũ intercalationi erat inſertus, ſed ſuperuacuus, nec intellectus aliquandiu Romanis fluxerat. erit igitur, ni fallor, vera Liuij emẽdataq; lectio, viceſimoquarto anno. Nec obſtat quòd Liuius intercalationis illius Numam authorem dixerit, quum Macrobius emendationem illã quandã fuiſſe innuat. Siquidẽ talis intercalandi ratio ab eo profecta eſt: ſed ſiue Numa ſiue alij poſtea emendarint, iure id totũ authori referas acceptum. Eodem libro 10.

Sunt velut minores in alto ſcopuli, qui eo nauigantibus habentur infeſtiores, quo minus prouideri poſſunt. ſic & offenſacula haud parum crebra, ſimilitudine quadam verborum in Liuiana lectione latitantia, pro ſynceris & emaculatis recepta, incautius currentem tam ſæpe quàm turpiter fallunt: vt illud in primo ab Vrbe condita, Lex erat, inquit, horrendi criminis, duumuiri perduellionẽ iudicent. ſi à duumuiris prouocarit, prouocatione certato. ſi vincent, caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito. Verùm carminis non criminis Liuium ſcripſiſſe cum pleraq; alia, tum in primis Ciceronis verba planè arguũt. Tarquinij, inquit, ſuperbiſſimi atq; crudeliſſimi Regis iſta ſunt cruciatus carmina, Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito. mitto reliqua. Eodem libro 11.

Inter celebres & illuſtreis familias quę ex diruta Alba Tulli Hoſtilij Regis temporibus Romã commigrarunt, apud Liuium Tullios relatos reperio. Dionyſius in earũ relatione nõ Tullios ſed Iulios memorat: cuius lectio eo mihi verior videtur, quo magis conſtat Iuliã gentem non Tulliã longa Alba fuiſſe oriundam. Eodem libro 11.

Tullius (inquit Liuius) ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehenſos à Sabinis quærebatur) Quibus Liuij verbis haud dubiè apparet in Sabinorum poteſtate Feroniæ fanum ea tempeſtate fuiſſe: nec deſunt qui ſcribant circa Soracte montem & vrbem Feroniã & deæ templum religioſiſsimum fuiſſe: ipſamq; à ferendis arboribus ita appellatam. Sed Dionyſius in Latio haud procul Circeijs in Pometinis campis Feroniæ templum à Spartanis conditum tradidit: nomenq; datũ genio ab æquorea latione: Maroq; vetuſtatis peritiſsimus, Circeiumq; iugum, queis Iuppiter Anxuris aruis Præſider, & viridi gaudens Feronia luco. Vide igitur ne vtrobiq; deæ templum fuiſſe dicendum ſit: cui opinioni ſi quis grauatè accedat, perbellè fateatur neceſſe eſt, alteram opinionem eſſe falſam. Accedit & his tertia quædam, quòd Ptolemæus inter Lucam & Piſtoria Feroniæ lucum in Hetruria retulit: de quo nunc loco an intelligi poſsit, viderint alij.

Eodem libro 13.

Videbam ex Liuianæ hiſtoriæ ſtudioſis ſolicitè quoſdam requirere quæ eſſet Murtia dea, ad cuius ædem priſcis Latinis Romam traductis ſedes ab Anco rege datas Liuius tradidiſſet. Horum curioſę indagini Pliniana opitulatur authoritas: Ara, inquit ille, fuit Veneris Myrteæ nunc Murtiam vocant. quibus verbis nemo non planè colligit, ea appellatione quę à myrto facta eſſet, Venerem in parte vrbis quandoque cultam: ſed res omnino notior, quàm vt de ea prolixior habeatur ſermo. idcirco quæ de Murtia alij tradidere, conſultò miſſa fecimus. Eodem libro 16.

Obſcurè nimis, ne frigidè dicam, Liuius locum in primo perſtrinxit, in quem ſi quis pandiculantibus vt dicitur oculis incidat, aut hallucinabũdus inibi hæreat oportet, aut manifeſta ignorationis confeſsione victus abeat. In cenſu enim quem Seruius Tullius egit, referendo, cum ſuffragiorum explicaret rationem, Non (inquit) vt ab Romulo traditum ceteri ſeruauerunt Reges, viritim ſuffragium eadem in eodẽq; iure promiſcuè omnibus datum: ſed gradus facti, vt neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur: & vis omnis penes primores ciuitatis eſſet: Equites enim vocabantur primi: octoginta inde primæ claſsis centurię peditum vocabantur: ibi ſi variaret, quod rarò incidebat, vt ſecundæ claſsis vocarentur: nec ferè vnquam infra ita deſcenderent, vt ad infimos peruenirent. Ex quibus verbis quæ ſuffragiorum eſſet ratio, haud intelligi poteſt. etenim demonſtrari oportuit qua ratione comparatum eſſet vt ſuffragium primæ claſsis ita polleret, vt ſi nihil in illis variaretur, non eſſet opus ad reliquos ordines peruenire. At centum nonaginta tres centuriæ, vt Dionyſius demonſtrat, iuniorum ſeniorumq; tum ſcriptæ ſunt. quo apparet, octoginta centurias non potuiſſe id præſtare, quum centuriarum dimidium non explerent, non modò ſuperarent: nec ſi centuriarum numerus aliquanto minor fuerit, vt Liuio placere video, id accidere potuiſſet. Sed certè ſic habet, vt ex Dionyſij lectione condiſcitur: aſſcripſerat Tullus decem & octo equitum centurias primæ claſsi: copulauit dico illorũ ſuffragia: ita vt octo & nonaginta eſſent centurię in primo ordine: quibus ſi inferendo ſuffragio conueniſſet, quia ſupra dimidiũ ſuffragiorum continerent, non erat opus ad inferiores claſſes deuenire. hæc eadem Liuius, ſed concisè, vt dixi, & obſcurè nimis. Eodem libro 17.

Inoleuit incuria magis quàm inſcitia mendum, vt Aruns Tarquinius legatur, & Tullia minor, propè continuatis funeribus, quum domos vacuas nouo matrimonio feciſſent. quæ lectio ſi vera eſſet, & fratrum & ſororum minores natu periſſe oporteret, virum ſcilicet & vxorem: ſiquidem Aruns (quod Liuius haud obſcurè demonſtrat) L. Tarquinio fratre minor natu fuit: cui & iuniorem Tulliam matrimonio locatam credere æquum eſt. quanquam eiuſdem verba id perſpicuè demonſtrant. Si vir igitur cum coniuge extinctus eſſet, haudquaquam nouo opus fuiſſet connubio. verùm ſic habet, vt maior Tullia, & Aruns Tarquiniorum fratrum minor, paucis diebus vita deceſſerint: quorum interitu ſceleratæ ſunt poſtea ſuperſtitibus nuptiæ conciliatæ. maior igitur Tullia, non minor (vt omnia quæ vidimus habent exemplaria) vera emaculataq; erit lectio.

Eodem libro 17.

Dionyſius, quod ad præſentem locum attinet, validè eorum refutat opinionem, qui L. & Aruntẽ Tarquinios Priſci fuiſſe Tarquinij filios prodidere, in his eſt & Liuius, Romanos ſecutus ſcriptores. Sed Dionyſius non authoritate ſolũ, verùm & coniecturis & ratione nititur: quanquã huiuſmodi hiſtorię variationes plurifariã apud veteres eſt obſeruare, cuius & id genus (etenim pauca ſubijciam) dici poteſt, quod de Tarteſſo longè diuerſa ratione Plinius & Strabo ſcripſere: Sub corona venire aliter Feſtus, aliter Gelli⁹: Dionyſius curru Romulum triumphaſſe prodidit, Plutarchus pedibus: de muliebri ſaltatione diuerſã Seruius & Macrobius ſenſerunt: Appianus Calpurniã Cæſaris à Clodio adulteratam, Tranquillus Pompeiã dixit: Tanaquil, Priſci Tarquinij vxor à Liuio, ab alijs traditur Anci Martij, & Valerio: Liuius ob Cannenſem cladẽ Cereris ſacrum intermiſſum tradidit: Valerius ait, ne intermitteretur, ante triceſimum diem omnem luctum publico decreto abſterſum. mitto reliqua quę ſi numero exequeremur, maius ex ea re tædiũ, quàm gratia ſcribendi oriretur. Eodem libro 19.

Itaque Pontinæ manubiæ quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant) Sic omnia quæ vidimus Liuij habent exemplaria: ſed locorum ſitum librarij ſecuti particulã deprauarunt. nam & Pontina palus eo Latij tractu eſt, vnde manubiæ quæſitæ, verùm Pometinæ Liuium ſcripſiſſe, vel ex eo admoneri potuerunt, quòd proximo illo loco dixerat, Sueſſam Pometiã ex his vi cepit: vbi quum diuidenda præda XL. talenta argenti auriq; cepiſſet, concepit animo eã amplitudinem Iouis templi. mitto reliqua. Dionyſius & ipſe Sueſſam Pometiam appellatam ſcribit. A Pometia Pometinum duci, non Pontinum, vel triuialibus imbuti literis intelligunt. Libro ſecundo 30.

Mouebant cõſulem hæc: ſed tergiuerſari res cogebat: adeò in alterã cauſam non collega ſolùm præceperat, ſed omnis factio nobilium) Frigidè nimis, ac neſcio quid diuerſum ab eo de quo interim agebatur, dixiſſet Liuius, ſi credibile eſt ita eum ſcriptũ reliquiſſe. admonendus proinde lector videat ne præceps eat, aut (quod magis placet) præceps iuerat, Liuius potius ſcripſerit, quas duas particulas in vnã verterit librariorũ inſcitia. Eodem libro 33.

Tito, inquit, Latino de plebe homini ſomnium fuit) Plutarchus, Dionyſius & Valerius in relatione nominis Liuio aſtipulantur: Lactantius Tyberium Atinium fuiſſe tradit. Sed in eo haud magnum vertitur diſcrimen: illud interim haud reticendum duxi, Iudos, quos Liuius inibi magnos appellauit, Valerius nunc Circenſes, nunc plebeios vocat: Lactantius & ipſe Circenſes fuiſſe ait: vnde colligitur Circẽſes plebeios & magnos eoſdẽ fuiſſe. Pedianus poſt exactos reges pro libertate plebisue recõciliatione inſtitutos tradidit. Dionyſius ſignificare mihi videtur Circenſes fuiſſe eos quos Romulus in Sabinarũ aſsimulauit raptu. Adijcio illud, quod ad loci emendationẽ attinet, Acronio, vel vt alij aiunt, Atronio patrifamiliæ nomen fuiſſe, qui ſeruũ ſub furca ludorum die cæciderat. Eodem libro 34.

Id publi-

Id publicum consilium fuerit,an muliebris timor, parum inuenio.)Hæc Liuius. at Dionysius Valeriam Publicolæ sorem autorem eius consilij fuisse monstrat: Plutarchus ad hæc non Volumniam (quod ad narrationem illam de qua nuper diximus,attinet) sed Vergiliã tradidit Coriolani coniugem appellatam. Eodem libro 35.

Est in plerisq; rerum scriptoribus quædam obseruare,quę inter se omninò sint contraria, maximeq; repugnare videantur:quale est illud,vt vno contenti simus loco,apud Liuium, Ad duo,inquit,bella,exercitus scribitur ducendus: Fabio in Veientes,in Equos Spurio datur,in Equis nihil dignum memoria gestum est:Fabio aliquantò plus negotij cum ciuibus quàm cum hostibus fuit. Quibus perspicuè verbis potest intelligi,Fabium in Veientes contendisse, proditumq; à suis in acie:verùm non multò pòst consensu ait exercitus traditam vltro victoriam victis Equis,signa deserta, imperatorem in acie relictũ.& rursus: Nec Veiens hostis Hetruscæq; legiones detrectant:prope certa spes erat non magis secum pugnaturos,quàm pugnauerint cum Equis. Ecquid magis repugnãs dici potuit,quàm Fabio Veientes prouinciam datam scribere,cui maius fuerit cum ciuibus negotium, quàm cũ hoste: & in Equis nihil memoria dignum actum: mox paulò & publico consilio, & in procinctu Hetruscum proclamare in Equis rem Romanam à militibus proditam? quid præter memoriæ lapsum possit excusare,si Liuius citat? adsit? habebit, opinor,nihil. Alij vbi in vtranque partem rectè omnia rimati fuerint,boni consulant, Liuiumq;, si possunt, à calumnia vindicent. Eodem libro 39.

Ne quæso grauetur docti aliqua his obseruationibus à nobis conspergi, quorum paulò prouectiores ne admoneri quidem velint.nam vt in missilibus spargendis nulla principis largitio populo grata esse potuit, si in orchestram aut intra equestria tantùm non in popularia concidissent:sic literatorum vulgus in me reclamabit ex hac nostra lucubratione ad se nihil peruenisse: nec dubitabit in ambitionis suspicionem nostrum deuocare officium,quasi peritioribus ostentare id sit,non in medium scribere. Quanquam certò scio non defuturos,vt delicato sunt plerique stomacho, qui hæc in publicũ proiecta indigna iudicent,quæ non modò non dignioresordines,sed ne ipsum quidem cupiat vulgus colligere: adeò in locando magis quàm parando nobis laborandum fuit officio.At sint rutabula hæc, marræ, furcula, & alia id genus viliora: pandant ad eorum casum pagani & rupices sinum, videantq; num emendata sit lectio apud Liuium: Tulit ad populum vt plebeij magistratus tribunitijs comitijs fierent:an verius tributis comitijs pro tribunitijs sit legendum,& mox paulò pòst. Eodem libro 41.

Insignem annum comitia tribunitia efficiunt, pro tributa. Lælius Felix Gellio authore tria comitiorum genera fuisse tradidit:Curiata, quum ex generib⁹ omnium suffragium ferretur:Centuriata,quum ex censu & ætate: quum verò ex regionibus & locis,Tributa.quibus Lælij verbis vtra emendatior lectio,facilè est legentibuus iudicare.

Ex libro 43.

Consules inde Posthumius Albus,Sp.Furius:Fusios Furios Fabios scripsêre.) Sic ille, si Liuium credibile est scripsisse ea,quæ ne ipse quidẽ si ad superos reuocare possit, valeat interpretari,sed videat lector(nam coniectura sæpè agimus)ne emendatior veriorq; sit lectio,Posthumius Albinus, Spurius Furius,seu Fusius: Fusios Furios Fabius & quidam scripsêre.vt de Fabio Pictore intelligas, qui rerum Romanarum vetustissimus(vt Dionysius ait)fuit scriptor. cui sanè opinioni Fabij Quintiliani verba aliquid omninò fidei adijciunt, Valesij,inquit,& Fusij in Valerios Furiosq; venerunt. In Fabijs eam mutationem factam,nec ille,nec(quod sciam)alius prodidit quisquam. Eod.lib.47.

Age verò quid illud? Inde ait ad multitudinẽ oratione conuersã,si vos vrbisq;,si vestri nulla cura tangit,at vos veremini deos)Nemo est lectionis structuræq; Latinæ tam imperitus & expers,qui non vltrò intelligat illud,si vos vrbisque,si vestri nulla cura tangit,parum emendatè lectitari.quis enim locus,post vrbis,coniunctiuæ dari possit particulæ, haud sanè perspicio. quum neque ordo id pati videatur, neque sensus.videbũt itaq; alij,an rectè aliquis dixerit, Liuium, Si vos vrbis quirites,si vestri nulla cura tangit,scripsisse potius,quã vrbisq;:sed siue inscitia siue incuria,qui quir. paucioribus elementis dictionem notatam offenderant, quæ pro quirites fecerunt:errore q; semel recepto,mendum Liuianis exemplaribus tenacius hæsisse credere æquum est. Eod.lib.49.

Est eodem libro ita scriptum, hos ignominiosa fuga domum se recipientes, Ro. Consul in Algido consecutus,ad vnum omnes occidit: Victor ad Columen, id loco nomen est, exercitu relicto,castra locat)vbi nemo non intelligit,relicto, nullo modo incolumi sensu stare posse. Quare videbunt alij ne reducto, aut (quod æquè placet) reliquo sit potius legendum. Ex tertiæ decadis libro 1.

Vellem ego librariorum inscitiam,veternosumq; illud hominum genus,quod nostram proximè ætatẽ præcesserit, post flebilem iacturam illam quam Gothica tẽpestate Latina lingua in Liuiana fecerat historia,fragmenta hęc teterrimi illius naufragij posteris incorrupta tradidisse.nihil sanè iniuria illa vetus nobis reliquum fecit quod nõ hominum socordia vitiarit:vt nullibi ferè sit Liuianam alterius rimari historiã vbi non domestica iniuria sua altius impresserit vestigia: sed quo in primis illis voluminibus, quia omnia vbi magis ab hominum memoria erant remota, maior errori venia dari potuit,eo hæc quæ subijciam, acerbiore accusatione digna. Lapsus in lubrico,& in obscuro hallucinatio, haud tam turpis,quàm in plano & aperto.Ecquis in nobilissimis maximeq; celebri historię parte crederet tam multa inuersa,lacera, mutilata legentibus occurrere? vt non dubitẽ in vniuersum affirmare, nullum esse in tam spatiosis voluminibus foliũ, in quo non vnum atque alterum sit acrius intuentibus mendum deprehendere. Etenim quis est tam veteris historiæ expers,qui quũ in secundi belli Punici primo legerit? Quatuor & viginti peditum Romanorum millia sunt scripta, & octin genti equites:non intelligat legitimum equitum numerum legionibus non esse redditum, quum ea potissimum tempestate terna millia peditum legionem explerent? Perspicuè apparet habuisse eũ delectum sex legiones: quibus singulis quia ducenti(vt Polybius scribit)equites ascriberentur:necessum est fateri id Liuium aliter scriptum reliquisse: cui opinioni, præter rationem,Polybij quoq;(vt dixi)astipulatur authoritas. Eod.lib.ibid.

Quàm inscitè somniculoseque illi locum cuius modò memini, vitiarunt, tam certè segniter, nec minus hunc quem proximè subijciam:quadringentos,inquit, quinquaginta sociorum peditum:pro quatuordecim millia. & cõtinuò pòst, mille equites socios, pro mille & quingentos quinquaginta equites.eadem ratio & authoritas præsentem locum ab iniuria vindicant. Eodem libro.

Receptum semel proximo loco vitium tam tenaciter hæsit,vt vulgò Liuiana habeant exemplaria,illa duntaxat dico, quæ ad hunc diem videre contigit, Libyi Phœnices, duabus diuisim dictionibus pro Libyphœnices.tam Polybij autoritas,quàm Liuij verba quæ sequuntur,licet corrupta,id arguunt.Libyphœnices,inquit,mixtum Punicum Afris genus.

Eodem libro.

Vbi verborum affinitas librariorum vulgus semel in errorem traxit,ita fermè euenire solet,vt mendacij vestigiũ tenacius impressum,facilis eruditorum non reformidet sequela. est apud eundem:Hannonem Amilcaris filium vigilia prima noctis cum parte copiarum maximè Hispanis aduerso fluuio ire iter vnius diei iubet. Sed Hanno Amilcaris filius, qui idem erat & Hannibalis frater (quod paulò solertiorem potuit lectorẽ mendacij admonere)in Hispaniæ fuerat ab Hannibale fratre relictus.At Bomilcaris filiũ,non Amilcaris scripsit Liuius: quod Polybij lectio, quem ille in historia sequitur,haud obscurè demonstrat. Eodem libro.

Cælius,inquit,per Cremonis iugũ ducit transisse, hæc Liuius,si ea Liuius scripsit,verùm quia id iugi nomẽ apud eos qui de ratione terræ scriptum reliquere,non reperio, suspicari libet Centronis esse potius legendum. Strabo, Via,inquit, per Salassos ad montes bifariam scinditur:vna quidem Potamum(sic enim dicitur) ducit per alpium summitates iumentis inaccessibiles:altera per Cẽtrones prolixior. Sed id ego in medio relinquo.alij fortassis,siue in aperto sit veritas,siue in profũdo,vt Democritus credidit,demersa, melius viderint.

Ex secundo libro.

Iunoníque Sospitæ Lauinij maioribus hostijs sacrificaretur) Semel atq; iterum dixi vocum affinitatem præter cæteralibrariorum temeritatem per æqua & iniquæ præcipitem egisse,sed quum in plerisque digni quodammodo sint venia, hoc quidem loco proculdubio dignissimi sunt habendi.quæ enim vox tam arctè voci cohęsit vnquam,quàm Lanuuium Lauinio? haud igitur mirum si quum Liuius Lanuuij scriptũ reliquisset,notioris similitudine vocis decepti illi Lauinij fecerint.Quòd autem Lanuuij ille scripserit, Cicero præclarè docet:Date,inquit,Lanuuio municipio honestissimo, quod in hac tota causa frequens mœstumq; vidistis : nolite à sacris patris Iunonis Sospitę,cui omnes consules facere necesse est, domesticum & suum cõsulem potissimũm auellere. Quibus Ciceronis verbis haud dubiè apparet, quæ in hac parte sit emendata lectio. Eodem libro.

Age nunc quàm prona res fuit in lapsum,ita Liuium vitia ri contigisse, vt insuper pro Insuber mendosè sit in eo receptum? Donec,inquit,insuper eques, Ducario nomen erat, faciemq; noscitans,consul hic est,inquit popularibus suis, qui legiones nostras cecidit.Quòd Liuius insuber scripserit, Polybij arguit authoritas.is in historijs tradidit C.Flaminium qui ad Trasimenum perijt.priore consulatu Insubrum legiones ad Abduam flumen cecidisse,eorum agro prius fœdere populato.

ANNOTATIONVM IN T. LIVIVM FINIS.

IOANNIS VELCVRIONIS IN T. LIVII AB VRBE CONDITA LIBRVM PRIMVM ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI AB VRBE condita T. Liuij, atque adeò totius historiæ Romanæ.

INitium Vrbis populiq; Romani & originem sub regibus Albanis atque Romanis, primus hic liber Liuij ab Vrbe condita describit. Quæ historiæ sunt omninò necessariæ, nedum viles, ad reliquum corpus totum historiæ Romanæ cognoscendum: vtpote quæ sint quasi caput eius corporis & principium, quas mirè breuiter Florus complectitur in prima Epitome, & in primo libro historiæ suæ. Itaq; primus hic Liuij liber cum secundo ab Vrbe condita, facilè indicis, & certissimi magistri aut commentarij vice fungitur, ad intelligendũ alias Romanorum historias. In quibus duobus libris fundamenta regni & imperij Romani, omnium pulcherrimi, quasi iaciuntur, adeò, vt sine cognitione atq; lectione horum volumin um, planè imparatus sis atq; ineptus ad omnia illa, quæ ab historicis, vel ab oratoribus & poëtis, de Romanis legibus & moribus, de iure & magistratibus Romanis, vnquam sunt prodita. Sic ergo re vera aditum & ingressum patefaciunt hi duo libri, ad omnem reliquam historiam Romanam. Quare etiam plurimi fieri diligentissimeq; perlegi vtrunque conuenit. In vniuersum autẽ vrbis Romę numerantur ætates quinque, à prima eius origine, vsque ad hęc nostra tempora. Sic enim facilimè distinctam Romanam historiã memoria complecteris. Prima ergo ætas fuit sub regib. annis ducentis quadraginta sex, quasi pueritia vrbis, quã reges septem obtinuere monarchiam. Secunda ætas fuit sub consulari potestate & libera Aristocratia per annos quadringentos sexaginta, quasi iuuentus & viridior ætas imperij Romani, quæ optimos quosque principes habuit, & viros omni genere virtutũ atq; prudentiæ ornatissimos. Tertia ætas sub Cæsaribus, Imperatoribus, quorũ Monarchia legitima durauit à Iulio Cęsare, vsque in Valentinianum tertium, per annos quingentos & quatuor, virilis ætas imperij Romani, tametsi aliquot imperatores magis tyrannicè præfuerũt, quàm clementer. Quarta ætas fuit sub Tyrannis & barbaris, qui Romam atque Italiam miserrimè vexarunt, per annos trecentos quadraginta quinque, vsque in Carolum Magnum. Hæc quasi senectus est vrbis, qua vires eius propè conciderunt confectæq; sunt. Facta enim est tum Roma spolium barbarorum omnium, & totius adeò orbis terrarum præda, ac tum denique prouincias ditionesq; suas, à barbaris sibi ereptas, amisit. Quinta est acta ætas, quasi decrepita & confecta, sub [redacted] Cæsaribus Germanis hactenus, per annos circiter septingentos triginta, quibus imperio libertateq;, nedum prouincijs, exuta vrbs Roma est, ita, vt nihil interim sit aliud, quàm multorum mancipium. Hęc verò annorum summa conficit circiter bis mille ducentos nonaginta sex annos, ab vrbe condita in hunc vsque annum. Primæ ætatis res gestæ hoc Liuij primo libro perscribuntur. Secundam ætatem quoque totã, centum & decem libris complexus est Liuius, ac similiter tertiæ ætatis initia triginta libris. Verùm maxima pars Liuianæ historiæ temporum iniuria, imò hominum magis ignauia periit, vt eius loco nihil nisi nudos indices habeamus vt Flori, Eutropij, Orosij Epitomas, & Plutarchi vitas vtcunque cõgestas. Deinde quartam & quintam ætatem multi veteres & recentiores historici descripserunt, ex quorum lectione plurima scitu dignissima possunt accipi, tametsi non ita copiosi, nec per omnia facundi sint. Totum ergo corpus historiæ Romanæ non ab vno aliquo conditum est, & compositum, sed à pluribus, tametsi Antonius Sabellicus pleraque Romana in suas Enneadas congesserit. Cæterùm de vita Liuij plura hìc dicere non attinet, qui proculdubio omnium historicorum Latinorum princeps iudicari debet: quia res omnes à populo Romano pace bellóq; amplius septingentis sexaginta annis ab Vrbe condita gestas, copioso simul & fluenti, inuictoq; stilo perscripsit: Romæ habitus in maximo pretio & celebritate, sub Octauio Cæsare Augusto, apud quẽ in magna fuit gratia, tametsi eum Cæsar Pompeianum vocare soleret, quia liberius paulò ciuilia bella Cæsarũ describerat. Tyberius autem Octauij successor & filius, licet suspectum & inuisum habuerit Liuium, tamẽ eius authoritatem reueritus, nihil grauius in eum constituit. Et Suetonio teste, Liuij hortatu Caius postea imperator, adhuc priuatus, quadraginta libros historiarum scripsit, ab eo sic edoctus. Apparet enim alicunde ex Fabio & Seneca, Liuium docendi operam nobilibus Romanis impendisse liberalem. Mortuus autem esse dicitur quinto anno Tyberij, ab Vrbe condita septingentesimo septuagesimo primo, Kalendis Ianuarij, die eodem & anno quo Ouidius poëta mortẽ obierit in exilio apud Scythas. Verùm meliorem sui partem Liuius ipse suis scriptis monumentisq; ostendit.

DE LVCIO FLORO.

Lucius Florus ætate sua insignis historicus, Liuij singulos libros sua Epitome indice quasi breui complexus est: non in alium vsum, quàm vt legentis memoriam, & attentionẽ adiuuaret: si videret lector statim quid ex vno quoq; libro sibi esset expectandum. Est autem non inutilis vsus huiusmodi Epitomarum, si modò aliquis nõ in his tantùm immoretur, omissis iustis authorum libris. Nã alioqui essent re vera ignauiæ diuerticula & desidiæ, si neglecto authore toto inhæreas nudo indici. Scripsit præterea Florus quatuor libros de bellis Romanorum valdè vtiles, quibus clarè ostendit, certa serie temporum enumerans quasi incrementa & accessiones Romani imperij, quæ paulatim prouinciæ, ditiones, & terræ à Romanis deuictæ, sub eorum potestatem venerunt, vsque in Cæsarum tempora. Sic enim ex Cæsarum quoq; historia vtile est talia incrementa imperij obseruare, tametsi fortuna tertiæ ætatis variauerit: quia vt prouincias aliquot nouas obtinuere Cæsares, vt in Germanijs, Hispania, Dacia, & ad Orientem: sic contra amiserunt etiã multas diu antea possessas terras. Denique in historijs quartæ ætatis, actæ sub Tyrannis, animaduertere oportet, & rursum quasi numerare, sua tẽporum serie, decrementa & ruinas adeò eiusdem Romani imperij, quomodo prouincias & terras eius barbari atque Tyranni carpserint, donec vix tandem solum vrbis nomenque Romæ superfuit, vsque in ætatem quintam, [redacted] Hæc enim est rerum humanarum vicissitudo, vt minima crescant, & inde maxima quæq; decrescant. Nam ita res humanæ

Tolluntur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant.

QVA RATIONE BONORVM AVTHORVM, ET potissimùm Liuij, scripta legi debeant, vt non solùm intelligere, verùm imitari quoq; ea studioso sit promptum.

Quia omnis lectio & auditio authorum inutilis est, nisi accedat diligens obseruatio, atque imitatio, qua scribendo & dicendo similia aliquando ipse effingere & componere queas, ideoq; præter inuentionem opus est prudenter animaduertere & discernere genus orationis in quolibet bono authore, nedum in Liuio. Nam, nisi obseruata dicendi forma, nihil imitaberis in specie, neque dignum fructũ satis ex tanti authoris lectione capies: præsertim qui plura assequi posses, nisi tua inertia & negligentia tibi ipse obesses. Est autem Liuij oratio vt copiosa & grauis, ita mirè inter se, longiore contextu, & maiori orbe connexa: creberrimisq; ambitibus & circunductionibus cohærens, quas historicas periodos, vel historiæ flexus vocare licet. Est enim historica periodus, oratio prolixior, ex pluribus commatibus, vel articulis & membris ita composita, vt non solùm eãdem rem copiosè efferat, sed etiam plures complectatur res, variasq; connectat, in eandem sententiam vel constructionem. Et hoc quidem orationis flexu, Liuiº à Salustio, à Cæsare, ab Aemilio, à Iustino, differt, quorum sermo rotũdioribus membris, & breuiori ambitu colligitur, ita tamẽ, vt grauitatem Liuij non æquet. præcipuè enim Cæsar, & Aemylius, & Iustinus, ad populare, elegantem, ac paulò supra quotidianam dictionem accedit, qualis est in narrationibus Terentij. Cæterùm si huiusmodi periodos in sua mẽbra resoluas, tũ facilè ea quæ dixi intelliges, & rectius quoq; iudicare poteris de grandi genere orationis, & medio & tenui: item discernes rectius inter stilum Terentij, Cæsaris, ac Liuij. Apud Ciceronem alia quidẽ est forma loquendi, cuius compositio mollior & iucundior est aliquanto, habetq; rotundiores & expeditiores periodos, in causis præsertim forensibus & magnis negotijs, vt in orationibus, & grauibus epistolis. Possent autem aliqua præcepta de compositione membrorum, & periodorum, & flexuum tradi, nisi magis obseruatione diligenti perciperentur, tamen in genere ad hanc rem quædam ex Grammatica afferam. Primò in ambitu historico sæpissimè plures nominatiui, aliíq; casus ad vnum aliquod verbum, quasi prædicatum referũtur, vt hìc statim in præfatione. Secundò, ad istã connexionẽ plurimum

rimum prosunt participia, vel absolutè posita in ablatiuis consequentiæ, vel in alijs casibus, præcipuè præterita deponentia, passiua ac futura, quia præsentium sonus durior, & caueri debet in plurali numero. Tertiò coniunctiones causales, rationales, propriè ad hanc rationem pertinent, aptissimæ circumductionibus faciendis. Quartò pronomina relatiua huic rei valdè inseruiunt. Reliqua ex ipsa lectione obseruare debes, & exempla diligenter inspicere, vt ipse etiam aliquando discas nectere orationem, ne tâquam monstrosum corpus, vel laceratum, discerptis articulis, dissolutisq; membris, miserè hæreat. Nemo enim ne simpliciorem quidem orationem, commatibus ac membris plerũque compositam, feliciter præstabit, nisi hanc artem componendi, vel mediocriter saltem, teneat. Tamen cùm hæc specialis imitatio non statim cuiuis eueniat, interim negligẽtior ille vel tardior generali imitatiõi inseruiat, hoc est, formulas synonymas, aut etiam diuersas, item figuras, vt metaphoras, metonymias, vt descriptiones causarum, & euentuum expositiones, conciones, aliaq; huiusmodi ornamenta, & rerum argumenta, studiosè obseruet, memoriæq; commendet, quibus, si vllus alius author, certè Liuius est refertissimus, adeò, vt in ratione dicendi nemini præter Ciceronem cesserit, & secundus dicendi magister, eloquentiæq; Romanæ alter parens iure appelletur. Ea namque est ipsius copiæ grauitas & iucunditas, vt historiam Romanam solus ipse ad hoc fastigium dignitatis euexerit, vt ne Græci quidem, iudicio Græcorum, vllum meliorem habuerint. Cæterùm quomodo res, circunstantiæ, affectiones, similiaq; in Liuio alijsq; scriptoribus animaduerti omninò debeant, alibi satis est expositum.

DE HISTORIA, ET QVID IN LIVIO obseruandum sit studioso.

Historia est diligens & fida rerum gestarum narratio, ad docendum delectandumq; instituta, quæ exemplis consiliorum, euentuum, dictorum, & factorum allicit ad virtutẽ sectandam, vitiaq; fugienda, instituens his exemplis vitam priuatam & publicam. Vt autem in alijs authoribus res & verba oportet obseruare studiosum, sic in Liuio præcipuè iuuenibus obseruanda est oratio, non quasi hanc statim possit imitari, sed vt hinc ditissimam supellectilem bonorum verborũ & formularum latinitatis, ac figurarum ornamenta sibi excerpant, quibus & ipsi vtantur, & corpus orationis suæ vberrima copia exaugeant: ne semper puerilis, hoc est, iacens aridaq; maneat ipsorum oratio. Plura verò de orationis Liuianæ cõpositione nihil hîc attinet repetere, sed admonere satis est iuuenes, vt in qualibet eius parte, simplicem ordinem sermonis & constructionem Grammaticam quærant & sequantur, præcipuè quia longiores ambitus & quasi hyperbata, id est, prolixæ constructiones & perplexæ sæpè in Liuij sunt oratione. Tale enim genus flexuosum, connexum & cõtinuum, tanquam proprium, historicis tribuit Cicero, in secundo de Oratore, & in Oratore perfecto, & Fabius in 9. cap. 4. Atq; hæc de elocutione obseruãda hic saris sint dicta. Deinde quod ad inuentionem rerum attinet, animaduertere oportet consilia prudenter aut temerè inita, atq; eorum euentus & exitus, bonos aut infelices. Nam alienis exemplis discere & sapere fortunatum est, &c.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Et hæc quidem propria virtus est Liuij, copiosè exponere rerum gestarum causas, occasiones, consilia, euenta, hoc est, antecedentia & consequentia: quæ mirè docẽt cõponere melius priuatam quoque vitam: præterea virtutis probitatisq; exempla imitanda, & vitiorum exempla cauenda sumuntur ex Liuio commodè, & ab alijs historicis. Sic enim propriè ex historia capiuntur hypotheses, hoc est, exempla singulorum hominum, bona aut mala, aut media, quæ deinde ad theses, id est, ad suos locos communes, atque ad generalia præcepta morum aliarumq; rerum dijudicantur & referuntur: qualia præcepta philosophi, præsertim Ethici tradunt, vt Cicero in Officijs, in libris philosophicis: vt Aristoteles in sua Ethica, & in Politicis: vt Plato in sua Repub. & in Legibus: vt Iureconsulti in suo scripto iure, præsertim publico, huiusmodi præceptorum exempla viua & expressas imagines historici propriè depingunt, quorum apud Latinos princeps proculdubio Liuius habetur.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS.

Præfatio in vniuersam historiam Liuianam, qua beneuolentiam atque attentionem lectoris captat Liuius, ab vtilitate argumenti, instituti, & historiæ suę. Cuius exordij summa hæc ferè est. Rem vtilem lectorib. me facturum esse opinor, si à condita Vrbe res gestas in Repub. & imperio Romano, ad meam vsque ætatem descripsero, omnemq; historiam Romanam, vno quasi corpore, complexus fuero. Nam ad vitam publicè priuatimq; agendam, mirè conducit, & iucundum est nosse initia, incrementa, progressus, acta, vicissitudines, atq; mutationes imperij Romani, in hac enim Repub. exemplorũ bonorum iuxtà ac malorum est maxima copia: politicęq; vitæ imago propemodum viua in hac eadem historia videtur expressa. Atque hęc ferè prologi huius est materia, quo etiam vsum historiæ indicat. Videtur autem prima specie nonnihil difficultatis habere, propter sensus inter se connexos subtilius & rotundius quodammodo. Verùm si eius summam inspicies, & grammaticum ordinem constructionis, nõ ita obscurus esse deprehendetur. Summatim enim, vt dixi, Liuius hoc intendit hac tota præfatione consequi, vt lectoris beneuolentiam attentionemque ab operis & argumenti incœpti non solùm magnitudine, verùm & dignitate atque vsu, & à sui officij verecundia ciuiliq; extenuatione. Quem prologum intellectus adiuuandi & exercendi stili causa, in hunc modũ, tametsi pueriliter, vertere libuit.

PARAPHRASIS PRAEFATIONIS.

Equidem non satis certò scio, nec etiam si maximè sciam, affirmare ausim, an fructus aliquis mihi authori, aut legentium vlli, possit rependere hunc laborem, si ab initijs vrbis Romæ ad hanc meam ætatem vsque, historiam omnem populi Romani in vnum quasi corpus, compossuero. Metuo enim primò, ne in consuetũ & vulgatum arrogantiæ calumniæq; discrimen incidam, quo plerosque laborare video scriptores nouos, qui hoc sibi peculiariter sumere & audacter profiteri solent, se artificiosius quiddam, lectuq; vtilius scribere, quàm antiquos illos, quos tanquam impolitos nec excultos satis, hi noui arte carere, haud scio an malè & ingratè, iudicant. Sed scribant isti & iudicent vt lubet, ego tamen non me diocrem hinc voluptatem capiam, si pro viribus meis adiuuero numerum ordinemq; historiæ, atque memoriam famamq; populi Romani, cuius nunc potentia longè lateq; omnibus dominatur terris. Verùm idem etiam gaudeo, non à recẽtioribus tantùm, sed & ab antiquis illis authoribus me ingenio, arte, fama & celebritate superari, meumq; nomen, præillorum clarissimo splendore, in obscuro iacere lætor, & ab eis vinci honestissimum mihi duco: quippe à tam magnis & nobilibus, tantum abest, vt vlli me præferam, nedum præme aliquem cõtemnam. Deinde cur audacius quicquam de opere meo nequeam promittere, hæc etiã causa est, quòd immensum laborem meis q; viribus prope imparem hæc Romanorum rerum expositio requirit, vtpote, quas ex longinquo & abdito spatio tantæ vetustatis eruere oporteat. Nam plus quàm septingentorum annorum mihi erit memoria repetẽda, quomodo à minimis vilibusq; initijs, instar ingentis fluuij ex paruis fontibus emanantis, Respub. Romana orta, tantum increuerit & surrexerit, vt iã mole sua laboret, & ab immodica sui ponderis grauitate minetur ruinam. Ad hæc mihi dubium non est, quin minorẽ voluptatem plerique legentium accepturi sint ex ijs, quæ sub exordia vrbis accidisse scribuntur. Malint enim lectores citius hæc noua tanquam grationa, ætatiq; nostræ proxima, cognoscere, qua populus Romanus potẽs nimiũ, & ab extero hoste securus, suas vires bellis ciuiũ inter se intestinis debilitatas propè absumpsit. Quãquã in his nouis ego in eo ratione lõgè diuersam, existimãs, labore scribendi vetera illa & sanctiora, me hoc lucri facturum, & delectationem hinc animo meo obuenturam potius, quàm fastidium, dum me à recentium malorum memoria & intuitu molestissimo, quæ seiusum nostrum miserrimum diu iam tulit, auertam ad innocuæ & sanctæ antiquitatis cõtemplationem longè iucundissimam. Et quidem omninò securius est ac amœnius antiqua illa liberè candideq; manda reliteris, quàm nostratium malorum recordationem, quæ vix dum sedata iacent, pauli sper ad suspicios os istos renouare, & velut obductum cicatrice vulnus refricare vera narrando, quæ cum nemo, tum præcipuè factiosi & potentes, æquo animo audire nequeunt. adeò iam veritas paululum libera vbiq; ingrata periclitatur, tutissimumq; est ignem benè sopitum non refodere. Quòd si quæ de originibus vrbis fabulosa à poẽtis, quibus licet peculiariter quiduis fingere, prodita & poẽticis illecebris exornata potius, quã ab historicis seriò vel bona fide videntur esse tradita, ea quidẽ nec afferere, tanquam certa, nec refutare tanquam ficta aut parum credibilia mihi libet, quippe qui istorum fidem penes alios esse malim, qui huiusmodi prodidere, quàm vt ego mea fide periculoq; scribam talia. Quanquam innocens alioqui hoc veniæ meretur antiquitas in effingendis vrbium ac populorum originibus, vt has ad aliquem authorẽ deum aut heroa referat, atq; talibus populorum initijs plus sic maiestatis addat, si res humanas deorum quoq; studijs consecret, diuinoq; ductu auspicationes augustiores q; reddat. Quòd si tamen vera licet fateri, non video cur exteræ gẽtes quicquam grauiter ferant, etiamsi Romani suos ortus ad Martem, tanquam vrbis Romæ parentẽ referant, qui cùm belli rei q; militaris præses & Deus esse credatur, optimo pariter iure hunc Romani patrem conditoris sui Romuli, suæq; gentis authorem sumunt, quorum potentia atq; ius imperij quæsitum armis & latissimè propagatum sic perdurat & viget, vt exteræ gentes hoc neutiquam detractare ausint: sed obsequenter magis patiuntur. Nihil ergo causæ est, cur tanti imperij parentem Martem, his inuideant,

deant, quorum iugum patienter ferunt. Sed hæc atque his similia quocunq; modo improbentur, cuius ego non ita multum interesse putabo, suum cuique liberum iudicium permittens, prout tot sententiæ sunt, quot hominum capita. Quin potius illa maximi referre cuiuslibet arbitror, vt acri & prudenti cogitatione in historijs talibus sequatur, & diligentissimè obseruet, qualis hominum ætatumq; vita fuerit, quæ cõsuetudines, quæ leges, qui mores denique fuerint, cuiusque seculi, per quos principes & magistratus meliores quesciues tantum imperium Romæ, non fundatum modò & corroboratum: verùm etiam splendidissimis incrementis & accessionibus ita mirabiliter auctum, & ad summa euectum sit, vt ipso nihil pulchrius vnquam toto terrarum orbe floruerit. quæ incrementa non nisi prudentissimis consilijs domi quidem & in vrbe, foris autem & belli sanctissima disciplina, & scientia militari, pulcherrimisq; facinoribus priuatim publicèq; editis, huic vrbi eiusq; ditioni accessere. Sic enim conspirijs & viribus inter se benè consentientibus, minima quoq; in summum prouehuntur maximaq; fiunt. Quanquam hic felicissimus status, nec huic Reip. vno tenore perdurauit. Vt enim sunt hominum caduca omnia, suasq; vicissitudines, etiam maxima quæq; & firmissima, subeant, ita & Romano imperio euenit, vt cum maiorum prudentia & virtute iam eò conscendisset, vnde nunquam recidere posse videretur: tamen bonis legibus & moribus sensim labentibus & declinantibus, quasi præ vetustate ad ruinam: sanctior quoque illa & antiqua disciplina subinde magis magisq; collapsa demum corruit, ita, vt nostro seculo, nullis reliquijs veterum morũ bonorum & priscæ innocentiæ extantibus, ita passim vitia regnent & scelera hominum animos occuparint, omnemq; vitam & ætatem infecerint, vt nullo remedio, nullo consilio neque ope, tantæ malitiositati, taliq; contagio consuli possit, nec vlla arte sic iacentes ruinæ queant resarciri ac resurgere. Cùm autem historiæ lectio mirè facundiam augeat, ad aliaq; plurima valeat, primus tamen & potissimus hic eius fructus est, quòd vitiis exemplis illa perspicuè efficaciterq; docet, quæ philosophi & morum magistri mutis tradunt præceptis, alioqui sterilibus, nisi hæc illustria benè aut malè viuentium accedant, quæ tanquam expressas & claras virtutum vitiorumq; omnis generis imagines intueantur. Quo intuitu fit, vt nobis ipsis inde affatim decerpere possimus, quod in vita priuata aut publica non tantùm nostro, sed aliorum quoque commodo, & sæpè cum salute patriæ nostræ, imitentur honestum factum, aut vitemus abominabile inceptum iuxtà & cuitatum. Nisi verò me tuam, ne mei operis amor immodicus, iustoq; blandior, me decipere, à rectoq; abducere videatur, dicerem ego nullam vsquam Rempub. nullum imperium in orbe fuisse æquè magnum, durabile, incorruptum, & bonis quoque moribus & exemplis ita abundans, vt Romanum, cuius historiam scribere instituì, quod quidem diutissimè regnorum omnium & ditionum fuit immune & vacuum ab auaritia, ac rapacitate, à luxu & libidine: quippe hic maximus honor longissimè est habitus honestæ paupertati, moderationi, continentiæ, frugalitati. Quid enim plus quo immodicè cuperent hi qui tantillis contenti fines angustissimos suæ cupiditati describebant, terminantes eam intra vitæ victusq; naturalem necessitatem, quæ certè pauciss imis satiatur. Atque vtinam hæc pristina moderatio & integritas diuturnior huic fuisset vrbi & imperio. Bellè enim sic & diuinè ageretur nobiscum. Sed nulla felicitas longa est, nedũ perpetua. Nõ enim ita pridem immodica opum domesticarum atque externarum affluentia adduxit auaritiam. Quo enim plus diuitiæ crescunt, eo magis augescit insatiabilis cupido & habendi appetitus. Eadem diuitiarum copia immodica adduxit etiam mauditas peregrinasq; delicias, ac nocentiũ voluptatum nouas illecebras. Nam pecuniæ rerumq; similium abundantia, vt facit animos superbos ac fastos; ita quoque inuitat aut rapit eos potius ad quaslibet libidines. vt demum nullus statuatur modus, neque finis omnia, etiam optima, corrumpendi & euertẽdi, adeò bonorum pulcherrimorum interitum ac ruinam secum trahit miserabilem nimiùm ingrauescens luxuria & libido, quæ calamitas bonorum nullis verbis, non lachrymis, non luctu satis potest defleri. Verùm nunc quasi omniosæ hinc facessant querelæ ab operis primum incepti auspicijs & exordijs, cum bona magis & auspicata comprecatione, voto, omineq; fausto institutam viam ingrediamur. Querelæ enim huiusmodi semper ingratæ molestæq; sunt, etiam cùm necessitate coacti eas effundimus. Vt enim delicatas teneras q; aures, non ita bonorum hominum, veritas ipsa radit & vellicat, himiumq; mordet, sic veræ & liberiores querelæ & incusationes longè sunt grauissimæ & minimè acceptæ pessimo cuique, quales hoc nostrum seculum producit. Quod si eadem cõsuetudo historicis esset, qua poetæ vtuntur, vt deos deasq; in poematum suorum initijs inuocent & comprecentur, vtique & ego velim in hoc exordio, non querelis vti, sed à [illegible] immortali precari, vt suis auspicijs ac fauore mihi scribẽdi res Romanas vt vtilissimas, ita & maximas, benignè aspiret, felicemq; progressum & euentum operis nobis largiantur.

ANNOTATIONES IN PRÆFATIONEM.

Nec satis scio, nec si, &c.) Ab extenuatione sui studij & personæ captat beneuolentiam, dicens, Nihil arrogantius ego affirmare volo, quàm vtiliter facturus sim scribendo hanc historiam. Principis) iuxta illud:

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Eorum) id est, historicorum Romanorũ veterum, quales sunt, Marcus Cato, Sisenna, Piso, Fabius Pictor, Pomponius Atticus, à quibus me vinci patiar æquo animo, iuxta illud:

Nec tam turpe fuit vinci, quàm contendisse decorum.
Magnaq; dat nobis tantus solatia victor.

Res est præterea, &c.) A difficultate argumenti & rerũ scribendarum magnitudine. Sic Lucanus:

Atq; sua imperium nostrum nunc mole laborat.

Et legentium) A persona lectorum captat beneuolentiam. Conficiunt) Sic Lucanus: *Populumq; potentem*

In sua victrici conuersum viscera dextra. Et Virg.
Ne patriæ validas in viscera vertite vires.

Ego contra) Quartò, à temporibus per inuersionem. Per tot annos) Sic Seneca, in Octauia:

Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant, seculo premimur graui:
Quo scelera regnant, sæuit impietas furens.

Solicitum) quia parum tutum est, scribere veritatem liberè. Et quidem magna libertas scribendi vera, absque studio factionis vllius, dicitur in Liuio fuisse: adeò, vt Cæsar vocauerit eum Pompeianum. Quæ ante) Occupatio: ego relinquã fabulosa, & ea, quæ veri speciem propè non habent, lectoribus iudicanda. Monimenta) quæ nos admonẽt alicuius rei. Diuinis.) id est, actis. quia pleræq; vrbes & populi, suas origines in deos referunt fabulosè. Sic & Romani suos ortus in Iouem, Venerem, Martem: & hinc in Aeneam, Ascaniũ, Romulumq; referunt.

Ad illa mihi) Quintum. Ab vtilitate argumenti & historiæ captat beneuolentiam & attentionem. Atque hîc vsum historiæ ostendit. Labente deinde) Metaphora ab ædificijs ruinosis. Vide similem locum apud Plautum in Mostellaria, vbi iuuenilem ætatem comparat domui. Cognitione rerum) id est, in historia, quia ille abstinet à Græco vocabulo. Historia enim Græcum est.

Nuper diuitiæ) Querela breuis de corruptis moribus suæ ætatis. Sic Seneca:

Turpi libido Venere dominatur potens,
Luxuria victrix vrbis immensas opes
Iam pridem auarè manibus, vt perdat, rapit:

Similis est locus apud Iuuenal. in sexta Satyra:

Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somniq; breues. & vellere Thusco
Vexatæ, duraq; manus, ac proximus vrbi
Hannibal, & stantes collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis
Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles, &c.

Correctio querelæ, & inuocatio ad deos, qua grauitatem historiæ effert. Vt poetis) qui inuocatione semper in exordio vtuntur.

ANNOTATIONES IN LIBRVM PRIMUM Decadis primæ.

Scripturus historiam Romanam Liuius, statim orditur à primis originibus vrbis & gentis Romanæ, quæ ab Aenea & Ascanio Iulo sit oriunda. Non verò indiget hic locus primus longa expositione, cùm hoc sit argumentũ ferè totius Aeneidis Virgilianæ, qua de Aenea copiosè & clarè loquitur, quomodo ab illo eiusq; filio Ascanio, vrbs atque populus Romanus, & gens Iuliorum Cæsarum, ducat originem capta Troia. Quæ vrbs Troiadis in minore Asia à Græcis decẽnali bello vexatur, vt Homerus in tota Iliade scribit; tandem capta vastataq; est. Quod excidium Virgilius in secũdo Aeneidos describit. Aqua Troia satis actus Aeneas, cum viginti circiter nauibus in Italiam proficiscens, septennium terra mariq; oberrauit. Cuius peregrinationis depictæ à Virgilio in tertio Aeneidos, hæc ferè sunt loca quibus Aeneas sit commoratus. Primò Troia vastata. Secundo Antandros oppidum Phrygiæ, vbi classem parauit. Tertiò Thracia, vbi Aeneum oppidum sui nominis condidit. Quartò Macedonia, secundum Liuium. Quintò Delus, insula Apollinis. Sextò Creta insula. Septimò Strophades insulæ. Octauò Butrotus, Epiri oppidum. Nonò Mineruæ promontorium in Italia. Decimò Sicilia insula. Vndecimo Carthago vrbs, Aphricæ caput.

Duodeci-

Duodecimo Sicilia iterum. Decimotertio Cumæ, maritimũ Italiæ oppidum. Decimoquarto Latium, postea vrbis Romæ solum, in quo Aeneas Troiam oppidulum condidit, & inde Lauinij regnauit: quod regnum dotale accepit cum Lauinia Latini regis filia, & in eodem Latio Ascanius Iulus, Aeneæ filius, postea condidit Albam vrbem & regnum Albanum. Ex quo denique ortum est regnum & imperium Romanum, vrbe Roma condita à Romulo in eo loco, vbi sub Aeneę aduentum stetit Palanteum oppidulum, ab Euandro Græco Arcade rege conditum.

Sic ergo clarè vides, quomodo & qua serie vrbs Roma & imperium Romanum trahat originẽ ab Aenea & Troianis, id quod primus hic locus historiæ Liuianæ ostendit. vide librum tertium Aeneidos:

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur annis:
Et nati natorum & qui nascuntur ab illis.

Et in primo in oratione Iouis:

His ego nec metas rerum nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi, &c. Et in sexto:
Nunc age Dardaniam, &c. Et in octauo, in descriptione clypei.

Illic res Itali. Et in decimo, in concione deorum. Et in duodecimo: *Hinc genus Ausoniæ.* Et in tertio, *Nate Dea.* Vetusti hospitij.) Quia Aeneas & Antenor exceperunt hospitio legatos Græcorum, repetẽtes Helenam à Paride raptam, qui erant Menelaus & Vlysses. Fuit autem ius hospitij veteribus sacrosanctum & inuiolabile. Reddendæ Helenæ.) quam vxorem Menelai regis Græci, ex Peloponneso rapuit Paris, Priami regis Troiani filius, quæ iniuria causa fuit belli & excidij Troiani. Euganeis.) id est, qui ante aduentum Antenoris, in Veneta regione habitarunt, pulsi postea ab Antenore & eius socijs. Alpes) dictæ sunt ab ἄλφος, quòd perpetuo niue albeant. Pagus) id est, vicinia vel regiuncula, in qua sunt plura oppidula, & vici. Veneti appellati) & in hac Venetia cõditum est Patauium ab Antenore, Liuij nostri patria, olim caput Venetiæ, sed nunc Venetiæ sunt eius regionis caput. Duplex exinde fama est) variatio historiæ, quam etiam Virgilius diuersis locis attingit, & Seruius indicat statim in principio Cõmentarij super Aeneid.

Agrum Laurẽtem) id est, qui ager est in Latio, & oppidum eius regium fuit Lauinium, quod & Laurolauinium & Laurentum vocari dicunt. de hoc vide Virg. in septimo Aeneid. Bello deinde.) Bella quæ gessit Aeneas, & deinde Ascanius filius eius contra Turnum, regem Rutulorum, & contra Mezentium, regem Hetruscorum: quæ Virgilius tamen alio ordine refert. Ab originibus.) 3. A. Vocantur vetustissimi populi in Latio, quasi montani appellati: quia agrestem vitã in montibus & syluis egerint, priusquam Saturnus ex Græcia veniens in Italiam, eos docuit agriculturam & cultum vinearum. Hi postea Latini sunt vocati à Latio regione, in qua Saturnus profugus à Ioue factus, apud Ianum latuit: vide in 1. Fastorũ, & in 8. Aeneid.

Latinos) à Latio vel Latino rege, & vtrisque dedit æquas leges, ita vt fœderibus & legibus Italicis vterentur iuxtà Troiani & Latini, & lingua Latina loquerentur.

Fretum) angustum mare: quia Hetrusci tum supero inferoq; mari imperitabant, vide infrà in libro quinto, & Virgil. in libro decimo.

Nunc cum) scilicet in agro Laurente. Et quædam veteres historiæ tradunt in hoc secundo prælio Aeneam, nescio quo casu, in Numico amne submersum, neque eius cadauer repertum, ad quod Virgil. etiam alludit, libro decimo Aeneidos:

Aeneas sanè ignotũ iactetur in vndis.

Habitúmque deinde pro Deo indigete) Dicuntur autem dij indigetes, quasi ex hominibus geniti & assumpti inter deos agant vitam: vel tutelares dij, quorum nomen indagare & inquirere fas non sit, ne euocentur in alium locum. Vide autem de Aeneę deificatione in decimoquarto Metamorph. & in tertio Fastorum.

Haud nihil ambigam) Variatio historiæ de Ascanio Iulo, Aeneæ filio. Is Ascanius) Albani regni origo & initium, ex quo postea natum est regnum Romanum. Colonia) vocatur propriè oppidum, quod ciuibus alterius vrbis colendum datur. Sic Albam vocat Liuius coloniam Lauinij: quia ædificata & data est ad habitandum ciuibus Lauinien sibus, deductis & translatis in Albam ex Lauinio. Pax ita conuenerat) Scribunt tamen aliqui etiam Ascanium gessisse bellum cum Mezentio & Thuscis, Mezentiumq; ab Ascanio occisum.

Casu quodam in syluis natus) vnde & Syluius sit cognominatus. Et ab hoc reliqui reges Albani item Syluij cognomen traxerint. Alij tamen hunc Syluium Aeneam dicunt esse natum de Aenea & Lauinia, fratrem Ascanij non vterinum, qui sine liberis mortuus, regnum Albanum tradiderit altero Syluio Ascanij Iuli filio, nepoti suo ex fratre. Cæterùm genealogia Aeneæ & Ascanij in Romulum vsque sic ferè se habet. Primò Iupiter. Secũdò Dardanus ex Ioue & Electra nympha natus: qui Dardanus occiso per casum fratre suo Iasio in Italia profugus, primo in Samothraciam, deinde ad Hellespontum venit, in eam regionem minoris Asiæ, quam à se Dardaniam vocauit, illicque regnum Dardanium, postea Troianũ instituit, octingentis circiter annis ante vrbem Romam conditam. Tertiò Erithronius Dardani filius. Quartò Tros à quo Troia appellata, quæ & Dardania. Quintò Ilus, à quo cõditum est Ilium primaria vrbs Troiæ, postea à Græcis vastata. Sextò huius frater Assaracus, fuit princeps non rex. Septimò Capis Assaraci filius. Octauò Anchises, ex Capi natus. Nonò Aeneas, ex Anchise & Venere dea. Decimò Ascanius Iulus, Aeneæ filius, ex Creusa Priami regis Troiani filia. hic condidit Albam longam, & regnum Albanum erexit permisso Lauinio suæ nouercæ post mortem patris Aeneæ, qui triẽnium tantùm in Latio regnauit. Lauinij huius frater non vterinus fuit Aeneas Syluius Posthumus, quem & Ascanium cognominarunt, ex Aenea & Lauinia natus in Latio, casu quodam in syluis. Hic post mortem Ascanij regnauit in longa Alba. Sed tamen, quia decessit sine liberis, illud regnum redijt ad Ascanij Troiani progeniem. Hoc ordine. Vndecimo Aeneas Syluius Ascanij Troiani filius, non Posthumi. Duodecimò, Latinus. Decimotertiò, Alba. Decimoquartò Atys, quem Atyn Epitum vocant. Decimoquintò Capis. Decimosextò Capetus. Decimoseptimò Tyb rinus Agrippa. Decimooctauò Romulus (alij Romulius) Alladius, hui⁹ frater fuit Iulius Syluius, à quo deriuata est gens Iulia Cæsarum, in quorum gratiam Virgilius suam Aeneida scripsit, illustrare volens gentem & familiam Iuliorum, in quam Cn. Octauius Cæsar Augustus adoptatus est à Iulio Cæsare dictatore, cùm esset natus ex nepte eiusdẽ Iulij Cæsaris. Sic ergo ostendit Virgilius magnificè, vrbem Romam & gentem Iuliam ducere suam originem ex Ascanio Troiano & Aenea. Decimonono Auentinus Remuli filius. Vigesimo Procas. Vigesimoprimo Amulius, huius frater fuit Numitor auus maternus Romuli, vltimus rex Albæ, quæ condita est ante vrbem Romam quadringentis annis circiter. Vigesimosecundo Rhea Ilia Syluia, Numitoris filia, quæ ex Marte genuit Romulum & Remum gemellos. Vigesimotertio Romulus vrbis Romæ conditor, primusq; eius rex, qui regnum Romanum erexit ex Albano. Hinc inde sequuntur sex reges vsque in primos cõsules, annis circiter ducentis quadraginta octo. Sequentis verò temporis supputationem de regno & imperio Romano, vide suprà in ætatibus Romæ. Vide etiam de his Ouidium in tertio Fastorum, & in decimoquarto Metamorph. & Virgilium in fine sexti & octaui Aeneid.

Proca) id est, proauus Romuli maternus. Plus tamen vis potuit) Impietas Amulij quadruplex in fratrem suum Numitorem. Quia primò eripuit ei regnum. Secundò occidit eius filium per fraudem. Tertiò filiæ eius spẽ prolis ademit. Quartò nepotes eius ex filia gemellos natos, Romulum & Remũ, crudeliter trucidandos exposuit. Quæ impietas causam dedit finiendo regno Albano, & Romæ condendæ. Virilem stirpem) filium Egestum nomine, quem secum habebat in venatione eisq; percussorem immisit. Sed debebatur) Romulus conditor vrbis Romæ, & Remus nati sunt ex Rhea Syluia, Numitoris filia, & ex Marte belli præside. Sic ergo Romani proximos suos ortus rectè referunt in Martem deum belli, & gentem Albanam, ab Aenea Ascanioq; profectam.

Sorte quadam.) De infantia & pueritia Romuli & Remi & qua occasione seruati sint, ne expositi perirent: vide etiã Plutarchum in vitis, qui omnem vitam Romuli verbosè descripsit.

Ficus Ruminalis) A casu lupæ præbentis mammam his gemellis, & hanc ficum in foro Romano stia tum ætate Plin. stetisse testatur, lib. 15. cap. 18. Tenet fama) Miraculum lupę, quę gemellos lactauerit. Ita geniti) Adolescẽtia Romuli & Remi, & occasio qua agniti sunt ab auo materno Numitore.

Peragrare) Peragrabant, & est peculiaris phrasis historicorum Latinorum, vti infinitiuo modo cum nominatiuo, pro indicatiui præterito imperfecto. Robore) Metaphora ab arboribus, quorum sola sunt robora. Iam tum) Breuis digressio de lupercalibus sacris, quæ copiosius describit Plutarchus in Romulo: & Ouid. 2. Fast. & Virg. in 8. Dicta sunt autem Lupercalia, à Pane Arcadico, quem illi cognominant Lyceum à lupis, quòd illic in monte Panos creditum sit homines in lupos transformari, vt Ouid. de Lycaone Arcade, primo Metamorph. & vt Plin. libro 7. cap. 2. scribit: & de Pane Lyceo vide Macrobium lib. 1. cap. 22. Saturnal. In hoc ergo Lupercali sacro deprehensum & agnitum primò Remum, deinde Romulum quoque indicat Liuius. Palantium) Oppidulum, quod Euander, paulò antè Aenææ aduentum, in Latio ædificauit, vide Virg. lib. 8. Aeneid. Profugerat autem Euander princeps ex Arcadia in Latium, propter cædem fratris fortuitam à se perpetratam. Vt nudi iuuenes) Quia Lupercales, hoc est, illi qui lupercalia celebrabant, scuticis & flagellis obuiam sibi factos inuaderent, & cum verberibus in eos irent. Vltro) id est, cùm potius Romulus cum suis accusare deberet latrones.

Iam inde) A circunstantijs, Faustulus sibi & Numitori credibilem facit agnitionem Romuli & Remi. Scisciando eodem peruenit) ad eandem coniecturam, quam Faustulus con-

cepit. Romulus non cum globo iuuenum) Pœna impietatis ſumpta de Amulio, & reſtitutio Numitoris aui per Romulũ facta. Vndique) id eſt à fatis, à Romulo, à Numitore.

Numitor inter primum tumultum) Prudentia Numitoris, in patefacienda impietate & cæde Amulij iuſta.

Interuenit deinde his cognitionibus, &c.) Contentio Romuli & Remi fratrum de regno, & de nomine vrbis: & eſt exemplum fraternæ impietatis. Auitum malum) id eſt, hæreditarium, quo Amulius & Numitor auus eorum, laborauerũt. Templu) iuxta Varronem eſt locus in ſpatio cæli deſignatus, ad auguria cõtemplanda & captanda. Irarum certamen, &c.) Iuxta illud:

Nulla fides regni ſocijs, omnis q; poteſtas
Impatiens conſortis erit, &c. & item:
Fraterno primùm maduerunt ſanguine muri.

Vide etiam in ſecundo & quarto Faſtorum. Mœnia mea) Inde etiam Romano iure pro ſacroſanctis habiti ſunt muri vrbium, capitaleq; fuit muros tranſcẽdere. Ita ſolus potitus) De Romulo primo rege Romanorum & de vrbis Romę conſtructione, ſequitur hic Liuius vulgatam opinionem, quòd à Romulo primùm ſit condita & appellata, quanquam inter ſe mirè variarunt veteres hiſtorici, vt meminit Solinus capite primo & ſecundo, & Plutarchus in Romulo. Plerique enim dicunt, à primis fundamentis Romam ædificatam à Romulo. Quidam volunt in eo ſolo antea fuiſſe paruum oppidulũ Palanteum aut Valentiam, ab Euandro aliõue quopiam conſtructum, & inde à Romulo ampliatum eſſe ad ſpeciem iuſtæ vrbis, ſuoq; nomine Romam appellatam. Dies autem Romæ natalitius quo condi cœpta eſt, habetur ad vndecimum Kal. Maij ſeptingentis quinquaginta duobus annis ante Chriſtũ natum, & anno ſecundo Olympiadis ſextæ, quanquam pleri q; omnes, primum annum vrbis Romæ referant in primũ annum Olympiadis ſeptimæ.

Sacra dijs alijs) Quia omnis Reſpub. benè inſtituta conſtat religione & politicis legibus, ideoq; & Romulus tanquam legitimus rex primò inſtituit Romæ religionem qualemcunq; & ceremonias, deinde politicos magiſtratus, moreſq; & iura & bella quoque fecit. Eſt autem hic digreſsio longior in originem & ritum ſacrorum Herculis, quæ pridem antea in eodem vrbis ſolo inſtituerat Euander rex de Arcadia. De quibus vide Virgilium in octauo, & Ouidium lib. 1. Faſt. Sed alia ſacra Latina non explicat Liuius, vide tamen de his quoque Dionyſium in Romulo. Herculem in ea loca, &c.) Hercules Thebanus, cuius labores duodecim, & plures etiam numerantur à poëtis, vt apud Ouidium lib. 9. Metamorph. ex Græcia profectus in Hiſpaniam, illinc occiſo Geryone rege Hiſpanorum, armenta mobilia abduxit & per Italiam iter faciens, ad Euandrum in Latium venit, & hoſpitaliter religioſẽque ab eo exceptus, ſuorum ſacrorum ritus Euandrum docuit. Particula quiſque cum diſtributiuo habet vim nominis collectiui.

Ex loco infeſto) Infenſus, infeſtus, inuiſus, actiuè. Odioſus, paſsiuè. Porrò) Longius, Græcũ aduerbium à Latinis aſcitũ. Nequicquam) fruſtra, aduerbium imminuendi. Nequicquam duæ dictiones nihil ſignificant. Miracula literarum) quas ſedecim Latinas literas Nicoſtrata Carmenta, Euandri mater, cum filio in Italiam profecta, primùm inuenit, Latinisq; tradidit ad imitationem Græcæ literaturæ, à quibus tamen forma non valdè differebant Latinæ. A, B, C, D, E, G, I, L, M, N, O, P, R, S, T, V. Reliquæ enim literæ, ſcilicet, F, H, K, Q, X, Y, Z, à Græcis ſumptæ prioribus illis ſunt additæ. Græcæ literæ à Cadmo principe Thebano ſunt inuentæ. Carmenta) quæ proprio nomine Nicoſtrata appellata. nam Carmenta, nomen eſt à canendo, id eſt, vaticinando & carminibus: quia reſponſa ſacra olim carminibus & verſibus comprehenſa reddebantur. Sibyllæ) Cumanæ, quæ aliquanto ſerius in Italia vaticinata eſt, tametſi Virgilius eam Euandri & Aeneæ tempore vixiſſe ſcribit, ſexto Aeneid. Dicitur autem Sibylla mulier vaticinatrix, quæ Dei voluntatem & conſilia de futuris euentibus longè antè poteſt prædicere à *σί* & *βουλὴ* cõſilium. Vide Lactantium in Inſtitutionibus. Trepidantium) id eſt, tumultuantium. Facinus) id eſt, cædem. Habitum) id eſt, veſtitum. Auguſtiorem) venerandum ſpectabilem, quia veſtis facit virum. Humana) id eſt, communi hominis forma. Patriam) id eſt, Thebas Bœotiæ. Accepit) id eſt, audiuit. Aucturum cœleſtium numerum) id eſt, referendum eſſe in deos. Dicatum iri) Infinitiuus paſsiuus. De Ara maxima, vide Plutarchum & alios. Olim) id eſt, futuro tempore. vtrunque enim ſignificat præteritum & futurum. Tuo ritu) id eſt, Græco. Dextra) ſymbolum & pignus fidei. Omen) eſt ſignum futuri euentus, ex ſermone alicuius ſumptum. Fata) id eſt, oracula de ſe. Miniſterium) id eſt, ſacrificium. Potitijs ac Pinarijs) id eſt, nobilibus ex Græcia cum Euandro profectis. Inclytæ) id eſt, nobiles ex Græcia cum Euandro profectæ. Antiſtes) ab ante & ſtando, ſacerdos primarius. Cęterùm collectiuis nominibus iungitur. Aetateis) id eſt, circiter octingentos annos. Genus omne Potitiorum) Exemplum neglectæ religionis punitæ, vide infrà libro 9. & Valerium libro 1. cap. 2. & Virgilium libro 8. Aeneid. Hæc tum) Regreſsio ad hiſtoriæ ordinem. Vna) id eſt, ſola. Ex omnibus) id eſt, alijs ſacris. Et lege cauit etiam, ne qua aliena & peregrina ſacra in vrbem reciperẽtur: néue alienigenas ceremonias Romani peragerent. Eum) id eſt, Romulum: quia eſt propter res geſtas à ſe dijs annumeratus: ſicut Herc. poſt mortem, vt infra. Rebus diuinis) Rerum politicarum & legum iuris q; inſtitutio facta à Romulo, poſt religionis curam. Atque hinc licet multas leges regias elicere & venerari, de quibus infrà demum ad Romuli finem videbimus.

Perpetratis) id eſt, inſtitutis & peractis. Corpus) id eſt, communitatem vel ciuitatem, quæ eſt ciuium vnitas. Coaleſcere) id eſt, concreſcere & conuenire, ab inſitione metaphora ſumpta. Legibus) quia fundantur legibus vrbes: ſed longè plura de legibus vide apud Ciceronem 1. de Legibus: & apud Iureconſultos, in titulo De iuſtitia & iure, in Digeſtis. Iure) id eſt, lege ſtatuta & conſuetudines, quæ ex inſequentibus elicere oportet: & ex Dionyſio Halicarnaſſeo, qui multas leges Romuli ſpeciatim numerat libro 2. Sancta) id eſt, inuiolanda. Sancire) firmare propriè ſignificat. inde ſanctus dicitur, qui eſt firmus contra vitia. Inſignibus imperij) id eſt, Regio veſtitu & habitu. Habitu) id eſt, veſtitu, prædicamentum habitus, non ſpecies qualitatis habilitas. Auguſtiorem) id eſt, venerabiliorem cum quadam religione. Auguſtus) non dicitur ab augẽdo, ſed ab augurijs. Auium) id eſt, vulturum duodecim. Portenderant) id eſt, ſignificauerant. Numerum) id eſt, duodecim lictorum. Ductos) id eſt ſumptos. Apparitores) id eſt, qui mox ad imperium magiſtratus parati debent apparere. Vnde) id eſt, à quibus Hetruſcis. Sella curulis) quæ magiſtratibus honoratis ponebatur in curia, vbi ritè ſederent. Lictores) à ligandis & vinciendis noxijs. Viua enim lex & executor legum lictor eſt. Toga prætexta) veſtis erat circumtexta purpura quam ſoli magiſtratus & impuberes patritij geſtabant. Habuiſſe) id eſt, duodecim lictores. Duodecim populis) id eſt, Hetruriæ: quia vetus Hetruria fuit triplex, ſcilicet Ciſapennina, quæ habuit quatuor vrbes, & Tranſapennina, quæ item quatuor vrbes habuit, & Tranſpadana, quæ item quatuor vrbes habuit. Sic ergo erant duodecim primariæ vrbes & populi Hetruriæ, quorum cùm haberet vnuſquiſque ſuum lucumonem, id eſt, tribunum vel prætorem, omnes tamen communibus ſuffragijs creabant regem, quem ſua lingua vocabant Lartem, id eſt, Hetruſcorum regem. Vnde Virgilius de Hetruſcis in decimo:

Sed non genus omnibus vnum.
Gens illi triplex populi ſub gente quaterni.

Vide infrà libro quinto ab Vrbe condita. Communiter) id eſt, communibus ſuffragijs. Singulos) abundat, vide Hadrianum. Dederint) ſcilicet regi ſuo.

Creſcebat interim) De Aſylo & ciuium concilio. Munitionibus) id eſt, ædificijs publicis & priuatis. Appetendo) id eſt, occupando & diuidendo. Munirent) id eſt, ædificarent. Id hominum) id eſt, ad eam paucitatem hominum. Vana) id eſt, vacua habitatoribus. Denſis ſentibus) id eſt, ſpinetis. Conciendo) id eſt, conuocando. Duos lucos) id eſt, Capitolium & Palatium. Aſylum) id eſt, locum liberum & impunem, ex quo neminem licebat raperc vel abducere inuitum. Obſcurum) id eſt, ignobilem. Natam è terra) id eſt, ex inopinato collectum ſibi populum magnum. Vnde apud Ouid. in quarto Metamorph. de Cadmo. inde ignobiles & obſcuros prouerbialiter appellamus Terræ filios. Eo) id eſt, in Aſylum. Liber an ſeruus) id eſt, probus & ſceleratus. Magnitudinem) id eſt, vrbis impunè, quóque boni & ſcelerati in Aſylum concurrebant, ita capitalia auſi, vel obærati, cùm ſcirent ſibi impunitatem eſſe propoſitam. Vide Plutarchum de Aſylo Theſei in vita eiuſdem. à *συλάω*, rapio vel prædor, quia non licet prædari aut abducere per vim ad Aſylum confugientem. Roma ſignificat Hebraicè ſuperbiam, Græcè violentiam, Latinè ſcortum, Germanicè iactantiam. Cùm iam virium) De ſenatu conſtituto. cùm enim, vt infrà dicet, triginta eſſent curię, ex ſingulis elegit tres in ſenatum: cumq; tres eſſent tribus, item tres in ſenatum legit, atque his nonaginta nouem ſenatoribus conteſimum addidit, appellatum principem ſenatus, qui abſentis regis vices quaſi gereret, locumq; teneret: & hic centenarius numerus durauit vſque ad Tarquinium Priſcum.

Viribus) id eſt, potentiæ adiungit prudentiam ſenatoriã. Patres) id eſt, ſenatores. Ab honore) ſicut & ſenatores cognominati à ſenio. Priſci enim Græci Latiniq; ætate prudentiaq; proiectos, & optimos quoſque viros *γέροντας*, ſenes vel patres appellabant. Patritij) id eſt, tribunitij. Iam res Romana) De coniugio & raptu Sabinarum mulierum, ſub ſpecie ludorum ſolennium: & eſt exemplum audaciæ propter amorem. Iam res) Eſt periodus. Antecedens. Vt cuilibet) Conſequens.

Sed penuria) Aduerſatiua. Quippe) quibus Ratio. Penuria)

nuria)id eſt,ob vel propter. Circa)id eſt,inter. Vrbes quoq; obliqua allocutio,forma ſermocinationis, qua breuiter iuſti ſermonis vel orationis argumentum perſtringitur infinitiuis verbis,q.d.Liuius,hæc & huiuſmodi mandauit legatis Romulus,vt ad ciuitates referrent.Ex infimo)id eſt, ex minimis initijs.Quà)id eſt,quatenus. Satis ſcire)eſt Enthymema.Affuiſſe)quòd ita fataliter Remus & Romulus eſſent ſeruati.In medio)ipſorum.Compar)id eſt, ſi profugi ducerent profugas vxores.

Neptuno equeſtri)Hic eſt alius Neptunus equeſtris,quàm marinus.Ille enim dicitur equeſtris, quòd equitibus præſit, qui in eius honorem quotannis equos ſuos Tyberi tranſuehebant, vt infrà in fine libri non inſtitutum ſcribitur:& cognominatur hic Neptunus Conſus, quaſi qui adiuuet conſilia equeſtria. Sabinorum) qui proximè Romam habitabant. Frequentem)id eſt,plenam.Deditæ)intentæ. Compoſito)id eſt,conſilio.Signo dato) ſcilicet à Romulo.

Quem)id eſt,aliquem. Deſtinatas) id eſt,addictas. Vnam longè) De more Talaſsij inuocandi in nuptijs, cauſa boni ominis, ſicut Græci inuocabant Hymenæum. Vnam)id eſt, virginem.Inſignem) id eſt,ſpectabilem.

Talaſsij cuiuſdam)qui Talaſsius erat tum Romæ nobilis & bellicoſus iuuenis, cuius nominis claritate retinuerunt virginem, ne tanto principi præriperetur. Itaq; comprecabantur in nuptijs,voce Thalaſsij,conſtantiam & fidem coniugibus.Identidē)id eſt,ſæpè & ſubinde. Vocem)id eſt,comprecationem in nuptijs,nomine Thalaſsij inuocato. Turbato)Querelæ vicinorū populorum de iniuria Romanorum, & coniurationes apparatusq; belli contra Romanos, quod bellum omnium primum Romanis fuit contra Ceninenſes Cruſtuminios, quo Romulus, victo rege Acrone, euaſit victor.Virginum)ſcilicet, raptarum. Violati hoſpitij) Quod cum ſacroſanctum & inuiolandum apud veteres haberetur, tamen Romani illud violauerant.Deum)id eſt,Conſum Neptunum.Sed ipſe Romulus)Blanditiæ Romuli, quibus mitigauit dolorem raptarum.Liberum)id eſt,liberorū, qui ſunt pignora coniugij.Argumentum à iucundo,item ab honeſto matrimonij.Societate)ab vtili.Quibus)id eſt,Romanis. Darent animos)id eſt, vt virgines voluntate animoq́ue iungerentur ſuis maritis.Eſt autem hæc egregia ἠθοποιΐα, ex definitione matrimonij ſumpta: quia coniugium,eſt coniunctio animorum fidelis, & ſocietas liberorum fortunarumq; omnium, & iuris commune fœdus. Melioribus)id eſt, benignioribus.Pro ſe)id eſt,pro ſuis viribus.Quiſq;) ſcilicet,maritus. Officio)erga vxorem. Sua vice) id eſt,pro ſuo iure & modo.

Accedebant)ſcilicet,ad mitigandas virgines.Purgantium) id eſt,excuſantium. Quæ)ſcilicet, blanditiæ.Muliebre ingenium)id eſt,mitigandum: quia mulieres gaudent ſe amari & ambiri.Admodum)id eſt,aliquantulum.Sordida)in ſignum luctus.Concitabant)ſcilicet, contra Romanos. Vbiq;)in loco ſignificat.Vndiq;) de loco ſignificat.Ceninenſes,&c.Gentilia nomina.

Lentè agere) Bellum primum Romanorum contra Ceninenſes. Satis impigrè) id eſt, celeriter.Per ſe)id eſt,ſuis proprijs viribus.Et eſt exemplum temeritatis præcipitis punitæ infelici exitu in Ceninenſibus.

Regem)Acronem nomine.Vrbē)ſcilicet, Ceninum:& hoc primum oppidum eſt,vel prima vrbs,qua per victoriam potiti ſunt Romani.Reducto)ſcilicet,Romam. Ferculo) id eſt, geſtamine pompoſo.Capitolium)id eſt, in montem Capitolinum. Sacram paſtoribus) ſub qua ipſe Romulus cum Remo lactatus fertur.Depoſuiſſet)id eſt,obtuliſſet deuota. Dono) id eſt,ſpolio.Fines)id eſt,aream. Deo) id eſt , Ioui Feretrio, ſic cognominato, vel à ferenda ope,vel à ferendis ſpolijs. Quæ) ſcilicet opima ſpolia, ſic vocata, quòd opimus,id eſt,dux,detrahat ea aduerſario opimo , id eſt, duci: quia dux iure optimus ſui populi vocatur.Irritam)id eſt , vanam.Metatus ſum)id eſt,deſiniui. Dedico) id eſt, conſecro. Nuncupauit)id eſt,enunciauit.Eo)id eſt,ad templum Iouis Feretrij. Vulgari)id eſt,communem fieri.Compotum)id eſt , qui detraxerant opima ſpolia.

Intra tot annos) pluſquam ſeptingentos. Opima ſpolia) quæ ſecunda obtulit Aulus Cornelius Coſſus de occiſo Tolumnio Larte, id eſt,rege Tuſcorum,vide infrà,eodem lib.4. Et tertia opima ſpolia obtulit Marcellus, poſtea ſexies conſul in bello Gallico, occiſo Viridomaro rege Gallorum. Vide in Epitoma Flori vigeſima,nec plura ſunt oblata opima ſpolia, quàm tria,ſcilicet,à Romulo,à Coſſo,à Marcello. Rara)quia tribus tantùm obuenit.Solitudinem) quòd miles Romanus non eſſet in expeditione.Legio)id eſt,exercitus.Eſt autem legio propriè,exercitus conſcriptus ex meris ciuibus Romanis ſelectioribus. Palantes)id eſt,ſparſos.

Fuſi igitur)Secunda victoria Romanorum cōtra Antemnates:& Antemnæ ſecundum eſt oppidum quod Romani ceperunt.Oportet autem ſic obſeruare ex Liuio , aliſq; incrementa Romani imperij,quæ oppida, quæ vrbes , qui populi, quæ prouinciæ , quæ terræ paulatim acceſſerint Romanis: & rurſum decrementa eius,quæ paulatim defecerint ab illis, vt ſuprà dixi.

Coniunx)id eſt,Romuli.Ouantem)Ouatio,propriè eſt ſolennis pompa victoris ducis,qua in vrbem equitabat albo equo ad templum vſque,vbi victimas oues cædebat : vnde etiam ouationis nomen venit.Comitabatur eum exercitus victor,eratq́ue hæc ſolennitas propter minorem victoriam. Triumphus autem eſt ſolennior pompa propter maiorem victoriam , qua victor imperator curru magnifico,laurea coronatus, quatuor equis albis in vrbem vehebatur ad templum,vbi mactabat victimas boues,comitabaturq; eum exercitus victor,cum acclamatione læta ſcurrilibusq; iocis, & ſcommatibus,qualia iactari ſolēt in Iambico carmine , vnde & nomen Triumphi venit à iambici libertate , quali milites ludebant in triumphantem imperatorem. Coaleſcere concordia)Iuxta illud :Concordia paruæ res creſcunt,diſcordia autem vel maximæ dilabuntur. Imperatum) ſcilicet , à Romulo.Inde contra) Tertia victoria contra Cruſtuminos.Atq; hæc tria prelia vel bella,pro vno ſunt reputanda bello,& primum numeretur à Romanis geſtum. Coloniæ miſſæ)id eſt, Romanis ciuibus habitandæ ſunt datæ Antemnæ & Cruſtuminium,vt vnà cum priſtinis incolis eas colerent & habitarent.Darent nomina)id eſt,ſinerent ſe cōſcribi in numerum ciuium Cruſtuminorum.Nouiſsimum)id eſt , Bellum Sabinum,quod ſecuudum Romani geſſerunt contra Sabinos æquo Marte,quod repentè in pacem concordiamq; vertit.Nouiſsimum)propter raptas mulieres.

Iram aut cupiditatem) vt à Ceninenſibus aliſq;.

Tarpeius)proditionis exemplum iuſtè punitę.Iuxta illud: Proditionem quidem eſſe charam, ſed proditorem prorſus odio habendum eſſe. Armatos)id eſt,Sabinos. Sacris) id eſt, ſacra.Vide Ouidium in primo Faſtorum.Accepti)ſcilicet Sabini.Proditori)ſcilicet,vlli.Armillas)id eſt,munimenta brachiorum. Habuerunt) ſcilicet , in ſiniſtræ manus digito annulari,à quo medici dicunt venam quandam ire ad cor vſq; & ideò eum digitum penultimum annulo ornandum , potius quàm alium.Pepigiſſe) id eſt, pactum eſſe,vt ſibi darent. Decreto)id eſt,de induſtria & ex compoſito,vt ea rurſum. Sabinos receptos proderet Romanis ipſis. Sua mercede)id eſt, armis brachij ſiniſtri obrutam. Aequum)id eſt , planiciem. Principes)id eſt , Romulus & Tatius. Ciebant)id eſt,mouebant.Hoſtius Hoſtilius)Auus hic fuit Tulli Hoſtilij, qui poſt Numam regnauit Romæ.Hic)id eſt,Hoſtilius. Animo)id eſt, fortitudine.Iniquo loco)id eſt,alicui ad arcem.Decidit)ſcilicet,in fugam.

Fuſa)id eſt,diſperſa. Iupiter tuis) Votū Romuli ad Iouem, quem poſtea Statorem cognominauit, quòd ſiſteret à fuga exercitum Romanum. Auibus)id eſt,auſpicijs.Scelere) id eſt, proditione.Valle media)id eſt,campo,qui eſt inter Capitolinum & Palatinum in collem.Arce)id eſt,prohibe. Fœdam) id eſt,turpem.Siſte)id eſt, prohibe.

Reſiſtere)id eſt,à fuga.Ad primores)ſcilicet,in exitu. Erat) ſcilicet Metius.Vicimus)id eſt,nos Sabini. Fauore) id eſt,per acclamationem fauentium. Duorum montium) 6.A.id eſt, Capitolini & Palatini.Tum Sabinæ)pietatis exemplum erga ſuos exhibitum à raptis mulieribus in maritos,parentes,cognatoſq́ue ſuos,quæ in mediam aciem & prælij turbam prorumpētes , ſuis precibus & obteſtationibus diremere totum bellum, pacemq; fecere inopinatam:quare etiam certi honores poſtea ſunt muliebri ſexui inſtituti Romæ à Romulo, vt infrà dicam.

Impetu)id eſt, in acies.Dirimere)id eſt,dirimebant. Infeſtas)id eſt,pugnantes.Hinc patres)ſcilicet,à Sabinis.Hinc viros)ſcilicet,à Romanis.Soceri)ſcilicet Sabini. Generi) id eſt, Romani.Parricidium)id eſt,cædes non ſolùm parentum,ſed etiam cognatorum.Partus)id eſt,liberos iam ex Romanis & ſe genitos.Si affinitatis) παδιτικὴ, translatio culpæ.Nos) id eſt,mulieres.Veſtrum)id eſt,ex vobis.Viduæ)ſcilicet,maritis.Orbæ)id eſt,parentibus ſpoliatæ. Res) id eſt , mulierum commiſeratio.Geminata) id eſt , duplex, aucta Sabinorum acceſsione.

Daretur). i. indulgeretur. Appellati)id eſt , nominati ſunt Romani. Quirites) id eſt, bellatores.A Curibus)Cures,Curium pluralis numeri tantùm , primaria vrbs Sabinorum ab haſtis cognominata. Nam quiris ſignificat haſtam , inde quirites haſtati vel bellatores ſunt appellati, & mā ſit hoc cognomen Romanis ad Liuij tempora vſq;,vt & Quirites appellarentur. Hinc & Romulus Quirini cognomen ſumpſit, tanquam fautor eſſet Sabinorum & ſuorum Quiritum præſes.Equus Curtium)Equus ſecundum Macrobium vocabulum fuit priſcis æquiuocum,ſignificans equum , & equitem illi infidentem,nobis non imitandum.Itaq;)Noua inſtitutio Reipublicæ & vrbis Romanæ diuiſio in tribus,in curias,& in centurias,de quibus infrà in fine Romuli.Populum) ſcilicet, Romanum. Mulierum)ſcilicet , raptarum , quas Dionyſius ſcribit fuiſſe circiter ſexcētas octoginta tres.Incerta eſt)quos alij vocatos aiunt à luco Aſyli. Centuria) id eſt,trecenti milites. Regibus)id eſt , Romulo & Tatio. Poſt aliquot) Cædes Tatij à Laurentibus facta : quanquam alij eum inſidijs Romuli

muli occiſum ferunt. Annos) quinque. Agerent) ſcilicet, contra propinquos Tatij.

Societatem regni) Quia

Nulla fides regni ſocijs, omnúq; poteſtas
Impatiens conſortis erit. Expiarentur) id eſt, expurgarentur, quaſi piaculo quodam. Et cùm his) Bellum Fidenate, quod tertium Romani cum Fidenatibus & Veientibus populis Romæ finitimis, geſſerunt. Sic ergo Romulus tria bella confecit victor. Primum Ceninenſe, ſecundum Sabinum, tertium Fidenate. His) ſcilicet Lauinienſibus. Opes) ſcilicet, Romanas. Occupant) id eſt, anteuertunt, præueniunt. Quod agri) id eſt, qui agri. Verſi) Fidenates. Dilationem) id eſt, moram.

Exitum) ſcilicet, ad bellum. Mille paſſuum) id eſt, milliare Italicum. Quinque milliaria Italica faciunt vnum milliare Germanicum. Præſidio relicto) Præſidium eſt multitudo militum tuendæ vrbi vel caſtris aliquo loco præfecta, cui præſideat contra vim ſubitam. Subſidere) id eſt, clam inſidere. Obſita) id eſt, quæ circùm creuerant. Obſcuris) id eſt, impeditis. Exciuit) id eſt, prouocauit. Propè) aduerbium hoc loco. Id quod quærebant) ſcilicet vt euocaret hoſtes, & eſt ſtratagema, & inſigniter callidum militare factum. Simulanda) ſcilicet, vt fic hoſtes temerè ſequerentur eos fugientes callidè & ſimulatè. Trepidante) id eſt fugiente. Pedes) pro pedites. Inde) id eſt, ex inſidijs virgultorum. Mota) id eſt, ſublata. Simulantes) ſcilicet, fugam Romani. Irrumpi) ſcilicet, in oppidum ſuum, quod centum ſtadijs diſtat ab vrbe Roma. Vltimæ) id eſt, iuſtæ. Robore) id eſt, pro robur. Vicit) ſcilicet Veientes. Veteranus miles) id eſt, qui multum temporis vſuſq; & operæ impendit militiæ. Hinc veteranus exercitus vocatur ex veteribus & probè exercitatis peritiſq; militibus conſcriptus. Nulla parte) id eſt, nullo adhibito inſidiarum conſilio. Clade) id eſt, vaſtatione. Induciæ) ſunt feriæ belli, ita vt ab vtraque parte certa pax conſtet, quoad finitæ fuerint ſuo tempore. Hæc ferè) Concluſio vel epilogus rerum geſtarum, & vitæ Romuli. Abſonum) id eſt, diſſimile. Diuinæ originis) id eſt, quòd ſit ortus à Marte. Diuinitatiſq;) id eſt, quòd ſit pro Deo habitus poſt mortem. Auito regno) id eſt, Albano. Ab illo) id eſt, Romulo. Datis) ſcilicet, vrbi Romæ. Valuit) ſcilicet, vrbs. Deinde) id eſt, poſt mortem Romuli, ſub Numa. Quam patrib.) quia popularior fuit paulo. Celeres) à celeritate opis ferendæ in repentino periculo regis. His immortalibus) De morte Romuli, & quomodo facta ſit opinio, relatum eum eſſe in deos, vide Ouid. in fine decimiquarti libri Metamorph. Dicitur autem mortuus quinquageſimoquinto ætatis ſuæ, & quadrageſimo circiter regni ſui anno.

Ad Capræ paludem) id eſt, in Campania. Nec deinde) periphraſis auguſtior, quàm ſi dixiſſet apertè, Romulũ eſſe mortuum. Erat enim nimis tenue ac humile, Deo tribuere vocabulum mortis. Orbitate) quòd rege, tanquam parente, eſſent priuati.

Mœſtum) id eſt, mœſtitia ortum, cauſa pro effectu. Initio) ſcilicet, & ſalutationis, vel inuocationis. Volens) id eſt, benignus. Soſpitet) id eſt, ſaluam conſeruet. Fuiſſe credo) Variatio hiſtoriæ de morte Romuli, quem alij à ſenatoribus infenſis occiſum, alij tempeſtate obrutum, alij alia morte ſublatum putant. Cæterùm in huiuſmodi variationibus hiſtoriarum nihil opus eſt valde digladiari & aſſerere, verùm ſatis eſt coniecturas ſequi.

Grauis author) Quia Iulius erat ex primarijs patricijs, & cognatus Romuli maternus. Romulus inquit) Sermocinatio Romuli & Iulij. Quam tum) ſunt duæ dictiones. Patrũ interim) Hactenus de rebus geſtis vitaq; Romuli Liuius ſcripſit, quantũ ſatis fuit hiſtorico graui & copioſo, plura apud Plutarchum in Romulo, & apud Dionyſium in primo & ſecundo libro inuenies. Græci enim hiſtorici more ſuo plurima effingunt iuxtà falſa & vera. Reſtat tamen, vt breuem catalogum addamus legum atq; inſtitutorum, quibus Rempublicam Romanam ſtabilijt Romulus. Vocantur autem hæ leges Regiæ, vt à Rege latæ. Item vocantur Curiatæ, tanquam curijs Romanis datæ. Attingit autẽ Liuius circiter quindecim leges, vel inſtituta, quibus plura annumerantur, tamẽ ex obſeruatione aliorum authorum.

LEGES ROMVLI.

PRima ergo lex eſt Romuli Regia. Non ſine habitu auguſtiore, nec abſque inſignibus regi vel magiſtratui prodeundum eſſe in publicum.

Secunda. Regem & magiſtratum in publico ſine lictoribus vel apparitoribus non deberi conſpici, qui mox ad imperata præſto ſint, ſi quem rapere aut punire vel admonere ſui officij velint. nec licere cuiquam incedere inter regem & lictores, ſed vbique loco cedendum eſſe magiſtratibus.

Tertia. Regem aut magiſtratum in loco inſigniori ſedere conuenit, in conſeſſu publico aut priuato.

Quarta. Non licere prætextam regiam & honoratam veſtem cuiquam geſtare, præterquam ipſis magiſtratibus & patritiorum pueris impuberib us.

Quinta lex. Ex Aſylo inſtituto & aperto neminem licet abſtrahere, cùm ſit immunis locus. [redacted]

Sexta. Senatum eſſe publicum & commune ciuitatis conſilium, atque in eum non niſi patritios legi debere.

Septima lex. Nuptias non niſi ſolenni comprecatione faciendas eſſe, vt pote quibus maritus & vxor conueniant in ſocietatem indiuiduam thori, ſacrorum & bonorum.

Octaua lex. Vtile eſſe Reipublicæ, vt coloni Romani mittantur in oppida deuicta & capta, qui illa in fide manere cogant & officio, habeantq; coloni ius & munera ciuitatis Romanæ, & onera. De hac lege vel inſtituto Dionyſius rectiſsimè ſcribit in ſecundo: Fuit Romuli inſtitutum, quo vti maximè Græcos oportuiſſet inſtitutorũ omnium, vt mea fert opinio, optimum, quod & firmæ libertatis initium Romanis fuit, & maximam præbuit eorum partem, quæ ad imperij amplitudinem conducunt: nempe, vt ne captas bello vrbes funditus euerterent, nec in ſeruitutem redigerent, nec prorſum ſecuras, ſuiq́ue arbitrij eſſe permitterẽt, nec eorum agrum paſcuum pecori relinquerent. Verum miſsis in eas colonis ex ciuibus aut ſocijs Romanis proportione aliqua regiones, colonias Romanorum facerent vrbes victas, atque eas etiam Reipublicæ ciuitatisq́ue Romanæ participes ex aliqua parte redderent. Hæc Dionyſius. Diſsimile autem paululum fuit ius municipiorum. Nam municipia, quæ ſponte ſua & non vi in Romanorum fidem ac ſocietatem veniebant, meritiſq́ue eorum fauorem & officijs conciliabant, illis donabatur ius ciuitatis Romanæ: ita, vt municipes haberent ius & honores, non autem onera ciuium Romanorum. fuitq́ue municipium conditio multò tolerabilior, quàm colonorum, licet propter maieſtatem populi Romani, conditio colonorum fuerit honorabilior, vt Gellius alicubi diſſerit.

Nona lex. Ius ciuitatis Romanæ non tantùm ſocijs, ſed & victis communicare licere, neque eos tantùm Romanos eſſe ciues, qui intra mœnia vrbis Romæ domicilia habeant: ſed & eos vocari ciues Roman. qui vel propè, vel longinque vbilibet terrarum agentes, donati ſint iure ciuitatis Romanæ, vel nati ſint ex ciuibus Romanis. Sic poſtea Antonius Pius Imperator ſanxit omnes eos eſſe ciues Romanos, qui ſub imperio Romano vterentur iure ciuili Romano.

Decima. Cùm ſint triginta Curiæ inſtitutæ, & poſtea quinque adiectæ, quemq; in ſua Curia manere cenſeriq; oportet. Et quidem cùm ſit difficile hanc rem diſcernere de numero tribuum & curiarum, tamen quatenus obſeruare licet, duplex illarum fuit inſtitutio. Prima ſub Romulo. Secunda poſtea circiter ſexcenteſimum annum vrbis. Romulus quidem totum populum Romanum in tres diuiſit tribus locales, diſtinctas loco, id eſt, regionibus collibusq; vrbis: quibus deinde Seruius Tullius quartâ addidit, ita vt quatuor eſſent tribus, id eſt, quatuor partes populi, diuiſi ſecundum locos, regiones & vicos vrbis: quarum hæc ſunt nomina, teſte Plinio in decimooctauo, capite tertio, Exquilina, Palatina, Collina & Suburrana. Nomina autem trium tribuum ſub Romulo hæc fuerunt, Romanenſis, Tatienſis, Lucerenſis, teſte Aſconio, qui hæc tria nomina non ad Centurias equitum, ſed ad tribus ipſas refert. Quare ſuſpicio eſt, aliquid in Liuiano exemplari deeſſe, aut variare ſaltem. Tres autem Romuli trib. ſunt diuiſę in curias triginta, vt vnaquæq; tribus contineret denas curias. Dictæ ſunt verò curiæ, vel à Græco vocabulo *κυρία*, quod ſignificat concionem, conuentum vel multitudinem hominum, vel à cura, quòd penes eas eſſet ciuitatis cura & cuſtodia: ſicut & tribus appellatæ ſunt à tribuendo, quòd ſumptus & pecuniam tribuerent ad tutelam Reipublicę. Sic ergo tribus eſt quaſi totum: Curia autem pars eſt quædam ipſius tribus, continentis denas curias. Deinde tribus diſcernuntur ſecundum locos, & vicos vrbis. Curiæ autem diſcernuntur ſacris & cæremonijs ſicut noſtræ parochiæ. Inde & Curio vocatur ſacerdos ille, qui præeſt ſacris ritibusq; ſuæ curiæ, qualem nos appellamus parochum. Et hæc eſt prima, vt dixi, diuiſio populi in tribus, & tribuũ in curias, quam veriſimile eſt à Romulo vſque ad alteram & nouam inſtitutionẽ perduraſſe, niſi quòd Seruius Tullius, ſextus rex, quartam addidit tribum localem. Verùm altera inſtitutio, circiter annum vrbis ſexcenteſimum, hæc eſt, quòd tribuum numero auctо, factæ ſunt triginta quinque tribus, ſicut & triginta curiæ. Sic enim inquit Liuius in fragmento libri decimi de bello Macedonico: Mutarunt ſuffragia, regionatimq; generibus hominum cauſisq; & quæſtibus tribus deſcripſerunt cenſores M. Aemylius & M. Fuluius nobilior, Q. Fuluio & L. Manlio coss. Anno ab Vrbe condita 575. Qui locus Liuij eſt ſanè notandus de noua deſcriptione tribuũ & curiarum. Illo enim luſtro planè credo eundem numerum tribuum & curiarum eſſe confectum, & tribus curiasq; pro eodem poſtea habitas: tametſi ſua ſacra curiæ retinuerunt. Tribus verò ſecundum regiones & cenſum ſunt deſcriptæ. Et apud Aſconium quoque & Valerium Maximum dicitur modò tribus, modò curiæ aliquem damnaſſe vel abſoluiſſe. Vnde apparet clarè tum eaſdem fuiſſe tribus & curias. Et hæc altera

est institutio: vnde appellantur tributa & curiata comitia, de quibus aliàs dicam.

Vndecima. Peculiarem honorem mulieribus habendum censuit Romulus, cùm cognominauit curias earum nominibus, & hoc quoq; gratiæ honorisq; mulieribus addidit, vt viri qualescunq;, mulieribus obuij, loco cederent, quæ & ius haberent vehendi vehiculis in vrbe, præsertim causa sacrorum. Et hoc eis detulit propter beneficium inopinatæ pacis, & concordiæ inter Romanos Sabinosq; factæ.

Duodecima. Equites suis centurijs & decurijs contineri. Et quanuis centuria propriè sit multitudo centum hominum: decuria verò decem hominum, tamen longè plus hominum postea, Romana ciuitate aucta, annumerari consueuit centurijs. Et hinc tertia populi Romani diuisio in tres ordines obseruatur: qui sunt, ordo patritius, ordo equestris, ordo plebeius: tametsi ferè equites, alij patritij, alij plebei cẽsebantur. Porrò & curiæ vel tribus quoque sunt diuisæ in suas centurias: inde & centuriata comitia, & centuriata suffragia sunt appellata, de quibus aliàs. His tribus ordinibus postea accessit quartus, vocatus ordo forẽsis, & factio forensis, hominum ignobilium atque hominum ex plebe, pauperum & diutiũ quoq;, quos Græci χθαμαίους, Latini circunforaneos vocant, quales sunt qui artes sellularias sordidasq;, & operas mercenarias locant, & exercent, suasq; merces foro obtrudunt, sordidi quęstus gratia, quales sunt item, qui cum domi suæ nihil habent quod agant, subinde otiosi, rerum alienarum spectatores in foro, in publico, in triuijs obambulant. In hunc ordinem & libertini, & liberti postea sunt censi. De hac factione forensi & libertinis vide in fine libri noni ab Vrbe condita, & in Epito. 20. Cæterùm quintus ordo seruilis sex seruorum non habuit ius ciuitatis.

Decimatertia lex. Hostes victos, quos omninò excindere nolis, neque etiam colonis occupare, tamen aliqua parte agri mulctandos esse, ne ita contumacia impunis prorsum abeat. Hoc enim ius belli iure gentium confirmatum constituit, quòd hostibus erepta adiudicat illis, qui eripuerunt.

Decimaquarta. Inducias, hoc est, belli ferias securas vtrinque dari aliquando, & humanitatis & iuris gẽtium est, seruariq; bona fide oportet eas.

Decimaquinta lex. Licere magistratui ad tutelã sui corporis, non ad tyrannidem, neq; ad concussiones exercendas, legere sibi satellitium: quales hodieq; sunt aulici principum. Et hæ sunt quindecim leges vel institutæ Romuli quorũ Liuius meminit, pertinẽtia pleraq; ad ius ciuile publicum. Præterea Dionysius & Plutarchus circiter decẽ addidere, quas Curiatas vocant leges, quòd eas Romulus, curiarũ suffragijs ad populum tulerit, & promulgarit de iure ciuili ferè priuato.

Decimasexta lex Romuli. Vt vxor quę viro per sacras leges & conuentionẽ in manu coniuncta, materfamilias sit facta, pecuniarum, sacrorum, bonorumq; omnium mariti socia particepsq; sit. Sed concubina, id est, vxor nõ materfamilias, certis contenta sit muneribus & prærogatiuis.

Decimaseptima. Vt liberi filij filiæq; iuxtà ex matrefamiliàs nati, hæredes sint ab intestato mortuo patri suo.

Decimaoctaua. Vt filius non emãcipatus cum liberis suis, toto vitæ tẽpore, sit in potestate patris sui, vt liceat patri pro libito & iure filium castigare, verberare, operi rustico mancipare, exhæredare, atq; etiam occidere. Sed in emancipatos liberos ac nepotes non idem iuris esse patri voluit. Matri verò neutiquam hoc iuris esse in liberos, quanuis naturalis amor & reuerentia huic quoq; debeatur.

Decimanona. Patri licere filium suũ, cum omnibus bonis eius vendere, famis aliúsue necessitatis gratia.

Vigesim. Non licere viro vxorem repudiare, diuortiumq; facere cum ea, nisi in veneficio natorũ, aut in adulterio, aut in clauiũ adulteratione deprehẽsa, foret. Quod si aliter quis vxorem repudiasset, eius mariti bonorũ partem vxori dandam, partem Cereri sacrandam, id est, deuouendam esse. Et hæc lex vim authoritatemq; obtinuit integram, ad quingentesimum circiter vrbis annum vsq;, vt meminit Valerius lib. 2. cap. 1. Postea verò nihili ferè de causis diuortia & repudia libera fuere immodicè & impiè.

Vigesimaprima. Capitale esse mulieri vinum bibere: q; vt caueretur, ex instituto cognatis osculũ offerendum à mulierib. esse, vt si vinũ bibissent mulieres, odore deprehenderentur. Meminit & Valerius dicto cap. 1. lib. 2.

Vigesimasecunda. Patritios plebeiorũ suæ curiæ patronos esse, & vicissim plebeios patritiorum suæ curiæ clientes esse. Proditionisq; lege teneri, si patronos clientem, siue cliens patronũ accusset priuata de causa, contráue testimonium dicat, vel suffragio premat, aut cum inimicis eius fœdus faciat. Et summoperè valuit hæc lex ad concordiam ciuitatis firmandã, tametsi non ita diu duraverit, translataq; fit ad libertos & patrõos, vt coërceretur ingratitudo libertorũ erga patrõos.

Vigesimatertia lex est de fastis. Vt annus Rom. contineret 10. menses, & Martius principium anni haberetur, mensisq; in Calendas, Nonas & Idus diuideretur, annusq; trecẽtos & quatuor dies haberet: de hac tamẽ mox infra, in Numa Põpil.

Vigesimaquarta. Sellularias artes & sordidas nõ licere ingenuis ciuibus exercere, sed eas solis seruis, libertinis atq; aduenis permittendas esse, &, teste Dionysio, durauit diutissimè hæc lex, vt probro haberetur apud Romanos, exerceri illas artes à quoquam ciue, tametsi postea forensis factio humilium ciuium illas quoq; inuasit, vt dixi.

Vigesimaquinta. Quatuor tãtùm artes vel studia Romanis ciuibus, ingenuis, nobilibus & patritijs conuenire, scilicet agriculturam, rem militarẽ, studium literarum, & picturam, quibus discendis ingenua Romanorum iuuentus, à primis annis statim adhiberi consueuit. Atq; hæ sunt leges institutaq́ue sub imperio Romuli sancita, ad posterosq; deriuata. Quanuis curiosior aliquis multò plura ex historicis captare & coniectare possit: verùm satis est hæc, tanquam semina verissimi iuris ciuilis Romani, hoc loco deprehendere cognitaq; tenere. Reliqua ex insequentibus patebunt.

Patrum interim animos) Hactenus de ijs, quę Vrbem conditam antecesserunt, & de reb. vitaq; Romuli scripsit Liuius. Iam inde tertiũ sequitur caput, de interregno post mortem Romuli. Est autem interregnum spacium temporis, quo vocat regnum suo rege, & interim extra ordinem ab alijs regitur, quàm ab aliquo rege. Atq; hic est ambitionis exemplum. Patrum) id est, Senatorum.

Certamen regni) i. ambitio. Versabat) id est, commouebat, dubios reddebat. A singulis) id est, ab vno atq; altero tantùm. Eminebat) id est, excellebat. Nedum peruenerant factiones, id est, nondũ orta erant dissidia. Factiones) Optimatum: seditio vulgi: inimicitia priuatorum: belli hostium: quæ omnia vno nomine complectitur discordia. Inter ordines) scilicet Romanum & Sabinum. Societate) id est, iuris & societatis Romanæ, in quam erant recepti à Romulo.

Sui corporis) id est, ex suo ordine. Ab sua parte) id est, Sabinorum. Peregrinum) id est, Sabinum. Experta) id est, cognita. Adoriretur) id est, aggrederetur. Caput) id est, regem vel magistratum, quia anarchia, id est, multitudo sine magistratu, semper fuit exitiabilis. Inducebat in animum) id est, volebat. Decem decurijs) decuriam hic vocat ordinem decem Senatorum: cùm alias decuria significet Senatum in colonia vel municipio. & inde decuriones sunt senatores in colonia vel municipio. Consociant) id est, comparant, componunt. Singulis) id est, denis. Imperitabant) id est, fungebantur vice regis. Vnus) scilicet, ex decem. Per omnes) id est, Senatores. Interuallum regni) id est, interregnum. Fuit annuum) id est, duravit annum. Id) interuallum.

Ab re) scilicet, quòd sit tempus vacans rege. Fremere) id est, fremebat. Pro vno) scilicet, rege. Cùm sentissent) Exemplum calidæ humanitatis & popularitatis. Moueri) scilicet, à plebe. Ineunt gratiam) ad plebem. Summa potestate) scilicet, creandi regis. Fuisset) id est, nominasset. Fierent) id est, confirmarent. Rogandis,) id est, nominandis & ferendis. Ademptum vi) quia plebs non eripit senatui per vim suum ius, neque contra Senatus vim facit plebi. Ineat suffragium) id est, nominet magistratum aliquem. Authores) id est, comprobatores. Comitiorum) Comitia, sunt conuentus populi ad creandos magistratus, aut ferendas leges, aliáue negotia publica expedienda. Comitium in singulari, significat locum conuentus, vel vbi conuenitur. Tum interrex) Interrex, qui tenet vicem regis mortui, vel absentis. Concione) id est, populo. Quod bonum, &c. formula comparandi. Ita) scilicet, vt vos creatis.

Victi) scilicet, à senatoribus. Modò) id est, tantùm. Sciscceret) id est, decerneret. Sub hoc interregno tria instituta, vel tres leges sunt latæ, quæ in posterum quoq; valuerunt.

Prima lex. Vacante imperio vel magistratu, esse debere vnum vel plures interreges, qui summæ rerũ & imperio præsint, ne sit anarchia rebus publicis exitiosa semper.

Secunda lex. De iure & potestate populi atq; Senatus, vt penes populum sit nominare regem vel magistratum per suffragia: sed penes Senatum sit authoritas recipiendi & approbandi nominatum regem vel magistratum. Hæc lex postea sub Cæsaribus, specie magis quàm re vera, valuit: quia Cæsares ipsi nominarunt & approbarunt magistratus.

Tertia lex. De interrege, cuius sit renunciare, & promulgare nominatum approbatumq;.

Inclyta) De Numa Pompilio secundo rege Romanorum, qui post annuũ interregnũ à Romulo, regnauit annos quadraginta duos. Et sicut Romulus bella, remq; militarem curauit peculiariter, magis ad bella quàm ad pacem natus: ita Numa pacem artesq; pacis tractauit, religioni sęque curam habuit: & fuit quidem necessarium, ita temperari artibus pacis belliq; Rempub. Romanam. Oritur autem Liuius à descriptione personæ Numæ.

Curibus) id est, in oppido Sabinorum. Consultissimus) id est, prudentissimus. Pythagoram) id est, Philosophum, cuius & Ouid. copiosè meminit in 15. Metamorph. eiusq; auditorem Numam fuisse fabulatur.

Authorem) id est, præceptorẽ. Edunt) id est, scribunt. Iuuenum æmulantiũ). i. discipulorũ sectantium eius Pythagoræ philosophiam Italicam. Vide Laertium lib. 1. in principio. Olim duplex fuit philosophia. Altera Ionica, cuius fuit author Thales Milesius, qui primus docuit physica: hæc philosophia hodie quoq; durat. Altera Italica, cuius author fuit Pythagoras:

sic dicta

ſic dicta, quia in Italia Pythagoras eam docuit. Huius nihil extat, niſi præcepta vel dicta potius Pythagoræ. Ante Pythagoram & Thaletem, tantùm fuerunt Poetæ, vates, & legumlatores. In vltima ora Italiæ) quæ vocabatur maior Græcia, & hodie eſt Calabria. Locis) id eſt, vrbibus prædictis. Fuiſſet) ſcilicet Pythagoras. Linguæ commercio) Quia Calabri, Græci, Sabini Latinè loquebantur. Vnus) id eſt, Numa ſolus.

Ingenio) id eſt, bona natura. Animum) ſcilicet Numæ. Peregrinis) id eſt, Græcis. Tetrica) id eſt, ſeuera. Triſti) id eſt, duriore. Nullum fuit incorruptius, &c.) Quia Sabini olim ſunt adeò incorrupti religioſiq; habiti, vt cognomen tulerint à religione & pietate. Nam σέβεσθαι religioſum eſſe ſignificat: inde dicti Sabini.

Numæ) ſcilicet, quem regem populus nominauerat, & Senatus decréuerat. Inde) id eſt, ex Sabinorum corpore. Suæ factionis) ſuarum partium. Accitus) ſcilicet, Numa. Augurato) id eſt, cum augurio & auſpicijs, vt infra dicam. Deos) id eſt, deorum auſpicia. Augure) id eſt, ſacerdote, qui augurijs captandis præeſt. Deductus) ſcilicet, Numa.

Augur ad læuam) Deſcriptio inaugurationis Numę Pompilij. Aduncum) id eſt, curuum. Lituũ) id eſt, virgam auguralem. Vide Gel. lib. 5. cap. 8. & Macrob. lib. 6. cap. 8. & Cicer. in 1. de Diuinatione.

Determinauit) id eſt, deſignauit, definiuit. Regiones) id eſt, tractum cœli. Dextras partes) cœli. Partes) & hæc dextræ ſiniſtræq; partis determinatio, ex arte augurali ſumitur, non à cauſa naturali: quia ſecundum phyſicos, ſeptentrio eſt dextra pars cœli, & meridies eſt ſiniſtra pars cœli: ſicut oriens eſt anterior, occidens poſterior pars cœli. Et noſtrum hemiſpherium eſt ſuperior pars, ſed antipodum eſt inferior pars cœli. Totidem enim differentias habet cœlum & mundus. Contra) id eſt, è regione. Animo finiuit) id eſt, metatus eſt. Vt) id eſt, precor. De templo) id eſt, de loco, vbi augur contemplatus erat, & obſeruauerat auſpicia. Qui regno) Deſcriptio regni Numæ, & quibus inſtitutis rempublicam ordinauerit atque ſtabiliuerit, vt infrà in catalogo dicam. Conditam) ſcilicet, à Romulo. Fecit) id eſt, extruxit. Ianum) id eſt, Iani templum. Argiletum) qui locus erat in Vrbe, ab argilla vocatus, prope Palatinum collem: quanuis alij ab Argiuis Euandri comitibus vocatum putant. Vide de hoc Iano Ouid. 1. Faſtorum in principio.

Armis) id eſt, expeditione. Bis deinde poſt) Templum Iani intra amplius ſeptingentos annos, non niſi ter clauſum eſt, ſignificans vrbem Romanam non eſſe in armis, nec hoſtem habere ex profeſſo vllum. Primò ſub Numa Pompilio, annis quadraginta. Secundò poſt finitũ primum bellũ Punicum, vno tantum anno, circiter quingentesimum vrbis annum. Tertiò ſub Octauio Auguſto poſt bellum Actiacum contra Antonium, multis annis, circiter ſeptingenteſimum & vigeſimum annum ab Vrbe condita.

Punicum) id eſt, Carthaginenſe. Iterum) id eſt, tertiò. Aetati) id eſt, pacatæ per Auguſtum. Videremus) id eſt, clauſum Ianum. Poſt bellum Actiacum) Vide Plutarchũ in Antonio. Eo) id eſt, templo Iani. Iunxiſſet). i. Romanis conciliaſſet. Externorum periculorum) id eſt, bellorum. Luxuriaret,) id eſt, laſciuirent, iuxta illud:

Otium Catulle tibi moleſtum eſt.
Otio exultas nimiumq; geſtis.
Otium reges, ſimul & beatas
Perdidit vrbes.

Et apud Iuuenal. in ſexta Satyra:

Sæuior armis luxuria incubuit.

Luxuriare & luxuriari) id eſt, nimio & immodico voluptatum vſu frui, & in libidinem declinare. Continuerat) ſcilicet à vitijs. Metum deorum) id eſt, religionem. Iniciẽdum) ſcilicet, populo. Qui) ſcilicet metus deorum. Commento) id eſt, figmento miraculi. Simulat ſibi cum dea) Simulamus ea quæ non ſunt: Diſſimulamus ea quæ ſunt.

Congreſſus) id eſt, colloquia. Eius) id eſt, Aegeriæ. Ad curſum Lunæ, quæ motum ſuum cõficit viginti & octo diebus, & aliquot horis: de quo infrà dicam plura in Catalogo. Deſcribit) id eſt, definit, determinat. Annum) Romanum, lunarem. Explet) ſcilicet, curſu ſuo. Dies) ſcilicet, duodecim & ſex horæ. Intercalares) id eſt, iniectitios vel appoſititios, qualem hodieq; vocamus menſem biſextilẽ. Anno) id eſt ſolari. Qui) ſcilicet, annus. Solſtitiali orbe) id eſt, curſu ſolis, qui abſoluitur trecentis ſexaginta quinq; diebus, & ſex horis. Dies) ſcilicet menſium. Annorum) ſolarium. De hac intercalatione copioſè ſcribit Macrob. in 1. Satur. cap. 12. & ſequentibus duob. Nefaſtos) id eſt, religioſos vel ominoſos. Faſtos) id eſt, religioſos, de quibus infra dicam. Agi) ſcilicet, à magiſtratu. Sacerdotibus creandis) Sacerdos à ſacris dandis. Dialem flaminẽ) id eſt, ſacerdotem Iouis. Eſt enim flamen, ſacerdos, ſic vocatus, quaſi filamen, eò quòd capite geſtaret filis circumuolutam & connexam mitram. Ipſos) id eſt, reges. Deſererentur) id eſt, intermitterentur. Regiæ vicis) id eſt, quæ pertinerent ad vicem, id eſt, officium regis: quia apud veteres ĩdem ferè erant reges & ſacerdotes.

Aſſiduum) id eſt, qui non abeſſet ab vrbe. Marti vnum) id eſt, flaminem Martialem. Quirino) id eſt, flaminem Quirinalem. Veſtæ) quæ dea, cùm ſignificet vitam atque curam vitæ, colebatur perpetuo igni: quo ſymbolo ſignificatum eſt petere homines, vt ne deficiant operationes vitales, aliaq; ad vitam agendam neceſſaria & commoda. Nam ἑστίαω conuiuio excipere, & cibum præbere ſignificat.

Alba) id eſt, quod Aeneas & Aſcanius ex Troia tranſlatum inſtituerant Albæ, vt ſæpè Vergilius meminit in ſecundo & tertio Aeneidos.

Cõditori gentis) id eſt, Aeneæ vel Romulo, ſcilicet, propter matrẽ Romuli, quæ fuit virgo Veſtalis in Alba, vt ſuprà. Antiſtites) id eſt, ſacerdotes. Stipendium) id eſt, redditus de publico. Sanctas) id eſt, non violandas. Salios) id eſt, ſacerdotes ſaltatores.

Gradiuo) id eſt, geſtatori. Aeneum tegumen) id eſt, thoracem. Ancilia) id eſt, ſcuta rotunda & conuexa. tale autem ancile, ſub Numa cùm eſſet cœlo delapſum, miraculoq; terrerentur homines, reſpõſum eſt à Vatibus, illic fore ſummum imperiũ, vbi aſſeruaretur hoc ancile, itaq; ne furari quis poſſet, duodecim ancilia fieri curauit Numa, vt multitudine eriperetur furi diſcrimen.

Tripudijs) id eſt, choreis. Tripudiũ dicitur terræ pauium: quia pudire eſt pauire, hoc eſt, ferire & quatere. Pontificem) id eſt, ſummum ſacerdotem. Martium) cui ſuã quoq; filiam vxorem dedit, ex quo matrimonio natus eſt Ancus Martius, poſtea quartus rex Romanorũ. Exſcripta) ſcilicet, in libros. Scitis) id eſt, decretis. Eſſet) id eſt, ſummus pontifex, ad quem referrentur cõtrouerſiæ de cæremonijs & ſacris rebus. Quo) id eſt, ad quem. Manes) id eſt, deos inferos, mortuorumq; animas. Miſſa, id eſt, oſtenſa.

Curarentur) id eſt, procurarentur, expiarentur, vt mala ab illis ſignificata auerterent. Ea) id eſt, prodigia & videnda & interpretanda. Ea elicienda) Elicio, ab eliciendis, id eſt, euocandis, inquirendis, & iudicandis prodigijs.

Et mentibus diuinis) id eſt, ſecundum voluntatem deorum exquirendam. Quæ) id eſt, prodigia, vel potius negotia. Augurijs) id eſt, ſecundum auſpicia. Hæc) id eſt, ſacra. Hactenus enim Liuius enumerauit inſtituta & leges, à Numa latas de iure publico ſacrorum & ſacerdotum. Conſultanda) id eſt, inquirenda. Procuranda) id eſt, peragenda. Aliquid agendo) id eſt, vt non ocio torperent: quia homines nihil agendo, diſcunt mala agere. Et armis) id eſt, partim. Intereſſe reb. humanis) id eſt, curare res hominum deos, quod tamen Epicurei negant. Stoici verò aſſerunt. Imbuerat) id eſt, inſtituerat. Proximo legum) Alij propulſo legum. Quaſi ſponte ſua tum Romani, ſine metu legum & pœnarum iuſtè fecerint, iuxta illud:

Oderunt peccare boni virtutis amore. Contrà verò:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Sed de proximo metu ſic intelligo, quòd illi qui fidem & iuſiurandum nollent ſeruare ſponte, tamen metu pœnarum cogerentur ea ſeruare, vel pœnas luerent perfidiæ & contumaciæ ſuæ.

Omnes vel homines) id eſt, Romani. Regis) ſcilicet, Numæ. Vnici) id eſt, ſingularis, iuxta illud:

Regũ ad exemplum totus componitur orbis.
Et qualis magiſtratus, talis populus. Vrbem) id eſt, pacificam. Medio) id eſt, vicinitate. Solicitandam) id eſt, turbandam. Omnium) ſcilicet, vicinorũ. Nefas eſſe) id eſt, impium eſſe. Lucus erat) Vide Ouid. in decimoquinto Metam. Quo) id eſt, in quo ſpecu. Arbitris) id eſt, in comitibus.

Concilia) id eſt, conuenticula. Solenne) id eſt, ſacrũ & templum. Sacrarium) id eſt, templum. Curru arcuato) id eſt, tecto.

Bigis) id eſt, duobus equis. Rem diuinam facere) id eſt, ſacrificare. Tutandam) id eſt, tenendam, ſeruandam. Sedem) id eſt, ſymbolum, ſignũ. Loca) id eſt, templa. Argeos) ſcilicet, ab Argis, quòd ferè ſacra pleraq; ſint accepta ab Argiuis, id eſt, à Græcis in Italia, qui Græci plurimas colonias per totam Italiam cõdiderunt. Tutela) id eſt, defenſio. Ita) clauſula & concluſio rerum geſtarum à Romulo & Numa. Ita) id eſt, in hũc modum: ſimilitudinis aduerbium. Deinceps) id eſt, ſine interuallo. Duo reges) id eſt, Romulus & Numa. Ille) id eſt, Romulus. Hic) id eſt, Numa.

Sicut antea ad finem Romuli, Catalogum poſui inſtitutorum atque legum, quas Romulus de iure publico ac priuato ferè conſtituiſſe fertur, ita in hunc quoq; locum poſt finem Numæ, libet catalogum ſubnectere inſtitutorum atque legum, quas Numa Pompilius ſecundus rex, pleraſq; de iure publico pontificio, & aliquot de iure priuato ciuili tulit, vt ita primos fontes quaſi iuris Romani, pontificij & iuris ciuilis videamus, vnde reliquæ leges paulatim fluxere. Vt enim, propter contumaciam lis litem ſerit, ſic propter calumnias & malos mores, lex legem parit. Obſeruare ergo ex hac deſcriptione Numæ Liuiana licet, circiter tres & viginti leges vel inſtituta, quarum pleræque, tametſi de ſuperſtitionibus prophanis & ridiculis loquuntur (vtpote de ſtultis ſacris gentilium) tamen oportet earum notitiam tenere illum, qui nihil nolit in reliqua Liuiana aut Romana hiſtoria intelligere.

LEGES

LEGES NVMAE POMPILII II.

PRimum itaq; inſtitutum vel prima lex Numæ, eſt de inaugurãdo rege, & cõſecrando eo per certas ceremonias: ſicut apud Hebræos & noſtra quoq; ætate, reges cum bonis comprecationibus inunguntur & conſecrantur, vt ita proſperis initijs deoq; propitio regnum capeſſant. Hæc lex poſteà ſub conſulibus paululum variauit, qui Calendis Ianuarij, vtpote primo die ſui magiſtratus, in Capitolio quotannis comprecabantur & ſacrificabant.

Secunda lex. De Auguribus, nemini licere regem inaugurare, neq; loca ſacra conſecrare, vel exaugurare, præterquam auguri præſidi auſpiciorum.

Tertia lex. De Iani templo pacis tempore claudendo, ſed belli tempore aperiendo, vt ſic diu noctuq; precari poſſent Ianum, vt bellum auerteret. Huius meminit etiam Virgil. in fine ſeptimi.

Quarta lex. Religionibus & cæremonijs feroces animos vulgi & hominum eſſe illigandos, alioqui non poſſe eos in officio retineri, niſi deorum metu: vnde & Liuius infrà alicubi dicit, Præſtat eſſe ſuperſtitiones & prauas religiones, quàm omninò nullas.

Quinta lex. Annum diuidi in mẽſes duodecim, ad curſum Lunæ, Græcorum imitatione, hoc modo, quòd Numa decem menſibus Romuli præpoſuit Ianuarium habentem vigintinouem dies, & Februarium continentem vigintiocto dies. Sed Martius, Maius, Quintilis, October continerent dies tricenos ſingulos. Reliqui ſex menſes continerent tantùm vigintinouenos dies: quæ ſumma menſium & dierum conficit trecentos quinquagintaquinque dies, quibus cõſtitit annus Romanus, à Numa in Iulium Cæſarem vſq. Tametſi annus Græcus trecentos quinquaginta quatuor dies contineret: ſicut & hodie annus lunaris & Iudaicus. Qui vocatur annus lunaris, quia luna conficit curſum ſuũ aliquando minus triginta diebus, quæ ſumma duodecies multiplicata, ipſum numerum conficit dierum trecentorũ quinquagintaquatuor. Quia verò conſultius videbatur ad curſum ſolis metiri annum, & lunari anno decem intercalares dies & ſex horæ, ideò octauo quoq; anno ad finem menſis Februarij, dies nonagintа circiter intercalabant Græci, id eſt, extra ordinem addebant, & interponebant tres menſes intercalares, qui cõtinerent tricenos dies. Et ita octauo quoq; anno, menſes lunares & anni lunares bellè quadrabant ad curſum metamq; ſolis, vt apparet computanti. Atque etiam Romani primo ſecundoq; octonario annorum, intercalabant illos nonagenos dies, hoc eſt, ternos menſes. Sed in tertio octonario annorũ, hoc eſt, vt Liuius ait, vigeſimoquarto quoque anno, intercalabant non quidem nonaginta dies, ſed tantùm ſexagintaſex dies, id eſt, paulo plus duos menſes: quia compenſabãt illum quinquageſimumquintum diem, quo Romanus annus ſuperat Græcum. Demptis enim vigintiquatuor diebus ex nonaginta, remanent ſexaginta ſex. Cæterùm Iulius Cæſar videns errorem & controuerſias inextricabiles, annum Romanum ſic ordinauit, vt Ianuarius, Sextilis, December contineret dies triginta & vnũ. Februarius vigintiocto. ſed Aprilis, Iunius, September, Nouember contineret dies triginta. Et Martius, Maius, Quintilis, October, ſeruarent priſtinum numerum triginta & vnum dies. quæ ſumma menſium & dierum continet trecentos ſexagintaquinque dies, quibus ſol curſum ſuum conficit. Verùm quia ſex horæ deſunt iſti numero, quib. curſus ſolis iſtos dies ſuperat, ideò quarto quoque anno incipiente, vnus dies ad ſextum Calendas Martij, nobis eſt feſtus diuo Matthiæ Apoſtolo, intercalatur, id eſt, interponitur, vt ille quartus annus biſſextilis vocetur: quia tum oportet bis dicere ſexto Calendas Martij, propter vnum diem intercalarem additum. Veruntamẽ ſupereſt error paruus in hoc quoque Iuliano anno talis, quòd intra triginta ſex annos elapſos à morte Iulij Cæſaris vſque ad triceſimum ſeptimum annum imperij Cæſaris Octauij, intercalati ſunt dies duodecim, cùm debuerint nouem tantùm intercalari: quia ſex horæ ſunt quadrans, & non triens vnius diei Romani & naturalis. Itaque hunc errorem videns Octauius Auguſtus, correxit, ita vt non incipiente, ſed exacto & finito quarto quoque anno, hoc eſt, incipiente quinto quoque anno, vnus dies biſſextilis intercalaretur. Atq; hunc morem Carolus Magnus rex Francorum, & primus ex Germanis imperator Auguſtus, ad Germanos tranſtulit & Gallos, vt hodieqúe perduret: nihilominus tamen Mathematicæ periti aliquot deeſſe minuta cenſent huic quoque Auguſtano anno: quem defectum corrigere voluit Ioannes de monte Regio, Mathematicus peritiſſimus, ex Germania Romam vocatus à Pontifice, ſed morte occupatus, non potuit ceptum abſoluere. Et quidem apparet iſte error ex conſequente. Nam Ouid in 3. Faſtorum ſcribit, æquinoctium vernum ſuo tempore exiſtere ad octauũ Calendas Aprilis, quod æquinoctium hodie noſtri Mathematici variantes quatuordecim diebus, reponunt in ſextum Idus Martij. Similiter apparet variatio in ſolſtitio æſtiuo, & in reliquis duobus anni quadrantibus. Atque hæc de anno Romano, deq; intercalatione ſufficiant. plura vide apud Macrobium libro primo Saturnaliũ de anno Romuli, cap. 12. de anno Numæ, cap. 13. de anno Cæſarum, capite 14.

Sexta lex. Diſcrimina dierum eſſe tenenda: quia ſunt aut feſti, quibus aguntur ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ: aut profeſti, quibus enumerantur dies faſti, cùm licet exercere lites & cauſas forenſes & ius dicere. Dies comitiales, cùm licet agere cum populo. Dies Comparendini, cùm licet dare vadimonium. Dies ſtati, cùm licet ius dicere peregrinis. Dies præliares, cùm fas eſt res repetere, vel hoſtẽ prouocare ad prælium indictum ab inferentibus bellum. Aut ſunt dies interciſi, id eſt, partim feſti, partim profeſti. Reliqua de dierũ diſcrimine, vide apud Macrobium in primo Saturnalium, capite decimoquinto & ſexto, vbi etiam de Calend. Nonis, & Idibus, à Romulo inſtitutis, exponit. Nefaſtos autẽ dies, quæ eſt quarta ſpecies dierum, vocant Latini, non ſolùm quibus non fas eſt ius dicere, ſed generaliter ominoſos, infauſtos, & quaſi abominabiles, quibus nihil proſperè ſuccedat, priuatim aut publicè in humanis aut diuinis negotijs, quos alioqui religioſos vocant dies.

Septima lex. Sacerdotes atque ſacerdotia certo ordine diſtribui & diſcerni, vt ritè fiant ſacra & religiones curentur, non à prophanis hominibus, ſed à ſacerdotibus. Inſtituit autem Numa ſeptem genera ſacerdotum, Primò Curiones, qui in ſua curia ſacris præeſſent, veluti noſtrates parochi, vt ſuprà dixi in Catalogo Romuli. Secundò Flamines, qui prærant peculiariter ſacris curandis, vt Flamen Dialis, id eſt, Iouialis, & Flamen Martialis & Quirinalis. Tertiò augures, id eſt, diuinatores, qui ex auiũ garritu, volatu, motu, qui ex inſpectione viſcerum, ex prodigijs alijſq; ſignis futura prædicebant. De qua profeſſione, hoc eſt, de diuinatione Cicero duobus libris perſcribit. Quartò Veſtales virgines, perpetua virginitate obſtrictæ, adeò, vt ſi qua violari ſe eſſet paſſa, viua deroderetur: aut ſi neglectè ſacra curaſſet, virgis à Pontifice cederetur. Quintò Salij ſacerdotes Martis. Sextò Feciales, qui rebus repetendis ab hoſte, qui bello indicendo, qui inducijs paciſq; faciendæ præeſſent. Vnde & à facere dicti ſunt Feciales, vel à fœdere. Septimò Pontifices, id eſt, præfecti ſacrorum & religionum: dicti ſic, quòd poſſent facere ſacra, & curare cærémonias ritusq; ſacros.

Octaua lex Numæ, de rege ſacrorum, qui abſentis regis vice fungeretur in regijs ſacris curandis, quibus alioqui peculiariter rex præerat curandis.

Nona lex. Vt virgines Veſtales perpetuũ ignem fouerent, & ſupremam authoritatem haberent in Vrbe:

Decima lex. Vt Salij aſſeruarent ancilia, & certo tempore ſaltantes circumgeſtarent in Vrbe.

Vndecima. Vt pontifex, tanquam ſummus ſacerdos, præeſſet omnibus ſacris & ſacerdotibus. Vnde & ius põtificium habet originem, quod de ſacris, de ritibus, de dignitate & immunitate ſacerdotum ſtatuit.

Duodecima. Vt patrij ritus cæremoniarum ſacrorumq; ſeruentur ritè.

Decimatertia. Vt peregrini ritus exteraq; & nouæ cæremoniæ, ſine authoritate pontificis non recipiantur.

Decimaquarta. Vt prodigia, hoc eſt, ſigna & oſtẽta, & monſtra, aliaq; mirabilia ſigna obſeruentur, procurentur, expientur, vt ira diuina placetur, quia fere ſignificent imminentia mala. Huius exempla apud Liuium ſunt innumera.

Decimaquinta. Vt Auguria, auſpicia, aliæq; diuinationis formæ obſeruentur. Nihil enim veteres, neq; priuatim, neq; publicè incipiebant vel agebant ſine obſeruata diuinatione, qua neglecta putabant omnia eſſe inauſpicata, ominoſa & infelicia.

Decimaſexta. Fidem datã priuatim publiceq; ſeruandam eſſe, quod eſt honeſtiſsimum vinculum ſocietatis humanæ, & omnis iuris fundamentum. Siquidem & nomen habet fides à fiendo, quòd fieri debeant quæ fideliter promittuntur. Contrà verò perfidia & infidelitas nõ abiret impunè, ſed infamia alijſq; pœnis coerceretur.

Decimaſeptima. Iuramentum eſſe ſeruandum, ſi modò de re poſsibili & licita ſit præſtitum.

Decimaoctaua. Coercitionẽ perfidiæ & periurij aliorumqúe criminum certis pœnis fieri. Quanuis enim lex naturæ dictat neminem eſſe lædendum, tamen, quia nõ poſſunt non eſſe ſcelerati in tanta multitudine confuſioneq; hominum, pœnis coercere neceſſe eſt criminoſos, vt humana ſocietas ſeruetur. Præſtat enim pauciores lædi malos, vt plures tuti ſeruentur.

Decimanona. Vt fundi & poſſeſsiones certis ſuisqúe finibus deſcribantur, & limitibus terminentur, quos limites ſi quis dimoueat, eum pro fure & graſſatore habendum, puniendumq; eſſe.

Vigeſima. Vt mulier partum duodecimo menſe aut vltrà quoq; editum, legitimè peperiſſe credatur. Huius meminit Gellius lib. 3. cap. 16. mulierem ferre vterum in decimum tertium vſque menſem.

Vigeſimaprima. Homicidium capite puniendum, & cædem ciuis pro parricidio habendam.

Vigeſimaſecunda. Filium maritum à patre ſuo non eſſe ven-

ſe vendendum,neque pignori dandum. Vide ſuprà in Catalogo Romuli,de iure patriæ poteſtatis in liberos.

Vigeſimatertia. Argeos,hoc eſt,loca ſacra & dedicata dijs, ſuam habere immunitatem ac religionem,& ſemel deo conſecrata,non poſſe iure transferri ad vſus prophanos & priuatos.Omnia enim ſacra eſſe publica,nulliusq; dominio ſubiecta priuatim.

Atque hæ ferè ſunt leges inſtitutaq; Numæ Pompilij ſecundi regis,vt Liuius alijq; Hiſtorici indicant.Reliqua de Numa à Plutarcho require,qui deſcripſit omnem vitam eius.

DE TVLLO HOSTILIO III. REGE ROMANORVM.

DE tertio rege Romanorum Tullo Hoſtilio, qui inquietus & bellicoſus cognatas finitimasq; vrbes, partim ad fœdera coegit,partim Romano imperio adiecit,multasq; colonias deduxit.

Interregnum,)id eſt vacationẽ imperij,de qua ſupra. Iuſſit,)id eſt nominauit & elegit.Infima arce,)Vide ſuprà in Romulo.Patres,) id eſt Senatores.Facti authores,)id eſt, approbarunt & confirmarunt regem Hoſtilium. Hic non,)Breuis notatio morum Hoſtilij, χαρακτερισμὸς.

Aetas,)ſcilicet iuuenilis.Auita gloria,) id eſt,aui ſui Hoſtij Hoſtilij,qui mortẽ pro patria occubuerat. Seneſcere,)id eſt, ocio quaſi & ignominia torpeſcere, viresq; amittere, ſicut corpus ſenile debilitatur.Materiam,)id eſt,cauſam. Fortè euenit.) Quartum bellum quod Romani geſſerunt cum ſuis cognatis Albanis,cui ferocia & calliditas Hoſtilij dedit cauſam. Agreſtes Romani,)id eſt agricolæ.

Inuicem,)id eſt,inter ſeſe. Ad res,) ſcilicet ereptas. Suis,) ſcilicet legatis. Prius quàm mandata,)ſcilicet de rebus repetendis.Satis,)id eſt,certo. Negaturum,) ſcilicet res reddere. Piè,)id eſt,ritè.Excepti,)ſcilicet Albani legati. Comiter,) id eſt,humaniter. Tantiſper,) id eſt, intra tantum tempus,vel interim.Negãti,)ſcilicet res reddere.Legatis,) ſcilicet Romanis. Purgando) id eſt,excuſando: quia ſic comiter accepit,& tractati à Tullo adulabantur ei præter dignitatem ſui officij, ſuasq; vrbis,quia turpiter, propter ius priuatũ hoſpitij cum Tullo initum, negligebant & derogabant iuri publico legationis ſibi commiſſo. à ſuis: atqui ius priuatum longè cedere & poſtponi debet cuilibet iuri publico, pertinenti ad magiſtratus,& ad totum commune ciuitatis vel imperij. Imperio,)ſcilicet ſuorum Albanorum.

Regi veſtro,) ſcilicet Ciuilio. Regem Romanum,) id eſt, Tullum,ἑτέρωσις perſonæ.pro ego Tullus rex,&c.

In eum,) ſcilicet Albanum populum, authorem belli,qui prior negauerit reddere res.Expetant,)ſcilicet Dij.In,) id eſt, contra.

Ciuili ſimilimum,) Amplificatio indignitatis in hoc bello, à comparatione perſonarum: & contrà diminutio eiuſdem,à coniectura conſequentis euentus.Parentes,)id eſt,Albanos.

Natos,)id eſt,Romanos. Troianam prolem,) id eſt, poſteritatem Aeneæ Troiani. Lauinium,) id eſt,oppidum Aeneæ, vt ſuprà.Alba,)id eſt,vrbs Aſcanij.Modo,)id eſt,tantũmodò.

Alterius vrbis,) ſcilicet Albæ. In vnum,) ſcilicet corpus Reipublicæ. Quinque millia paſſuum,) id eſt miliare Germanicum.Cum re,)16.F.id eſt foſſa. Dictatorem,) id eſt ſupremum magiſtratum,cuius erat dictare,preſcribere & precipere quiduis.

Regis,)ſcilicet Ciuilij.Ipſo capite,)ſcilicet Ciuilij.

Magnum numen,) id eſt magnam potentiam. Nomen,) id eſt populum.Ab ſtatiuis,)ſcilicet caſtris. Dimicent,)id eſt, prælientur.Congreſſus,)id eſt collocutus ſit. Educit,) id eſt exercitum inſtruit in aciem,& ordinem ſuum præliare.

Inſit,)id eſt, loqui incipit.Albanus,)id eſt Metius.Videor,) id eſt puto.

Perperàm,)id eſt malè. Iniurius & non.) Narratione captat beneuolentiam.Illud te Tulle.)Propoſitio,& eius confirmatio,ab vtili & neceſſario. Hetruſca res,)id eſt imperium.

Teq;,)ſcilicet circa Romanos.Illi,)ſcilicet Hetruſci. Mari,) Quia illo tempore Hetruſci tenuerunt imperium ad mare ſuperum Adriaticum,atq; ad inferum Mediterraneum.Pollent,)id eſt valent. Aggrediuntur)ſcilicet Hetruſci. Confectos,)id eſt viribus conſumptos. Scruitijq; aleam,) Alea,eſt omnis ludus lucroſus:ab alio dicitur, quòd huic iam faueat, alijs eſt aliena.Imus in aleam,)id eſt,fortunæ committimus. Viam,)id eſt rationem.Decerni,)id eſt liquere.

Indole,)id eſt natura. Indoles ab indolendo,ſignificat naturam ipſam,& ſignificationem naturæ.

Tergemini fratres,) hoc eſt, tres in exercitu Romano,& tres in exercitu Albano.Horatios,)id eſt Romanos.

Curiatios,)id eſt Albanos. Ciues,) ſcilicet tres. Cum bona pace,)id eſt non cum crudelitate. Fœdera alia.) Digreſſio in deſcriptionem fœderis icti certo ritu & cæremonijs.

Legibus,) id eſt conditionibus, quia cauſæ fœderum variant.Eodem modo,)id eſt ritu & ceremonia. Factum,) ſcilicet fœdus. Fœcialis,) ſcilicet Sacerdos præfectus fœderi faciendo. Patre patrato,)Numa Pompilius,vt ſuprà dixi,inſtituit Fœciales ſacerdotes, præfectos fœderibus faciendis,& internuncios pacis belliq;,ijſq; ius dedit creandi patrem patratum,hoc eſt ſummum fœderis præfectum, ſic vocatum à patrando,id eſt faciendo & abſoluendo fœdere,quia patrare eſt efficere,vt patrare cædem,patrare nephas,apud veteres.

Sagmina,)id eſt ſacras herbas.

Inquit)ſcilicet Fœcialis. Puram,)16.E.id eſt herbã ſacram. Graminis herbã,) id eſt Sagmina, ſic appellata,quaſi ſancta. Regium nũtium,)id eſt fœcialem. Vaſa,) id eſt ſupellectilem.

Facio te,) ſcilicet nunciam regium.

Fecit,)id eſt creauit.Verbena,)id eſt cum ſagminibus. Effata,)id eſt pronuntiata.antiquo participio in antiqua hiſtoria vſus eſt.Legibus,)verba fœderis.Populus Albanus:nominatiui caſus eſt,non vocatiui.Populus Albanus,) ſcilicet qui es populus Albanus.Et vulgaris eſt hæc conſtructio apud Græcos & Latinos,vt Domine dominus noſter. Illa,) ſcilicet pacta,& fœderis conditiones.Cera,)id eſt,cerata tabula.

Vti,)id eſt vt.Ea,)ſcilicet pacta.Legibus,)id eſt conditionibus fœderis.Publico,) ſcilicet nõ priuato. Nam priuatorum pacta nihil derogare poſſunt publico iuri.

Ferito,) id eſt punito vel obrue & tange fulminibus. Magis,)id eſt potentius. Dixit,)ſcilicet Fœcialis.

Percuſsit,)inde etiam fœdus appellatum dicunt à feriendo porco,vel quòd Iupiter ferire debeat transgreſſorem fœderis.

Sacerdotes,)ſcilicet Fœciales. Fœdere icto,) Hypotypoſis, id eſt,deſcriptio ſingularis certaminis tergeminatorum fratrum,quo Romanis obtigit victoria,fotunæ beneficio.

Deos patrios,)id eſt penates. Feroces,) ſcilicet tergemini. Conſederunt,)Sido,ſignificat ad locum moueo,vt auis ſidit, nondum ſedet.Periculi,)ſcilicet cædium.Paucorum,)ſcilicet trium parium. Signum,) ſcilicet pugnæ. Terni,)id eſt tres ex vtraque parte.

His,)ſcilicet Romanis.Illis,) ſcilicet Albanis.

Micantes,)id eſt ſplendentes. Neutro,) id eſt in neutram partem.Torpebat,)id eſt premebatur præ expectatione.

Anceps,) ſcilicet ab vtraque partẽ. Cura,) ſcilicet ſeruitij. Spes,)ſcilicet victoriæ.Vnius,)ſcilicet Horatij.

Is,)ſcilicet Horatius.Integer,) id eſt non vulneratus. Vniuerſis,)ſcilicet tribus coniunctim.Affectum,) id eſt debilitatum.

Redit,)id eſt reſilijt.Victor,)ſcilicet vnius. Solet,)ſcilicet fieri.Alterum,)18.G.ſcilicet Horatiũ. Alter,) ſcilicet Curiatius. Victus,) ſcilicet etiam priuato dolore & luctu.

Manibus,)id eſt inferis dedi neci. Tertium,)ſcilicet re. Propius,)id eſt magis.Ditionis alienæ,)Ditio à dicendo:quia imperium ius dicit in inferiorẽ. Duo Romana.) id eſt duorum Horatiorum. Imperaret,) ſcilicet Albanis victis.Horatius ibat,)Tragicus euentus victoriæ Horatij, qui ſororem ſuam occidit,& iudicium capitale ſubiens,tamen data venia abſolutus eſt.Paludamento)id eſt veſtitu militari.

Soluit crines,)Fuit ſignum luctus. Appellat,) id eſt inuocat.Mouet,)id eſt perturbat.

Comploratio ſororis,) quæ ſibi gratulari deberet victoriam & vitam.Immaturo,)id eſt intempeſtiuo.

Eat,)id eſt pereat,& eſt noema obiurgatorium. Raptus in ius,) id eſt accuſatus eſt parricidij: Legiturq; hoc iudicium, primum capitale de parricidio fuiſſe in vrbe Romana.

Ingrati,)id eſt inaccepti. Iudicium,)ſcilicet crimẽ parricidij.Duũuiros,id eſt iudices capitales. Facio,) id eſt creo. Perduellionem,) ſcilicet quòd contra Rempublicam fecerit cædem,& puniuerit ſororem vindicta priuata,quæ ſoror à magiſtratu debuerat puniri. Sic ergo non ſolùm parricidium, ſed & perduellionem, id eſt crimen læſæ maieſtatis admiſit Horatius. Perduellionis,) id eſt crimen læſæ maieſtatis & ſeditionis.ſic perduellis eſt, qui vel maieſtatem læſit, vel ſeditioſus prouocarit,id eſt appellarit ad populum. Certato,) id eſt certet.

Vincet,)ſcilicet duumuiri. Obnubito,) id eſt tegito. Intra pomœrium,)id eſt intra vrbem.

Rebantur,)id eſt putabant.Indico tibi,)id eſt impingo tibi crimen maieſtatis & ſeditionis,& ingero tibi crimen capitale.Clemente,)id eſt æquo. Prouoco,) id eſt appello à Duumuiris ad populum. Iure patrio,)id eſt ex patria poteſtate in liberos,quorum vitæ necisq; arbitrium fuit penes patrem, vt ſupra in legibus Romuli dixi. Animaduerſurum,) id eſt ſupplicium capitale ſumpturum. Cum egregia ſtirpe,) ſcilicet quatuor liberorum.

Inter hæc.) Sermocinatio pathetica patris pro filio, qua commiſeratio mouetur à circunſtantijs.Pila,) id eſt columna Horatij lapidea in foro, ſuper quam tergeminorum ſpolia erant dedicata. Decoratum,)19. B. ſcilicet ſpolijs. Quantumq; victoria,)ſcilicet pro patria.Furca,) id eſt cruce. Albanorum oculi,)Comparatio.

Ilictor,)permiſsiones amarulentæ & ironiæ negatiuæ. Manus,)ſcilicet Horatij filij mei.Obnube,)id eſt obtege. Vindicent,)id eſt aſſerant.Ipſius,) ſcilicet Horatij.

Lueretur,) id eſt expiaretur.Piaculo,) id eſt, ſacro vel ritu vel piaculari,quo luitur & placatur quaſi crimen. Et piacu-

luna

lum eſt cæremonia, qua ſatisfit pro crimine admiſſo. Inde expiare,eſt ſatisfacere certo ritu pro crimine admiſſo.Is) ſcilicet,pater.Tigillo)id eſt,trabe.Adoperto)id eſt, tecto. Iugũ) id eſt,furcam.

Sororium tigillum)id eſt,furcam, hoc eſt, trabem tranſuerſam,impoſitam duabus trabibus erectis inſtar patibuli: inde ſub iugum mittere fuit olim militaris ignominia. Tigillum,eſt diminutiuũ à tigno,in plurali tigni vel tigna: inde contignatio.Icta)id eſt,interfecta.

Nec diu) Quintum bellum quod Romani geſſerunt cum Fidenatibus.Erat autem id oppidum ſitum quadraginta ſtadijs ab Vrbe,cuius belli cauſam dedit perfidia Metij,& populi Albani inconſtantia.Vulgi)ſcilicet, Albani.

Tribus militibus)ſcilicet,Curiatijs.Vanum)dictum quaſi valde inane.Cœpit)ſcilicet,dictator.Prauis)ſcilicet conſilijs.

Popularium)Noema eſt ſententioſum ſcomma. Ex edicto) ſcilicet,publico ritu belli indicendi.Suis)ſcilicet,Albanis.Societatis)id eſt, confœderationis.Colonia Romana) ſcilicet,à Romulo deducta poſt tertium bellum.

Anio Anienis)irregulare nomẽ. Tranſitionis)id eſt,defectionis.Confluentis)ſcilicet,vbi Anio fluuius influit Tyberim.Cornu)id eſt, latus in exercitu.

Animi)id eſt,fortitudinis,roboris.Erigit)id eſt,ſiſtit otioſam.Explicat ordines)id eſt, aciem collocat in alios ordines. Rem)id eſt,victoriam.Eſſe)id eſt,erat.

Latera ſua)id eſt,cornua. Trepida) id eſt, periculoſa. Salios(id eſt,ſacerdotes Martios.

Pallori ac Pauori) Sic enim veterum ſuperſtitio non ſolùm dijs prophanis, ſed etiam affectibus alijſq; rebus vanis exhibuit diuinos honores.Circumduci)ſcilicet,ſub montes. Eſt ſtratagema, hoc eſt, callidum conſilium factumq́ue vafrum Tulli imperatoris. Id factum)ſcilicet, quòd erigerent haſtas.

Ad hoſtes)ſcilicet,Veientes.Cornu)22.G.id eſt,latere.Effuſa)id eſt,ſparſa. Tum Albanus exercitus) De fœdo quidem, ſed merito ſupplicio Metij, perfidi ducis, cuius & meminit Vergil.in octauo,dicens:

Raptabatq́; viri mendacis viſcera Tullus.

Luſtrare)ſcilicet,quo expiaret exercitum cæde, quaſi contaminatum externa.

Exciuere)id eſt,conuocauerunt. Circundatur)ſcilicet,Albanis.Centurionibus)id eſt, præfectis centuriarum. Inſit)id eſt,loqui incipit.Romani ſi.)Propoſitio.

Maior ac periculoſior)quia facilius eſt cauere apertum hoſtem,quàm clandeſtinum & inſidioſum. Auerteretur) ſcilicet metu.Circumueniri)ſcilicet,Albanis.

Nec ea culpa)Tranſlatio culpæ ab Albanis in Metium. Documentum)id eſt,exemplum. Quod bonum)Antiqua benè precandi formula plebi.

Duos populos) ſcilicet, Lauinienſes & Albanos, vt ſuprà de Aſcanio dixi.Septa)id eſt,circumdata.Si ipſe diſcere) Noema ſententioſum contra Metium,deploratæ perfidiæ hominem.

Ingeniũ) ſcilicet perfidũ. Supplicio)ſcilicet,exemplo tuo. Ea)ſcilicet fidem & fœdera. Sancta)id eſt,nõ violanda.Ancipitem) id eſt, dubium.

Exinde) Virgilius octauo Aeneidos hoc ſpectaculum fœdum ſic deſcribit:

Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant(At tu dicta Albane maneres.)
Raptabatq́; viri mendacis viſcera Tullus
Per ſyluam,& ſparſis rorabant ſanguine vepres.

Concitati)22.K.ſcilicet ſunt. Legum humanarum) Quia fœditas ſupplicij huius nimium excidit humanum ſenſum, & immodicè eſt immane.

Alijs)ſcilicet fontibus. Mitiores)ſcilicet, quàm Romanis. Inter hæc) De excidio Albæ potentis vetuſtæq́; vrbis, deq́ue tranſmigratione Albanorum ciuium in vrbem Romanam. Eſt autem hæc deſcriptio egregia & mirificè affectibus ſuis condita, & exemplum ethopœiæ.

Ariete)id eſt,machina bellica,qua concutiuntur muri. Vt vero)Deſcriptio amoris erga patriam: qualis eſt apud Ouidium quoq; lib.1.Triſtium, Elegia tertia.

Puluis)ſcilicet,ex ruinis. Mutua miſeratione) Quia mala conciliant homines.συμπάθεια compaſsio.Auguſta)id eſt, ſacra. Romanus)ſcilicet exercitus. Adæquat ſolo) id eſt, deſtruit funditus.Temperatum)id eſt,parcitum.

Roma interim)Incrementum & acceſsio magnę vrbis Romæ ex Albanis in ciuitatem receptis.

Cælius mons) Habuit enim vrbs Roma ſeptem montes, vel colles intra muros: vnde & ſepticollis Roma eſt cognominata.Iuxta illud Vergilij:

Scilicet & facta eſt rerum pulcherrima Roma,
Septemq́; vna ſibi muro circundedit arces.

Id eſt,colles, quorum nomina hæc ſunt, Capitolinus, qui & Tarpeius,Quirinalis,Exquilinus.Hi tres in vno latere:in altero verò latere quatuor,ſcilicet Palatinus,Cælius, Viminalis,Auẽtinus.Duo verò extra muros in ſuburbio fuere montes,ſcilicet Ianiculus & Vaticanus.

Curiam)id eſt,domum,quò conuenirent ſenatores,ad curam conſiliaq́; obeunda pro Republica.Hac fiducia,)Sextum bellum,quod Romani in Sabinis feliciter geſſerunt. Secundum)id eſt,proximè poſt. Nequicquam)id eſt,fruſtra.

Feroniæ) quam deam herbis arborib.& plantis præficiebant:ſic dicta à ferendis frugibus & floribus. Lucum) id eſt, Aſylum.Inde)id eſt,ex Veientibus. Bellorum)ſcilicet, ſuperiorum.Merces)id eſt,ſtipendiũ.Publico)ſcilicet,Veientium. Veientes)22.F.ſcilicet, maximè inſtabiles & inconſtantes.

Auctoſcilicet ex Albanis. Deuinctis Sabinis) Prodigiũ expiatum nouendiali ſacro, quod primum Tullus peregit. In conſpectu)ſcilicet, miſſorum.Viſi)id eſt,arbitrati ſunt.

Obirati)id eſt,valde irati. Deũm)id eſt, deorum ſcilicet à quibus eſſent deſerti & non adiuti.Nouendiale)ſcilicet, quo prodigium expiaretur nouem diebus.Aruſpicum)Aruſpices ab aris inſpiciendis.Feroces ſpiritus)id eſt, irreligioſus animus.Sic enim fieri ſolet,vt qui non magni fecerint antè religionem,demum aliquo graui caſu icti,multo magis fiant ſuperſtitioſi,quàm alij vlli, quaſi neglectam religionem velint compenſare & reſarcire.

Ioui Elicio) de quo ſuprà dictum,quòd ſit vocatus Elicius ac eliciendaid eſt,exploranda voluntate deorum ſignificata per prodigia. Initium)id eſt,inceptum. Curatum)id eſt, peractum.Valerius lib.8.cap.de neglecta religione.

Cœleſtium)ſcil.rerum. Cum domo)ſcilicet, & liberis.

Vt ſuprà ad finem Romuli & Numæ enumeratimus aliquot inſtituta & leges vtriuſq; : ita nunc Catalogum facere libet eorum, quæ inſtituit Tullus Hoſtilius tanquam leges.

LEGES TVLLI HOSTILII.

PRima lex. Prius quàm inferatur bellum, res repetere oportet certa formia, propter quas ablatas & non redditas, iuſta ſit belli cauſa: de hac formula iam infrà dicetur,in Anco Martio.

Secunda.Bellum ritè certaq́; formula indicere oportet: de qua item infrà,in Martio.Niſi enim prius indicitur bellum, non publica vindicta, ſed latrocinium potius appellatur.

Tertia.Fœdus iciendum eſſe certa forma, quam & Liuius ſupra,& Homerus in tertij Iliad.principio,& Vergilius in 12. deſcribit.

Quarta. Singulare certamen inter binos pluréſue, æquo iure fieri debere, ita vt neutra pars ſuum certatorẽ adiuuet, neq; aduerſarium impediat, ſed otioſè & quietè ſpectet ad finem vſq; certaminis,de hoc vide Homerum in 3.Iliad.

Quinta.Conditiones ſecundum fœdus factas,vtrinq; obſeruari oportet,ita vt victi pareant victoribus.

Sexta.Duumuiri capitales ferant ſententiam capitalem de reo accuſato,& conuicto criminis capitalis.

Septima. Perduellionis crimen capitale eſto capiteq́; puniatur,& perduellis eſt, qui vel ſeditionẽ excitat & facit, vel maieſtatem magiſtratus imminuit & lædit, vel ſecuritatem reipublicæ ſolicitat.

Octaua. Rigor & nimia ſeueritas legum iudiciorumq́; eſt aliquando temperanda per æquitatem, quæ eſt benigna interpres iuris ſummi. Eſt autem ius ſummũ,iniuria ſumma: & pendet hæc æquitas non in cuiuſq; arbitrio, ſed tantùm in voluntate magiſtratus legitimi,qui eſt viua lex,ſicut ipſa lex eſt mutus magiſtratus,& de æquitate,vide Ariſtotelem libr. 5.Ethic.

Nona.A ſententia de capite ciuis Romani lata per duumuiros,licet appellare & prouocare ad populum. Hoc enim ius prouocationis primum conceſsit Tullus Hoſtilius,quod interceptum poſtea primi conſules reddidere, vt non niſi ſententia & ſuffragijs totius populi Romani, vllus ciuis Romanus capitis damnaretur:& priuſquam capite puniretur, virgis & flagris vapularet,alioqui non licere ciuem Romanum flagris verberare.De hoc vide in Verrina Cicer.de ſupplicijs. Verùm hæc prouocatio poſtea ad Cæſares,tanquam monarchas,eſt tranſlata:quia populus omnem ſuum conſenſum & poteſtatem in principem monarcham transfert.

Decima.De minore victoria,ouationem fieri:ſicut triumphum de maiori. Vide Valer.lib. 2.cap.de iure triumphandi & ſuprà quoque dixi de vtroq;.

Vndecima.Piaculare ſacrum fieri propter cædem. Eſt aũt piaculare ſacrum, q̃ fit ſatisfactionis vice pro crimine,quod alioqui non punitur capite:ſed condonatur, cùm iure deberet capite rependi.Inde piaculare crimen vel peccatum dicitur, quod expiatur vel luitur pœna vel ſacrificio.

Duodecima.Luſtrali ſacro purgari,vel à cæde vel à crimine, vel à ſuſpicione criminis totum exercitum,& aliquando totum populum:quod vocant Hebræi ſacrum expiationis,noſtri verò aſperſionem aquæ benedictæ.

Decimatertia lex. De concilio caſtrenſi, cuius authoritas in caſtris militiaq́; tanta eſſe ſolebat ferè,quanta ſenatorum in vrbe, in negotijs præſertim mediocribus. Si qua verò ad ſummam rerum attinebant,ea deferri conſueuerunt poſtea à duce ad ſenatum,populumq́; Romanum, vt illi fierent authores.Decreta verò & imperata à concilio caſtrenſi,oportebat obſeruari,alioqui pœna erat vel ignominiæ,vel perfidię,

vel capitis, transgressori. Et ad præconis vocem cõuenire solebant, ad consultandum vel audiendum.

Decimaquarta. Nocentium & reorũ supplicia peragi, partim vt è medio tollantur fontes, publicęq; honestatis & tranquillitatis inimici: partim exempli gratia, vt supplicijs admoniti reliqui scelerosi, alieno periculo & exemplo malefacere cessent, vel saltem aliquid de improbitate sua remittant.

Decimaquinta. Quanuis sint multi mali, maximaq; flagitia, tamen iure Romano, tanquam mitiore, barbaricam supplicioru immanitatem esse nonnihil moderandã, ne prorsum excedat humanum sensum.

Decimasexta. Nouendiale sacrum nouem continuis diebus fieri, oblato aliquo prodigio vel ostento, quod oporteat expiari.

Atque hæc ferè sunt instituta legesq;, quæ in vita Tulli Hostilij obseruare conuenit.

DE ANCO MARTIO IIII. REGE ROMANORVM.

MOrtuo Tullo res) De Anco Martio quarto Rege Romanorum, qui medio ingenio inter pacem & bellum, regnauit annos viginti quatuor. Res) id est, regnum. Institutum) scilicet, de interregno. Interregem) id est, vicarium. Fuere authores) id est, approbarunt. Vt) id est, cùm. Auitæ glorię) scilicet, Numæ. Proximum) scilicet, Tulli Hostilij. Ab vna parte) scilicet à religionibus. Antiquissimum) id est, honestissimum, optimum.

Regis) scilicet, Numæ. Relata) id est, descripta. Album) id est, tabulam. Aui) scilicet, Numæ. Sacella) non in castris. Rati) scilicet, Latini. Memor) scilicet, Ancus.

Se) 25. C. scilicet, Ancum. Tempora) scilicet, inquietiora. Aptiora) ideò se magis Tullum quàm Numam sequi oportere.

Proderentur) id est, instituerentur. Aequicolis) id est, populo Italiæ. Legatus) De forma & cæremonia repetendi res hostiliter ablatas. Filo lanæ) ex laneis filis contextum est, velamentum id capitis. Fas) id est, ius naturale.

Legatus) id est, missus. Testem facit) id est, inuocat. Dedier) id est, dari noxæ. Carminis) id est, sententiæ prædictæ, vel orationis prædictæ, quæ tametsi non continetur versibus, & metris poeticis, tamen suos numeros graues habet. Sic enim carmẽ, quamlibet numerosam orationem, vel numerosum cantum vocant Latini.

Iurisiurandi) id est, quod iuramentum iam pronunciet.

Deduntur) id est, res & fontes. Quos) scilicet, iniurios, noxios. Expoſcit) scilicet, ad pœnas, vt sibi noxæ dedantur.

Tot enim solennes sunt.) Induciæ seu feriæ triginta trium dierum, inter res repetitas & bellum indicendum.

Audi Iupiter) Formula & cęremonia belli indicendi & consulendi senatum populumq; de bello indicendo. Terrestres) id est, heroes. Testor) id est, in testimoniũ adduco vel aduoco. Nuncius) id est, legatus. Redit) scilicet post res repetitas, & nondum indicto bello. Rex) vel consul postea. His fermè verbis) id est, ex hac formula sermonis. Condixit) id est, denunciauit, vt condico tibi rerum: id est, conuenio te propter res. Inquit) scilicet rex. Ei) scilicet, senatori. Quid censes) scilicet, de indicendo bello, & de iure adipiscendo.

Ille) scilicet, senator. Puro pioq; duello) id est, iusto bello. Conciscoq;) id est, decerno. Quandoq;) id est, & cum. In eandem sententiam) scilicet, de bello faciẽdo. Consensu) scilicet, patrum & senatus.

Sagmineam) id est, sagminibus; hoc est, sacris herbis circumligatam. Puberibus) scilicet suprà quatuordecim annos.

Dicere) id est, bellum indicens. Quod) id est, eò quod. Conscisuit) id est, concluſit. Ego) scilicet, fœcialis legatus. Dixisset) scilicet, fœcialis. In fines) id est, trans. Hoc tum) Epilogus cæremoniarum. Eum morẽ) cæremoniam vtranq; Ancus demandata cura) Septimum bellum, quod Romani sub Anco contra Latinos gessere, & victores facti, recipere victos non in gratiam modò, verùm & in ciuitatem. Multitudinem) scilicet, Latinorum ex Politorio.

Auentinum) id est, quicquid erat circa Auentinum montem: est generis neutri hoc loco. Tellenis & Ficana) scilicet, oppidulis Latij. Compulso) id est, collecto. Marte incerto) id est, dubio euentu belli.

Ad Murtiæ) scilicet, templum, & est elliptica oratio, Græcissimum sapiens. Murtia autẽ cognominatur Venus, à Myrto, id est, frutice tibi sacro.

Ianiculum) Castellum in suburbio vrbis Romanæ vocatum à Iano Latij primo rege, qui illic sedem habuerat. Et è regione erat Saturnia, item castellum, in quo habitauerat Saturnus exul, à Iano susceptus: Vide Ouidium in 1. Fastor.

Sublicio) id est, ligato. Vocatur autem pons sublicius qui contignatus est, & compactus ex ligneis trabibus inter se cõnexis: ab antiquo verbo licio, quod est implicare, connectere. Inde & Sublicas dixerunt veteres illas magnas arbores & trabes, quæ inuicem colligantur. Discrimine) id est, iudicio: hoc est, cùm in tanto populo non liceret dijudicare, benè an malè quisq; ageret. Carcer ad terrorem) Carcer à coercendis malis. Mare) scilicet, inferum. Ora) id est, ostia, vbi Tyberis influit in mare. Hostia) id est, Romanorum colonia. Circa) scilicet, Hostiam. Anco regnante) Digressio paulo prolixior in descriptionem personæ, qua describit Tarquinium Priscum, qui Lucumo est cognominatus, quónam modo hic aduena per suam industriam & comitatem excreuerit Romæ, adeò vt primus in aula Martij, deinde tutor liberorum regis, deniq; rex quintus Romæ sit factus. Lucumo vir impiger) Lucumo Hetrusco vocabulo, significat dominum vel dictatorem. Tarquinijs) in oppidulo.

Peregrina) id est, Græca. Qui) scilicet, Demaratus. Consedisset) id est, domicilium suum posuisset & vixisset. Patri) scilicet) Demarato. Filio) scilicet, Arunti.

Qui) scilicet, pater. Ventrem ferre) id est, grauidam esse. Nurum) id est, vxorem filij Aruntis. Nepotis) scilicet, Posthumi.

In testando) id est, faciendo testamento. Sortem) id est, partem. Lucumoni contra) Descriptio Tanaquilis, vxoris Tarquinij Prisci. Et quæ haud) id est, quæ non facilè patereturse agere in humiliore conditione, vel mediocri: sed quæ appeteret maiorem & splendidiorem fortunam. Illi) scilicet, Lucumoni. Hetruscis) 29. A. scilicet Tarquinijs. Non potuit) scilicet mulier. Oblita) quia affectus maior vincit minorem affectum.

Roma est) Occasio loci quo commigrandum esset, scilicet, Romam, vbi noua peregrinaq; virtus facilè emergeret. Visa) idonea esse. Futurum) scilicet, Romæ. Regnasse Tatium) ab exemplis: A Curibus) id est, oppido Sabino. Matre Sabina) id est, filia Numæ. Vna imagine) scilicet, materna. Persuadet) scilicet Tanaquil Lucumoni suo. Vt) id est, tanquam. Sublatis) id est, comportatis. Ad Ianiculum) Augurium Tarquinio oblatum, significans ei regnum obuenturum. Ministerio) id est, ad ministerium. Reponit) scilicet, pileum. Accepisse) Expositio augurij. Prodigiorum) id est, signorum. Vt vulgò Hetrusci sunt) apud quos superstitio diuinandi originem sumpsit authore Tage quodam. Cuius Ouidius in decimoquarto Metamorph. meminit, & Cicero in diuinatione. Eam alitem) id est, aquilam, regiam auem, & Ioui sacram. Eius dei) id est, Iouis, in cuius tutela sunt reges. Auspicium fecisse) id est, signum ostendisse.

Decus) id est, pileum. Eidem) id est, capiti. Diuinitus) quasi diuino signo & augurio. Redderet) id est, reponeret. Has spes cogitationesq;) scilicet, de excelsa dignitate. Comparato domicilio) id est, cùm Romæ suarum rerum summam posuisset & stabilij sset. Lucium) ab Hetrusco nomine Lucumonis. Tarquinium) ab oppido vnde commigrarat. Priscum) ab ætate. Non est verisimile illi inditum esse nomen statim in aduentu, sed demum sub Tarquinio Sexto, dictũ esse illum Priscum, ad differentiam Sexti. Romanis conspicuum) Incrementa Tarquinij, quæ ipse sua liberalitate & comitate auxit. Conspicuum) id est, nobilem.

Nobilis est ille, quem nobilitant suæ villæ.
Adiuuabat) scilicet fortunam suam: quia
Cuiq; mores fortunam fingunt sui. Arist.

Quo minor intellectus, eo maior fortuna. Dexterè) id est, fideliter. Expertus) id est, probatus, nunc nõ vtimur passiuè. Regis) scilicet, Anci.

Regnauit Ancus annos) Instituta & leges sub Anco Martio sic ferè possunt colligi & obseruari ex hac Liuij historia, vt in hoc Catalogo.

LEGES ANCI MARTII.

PRima. Sacra priuata prohiberi, ne quis sibi priuatim fingat cæremonias ritusq; pro sua superstitione, sed publicè probatis, receptisq; ritibus vtatur.

Secunda. Sacra publica fastis descripta obseruari debere. Sunt autem fasti, libri, in quibus describuntur festi dies, & feriæ, & profesti dies, atq; fasti, de quibus suprà in Catalogo Numæ. sic extant Fast. Ouid.

Tertia. Res repeti certa cæremonia, conceptisq; verbis. Sic enim iustam causam bello fieri, si res ablatæ per iniuriam repetentibus non reddantur, vel si iniurioſi non dedantur noxæ, id est, ad pœnam exhibeantur.

Quarta. Senatum publicum vrbis consilium esse consulendum certa formula de bello inferendo. Non enim priuata libidine, sed publico consilio & decreto debet inferri bellum, Alioqui est latrocinium si priuatim infertur.

Quinta. Bellum indici certa cæremonia & religiosè inferri. Quia enim bellum est iuris tutamentum, & publica vindicta, depulsioq; iniurię, ideoq; religiosè & certo iure belli debet geri, quoad vindicatis iniurijs, quâlibet crudelib. modis parta victoria, pax firma, tanquâ belli finis, constituti possit.

Sexta. Sacra regia, & postea consularia, hoc est, quæ per ipsum regem vel consules peragi debent, esse mandanda alijs in absentia regis, vel consulum, ne quid publicæ religionis omittatur.

Septima. Exercitum militarem scribi certa formula iura-

menti

menti & certis conditionibus, de quibus apud Vegetium vide.

Octaua. Carcerem esse domicilium facinoroſorum, cuius metu & dolore punire oportet flagitioſos, propter exemplũ & pacem publicam. Longè enim tolerabilius est vnum atq; alterum dolere, quàm totum cõmune in ſolicitudine damnóue esse, vt ſuprà dixi in Tulli catalogo.

Nona. Aduenas fideles in officia & conſilia quoq; publica admitti, ſi eorum fides ſatis ſit perſpecta virtuſq; probata, alioqui minus iuris est aduenæ, quàm inquilino & populari.

Decima. Teſtamentum condi certa formula, & conditionibus, quo continetur & declaratur vltima voluntas morituri, quæ ſi iuſta est, ſeruari debet. Sed de hoc conſule Iureconſultos.

Vndecima. Tutorem orphanorum & pupillorum, ſine dolo malo curam gerere debere fideliter, qualem in ſuis rebus geri vellet.

Duodecima. Orphanos & pupillos ſuam rem curare non poſſe, vel propter imbecillitatem, vel ætatem: ideoq; ius & voluntatem ipſorũ transferri in tutores & curatores ſuos, qui vel teſtameto, vel iure cognationis, vel iuſſu magiſtratus eis dentur. Cæterùm de iure tutelæ, iuriſconſultos conſule.

Atque hæc duodecim inſtituta ſunt, quæ ex hiſtoria Anci Martij, quarti regis, poſſunt elici.

DE TARQVINIO PRISCO V. REGE ROMANORVM.

IAm filij) De Tarquinio Priſco, Romanorum rege quinto, qui popularis rex admodũ fuit, & miræ prudentiæ in augendo regno, & primùm de ambitione petitioneq; regni ad populum. Filij) ſcilicet, Anci Martij regis mortui.

Eo magis) ſcilicet, ne filij pubertatem ingreſſi, regnum ſibi præriperent. Inſtare) id est, inſtabat. Quibus) ſcilicet, comitijs indictis. Venatum ablegauit) Legare in publico negotio: ablegare, in priuato. Ablegauit) ſcilicet, pueros, ne ipſorum præſentia ſibi obeſſet.

Cum ſe) Diuiſio & obliqua allocutio, qua Liuius iuſtæ orationis petitoriæ primaria capita complectitur, cuius propoſitio hæc est, Se Tarquinium nihil nouum, neq; indignum, vel alienum à iure petere, quòd regnum petat ipſe peregrinus homo. Et hic est ſtatus orationis, cuius ratio hæc est duplex, quòd ipſe Tarquinius antea priuatim publiceq; ſit benè meritus de populo Romano, & quòd ſæpè antea regnum ſit delatum Romæ vltro peregrinis etiam. Cùm) ſcilicet, diceret Tarquinius. Nouam) ſcilicet, nec iniquam. Tatium) Exemplum primum. Numam) ſecundum exemplum.

Se ex quo) Argumentum tertium. Potens ſui) id est, ſui iuris, ſui arbitrij. Ætatis eius) ſcilicet, virilis. Vetere patria) id est, Tarquinijs. Hauid pœnitendo) ſcilicet, bono.

Alios) ſcilicet ciues. Rege) ſcilicet, Martio. Memorantem) id est, perorantem. Regnare iuſſit) id est, & patres, Senatusq; popularis nominationis authores fuere, eamq; comprobarunt. Ergo) De rebus geſtis Tarquinij in regno. Cætera) id est, in cæteris.

Minorum gentium) 31. D. id est, patres vel ſenatores, tanquam de minore gente, id est, iuniore ordine ſenatorio. Nam non minorem poteſtatem in Senatu habebant, quàm veteres. In curiam) id est, indignitatem ſenatoriam. Inſtructius) id est, apparatius. Circo) qui nunc dicitur maximus, id est, magna planicies campi publici, in quo exhiberentur ludi & ſpectacula.

Diuiſa) ſcilicet, ſunt in circo. Spectacula) id est, loca ſpectandi. Fori) id est, ſubſellia vel ſedilia. Ludicrum) id est, ludus. Solennes) id est, feſtiui. Magni) ſcilicet, Circenſes, & maximi, & Romani ludi. Priuatis) ſcilicet, ciuibus. Porticus) id est, deambulacra ad arcendum æſtum, vel tempeſtatem conſtructa & tecta. Taberneq; id est, negotiatorum domunculæ: & dicitur omne ædificium in quo aliquid venditur.

Cùm Sabinum) Octauum bellum, quod Romani feliciter contra Sabinos geſſere, non citra tamen ſanguinem.

Anienem) ſcilicet, fluuium. Cẽturias) ſcilicet, equitum. Id) ſcilicet ſcribere centurias. Inaugurato) id est, obſeruato augurio probè. Mutari) ſcilicet, centuriarum numerum

Aues) ſcilicet, auſpicatæ. Negare Accius) Obnunciare, est prohibere aliquid fieri propter malum omen, & exitum.

Addixiſſent, id est, ſignificaſſent bonum eius rei euentum. Ex eo) id est, propter illam obnunciationem, id est, prohibitionem auguris, propter ſignum non proſperum. Inquit) ſcilicet, rex. Diuina) id est, prædic. In augurato) ſcilicet, cum tuo augurio, & est ironia. Inquit) ſcilicet, Tarquinius. Atqui) id est, certè.

Tum illum) exemplum miraculi præſtigioſi.

Cotem ferunt) Cos generale vocabulum, quemlibet lapidem ſignificat. Portendunt) id est, indicant. Illum) ſcilicet, Actium. Capite velato) ſcilicet, more augurũ, qui tectis capitib. auſpicia captabant. In comitio) id est, in loco comitiorum.

Belli domiq; id est, publicè aut priuatim. Auſpicato) id est, auſpicio & ſigno futuri euentus obſeruato, vnde diuinarent euentum. Etenim diuinatio, est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio & præſenſio. Vocati) ſcilicet, ad conſilium caſtrenſe, de quo ſuprà in Catalogo Tullij. Conſilium ſignificat conuentum, & conſultum. Concilium ſemper ſignificat conuentum ſolum. Summa rerum) id est, maxima negocia & negotiorum momenta conatusq;.

Admiſiſſent) id est, dediſſent bona ſigna. Vide copiosè apud Ciceronem pro Domo & de reſponſis Aruſpicum. Numero) ſcilicet, priori. Modo) ſcilicet, ſub Tarquinio. Iiſdem nominibus) id est, trium centuriarum Romuli. Geminatæ) id est, duplicatæ, vt bis mille & ſexcentos equites, vel plures adeò, contineant tres centuriæ.

Vim) id est, multitudinem: & est effectus pro efficiente. Vbi enim multi ſunt, ibi maior est vis. *Et quæ non proſunt ſingula, iuncta iuuant.* Sublicijs) id est, trabibus, quibus innitebatur pons Anienis. Sublica) à licio.

Inſignem) id est, celebrem. Cornibus) id est, lateribus pedeſtris exercitus. Incurriſſe) ſcilicet, ad frontem. Cedentibus) id est, peditibus. Tenuere) ſcilicet, montes. Vulcano) id est, deo ignis.

Tumultuario) id est, extemporali, & temerè collecto. Collatia) id est, oppidulum. Fratris) ſcilicet, Arunris. Filius) ſcilicet, Poſthumus. Rex interrogauit) De formula verborũ, qua certis verbis deditio fieri ſolita est per hoſtes victos. In ſua poteſtate) Nam qui antea est alienæ poteſtatis, ille ſe dedere non poteſt alij. Ditionem, id est, poteſtatem. Recipio) ſcilicet, vos in fidem & poteſtatem noſtram. Inde priſcis) Nouum bellum repetitũ contra priſcos Latinos, quibus aliquot oppida sunt adempta. Priſci Latini, quia Romani erãt noui Latini, & qui erant extra Romanum ſolum, dicebantur priſci Latini. Fecit) id est, intulit.

Pax deinde facta est) Res à Tarquinio in pace geſtæ, q munuiit & ornauit vrbem ædificijs, ſicut & Ancus Martius. Molè) id est conatu. Forum) ſcilicet, Boarium.

Faſtigio) ſcilicet, in altum. Haud facile euehebat) Niſi enim aquæ decliuem impetum habeant & motum, nullo modo poſſunt canalibus deriuari.

Cloacis è faſtigio) Cloacã propriè ſignificat meatum & aluеum, quo deducitur aqua & ſordes. Significat item canales aut fiſtulas, quibus aqua ex imo in altum ducitur, teſte Iureconſulto. Sic ergo indicat Liuius, per tubos & fiſtulas aquam extractam de humilioribus locis in Tyberim fluuium. Capitolio) id est, colle.

Amplitudinem loci) ſcilicet, Capitolij, quod poſtea ſummum vrbis templum fuit, vt infrà in Tarquinio Superbo ſcribit.

Eo tempore) Digreſsio in prodigij deſcriptionẽ, quod acciderit circa Seruium Tullium, qui poſt hunc Tarquinium regnauit, quod regnum ei ſignificauit hoc prodigium.

Moueri) id est, excitari. Scire licet) Expoſitio prodigij. Materiam) id est, puerum, qui futurus est cauſa.

Liberũ) id est, liberorum. Conferri) ſcilicet, cum Seruio.

Hic quacunq;) Variatio hiſtoriæ de natalibus & genere Seruij. Corniculo) ſcilicet, oppido Latinorum.

Cognita eſſet) ſcilicet principis vxor. Regina Romana) ſcilicet Tanaquile. Mulieres) ſcilicet, Tanaquilem & matrem Seruij. Hoſtium) ſcilicet, Romanorum. Venerit) ſcilicet, captiua. Duodequadrageſimo) Occaſio inſidiarum & cædis Tarquinij Priſci, qui immiſſis percuſſoribus à filijs Anci Martij, regni, vt ſibi videbantur, hæredibus, occiſus est.

Creſcere) i. creſcebat. Præceps) i. ex inopinato. Inde) ſcilicet, ab aduena. Ad Seruitiũ) i. ad Seruiũ. Deo) ſcilicet, Marte. Seruus) id est, Seruius Tullius. Serua) i. matre. Locus communis, ſeruitus, à quo ſumitur amplificatio indignitatis. Romani nominis) i. imperij. Domus ſuæ) i. familiæ Martij.

Aduenis) vt Tarquinio. Conſueti erant) id est, in aula noti erant.

Apparitores) id est, aulicos & miniſtros. Conuertũt in ſe) id est, in ſuum conſpectum. Appellarent) id est, prouocarent ad regẽ. In veſtibulo) id est, area, quæ est pro porta vel ianua. Ferramenta) id est, arma, & inſtrumenta ferrea, vt ſunt ligones, raſtri, fuſcinæ, falces, ſecures.

Penitus) id est, intro. Obſtrepere) ſcilicet, conuicijs. Ex cõpoſito) id est, inſidioſè, & ex parato dolo. Excepiſſent) ſcilicet, è terra. Tanaquil inter) Prudentiæ muliebris & præſentis animi exemplum in regina, quæ callidè & fortiter diſſimulauit mortem regis, & regnum Seruio Tullio clam aſſeruit & conſtabiliuit. Sedulò) id est callidè.

Spes) ſcilicet, vitę regis. Seruio properè) Adhortatio mulieris cordatæ ad Seruium Tullium, qua admonens eum à beneficijs in aula acceptis hortatur, & animat ad regnũ capeſſendum, & in vltionem. Exanguem) id est, mortuum.

Tuum est) Propoſitio. Vir es) id est, fortis. Eorum) ſcilicet, liberorum Anci. Alienis manibus) ſcil. priſcorũ. Erige te) Exhortatio à diuino prodigio. Portenderunt) i. ſignificauerũt.

Circumfuſo) ſcilicet, crinibus tuis, quos lambebat ignis tibi dormienti. Clarum, ſcilicet, regnum & regia corona. Et nos peregrini, Secundum argumentum ab exemplo. Vnde) ſcilicet à matre captiua.

Torpent)id eſt,ſunt languida & meticuloſa. Reſubita) id eſt,cæde regis. Ad ſe redijſſe)id eſt,recreatum.

Confidere)ſcilicet,ſe. Iubere)ſcilicet,regem ægrotum. Dicto)id eſt,mandato.

Munia)id eſt,officia. Et hactenus quidem Liuius de rebus Tarquinij Priſci,optimi principis,ſcripſit:quomodo ille habuerit ingenium,atq; animum inſtructũ, atq; exercitatum iuxtà artibus belli & pacis, fuerit q; prudentiſsmus artifex deuinciendæ retinendæq; plebis: ad quæ non mediocriter eum adiuuerit vxoris Tanaquilis ferè incredibilis prudentia & ſolertia.

Ergo libet hic quoq;, vt ſuprà fecimus in fine ſuperiorum regum,inire numerum & Catalogum inſtitutorum legum quę & morum, quæ obſeruari poſſunt ex hac hiſtoriæ parte de Tarquinio. Non minus enim refert ſcire incrementa iuris Romani & diſciplinæ,quàm acceſsiones ædificiorum,populorum, & ditionum. Si quidem exempla iure ac ratione prodita,firmataq;,magis proſunt in publicum,& priuatum, quàm res geſtæ nudæ.

LEGES TARQVINII PRISCI.

PRima. Iure Romano tutela exire pupillos,ſi fiãt puberes, hoc eſt, maiores natu quatuordecim annis, vt poſtea ſunt interpretati. Dantur autem eis deinde curatores,vſque in decimumoctauum,aut viceſimumprimum annum,intra quod tempus vocantur adulti,ſub cura: ſicut pupilli vocantur impuberes,ſub tutela.

Secunda. Comitijs tributis regem creari, id eſt, tribuum ſuffragijs,& conſenſu,vt ſuprà in interregno vidimus,& infrà in Catalogo Seruij plura erunt dicenda.

Tertia. Ambitionem non haberi capitalem,ſi abſq; muneribus & corruptelis fiat, ſola petitione,vel prehenſatione nuũm, qua vtraque licebat vti petitoribus honorum, poſtea vocatis candidatis,à candida veſte, quam in comitijs geſtabant.

Quarta. Orationem pro ſeipſo habere, cõmendando,vel excuſando,ad populum licet, modò ne ſit ſeditioſa, aut improbis conuitijs referta.

Quinta. Potẽs ſui,hoc eſt, iuris arbitrij q; ſui ſit is demum, qui vel poſt vigeſimum primum annum egreditur curam, vel à patre emancipatur, id eſt, liberatur à patria poteſtate, quam vocamus patremfamilias. Cæterũm neq; adultus, nedum pupillus,neque filius familias,eſt ſui arbitrij.

Sexta. Sola virilis ætas idonea eſt rebus policitis adminiſtrandis. Iuuenes enim rerum imperiti & inconſulti,ne ſua quidem benè gerere norunt,nedum publica curare poſsunt, vnde & poſtea latæ ſunt leges, de ætate promouendorum ad honores & magiſtratus.

Septima. Qui olim ſunt delegandi ad publica negotia, ad Rempublicam,ad magiſtratus,illi viuis exemplis principum & peritorum diſcere debẽt. Vnde & nobilium liberi deducebantur ad ſenes & periti ſsimos quoſq;,quibus aſtarent & officio inſeruirent. Sic q; eorum viuis exemplis & viua voce diſcerent. Vide Valerium lib.1.cap.2.

Octaua. Iura ciuitatis & populi vel ex libris vel vſu perdiſcenda ei, qui in republica feliciter volet verſari,præſertim extero homini, vel ei quoq;,qui in aliena ciuitate morari velit commodè, atque ad eius ſẽ mores accommodare.

Nona. Augere Rempublicã potius quàm priuatam eſt proprium regis magiſtratusq; officium: vnde poſtea rationes reperebantur factorũ à magiſtratu ſuo perfunctis, hinc etiam accuſationes de peculatu,de repetundis inſtitutæ ſunt.

Decima. Patres minorum gẽtium centum,equam habere poteſtatem cum priſtinis ſenatoribus. Fuerunt autem primùm ſub Romulo centum ſenatores. Secundò, hic ſub Tarquinio ducenti. Tertiò infrà ſub primis conſulibus trecenti,additis centum patribus conſcriptis. Poſtea numerus venit ad ſexcentos. Denique C. Gracchus Tyberij frater,trecentis patrijs,& trecentis equeſtribus ſenatoribus, addidit adhuc trecentos equeſtres Senatores. Ita vt equeſtris ordo bis tantum virium in Senatu haberet, quantum patritius ordo,eſſentq; nongenti ſenatores. Vide Plutarchum in Gracchis, & Epitomen Flori. Iulius autem Cæſar Monarcha factus,ſenatum bellis,& cædibus,& exilijs cõfectum ferè, ſupleuit temerè ex omni hominum colluuie:ita vt Gallos quoque & Germanos receperit in ſenatum, alioſq; peregrinos, vt per iocũ lex ſit ſcripta clandeſtinè, qua caueretur, ne quis Senatori viam monſtraret in curiam, néue quis cum Senatore loqueretur per interpretem. Poſtea Auguſtus Cęſar priſtinum numerum & nobilitatem Senatui reſtituit. Sub inſequentibus verò Cæſaribus, omnes magiſtratus, & omnes ſenatores,nihil aliud fuere, quàm adulatores, aſtipulatores, & ſeruilia mancipia Cæſarum,vel ſacerdotum. Sic habes octo ferè mutationes ſenatorij ordinis & numeri in vrbe Romana.

Vndecima. Ludi ſacri ad populum retinendum in cæremonijs & bonis moribus, primùm ſunt in Græcia & Romæ inſtituti. Vide Plutarchum in Solone,& Lycurgo, & in Romulo,vt etiam ſuprà de eodem. Verùm, vt fit,bonum inſtitutum nimia licentia & laſciuia declinauit, peſsimaq; exempla prodidit,mutatis ritibus honeſtis in turpes.

Duodecima. Circum,id eſt,latum campum eſſe ludorum publicorum,locum publicum. Non enim temerè admittebant veteres ludos fieri in priuato, neq; ſacra propter ſuperſtitionem & laſciuiam cauendam.

Decimatertia. Certa loca ſpectandi patribus equitibus q; diuiſa ſunt, cùm interim plebs ſpectaret promiſcuè de humiliore loco. Appellati ſunt autem illi loci ſpectaculorum editiores,ordines ſpectandi, quorum quatuordecim proximi, multis pòſt annis aſsignati ſunt peculiariter ordini equeſtri à Roſcio Tribuno plebis, cùm antea equites, qui non eſſent patritij,ſed plebeij equites ſpectaſſent promiſcuè cum plebe, de qua lege Roſcia theatrali meminit Florus in Epitoma 99.

Decimaquarta. Feſtis dieb. & ſacræ celebritati annumerari dies ludorum. Quorum alij ſunt Stati & ſolennes: alij ſunt extraordinarij & repentini, qui vel publico ſumptu ob inopinatum aliquem caſum, vel priuato ſumptu propter munus aut funus edebantur: vnde & munerarij & funebres ludi ſunt appellati. Sic ergo ludorum quoque, alij ſunt publici, alij priuati. Hi quidem, quòd priuato ſumptu alicuius familiæ exhiberentur,quales gentilitij erant ludi, vel propter honoris petitionem, vel propter funeris celebritatem fierent. Sic & ludi victorum & triumphatorum principum, & ludi natalitij,ſimileſq; annumerantur priuatis. Cæterùm in genere ſunt duplices ludi,ſcilicet, Scenici & Gymnici. Scenici ludi ſunt, qui ingeniorum actionisq; agilitate & arte conſtant,quales ſunt fabularum actus,vt eſt Comœdia, Tragœdia,Mimus,Attellana,Ethologia,Satyra. de quorum origine indicat,ſed obſcurè, Liuius in libro ſeptimo ab Vrbe condita, horum actores vocantur hiſtriones. Sunt autem fabulæ duplices,ſcilicet, Palliatæ, Græcæ,à Græcis primùm inuentæ,& ad Latinos tranſlatæ. Harum quatuor ſunt ſpecies, Comœdia,& Tragœdia,Ethologia, id eſt,morum expreſsio ludicra:& mimus, id eſt, faceta, libera laſciuiaq; verſuum recitatio, cum quadam laſciua imitatione morum & ſermonis alieni. Et in his Græcis fabulis introducebantur Græcæ perſonæ pallijs veſtitæ. Aliæ ſunt fabulæ Togatæ Latinæ,à Latinis poetis inuentæ, & excultæ. Harum ſunt quinque ſpecies: Prætextata, in qua perſonæ patritiorum vel nobilium introducuntur, quorum inſigne erat, veſtis prætexta toga. Tabernaria, in qua plebeiæ, vilesq́ue perſonæ introducuntur: quales ferè in tabernis, & ganeis ſolent agere. Attellana, quæ erat ſimilis ferè Satyræ, argumentis dictiſq́ue iocularibus referta, & exhiberi ſolita turpibus impudicisq́ue geſtibus. Satyra planè Latinum poëma,in quo liberè taxantur mali mores & vitia, præſertim magnorum hominum,expreſsis perſonis criminoſis,vel per allegoriam ſignificatis. Tales Satyræ extant Horatij, Perſij, Iuuenalis, & Philelphi. Dictę autem ſunt à laſciuis geſtibus Satyrorum,id eſt, hominum ſylueſtrium. Mimus Latinus Græco ſimilis erat libertate & laſciuia, quale fragmentum extat Laberij apud Macrobium alicubi. His nouem fabulis adde,ſi libet, Dialogum Græcis Latinisq; apprimè celebrem. Conſtant ergo hæ fabulæ & literati ludi, ingenio,arte,facetiaq́ue poetarum & ſcriptorũm,& comitate gratiaq́ue actorum, qui fauorabiliter eas recitare poſsint. Cæterũm apud Donatum in Terentio,& apud Commentarios Plauti, Iuuenalisq;, ac ſimilium plura vide. Vocantur autem ſcenici, quòd in theatro ſub ſcenis,id eſt, ſub vmbraculis laterent perſonæ, quòd exeuntes inde in proſcenium recitarent & agerent. Gymnici ludi ſunt, qui exercitio habituq́ue corporis conſtant: appellati à nuditate,quòd ludentes,certantesq́ue ferè nudarent omninò corpora, vel ſaltem ſuperfluas veſtes exuerent, vt ita expediti ores agilioresq́ue eſſent ad obeunda certamina ludicra. Fuerunt autem Gymnici ludi apud Latinos Græcoſq́ue hæ primariæ ſpecies, quarum priores à Vergilio quoque deſcribuntur in quinto Aeneid. & ab Homero in penultimo Iliad.

Prima pugna, cùm certabant pugnis, manuſq; conſerebant ceſtibus,fuſtibus,gladijs,haſtis,pilis,& ſimilib. armis.

Huc pertinet & gladiatoria, qua certabant varijs modis gladiatores,non ſolùm pro gloria,ſed etiam pro vita. Hoc enim dirum barbarumq; ſpectaculum Romani admiſerunt in ſuum theatrũ, vt iuuentus crebro vulnerum, ſanguinis, cædiumq; aſpectu aſſueſieret ad fortitudinem militarẽ, quo minus terreretur huiuſmodi malis,& vulneribus,quibus in prælio ſolent affici,& confici corpora. Huc pertinet & pugna decertatioq; cum beſtijs, pro vita: quales multas deſcribit Martialis: Vtrunque autem horum fuit infame,& per ſeruos plerunque exerceri ſolitum. Huc refertur etiam lucta, qua alter alterum complectens, in terrã proſternere & opprimere nititur.

Secunda ſpecies, Curſus, ſatis nota, cum faciunt curriculum in ſtadio, vel campo, ad deſtinatam metam pertingendam.

Tertia. Saltatio, quæ vel æquo campo, vel inſernè in ſuperiorem locum, vel ſuperné in inferiorem locum, aut etiam in equos deſultorios fieri ſolet: vel in currus, ita vt nõ tãtum nudi,

nudi, ſed etiam armati & cataphracti, equos vel currus inſilirent.

Quarta ſpecies. Iaculatio, quæ fit ſagittis, & arcubaliſtis, vel arcu, pila, diſco, id eſt, rotundo lapide inſtar cotis, de quo Homerus & Ouid. in Metamorph. de Hyacintho, ſaxo, aliiſque telis, hoc eſt, cuiuſcunq; generis armis, quæ longè proïciuntur. Huc pertinet & iaculatio bombardarum. Et hi ludi ſunt pedeſtres ferè.

Quinta ſpecies. Decurſio equeſtris, qua exhibetur ſpecies quædã ludicra pugnæ equeſtris. Hæc hodieq; nobilib. & aulicis vſitata eſt, varia quidem forma, vt vel haſtis concurrant, vel gladijs, aut cõtis ſeſe mutuò feriãt, vel manibus ſeſe mutuò equis detrahant, & alijs formis equeſtrem pugnam aſsimilent, qualem & deſcribit Liuius in principio decimi de bello Macedonico, & Vergil. in quinto.

Sexta ſpecies. Aurigatio, cùm certatur bigis, aut quadrigis concurrentibus, vel curriculum facientibus, quam deſcribit Ouid. in decimo Metamorph. de Atalanta.

Septima. Naumachia, id eſt, nauale certamẽ, cùm in fluuio, ſtagno, lacu, mariue concurritur, & certatur nauigio, quam Vergilius in quinto depingit. Huc refertur etiam natatio, & vrinatio. Hæ ferè ſunt Gymnicorum ludorũ ſpecies & formæ, in agilitate corporis potius quàm ingenij ſitæ. Si quę verò aliæ ſuperſunt, ad iſtas facilè poſſunt referri. His autem Scenicis Gymnicisq; ludis varia cognomina indiderunt Romani, à varia qualitate locorum vel circumſtantiarum: quia ludos Gymnicos ferè nominarunt quinquefariam, ſcilicet, Circenſes, à Circo maximo. Item Magnos, quòd magno corporis molimine, conatu, agilitateque peragerentur: vel quòd celebrarentur in honorem magnorum deorum duodecim, quorum ſex mares ſunt. Primus, Iupiter: ſecũdus Neptunus: tertius, Apollo: quartus, Mars: quintus, Vulcanus: ſextus, Liber. Sex autem fœminæ. Prima, Iuno: ſecunda, Veſta: tertia, Minerua: quarta, Ceres: quinta, Venus: ſexta, Diana. Item Maximus, à Circo maximo, in quo ludebantur. Nam erant & alij Circi non ita magni, vt Flaminius, Apollinaris & Vaticanus. Item Romanos, quia Romæ fuerint maximè ſolennes. Item Plebeios, eo quòd acti ſint in gratiam plebis reconciliatæ cum patribus, poſt ſeditionem primam in Sacro monte: de qua infrà, in libro ſecundo. Item Megalenſes, vel Megaleſia, vel Græcos, eo quòd poſtea Cybelem tranſlatam ex Aſia minore, Romani Græcis quibuſdam ludis coluerunt: quæ Cybele terræ Dea, cognominatur magna mater, & Ceres. Verùm qui Gymnicis ludis certabant, vocantur Athletæ vel Agoniſtæ, id eſt, certatores. Hæc ad præſens de ludis ſufficiãt, reliqua ab alijs require.

Decimaquinta lex. Equitum centurias & ordinem equeſtrem augeri poſſe, pro conditione & vſu Reipublicæ ita quidem, vt plures quàm centum equites eſſent in Centuria.

Decimaſexta. Equites à cornib. id eſt lateribus pedeſtrium copiarum locari, & interim in frontẽ ſeſe proripere, vt tueãtur peditem. Verùm de inſtructione acierum, & exercitus, vide Vegetium & Modeſtinum de re Militari.

Decimaſeptima. Deditionem certa formula fieri, qua ſe victi dedunt victoribus, vt horum poteſtati ſe ſuaq; liberè tamen, nõ ſeruiliter, neq; tanquam capti ſubijciant: ſed tantùm ad ingenua munera officiaq; liberalia, victoribus obnoxij & prompti ſint. Sic ergo longè differunt, deditum eſſe, & ſeruum eſſe.

Decimaoctaua. Appellare à minore magiſtratu ad ſuperiorem licet, ſed non econtrà. Verùm de appellatione, conſule iuriſperitos.

Decimanona. Cauſam inter actorem & reum oportet inuicem agi, nec iudicari, ſententiámue vllam, ne à magiſtratu quidẽ ferri, niſi audita vtraq; parte, nempe actore & reo: niſi alteruter fiat in iudicio contumax. Sed de his quoque inquire à iuriſconſultis.

Vigeſima. Regem aut quemlibet magiſtratum, ſi per morbum vel abſentiam, vel aliam iuſtã cauſam nequeat ipſe munus publicum obire, iure poſſe ad tempus ſibi ſubſtituere idoneum vicarium, niſi ſuas ceſſantis vices locumq; gerat: & eum vicarium plenam habere poteſtatem, tamen certis deſcriptam terminis.

Vigeſimaprima. Patriciorum liberis impuberibus licere geſtare prætextam & bullam aureã, inſtituit Priſcus, eo quòd in prælio hoſtis eſſet occiſus à filio ſuo impubere, vt quidam ſcribunt: hoc mihi non videtur veriſimile. Nam ſi Tarquinius Priſcus filium habuiſſet, credo certè Tanaquilem non paſſuram fuiſſe, vt Seruius Tullius regnum occuparet, ſed potius filio id adſcripſiſſet.

Vigeſimaſecunda. Ius Romanum leges q; regias vno corpore componi & conſcribi ceptum eſt ſub Priſco, per Papyrium quendam iureconſultum, vt teſtatur lex ſecunda, in ff. de orig. iuris. Vnde & ius Papyrianũ, & leges Papyrianæ appellabantur. Verùm de varietate diſcrimineq; legum, iuriſq; Romani infrà demum, in 3. lib. de 12. tabulis, dicendum erit. Interim hoc obſerua, Romulum aliquot leges curiatis, id eſt, curiarum ſuffragijs approbatas tuliſſe, quas, vt vidimus in Catalogis, ſequentes reges ſubinde auxerint, & Papyrius iſte in vnum corpus conſcripſerit, Tarquinij iuſſu.

Vigeſima tertia. Aquã & ſordes ex vrbe deriuari per cloacas, id eſt, canales alióſue meatus & riuos, quaſi eas cloacas in Tyberim ductas faſtigio, id eſt, ex ima parte & imo fundo vallium atq; foſſarum, Tarquinius Priſcus in illum vſum conſtruxit publicum, quas poſtea Superbus auxit maiore ſumptu & ſtructura.

Vigeſimaquarta lex. Lares familiares eſſe colendos ſacris compitalibus, hoc eſt, in publicis vicis fieri ſolitis: quia compita ſunt vici & viæ publicæ. Item alijs ſacris domeſticis ritibusq; priuatis Larem domeſticum coli inſtituit Tarquinius Priſcus, teſte Plinio in lib. 36. cap. vltimo: eo quòd Lar familiaris domus regiæ apparere viſus ſit inter prodigium Seruij Tulli pueri. Vocant autem Larem domeſticum cuiuſq; domus genium, & deum tutelarem, quem Plautus in prologo Aululariæ deſcribit. Hinc & ſacra lararia, & ſacellũ lararium dicitur. Atq; hæc ferè ſunt inſtituta leges q; ex vita Tarquinij Priſci obſeruabiles.

DE SERVIO TVLLIO VI. REGE ROMANORVM.

SEruius cum Trabea) De Seruio Tullio rege Romanorum ſexto, qui pace belloq; inſignis, & in publicum cõmodus felixq; ſatis fuit: ſed priuatim ab affinibus & cognatis valde infelix, vt à quibus denicq; ſit indigniſsimè occiſus.

Trabea) id eſt, veſte regia. Vicis) id eſt, officij.

Palàm factum) ſcilicet morte regis. Fati neceſsitatem) Fatum, eſt ordo certus & ineuitabilis præteritorũ, præſentium & futurorum, inſtitutus ex voluntate Dei inuariabili.

Iniuſſu populi) id eſt, ſine nominatione. Miniſtris) id eſt, paſtoralibus illis. Talis) id eſt, tam inimicus. Tarquinij) ſcilicet, Priſci. Liberũm) id eſt, liberorum. Filias) ſcilicet, ſuas. Iuuenibus) id eſt, filijs. Iungit) ſcilicet, coniugio.

Nec rupit tamen) Noema ſententioſum, de fato & fatali neceſsitate, quæ ineuitabilis eſt. Regni) ſcilicet, quod Tarquinij inuidebant Seruio. Peſopportunè) Decimũ bellum, quod Romani feliciter contra Hetruſcos, ſub Rege Seruio geſſere.

Haud dubius) id eſt, iam certus regno ſtabilito.

Periclitaretur) id eſt, experiretur eius virtutẽ, vel tãquam dubius & malefidus ſolicitaret Seruium. Diuini iuris) id eſt, religionis. Conditorem) id eſt, authorem. Fortunæ) id eſt, opum. Fama ferrent) id eſt, dicerent. Interlucet) id eſt, manifeſte clareq; differt & præſtat. Cenſum) id eſt, æſtimationẽ bonorum & facultatum, vt pro ſua quiſq; proportione iuuaret Rempublicam pecunia ſua. Munia) id eſt, munera & onera publica. Viritim) id eſt, ſecundum proportionem geometricam. Deſcripſit) id eſt, definiuit, determinauit.

Ex ijs) prima claſsis continens cẽturias octoginta eorum, qui cenſentur poſsidere centum coronatos & vltra. Ex ijs) ſcilicet ciuibus. Confecit) id eſt, collegit. Aeris) id eſt, aſsium. Sic enim elliptica eſt oratio, centum æris, id eſt, centum aſses æris, mille æris, id eſt, mille aſses æris, hoc eſt, aſses ænei ex ære cuſi. Aut maiorem) ſcilicet, ſupra centum millia. Præſto) id eſt, parati. Ocreæ) id eſt, munimenta crurum. Huic) ſcilicet, primæ. Stipendia facerent) id eſt, militarẽt. Machinas) id eſt, inſtrumenta bellica maiora.

Secunda claſsis) continens viginti centurias eorũ ciuium, qui poſsident ſeptingentos & quinquaginta coronatos, & vltra. Ex his) ſcilicet, ſecundæ claſsis. Scutum) id eſt, paruus clypeus, id eſt, parma ex corio conſuta.

Tertia claſsis) continens viginti centurias ciuium eorum, qui poſsiderent quingentos coronatos & vltra. Millium) ſcilicet æris. Totidem) id eſt, viginti. Diſcrimine ætatũ) ſcilicet, ſeniorum, & iuuenum. De armis) id eſt, ſecundæ claſsis.

In quarta) continens centurias viginti eorum ciuium, qui poſsident ducentos & quinquaginta coronatos. Arma) ſcilicet, omnia. Verutum) id eſt, telum, quod præfixum habet ferrum, inſtar veru acuminatum & oblongum.

Quinta claſsis) continens triginta centurias eorũ ciuium, qui poſsiderent centum & decem coronatos, & vltra. Aucta) ſcilicet, centurijs. Lapides miſsiles) id eſt, globos mittendos ex fundis. In his) ſcilicet, quintæ claſsis ciuibus. Accenſi) ſcilicet, miniſtri & apparitores & præcones. Tibicines q;) ſcilicet, qui vtriq; canerent ſigna & claſsica, ad pugnam & prælium conſerendum. Hæc claſsis) ſcilicet, quinta. Millibus) ſcilicet, æris. Hoc minor) ſcilicet, infra cenſum quintæ claſsis. Reliquam multitudinem) Vt capite cenſos & proletarios. Vocantur autem capite cenſi, ita tenues & pauperes ciues, vt eorum bona cenſu & æſtimatione ſint indigna, niſi quis caput & vitam eorum cenſeri velit, cum nihil præter corpus & vitam habeant. Proletarij verò appellantur, qui nullo tributo commoditatéue alia adiuuare poſſunt Rempublicam quàm prole, id eſt, liberis creãdis & fouendis. De vtriſq; vide Gellium in 16. cap. 10. Inde) ſcilicet, ex proletarijs & capite cenſis in vnum ordinem coniunctis.

Vna centuria) proculdubio longè plures ciues continens, quàm cẽtum, cum huiuſmodi tenuium & pauperum mille,

vix comparari poſsint duobus aut tribus ex prima claſſe ciuibus,quod ad facultates & fortunam attinet. Militia)id eſt, & tributo,niſi cum imperabat tributum in capita. Ita pedeſtri)De numero & ordine equitum, quorum cęturius auxit Seruius Tullius.Ita)ſcilicet,in quinque claſſes.Ornato) ſcilicet,armis ſuis.Scripſit)id eſt,elegit.Inauguratæ)id eſt, conſecratæ à Romulo.Fecit)id eſt,adiecit.Ex publico)ſcilicet,fiſco. Dena millia æris)id eſt,centum coronatos.Data)ſcilicet, ſingulis equitibus.

Viduæ)ſcilicet diuites.Bina millia) id eſt, ducentos coronatos.Penderent)id eſt,ſoluerent. Viduæ) Erant enim alioqui viduæ immunes & liberæ ab alijs muneribus publicis & tributis.Onera)ſcilicet,tribuendi pecunias.Additus) ſcilicet, diuitibus.Promiſcuè)id eſt,ſine diſcrimine dignitatis,& perſonæ reſpectu, vt viliſsimi cuiuſq; ſuffragium & ſententia tantum valeret,quantum alicuius honorati diuitisq; vox & ſententia.

Viritim)id eſt,per ſingulos ciues. Eodemq; iure)id eſt,pari inter diuites & tenues,inter nobiles & ignobiles. Gradus)ſcilicet,dignitatum & opum. Vis) id eſt,poteſtas ſuffragandi & decernendi.Primores)id eſt,nobiliores & ditiores. Primi)id eſt,nobiliſsimi.

Centuriæ peditum vocabantur)ſcilicet, in ſuffragiũ,cum ſcilicet haberentur comitia & conuentus populi.

Vocabantur)ſcilicet ad ſuffragium ferendum. Variaret) id eſt,diſſentiret voluntas & multitudo ſuffragantium. Vocarentur) ſcilicet, centuriæ. Infrà)id eſt,ad minores claſſes. Ad infimos) id eſt, ad quintam claſſem, nedum ad capite cenſos.

Hunc)ſcilicet noſtrum. Nũc eſt)ſcilicet,in comitijs & ſuffragijs.Tribus)id eſt,curias.De quibus ſupra in Romuli Catalogo dixi,quantum differant tribus à curijs. Centurijs iuniorum) In ſingulis claſsibus duplices erant centuriæ, ſcilicet veteriæ & iuniores. Veteria appellatur ſeniorum ſuæ claſsis pars dimidia.Centuria iunior,vocatur iuniorum ſuę claſsis pars dimidia altera,& in comitijs ſortiri ſolebant, vtrum haberet prærogatiuam, id eſt, primas partes in ſuffragijs ferendis,primumq; locum,vt infrà in Catalogo videbitur.Summam)id eſt,ciuium & centuriarum numerũ. Quadrifariam)Hactenus de diuiſione ciuium in claſſes ſuas,& de ordine ſuffragandi ſcripſit. Nunc autem indicat aliam diuiſionem ciuium in quatuor tribus locales, ſecundum loca & vicos Vrbis,quas Seruius inſtituit quatuor, ſcilicet, Palatinam,Suburranam,Collinam & Exquilinam. Sed poſtea tribus triginta quinque numeratæ ſunt eædem quæ curiæ, ſed infrà in Catalogo de his omnibus diſtinctius indicabo. Regionibus collibusq;) id eſt,ſecundum vicos & colles. Tributo)ſcilicet,pendendo.

Eius)ſcilicet,tributi.Aequaliter)id eſt,ſecundum proportionem geometricam. Cenſu)id eſt, æſtimatione bonorum vel ædium.Eodem)ſcilicet,Seruio.Hæ tribus)ſcilicet, locales à Seruio inſtitutæ.Centuriarum)& ſuffragiorum,tamen poſtea, cum tribus & curiæ pro eodẽ habitæ ſunt,ſuffragia tulerunt tributim,id eſt,ſecundum curias & centurias. Cenſu perfecto)De primo luſtro ciuium Romanorum acto per Seruium Tullium.Et luſtrum eſt numeratio ciuium Romanorum,æſtimatioq; bonorum, & facultatum ipſorum,qui cenſentur ciues, vt infrà in Catalogo plura dicam.

De incenſis)id eſt,de his qui ſe cenſeri ſuaq; bona æſtimari nollent,vel mala fide æſtimari paterentur minoris,quàm valerent. Sue, oue,tauriſq; quod ſacrificium Latini Solitaurilia vocant,à ſue,oue & tauro compoſita dictione. Luſtrauit) id eſt,expiauit,& ſacro piaculari purgauit, vt ſuprà de expiãdo exercitu dixi in Catalogo Hoſtilij. Idq;)ſcilicet,ille cenſus & expiatio. Conditum)id eſt, peractum.

Cenſendo)id eſt, taxando. Eo luſtro)ſcilicet,primo.Cenſa) id eſt,numerata & æſtimata.Ciuium)id eſt, virorum,qui arma geſtare per ætatẽ poſſunt, ex hoc numero facilè apparet longè plus hominum fuiſſe in centuria, quàm centum:quia circiter centum & nonaginta cęturiæ ſuprà in quinq; claſſes numeratæ, non conficerent plus decem & nouem millibus ciuium,ſi centenos tantùm numerares in centuriam.

Qui arma ferre) id eſt, qui adulti, nedum puberes,eſſent circiter vigeſimum ætatis annum. Eſquilias) id eſt,collem. Eſquiliæ ab excubijs vocatum vt aiunt.Profert,id eſt,amplificat.Pomœrium)Quid ſit Pomœrium, nempe locus proximus vrbis mœnibus,immunis. Poſtmœnium) id eſt, inter ædificia vrbis & mœnia. Sunt autem mœnia proximus murus ædificijs vrbis.In augurato) id eſt,obſeruatione augurij. Extrinſecus) id eſt, extra mœnia & intra murũ exteriorem. Puri)id eſt,ſancti & immunis.

Cultu)id eſt, habitatione & vſu.Arari) vel coli. Murus)id eſt mœnia. Incremento)id eſt,augmento. Mœnia)id eſt,muri.Termini hi)id eſt,area pomœrij immunis. Conſecrati) id eſt,exempti vſibus humanis. Proferebantur)id eſt,amplificabantur.Aucta ciuitate)De templo Dianæ in Vrbe condito, & de callido pioq; dolo ſacerdotis Dianæ.

Magnitudine)quia colles addidit.Formantis)De claſsibus & cenſu.Epheſiæ)id eſt, in Epheſo vrbe minoris Aſiæ potentiſsima,de quo templo Dianæ Plin.in 36.cap.14. Fanum) id eſt,templum. Communiter) id eſt,communibus impenſis. Aſiæ)ſcilicet,minoris. Conſenſura)id eſt, concordia Græcorum in religione.Hoſpitia)id eſt,iura hoſpitalia.

Iterando)id eſt,dictitando de conſenſu religionis.

Fecerunt)ſcilicet communibus ſumptibus. Deorum rerum) ſcilicet,in Latio & Italia:quia templum Romæ poſitum eſſet.

Armis)ſcilicet,cum Latinis & finitimis. Id ſcilicet certa-men.Armis)id eſt,bello. Fors)id eſt, fortuna. Fœnerandi) ſcilicet,ad Latinos. Cornua)ſcilicet, bouis.In veſtibulo) id eſt,introitu.

Cecinere)id eſt,prædixere.Imperium)ſcilicet,ſummũ. Sabinus)id eſt,dominus bouis.Antiſtes)id eſt,ſacerdos. Fama) id eſt,per famam.Reſponſi)id eſt oraculi. Inceſtũ ſacrificium id eſt,non ritè cœptum.Profunderis)id eſt,lauaris,quia non licet illotis manibus facere ſacrum.Interea)ſcilicet, cum abeſſet.Id) eſt ille dolus.

Seruius quanquam)De popularitate Seruij regis,qui conciliata plebe totius populi conſenſu regnare iuſſus eſt. Et de domeſtica impiaq; ambitione Tarquinij generi, & Tulliæ minoris filiæ Seruij,in quorũ vtroque exhibetur exemplum ferociæ,ambitionis,& impietatis.Eſtq; tota hęc hiſtoria planè Tragica, de Seruio deiecto & occiſo per ſuos cognatos,imò & filios.Viritim diuiſio)id eſt,per ſingulos ciues.

Se)ſcilicet,Seruium.Declaratus)ſcilicet,à populo communiter.Criminandi)id eſt,accuſandi.Iuuenis)ſcilicet erat. Regia)id eſt,Seruij familia.Tragici) id eſt,diri & abominabiles. Libertas)id eſt,ariſtocratia.Eſſe)ſcilicet,Romæ. Vt tædio regnum)Noema.Lucius Tarquinius)ſcilicet ferox, poſtea Superbus cognominatus. Liquet) id eſt,apparet. Filium)Imò nepotem potius,vt contendit Valla, in inuectiua contra Liuium. Habuerat)ſcilicet,Lucius.

Quo) id eſt,vt.Fortuna) id eſt,propter fortunam. Ferox Tullia)ſcilicet,minor, vxor Aruntis.In viro)ſcilicet, Aruntemitiori.Cupiditatem)ſcilicet,regni. Tarquinium)id eſt,ferocem. Virum)ſcilicet, fortem,habet emphaſin. Sororem) ſcilicet,maiorem.Contrahit)id eſt,coniungit,conciliat:quia ſimile gaudet ſimili.Similitudo)ſcilicet,morum. Contrahit celeriter)Noema.Eos)ſcilicet,Lucium & Tulliam minorem. A fœmina)ſcilicet,minore Tullia.Ea)ſcilicet,minor. Alieni) ſcilicet,Lucij.

Viro)ſcilicet,Arunte. Fratrem)ſcilicet, Lucium. Sorors) ſcilicet,maiore.Ad virum)ſcilicet,Lucium. Contendere) id eſt,cõtendebat,hoc eſt,verbis aſſeuerabat.Illum)ſcilicet,Lucium.Eum)ſcilicet,Lucium.Domi)ſcilicet ſuæ.

Tullia maior)id eſt,vxor Lucij.Iunguntur)ſcilicet,Lucius & minor Tullia.Approbãte)ſcilicet,ſuſpectas nuptias. Tum verò)Sermocinatio minoris Tulliæ ferocis, quæ inſtigat ſtimulis ſuum maritum ad maiorem ferociam & impietatem. Inſeſtior) id eſt,magis inuiſa.Mulier)id eſt,minor Tullia.Ab ſcelere)ſcilicet mariti & ſororis veneno ſublatæ. Gratuita) id eſt,vana,ſine mercede.Non ſibi)ſcilicet,dicebat.Defuiſſe)ſcilicet maritum.Cum quo)ſcilicet, Arunte. Defuiſſe) ſcilicet, Lucium.Tu)ſcilicet, Luci.

Is es)ſcilicet,ambitioſus & acer,propoſitio hypothetica cũ obiurgatione.Scelus)ſcilicet, parricidium ſine præmio.

Accingeris)Id eſt,para te ad regnum occupandum.Probatio à genere & comparatione. Moliri) id eſt,difficulter comparare.Dij te)Argumentum à genere & iure ſucceſsionis.

Penates)ſcilicet,domeſtici, penes nos nati.Patrij) id eſt, gentilitij.Imago)id eſt,nobilitas.Aut ſi ad)Ironia amarulenta.Ad hæc) ſcilicet, ad honorem & potentiam. Debet autem hæc ſermocinatio prorſus referri ad locos communes, ſcilicet ambitionem,gloriam,regnum,nobilitatem & in contrarios iſtos locos.

Fruſtraris)id eſt,decipis. Tarquinios)ſcilicet,in oppidum ignobile.Corinthum)ſcilicet, in Græciam,vnde exulauit auus tuus.Stirpem)ſcilicet,auitam. Fratri)ſcilicet, Aruntiignauo. Nec conquieſcere) Exemplum muliebris audaciæ & fortitudinis in re mala. Peregrina) ſcilicet,ex Tarquinijs.Animo)ſcili.forti.Genero)ſcil.Seruio. His mulieribus)Seditio & violenta impiaq; in ſocerum & patrem machinatio, qua Lucius ſibi regnum extorſit.Minorum gentiũ)ſcilicet, quos Tarquinius Priſcus allegarat in Senatum. Circumire & prehenſare) Deſcriptio ambientis honorem & regnum, qualis eſt longè prolixior & copioſior in petitione conſulatus,apud Q.Ciceronem ad M.fratrem ſuum.Criminibus)id eſt, incuſationibus. Stipatus) id eſt , munitus. Extemplò) id eſt, mox.

Præparati)id eſt,conciliati à Tarquinio.Fraudi) id eſt,periculo. Ibi Tarquinius) Criminatio Tarquinij in Seruium, qua calumniatur ille,& malignè interpretatur in peſsimam partem ea,quæ optimo animo,ad ſummam regni vtilitatem inſtituerat Seruius.Stirpe)ſcilicet,Seruij.

Seruium ſerua) Congeries vel amplificatio criminũ,qua amplificatur indignitas perſonæ & rerum Seruij. Parentis) ſcilicet,Priſci Tarquinij.Interregno inito)De quo ſuprà poſt vitam Romuli dictum eſt. Non comitijs)ſcilicet, ad creationem

nem regis. Authoribus) id eſt, probatoribus. Creatum) ſcilicet eſſe. Infimi generis) id eſt, plebeiorum. Odio) ſcilicet patriciorum. Onera) ſcilicet tributorum & armorum.

Inclinaſſe) id eſt, impoſuiſſe. Cenſum) id eſt, æſtimationem bonorum. Inſignis) id eſt, notabilis, ſi ſcilicet cuiuſlibet facultatum numerus eſſet notus etiam plebeis, qui alioqui diuitioribus inuident, tametſi eorum facultates non norint. Largiretur) extorta diuitibus.

Potiorem) ſcilicet eſſe ſe. Illum) ſcilicet Seruium. Licentiam) ſcilicet regnandi. Dominis) id eſt, patribus patritijs. Clamor ab vtriuſq; Cædes Seruij miſerabilis. Vltima) id eſt, maxima. Audere) id eſt, audebat. Cogendum) id eſt, conuocandum. Apparitorum) id eſt, miniſtrorum.

Ipſe) ſcilicet Seruius. Exanguis) id eſt, mortuus. Semianimi) id eſt, ſemimortuo. Comitatu) ſcilicet aulicorum. Ijs) ſcilicet percuſſionibus. Fugientem) ſ. Seruium. Abhorret) id eſt, diſſonat. A quo faceſſere) Tragicæ impietatis exemplum.

Dianium) id eſt, templum Dianæ, vel locus Dianæ ſacer. Flectente) ſcilicet Tullia. In collem Eſquiliarum) ſcilicet vbi erat regia. Is) ſcilicet auriga. Iumenta) id eſt, equos. Dominæ) ſcilicet Tulliæ. Fœdum) id eſt, abominabile. Monumento) id eſt, indicio memoriæ. Amens) ſcilicet Tullia. Furijs) ſcilicet quæ furiæ pœnas expetebant à Tullia propter ſororem occiſam. Vide Ciceronẽ pro Roſcio, & in primo de Legibus, vbi furias interpretatur eſſe anxios dolores conſcientiæ malæ & inquietæ in animis ſceleratorum.

Per) id eſt, ſuper. Patrem q; ſanguinis) Notatio, vel emphatica ac tragica deſcriptio. Quibus iratis) id eſt, propter quos iratos. Similes exitus) ſcilicet exilium & cædes. Seruius Tullius) Epilogus Seruij Tullij. Succedenti) ſcilicet poſt Seruium. Aemulatio) id eſt, imitatio.

Occiderunt) id eſt, perierunt. Vnius) ſcilicet tanquam domini. Eum) ſcilicet Seruium. Niſi ſcelus) id eſt, niſi cognatorum eius impietas impedijſſet, anteuertiſſet eius conſilium. Interueniſſet agitanti) ſcilicet Seruio.

Sicut anteà ſuum cuique regi Catalogum ſubieci, quo inſtituta, mores, leges, à ſingulis inuenta aut ſeruata comprehẽduntur: ita nunc etiam poſt Seruij Tullij vitam, ſimilem Catalogum ſubijciam, quo difficiliores aliquot leges continentur & inſtituta.

LEGES SERVII TVLLII.

PRima ergo eſt. Sola patrum & ſenatus authoritate & voluntate regnare poſſe regem, & præeſſe ſummum magiſtratum, licet ſuprà in Numa, populi aſſenſus ſit etiam quæſitus, ſicut in poſterioribus quoq; regibus. Hoc in conſulibus poſtea mutatum, & in Cæſaribus creandis tranſlatum eſt. Nã ferè Cæſares erãt, quos milites prætoriani legerant, vel quos ſibi Cæſares ipſi ſubſtituerant vltima voluntate, quibus tamen Senatus authoritas accedebat. Rectiſsimè verò agitur vbi Senatus & optimates creant magiſtratum, vel aliquid inſtituunt, penes quos eſt ſummum reipublicæ conſilium, prudentia & maieſtas. At vulgus vt incertum, ita & ſtultum ignobileq; eſt.

Secunda. Principis & magiſtratus eſſe firmare atque munire opes ſuas publicè priuatimq;. Nam alioqui parum maieſtatis eſt in eo, niſi authoritas confirmetur & conſiſtat ſuis viribus ac potentia.

Tertia. Inducias eſſe bona fide hoſti ſeruandas. Etenim inducię ſunt feriæ belli, inſtituti vtriuſq; partis conſenſu & pacto inter hoſtes, quibus vtring; nulla vi debet attentari quicquam, ſed tutò & ſine metu agere. Vide Gel. lib. 1. cap. 25.

Quarta. Oportere eſſe diſcrimina & ordines ciuium hominumq;, ſecundum officia publica vel priuata, vel ſecundum opulentiam, vel nobilitatẽ, vel prudentiam. Ne quilibet infimæ ſortis æquetur optimo cuiq;: ne ſordidi honeſtis, nobiles ignobilibus, pauperes diuitibus, ſtulti vel rudes ſapientibus temerè commiſceantur. Suprà autem dictum eſt de tribus ordinibus, ſcilicet, patritio, equeſtri & plebeio. Debetur enim ſuus cuiq; honor, ſuum cuiq; præmium, ſua cuiq; reuerẽtia, & ſuam quiſque conditionẽ agnoſcere, & ea, vel humili contentus vel excelſa, non efferri immodicè debet.

Quinta. Secundum cenſum cuique obeunda eſſe munia & onera reip. ne pauperes & humiles immodicis oneribus ſupprimantur, nec diuites & magni ociosè & illiberaliter contra rempub. agant, ſed quiſque pro ſuis viribus & facultatibus eam adiuuet. Fuitq; hoc Seruij inſtitutum longè ſaluberrimum vrbi Romanæ, quo ciuium ſuorum, atq; ſuis adeò bonis & opibus potuit ſe ſuſtinere. Eſt autem Cenſus, æſtimatio bonorum & facultatum cuiuſque ciuis, quo poſſit fieri coniectura, quantum quiſque ciuium, pro facultatum ſuarum proportione geometrica rempub. adiuuare queat pecunia & tributo, cùm opus fuerit. Sic in Euangelio Lucæ, cap. 2. ſcribitur, Octauium Auguſtum egiſſe cenſum totius orbis imperio Romano ſubiecti: Græci vocant τίμημα, id eſt, æſtimationem, vel ἀπογραφὴν, id eſt, deſcriptionem, quòd cuiuſq; bona, opes & facultates, quanti valeant, cenſeantur, æſtimentur, & deſcribantur, vt ſic Reſpub. ſuas opes viresq; non ignoret, & ſecundum eas ſe queat comparare.

Sexta. Quemq; ciuem in ſua claſſe cenſeri & numerari debere. Eſt autẽ appellata claſsis, à Græco verbo καλεῖν, id eſt, à vocando, quòd ciues vocarentur ad cenſum, vel ad comitia & ſuffragia ſecundum ordinem claſsium. Qui autem non eſſent claſsici, id eſt, qui non eſſent digni vel idonei, vt cenſerẽtur in aliqua claſſe, illi non vocarentur neq; ad cenſum, neq; ad comitia, nedũ ad vllos honores in vrbe. Sunt ergo quinq; claſſes ſecundum opes & facultates eorum inſtitutæ à Seruio Tullio, quæ deinceps perdurarũt, licet creſcente repub. & imperio, increuerit etiam quantitas facultatum, proportione circiter decupla, vt videbimus ex ſequẽti ſupputatione: quia hîc ſub Seruio Tullio circiter ducenteſimum annum Vrbis, cenſa eſt prima claſsis mille coronatis. Secunda, ſeptingentis quinquaginta coronatis. Tertia, quingentis coronatis. Quarta, ducentis quinquaginta coronatis. Quinta & infima, centum & decem coronatis, quo tempore adhuc paruæ, vel ſaltẽ mediocres fuêre opes Romanorum ciuium. Verùm intra annos trecentos adeò creuere ipſorum facultates, vt tempore belli Punici ſecundi, circiter annum Vrbis quingenteſimũ quinquageſimum, cenſa ſit prima & ſuprema claſsis ſenatorum, & patritiorũ & equitum ſenatorij ordinis, quindecim millibus circiter coronatorum, vel ſaltem duodecim millib. Nam paulò pòſt occupata Aſia, pluribusq; prouincijs, ita ſunt auctæ Romanorum opes & potentia ex Oriẽtalium ſpolijs & rapinis, vt cenſus equeſtris non eſſet minor duodecim millibus coronatorum. Quam ſummam facultatem qui non haberet, is non cenſeretur vir equeſtris ordinis, neque in eo ſederet. Senatorius autem cenſus non eſſet minor viginti millibus coronatorum, quam ſummam qui nõ haberet, non legeretur in Senatum. Poſtea verò Cæſar Auguſtus Octauius ita auxit vtrunque cenſum, vt equeſtris haberet viginti millia coronatorum: Senatorius verò, triginta millia coronatorum. Tertia, tribus millibus coronatorum. Quarta, mille coronatis. Quinta & infima, quingẽtis coronatis: hoc eſt, quinquaginta millibus æris: quam ſummam qui non poſſideret, non eſſet claſsicus, id eſt, non cenſeretur in claſſe aliqua. Ergo Seruij quarta & quinta claſsis, poſt tanta incrementa, nõ cenſa eſt, ſed annumerata ſexto ordini capite cenſorũ & proletariorum, qui cùm non haberent quod penderent tributũ, à militia quoque & ab alijs tributarijs oneribus habebantur immunes. Attamen allegabantur ad onera ſordida & viliora, non tamen ſeruilia. Vide Gellium in 16. cap. 10. & de his Liuium in 4. lib. belli Punici circiter initium. Hæc autem æſtimatio partitioq; ciuium non Romæ ſolùm eſt obſeruata, verùm etiam apud Græcos, & præcipuè Athenis, vt ciues ſecundum cenſum & facultates ſuas facerent munera, & Rempub. adiuuarent, de qua re multa ſunt apud Demoſthenem in oratione de muneribus.

Septima. Singulæ claſſes ſunt in centurias ſuas diſtinctæ, non quòd tantùm homines centum vna centuria continerent, ſed plures etiam apparet fuiſſe ciues in centuria, ex ſupputatione luſtrorum. Hîc ergo obſerua duplices fuiſſe centurias, nempè claſsicas & equeſtres.

Octaua. Cẽturiæ equeſtres primùm à Romulo tres inſtitutæ, hîc quoq; à Seruio ſunt auctæ: ita, vt centum coronati darentur ex publico fiſco ad equos emendos. Sic ergo equeſtris ordo non mediocre accepit incrementum.

Nona. Viduæ & pupilli ſunt quidem immunes Romano iure à militia, ſed tamen tributum pendere, pro facultatũ ſuarum portione coguntur, & præſertim equitibus viginti coronatos annuos pendebant ad alimentum equi.

Decima. Diuites oportet obire onera pecuniaria, cùm habeant vnde pendant. Tenues autem, cùm parum habeant, alijs oneribus, non pecuniarijs neque ſumptuoſis, adiuuare debent Rempub.

Vndecima. Suffragia in comitijs à ciuibus rogare & colligere ſecundum cuiuſq; dignitatem conuenit. Et quidẽ ſub prioribus regibus æqualiter valebant ciuium ſuffragia, pauperũ æquè ac diuitum. Verùm Seruius inſtituit, vt penes optimates maior eſſet authoritas, maiorq; vis ſuffragiorum. Hîc autẽ obſerua primò, Comitium eſſe locum publicum, in quẽ conueniant homines ad audiendum, conſultandum, vel ſuffragandum vocati. Comitia verò eſſe conuentum ciuium & hominum. Erant ergo Romæ tria comitiorum genera, ſcilicet, Centuriata, Curiata, Tributa. Vocantur autem centuriata comitia magna, vel maxima, extra vrbem in campo maximo haberi ſolita, quò omnes omnium claſsium centuriæ conuocabantur: adeoq; omnes claſsici ciues, & ſinguli præſertim ex prima claſſe, aliquãdo ex ſecunda quoq;, rarò ex inferioribus

rogabantur ſuffragia. His comitijs creabantur poſteà Conſules, Prætores, Aedileis, Quæſtores & Pontifices. Hîc etiam ferebantur centuriatæ vel populares leges, tanquam à ſingulis centurijs claſsium, & totius populi, omniumq; ordinum conſenſu latæ. Comitia curiata agebantur intra vrbem, cùm primores ex triginta quinque curijs in concionem vocabantur, erantq; minora comitia. Hinc curiatæ leges & curiata ſuffragia dicuntur, tanquam à curiarum primoribus latæ. His etiã creari ſolebant minores magiſtratus & ſacerdotes. His etiam capitalia iudicia & ſententiæ capitales ferebantur, vt infrà in principio ſecundi de Valerio Publicola patet. Comitia tributa dicuntur, cùm ex vna aliqua tribu conuocabantur ciues: & hæc intra vrbem ſuo loco fiebant, cùm tribus locales conuenirent. Quanquam poſtea Curiata & Tributa comitia nõ multum videntur differre, vt ſuprà de curijs & tribubus dixi.

Duodecima. Tribus locales quatuor à Seruio Tullio ſunt inſtitutæ, à partibus vrbis appellatæ, ſcilicet Palatina, Exquilina, Collina & Suburrana. Fuêre & aliæ tribus non locales, ſed à tributo, id eſt, pecunia in publicum pendenda & tribuenda vocatæ, vno numero curiarum. Ita vt Ciceronis tempore & vltra, eædem fuerint tribus & curiæ: ſicut & eadem fuere curiata tributa q; ſuffragia & comitia. Curiæ ergo ſunt à cura Reip. dictæ. Tribus à tributo. Hîc tamen & aliam diuiſionem ciuium obſerua, quot Romæ conſtituta ſint collegia. Et collegium eſt ſodalitas quædam ciuium, collecta ſecundum profeſsionem vel artificium ſuum. ſicut hodieq; ſunt collegia ſacerdotum, collegia ſcholaſtica, collegia artificum: vt piſtorum, laniorum, ſutorum. Sic & Romæ honeſta erant collegia Pontificum, Augurum, Sacerdotum, Publicanorum, mẽſariorum, mercatorum, & ſimilium artificiorum.

Decimatertia. Incenſos, hoc eſt, eos qui nolint cenſeri, multa, aut pœna eſſe afficiendos, neq; in numero ciuium eſſe habendos, vt Cicero quoque in oratione pro Archia arguit.

Decimaquarta. Luſtrum quinto quoque anno condi. Eſt autem luſtrum cæremonia quædam expiatoria, qua ciues luſtrarentur, id eſt, expiarentur, & purgarentur, quibuſdam ſacris, quæ Solitaurilia vocantur: & expiato populo, agebatur cenſus ciuium à rege, alióue magiſtratu. Paulò verò poſt trecenteſimum annum vrbis, peculiaris magiſtratus eſt inſtitutus luſtro condendo, & cenſui agendo, qui magiſtratus Cenſura vocatur, & inde Cenſores vocati ſunt, quinto quoq; anno tanquam æſtimatores & inſpectores, non tantummodò facultatum ciuium, ſed etiam morum, penes quos diſcipline Romanæ priuatim publicæq; regimen eſſet, & vt ius publicorum priuatorumque locorum, & vectigalia reditusq; populi Romani ſub nutu atque arbitrio eorum eſſent. Vide infrà in principio quarti libri. Hinc & notæ cenſoriæ vocantur, quibus afficiuntur vel negligentes, vel criminoſi & probroſi: ita, vt Cenſoribus liceret è Senatu ejicere probroſos Senatores, & equos adimere probroſis equitibus & ex ſua claſſe, vel è numero quoq; ciuium ejicere probroſos ciues, honeſtiores verò transferre in locum honoratiorem.

Decimaquinta. Muros, mœnia, & pomœrium Romano iure eſſe ſancta & publica, vt ſuprà in Romuli catalogo dixi.

Decimaſexta. Non ſolùm armis & ſcientia belli, ſed & conſilijs artibusq; pacis Rempub. conſiſtere, iuxta illud Iuſtiniani, in exordio ſuarum Inſtitutionum, imperatoriam maieſtatem nõ ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus armatam eſſe oportet.

Decimaſeptima. Agrum captum & ereptũ hoſtibus victis, in ciues viritim diuidere primus inſtituit Seruius, cùm alioqui agri hoſtium aut publici fierent, aut colonis aſsignarentur, aut locupletioribus venderentur: ita, vt tenues nihil agri obtinere, ſibiq; vẽdicare poſſent. Hinc autem populares quidem, ſed perniciosæ tamen & turbulentæ leges agrariæ ſunt à Tribunis plebis inuentæ, centeſimo ferè anno poſt hanc diuiſionem Seruij, à Spurio Caſsio conſule, vt infrà in li. 2. ſcribitur. De his vide Plutarchum in vita Gracchorum.

Decimaoctaua. Nuptiæ inceſtæ & illicitæ habẽtur iure Romano, quæ inter proximos cognatos, & proximos affines copulantur: vt inter parentes & liberos, inter fratres, & coniuges fratrum, qua de re Iureconſultos conſule.

Decimanona. Sine iuſſu regis aut magiſtratus ſuperioris nemini licere vocare Senatum, aut vocare plebem, imò nec conuenticula facere. Nam faciens conuenticula, id eſt, priuatos conuentus popularium ad conſultandum de negotijs publicis, habetur pro ſeditioſo & perduelle. De hoc conſule Iureconſultos, à quibus vocatur & tractatur lex Iulia maieſtatis.

Vigeſima. Non hîc licet matronæ Romanæ in publicũ progredi, niſi cauſa ſacrorum, nedum in conuentum prodire. vnde & quidam Senator legitur occidiſſe vxorẽ ſuam, quòd deprehenderet eam ſtantem in foribus nudo capite. Idq; viro impune fuiſſe. Et hæc inſtituta ex Liuio obſeruare poſſumus in vita Seruij.

Sequuntur etiam aliquot obſeruata alibi.

Vigeſimaprima. Leges commerciales de venditione & emptione, deq; ſimilibus commercijs & contractibus primus inſtituiſſe Romæ fertur Seruius, vt contractus & commercia bona fide fierent & ſeruarentur, de quibus longè plurima à Iureconſultis diſſeruntur.

Vigeſimaſecunda. Primus etiam Seruius Romæ æs ſignauit, id eſt, pecuniam inuenit, ita vocatam, quòd æris ſignati nota erat pecudis alicuius, vtpote tauri, bouis, ſuis, ouis figura. Signauit autem ita, vt æneus as valuerit duodecim vncijs æris, hoc eſt noſtris denarijs paulò plus tribus. Sic decem aſſes valent drachma. Viginti aſſes valẽt didrachma, id eſt, quadrante aurei Rhenani. Octoginta aſſes valẽt aureo Rhenano. Centuſsis, id eſt, centum aſſes, valẽt aureo coronato, hoc eſt, quinque quadrantibus Rhenanis. Et obſerua loquendi formulam: quia decem æris, elliptica oratio, tantundem ſignificat, atque ſi dicas, decem aſſes ærei, vel decem aſſes æris, id eſt, ex ære, qui eſt decuſsis. Sic & centum æris, & centum aſſes, & centuſsis, idem ſignificant. Ita & mille æris, & mille aſſes ænei, valent decem coronatis. Atque ita in infinitum numerabis. Poſtea verò paulò ante bellum Punicum primum, argentum quoque ſignatum eſt, vt denarius argenteus valeret decem aſsibus, à quibus & nomen habet, id eſt, drachma: & duo denarij valerent quadrante aurei, & octo denarij valerent aureo Rhenano, & decem denarij valerent coronato. Reliqua apud Budæum de Aſſe, & in eius epitome quære. Inuẽta eſt autem pecunia, tanquam inſtrumentum & precium emptionis, locationis, & ſimilium contractuum, quod precium daretur pro merce, ne ſola permutatione cogerentur inuicem contrahere, & ſemper mercem pro mercede dare. Sic apud priſcos, teſte Homero & Iureconſultis, fieri conſueuit. Vide etiam Plutarchum in Lycurgo. Nam hæc in præſens ex vita Seruij obſeruaſſe ſatis eſt.

DE LVCIO TARQVINIO SVPERBO, VII. REGE ROMANORVM.

DE L. Tarquinio Superbo, ſeptimo rege Romanorum, qui viginti quinq; annos Romæ tyrannũ potius quàm legitimum magiſtratum egit. Siquidem tyrannus eſt magiſtratus, qui non ſecundum leges, ſed per vim & libidinem ſuam imperat, magis commodo proprio, quàm popularium vtilitate. proponitur ergo ſæuæ tyrãnidis exemplum in hoc Tarquinio, & aptè deſcribitur vita tyranni. Facta) ſcilicet ſuperba. Patrum) id eſt, Senatorum. Conſcius deinde) Periphraſis & deſcriptio tyrannidis. Exemplum) ſcilicet pellendi regni. Armatis) ſcilicet ſatellitibus. Præter vim) ſcilicet vtpote tyrannus. Vt) id eſt, nempè. Quem) ſcilicet metum. Cognitiones) id eſt, iudicia. Rerum) id eſt, criminum. Sed vnde) id eſt, etiam innocentes. In patres legere) id eſt, vt eſſent ſenatores. Ordo) ſcilicet ſenatorius.

Per ſe) id eſt, ipſos. Regum) ſcilicet Romanorum. Soluit) id eſt, deſtruxit. Domeſticis) id eſt, priuatis. Hoſpitia) id eſt, ius hoſpitalitatis. Ab Vlyſſe) vide Ouid. in 14. De conſuetudine Vlyſsis & Circes.

Oriundus) id eſt, ortum ducens. Iam magna) Exemplum tyrannicæ calliditatis & verſutiæ Tarquinij in opprimendo Herdonio principe Latino, aduerſante ſibi liberius, quàm tutum erat tyranno. Ferentinæ) ſcilicet Deæ, quæ præerat floribus & frugibus ferendis ac gignendis. Eſſe) ſcilicet negotia. Aricia) ſcilicet oppido non procul à Roma. Muſsitantes) ſcilicet hoc cognomen Superbi. Excitis) id eſt, conuocatis. Patientiam) ſcilicet Latinorum. Iugum acceperint) ſcilicet ſi ſe Tarquinio ſubiecerint. Quod ſi) ab exemplo. Quod) ſcilicet imperium. Sui ciues) id eſt, Romani. Crediderint) id eſt, commiſerint Tarquinio. Illud) ſcilicet regnum. Creditũ) id eſt, commiſſum. Parricidio) ſcilicet cædeſoceri & regis Seruij. Credere & Latinos) id eſt, quòd Latini quoque debeant committere regnum Tarquinio. Alienigenæ) ſcilicet Latini. Deberent) ſcilicet credere regnum Tarquinio. Nec ſic) id eſt, etiamſi Romani dicant, benè creditum ei regnum. Sin) id eſt, ſi autẽm. Qui) ſcilicet Romani.

Quid melioris ſpei) id eſt, quam meliorem ſpem. Si ſe) ſcilicet Herdonium. Inde) ſcilicet ex concilio. Diem concilij) Concilium dicitur à conciendo, id eſt, conuocãdo. Eodem) id eſt, ad eam rem. Homo) ſcilicet Herdonius. Is) ſcilicet Tarquinius. Id temporis) id eſt, tam ſerò. Proximis) id eſt, amicis. Diſceptatorem) id eſt, arbitrum. Exemiſſet) id eſt, præripuiſſet. Tuliſſe) ſcilicet Tarquinium. Tacitam ferunt) Non feres à me hoc tacitum, id eſt, contradicã tibi. Cognitionem) id eſt, iudicium. Habiturum infortunium) Quia Romano iure filius eſt in poteſtate patris, neque habet in patrem ius accuſandi vel agendi. Arcinus) id eſt, Herdonius. Ciuium) ſcilicet Romanorum. Pro imperio) id eſt, plena poteſtate. Oblato) id eſt, intentato. Aduerſæ) id eſt, contra Turnum. Moram ſuam) Infero tibi moram, id eſt, do tibi occaſionem morandi. Illatam) id eſt, factam. Dici) id eſt, quod diceretur. Solus) id eſt, Turnus. Aggreſſurum) id eſt, quòd Turnus voluiſſet aggredi Tarquinium.

Rem)

Rem)id eſt,cædem. Author)ſcilicet Tarquinius ipſe.Quem) ſcilicet ſe Tarquinium. Inde)id eſt,ex abſentia ſua. Abſentis) ſcilicet Tarquinij. Spem)id eſt,Turni.

Non dubitare)ſcilicet ait Tarquinius. Ad eũ)ſcilicet Turnum. Abditi) id eſt, occultati. Indicta) id eſt, non defenſa. Caput)id eſt,fontem.

Reuocatis deinde) Hoc Tarquinij inſidioſum factum & exitiabilem dolum contra Turnum, videntur Latini hiſtorici à Græcis mutuati eſſe, vt eſt apud Tragicos de Vlyſsis dolo contra Palamedem,cuius meminit Ouid.in oratione Aiacis, in 13.Et Virg.in oratione Sinonis,in 2.Aeneid.Poſſe quidem) Subdola oratio Tarquinij ad Latinos, & fraudulentum fœdus cum eis initum. Participes) id eſt,ſocij. Patre ſuo) ſcilicet Priſco Tarquinio. Capita)id eſt,principes.

Secretum)id eſt,ſeparatum. Manipulos)id eſt,ordines militares. Ex binis)id eſt,ex dimidio Latino, & dimidio Romano manipulo. Singulos) id eſt, in vnum manipulum miſtum. Binos)id eſt, duos dimidiatos manipulos. Geminatis)id eſt,duplicatis,vt tantundem militum acceſſerit ex Latinis, quantum prius erat conſcriptum ex Romanis, ſic tamen, vt vnuſquiſque manipulus contineret quinquaginta milites Romanos, & quinquaginta Latinos. Centuriones) id eſt, præfectos manipulorum. Manipulus autem multitudo eſt militum,continens centum circiter milites, quanquã variauit hic numerus ſæpè.vide infrà in libro octauo. Nec vt iniuſtus)De bellis à Tarquinio geſtis. Et deſcribit hic vndecim bellum à Romanis feliciter geſtum contra Gabinos, & pulchrum vaframentum ſtratagemaque Tarquinij filij,quo decepit Gabinos: quale exemplum fraudis ſcribit etiam Herodotus in ſecundo libro,editum à Sopyro duce contra Babylonios. Ea arte)ſcilicet militari. Degeneratum) ſcilicet id quod erat factum inhoneſtè & tyrannicè. Decori huic)ſcilicet militari. In ducentos) ſcilicet duraturum: quia Romani perpetuum quaſi bellum poſtea ſub Conſulibus & Tribunis geſſere,vt deſcribitur in ſextum vſque librum. Recepiſſet) id eſt,confeciſſet. Rege deũm)id eſt, Ioue. Pecuniam captiuam) id eſt,manubias. Lentius) id eſt, tardius. Nequicquam) id eſt,fruſtra. Minimè arte Romana) Quia Romanorum eſt,aperta vi ſine inſidijs agere. Sed dolus an virtus ſit,quis in hoſte requirat? Ex compoſito)ſcilicet dolo.Patris in ſe) Querelæ fraudulentæ Sexti filij contra patrem,quibus impoſuit Gabinis. Vertiſſe)id eſt,Lucium patrem. Eum)ſcilicet Lucium. In ſuos)id eſt,domeſticos. Se)ſcilicet Sextum. Quod ſi apud) Peroratio. Tegere)id eſt,defendere. Ardoris) id eſt, incendij. Infenſus) id eſt, commotus Sextus. Porrò)id eſt,aliorſum.Vetant)ſcilicet Gabini Sextum.Eſſet)ſcilicet Lucius.Seuiturum)ſcilicet Lucium. Gratum aduentum eſſe)ſcilicet dicebant.illo)ſcilicet Sexto.Adhiberi)id eſt,adhibebatur. Veteribus)id eſt,ſenioribus.Notiores)ſcilicet propter experientiam diuturnam.Identidem)id eſt,ſubindè. Aſſumere)id eſt,aſſumebant.Ciuibus)ſcilicet Romanis.

Liberi)id eſt,filij. Accreſcere)ſcilicet apud Gabinos. Tum) id eſt,tunc.Eſſet)id eſt,erat. Videbat)ſcilicet Sextus. Dixerit) ſcilicet pater.Quæ viderit)ſcilicet à patre.Ambagibus) id eſt, ſignis obſcuris,ſecretis. Primores)ſcilicet tanquam ſumma capita ciuitatis. Sua inuidia) quia ipſis alioqui inuidebatur.

Minus ſpecioſa) ſcilicet vel propter innocentiam, vel propter potentiam.Iuxtà)id eſt,pariter. Diuiſa) id eſt,adiudicata.Fiſco) ſcilicet ærario publico. Adimi)id eſt, adimebatur. Orba)id eſt,ſpoliata.Romano)id eſt, Lucio.

Inde ad negoria) De Capitolio Iouis in honorem conſtructo, quod templum habet nomen à capite humano ibidem inuento , dum iacerentur fundamenta. Fuit autem templum cum arce coniunctum in monte Tarpeio, qui cognominatus eſt inde Capitolinus.Patrem)ſcilicet Priſcum. Filium)ſcilicet Lucium.Arx)ſcilicet Tarpeia. Exaugurare)id eſt, religione liberare & exuere. Inaugurata)id eſt, religioni addicta. Numen)id eſt, poteſtatem ſuam oſtendiſſe & voluntatem.Aues)ſcilicet auſpicatæ. Non addixere) id eſt,non dedere bonum ſignum.Acceptum)id eſt,intellectum.Vnum deorum)id eſt,ſolum ex omnibus dijs. Portendere) quia terminus ſignificat finem & limitem ſtabilem. Perpetuitatis) id eſt,perpetui imperij. Portendens) id eſt,ſignificans. Aperientibus) id eſt, fodientibus. Quæ ſpecies) id eſt, capitis. Haud per ambages)id eſt,manifeſtè. Arcem)ſcilicet Capitolinam. Caput rerum) id eſt, ſedem regni & imperij ſummam. Cecinere)id eſt, prædixere. Augebatur) id eſt,liberalior fiebat.

Manubiæ)id eſt, pecuniæ redactæ ex præda. Pictori)id eſt, hiſtorico . Suppeditauere) id eſt, ſuffecere. Talenta) ſcilicet auri & argenti. Quadraginta talenta) id eſt, viginti quatuor millia coronatorum.Nam talentum valet ſexcentis coronatis. Quadraginta millia pondo argenti) id eſt, quater centena millia coronatorum.Pondo argenti eſt mina, & mina valet decem coronatis. Magnificentiæ)quia nunc ædificãt ſumptuoſiſsimè. Publica pecunia) id eſt, ex publico tributo collecta.

Foros)id eſt, ſedilia.Duobus operibus) id eſt, foris & cloacæ. Noua)id eſt,noſtræ ætatis ſumptuoſitas. Multitudinem) ſcilicet otioſam. Colonis mittendis) ſcilicet in oppida deuicta. Circeiosque) Quia Circei oppidum ſitum eſt ad mare, vbi fabulantur poëtæ olim habitaſſe Circem, in maritima ora Italiæ. Hæc agenti)De prodigio,quod oblatum Tarquinio,portendit ei mutationem rerum ſuarum. Et de oraculo Apollinis,quod Bruto ſucceſsionem imperij ſignificauit.Eſt que hic,ad finem libri vſque, optimum narrationis copioſæ & facilis exemplum: cui confer eam narrationem, quæ eſt in 2.Faſtorum Ouid. breuior aliquanto , & familiarior, vnde videbis apertè diſcrimen medij & grandis generis orationis, quanquam hic Liuius nonnihil ſe à grandiloquentia ſubmittit. Agenti) ſcilicet Tarquinio. Feciſſet)id eſt,excitaſſet. Nam facere fugam, ambiguum eſt. ſignificat enim fugere & fugare. Publica prodigia) ſcilicet interpretanda. Sortium) id eſt,oraculi Apollinis. Nam olim oracula dabantur per ſortes. Ignotas)ſcilicet Italis. In Græciam) ſcilicet ad Delphos, quod oppidum erat Phocenſium ſupra Achaiam.Comes his). Deſcriptio perſonæ L.Bruti,qui ſe,alioqui callidus , ſtultum ſimulauit eſſe,vt ita tutius ageret inter Tarquinios. Cuius) ſcilicet ſtulti.

Primores)ſcilicet interfectos. Auunculo) ſcilicet Tarquinio.Fortuna)id eſt,bonis ſuis. Parum præſidij) ſcilicet apud tyrannum.Induſtria)id eſt,dolo.Bruti)ſcilicet, quod ſignificat ratione carentem & beſtialem quaſi. Obtenti) id eſt, ſpecie.Liberator)ſcilicet prudentiſsimus & fortiſsimus , qui liberaret vrbem à tyrannide.

Effigiem)id eſt,ſignum vel ſymbolum. Sicut enim nobile aurum ſub baculo ligneo incluſum tegebatur,ita ſub morib. Bruti ſtultis & ſimulatis,latebat ingenium eius callidũ , prudens q; animus. Spem) ſcilicet vnde reddebãtur oracula.Brutus alio)Expoſitio oraculi callida per Brutum.

Pythicam vocem) id eſt , Apollinis oraculũ,qui cognominatur Pythius à Pythone ſerpente occiſo, teſte Ouid.in 1. Metamorph.

Omnium mater) ſcilicet quæ ex terra & ſuper terram naſcuntur. Reditum) De obſidione Ardeæ vrbis Rutulorum, & de contentione iuuenum nobilium ſuper caſtitate vxorum, deq́ue Lucretia caſtiſsima, vide Ouid.in 2.Faſtor.Cingitur,&c.

Magnificentia) id eſt, ſumptu regio.Fabrorum)Faber eſt, quicunque laborat malleo. Statuis)id eſt,otioſis caſtris. Cõmeatus) id eſt, ius abeundi & redeundi, æquinoctium eſt. Accenſo) ſcilicet per ebrietatem. Quin) id eſt, inquit, cur non.

Præſentes)ſcilicet nos. Noſtrarum)ſcilicet vxorum. Spectatiſsimum) id eſt, maximè credibile. Tenebris) ſcilicet noctis.

Collatiam)ſedem Collatini prope vrbem. Lanæ)id eſt,lanificio.Lucubrantes) id eſt,ad lucernam laborantes.Lanæ penes)id eſt,Lucretia iudicata eſt optima. Aduenientis vir) ſcilicet Collatinus. Aduenientis)ſcilicet in domum Lucretiæ. Ibi Sextum Tarquinium) De impio & inceſto amore Sexti Tarquinij in Lucretiam, & de mulieris eius caſtitate. Ibi)id eſt,in conuiuio.

Ignaris)ſcilicet Lucretia & eius familia. Circà)Eſt hoc loco aduerbium loci.Fateri)id eſt,fatebatur. Obſtinatum) id eſt,conſtantem.Inclinari)ſcilicet ad turpitudinem. Sordido adulterio)Vetere enim iure Romano proximi quiq; ſanguine vel affinitate,priuatim pœnas ſumẽdi indicta cauſa à mulieribus in adulterio deprehenſis,poteſtatẽ habebant. Sic ergo Tarquinius comminatur ſe velle per vim eripere Lucretiæ primò caſtitatem,deinde & vitam,denique & bonam famam:quia velit ſeruum occiſum in lectum Lucretiæ ponere proximè eam, vt iure videatur & dicatur muliercula occiſa propter adulterium,à cognato Sexto Collatini mariti. Quo terrore)ſcilicet dedecoris. Expugnato) id eſt, propter expugnatum.

Patrem)ſcilitet Lucretium. Virum) ſcilicet Collatinum. Singulis amicis)id eſt, vt quiſq; adducat vnum fidelem amicum.P.Valerio)ſcilicet Publicola.Lucretiam ſedentem) Querelæ Lucretię,quibus ad vindictam ſuos incitat.Sarin' ſalue) ſcilicet res eſſent.Subſtantiuum omiſſum eſt.Violatum) ſcilicet per vim.Inſons)id eſt,non conſentiens ibidini.Teſtis)ſcilicet innocentiæ.Sibiq;)ſcilicet ipſi. Viri)id eſt,vltores & vindices.Gaudium)id eſt,libidinem.

Omnes)ſcilicet quatuor.Coacta)ſcilicet Lucretia. Authorem)ſcilicet Sextum.Mentem)id eſt , quæ velit & conſentiat peccato.

Conſilium)id eſt, voluntas & conſenſus.Conclamat vir) Coniuratio contra Tarquinios & animoſitas Bruti, qui hîc demum animum hactenus diſſimulatum aperuit. Manantem)id eſt,fluentem. Ante regiam iniuriam)id eſt,ante vim Sexti. Coniuge) ſcilicet ſua. Exacturum) id eſt , perſecuturum. Regnare)id eſt,regem eſſe. Præceptum) ſcilicet à Bruto , id eſt, iurant in verba Bruti. Regnum) ſcilicet Tarquinij.

Vocantem)id eſt, conuocantem ciues. Elatum prope) funebre verbum, ab effero. Elatum domo)Tumultus contra Tarqui-

Tarquinium excitatus, inſtigatore Bruto. Domo) id eſt, ex arce Collatini. In forum) ſcilicet Collatiæ. Per ſe) id eſt, ſuis viribus. Monet) ſcilicet homines. Quod) ſcilicet ſumere arma. Hoſtilia auſos) id eſt, Tarquinios violentos. Pari) id eſt, ſufficiente. Præſidio) id eſt, cuſtodia. Primores) vt Lucretium, Publicolam, Collatinum. Quo ſimul) id eſt, ſtatim vt.

Tribunum Celerum) id eſt, ad magiſtrum equitum. Ibi oratio habita) Enumeratio iniuriarum Tarquinij, quibus inſtigat populum Romanum Brutus, ad pellendos vrbe regnoque Tarquinios. De vi) primum. De ſtupro) ſecundum. Et miſerabili) tertium. De orbitate) quartum. Tricipitini) id eſt, Lucretij patris. Addita ſuperbia) quintum. Miſeriæ) ſextum.

Labores) ſeptimum. Demerſæ) id eſt, ſuppreſſæ. Circa) id eſt, vicinia. Indigna) octauum. Et inuecta) nonum. Filia) ſcilicet vxor Tarquinij. Inuocatiſq́) decimum. Vltores) id eſt, qui vlciſcantur impietatem & parricidia liberorum. His atrocioribuſq́) De regno abrogato Tarquinijs, quos vnanimi conſenſu populus Romanus priuatos & exules eſſe iuſſit. Vtrum verò hoc iure fecerint Romani, an non, huius loci non eſt diſputare.

His) ſcilicet criminibus. Scriptoribus) ſcilicet mihi Liuio. Relatu) id eſt, vt referatur. Facilia) id eſt, quia non eſt tutum. Quæ præſens rerum) Obſcurum Noema eſt, quo Liuius perſtringit immodicam potentiam & licentiam Cæſarum, vt Auguſti & Tyberij, qui ætate Liuij parem quaſi Tarquinijs tyrannidem, & libidinem exercebant Romæ, ſublatis è medio optimis quibuſque in bello ciuili, & deſtructa libertate Romanorum. Memoratis) id eſt, à Bruto recitatis. Ipſe) ſcilicet Brutus.

Nomina dabant) ſcilicet in militiam. Exercitum) ſcilicet qui obſidebat Ardeam. Furias) id eſt, vltrices deas, quæ vlciſcuntur parricidia aliáque flagitia. Per furias enim Poëtæ ſignificant flagitioſæ cõſcientiæ cruciatus. Rex) ſcilicet L. Tarquinius. Comprimendos) id eſt, ſedandos. Obuius) ſcilicet adhuc viribus impar regi. Tarquinio clauſæ) Fuga L. Tarquinij regis & liberorum eius. Exacti) id eſt, expulſi.

Cære) ſcilicet oppidum. Sex. Tarquinius) Exemplum punitæ impietatis Sexti contra Lucretiam, & proditionis contra Gabios, & tyrannidis.

Liberatam) ſcilicet per Brutum. Inde) ſcilicet poſt regem, & in locum regum. Centuriatis) id eſt, magnis. A præfecto vrbis) ſcilicet Spurio Lucretio.

Ita quidem in hoc primo Liuij libro deſcribitur pueritia quaſi & prima ætas imperij Romani, acta ſub regibus ſeptem, qui Monarchiam tenuere annos plus, quàm ducentos quadraginta, intra quod temporis ſpatium pueriles & imbecilles adhuc Romanorum vires fuere, paruo ſpatio circa Romanorum agrum contentæ, paucisq́ colonijs. Sic enim à minimis initijs paulatim ad mediocria, inde ad magna, poſtea ad maiora, denique ad maxima conſcendunt vires regnorũ, vrbium, & populorum. Cæterùm nobis hîc reſtat ſeptimus Catalogus legum & inſtitutorum, quæ obſeruari poſſunt ex vita Tarquinij Superbi, in eundem, quem ſuprà diximus vſum, nempè ad inquirendos fontes & origines publici priuatiq́ Romani iuris: atque vt horum Catalogorum exemplo iuuenes plura obſeruent & excerpant ex hiſtoricorum lectione diligenti, qui tametſi non numerant leges, ſed rẽs geſtas factaq́ deſcribunt, tamen exemplo proponunt morum & legum priuatarum iuxtà & publicarum, aut contrà eorum, quæ malè aduerſus mores legesq́ fiunt.

LEGES ET INSTITVTA L. TARQVINII SVPERBI.

ERgo primum inſtitutum ſub Tarquinio eſt: Regem & Tyrannum præcipuè vti miniſterio præſidioq́ ſatellitum armatorum cõtra vim. Superiores tamen reges cum aulicorum comitatu inermi ſoliti erant incedere, vtpote mitiores, & propter clementiam ſuam charitatemq́ ſuorum tutiores.

Secundum. Cognitiones & iudicia criminum capitalium, antea communia Senatui cum rege, iam ſub Tarquinio ad ſolum regem tranſlata ſunt. Verùm mox noui conſules denuo tranſtulere capitalia iudicia ad totius populi ſuffragia & conſenſum, vt infrà, in ſecũdo de Valerio Publicola dicetur, vide & ſuprà in catalogo Tullij Hoſtilij.

Tertium. Senatum cõſuli à rege, etiamſi monarcha ſit rex, vnusq́ ſumma rerum potiatur, ſed hoc inſtitutum tantùm valuit apud moderationem & æquabilitatem veterum regũ, non apud Tarquiniũ, aliosq́ ſuperbos principes. Boni enim ſuos hodieq́ habent conſiliarios, quos plerunque audiunt & ſequuntur.

Quartum. Ius hoſpitale publicum priuatumq́ apud veteres ſacroſanctum & honeſtiſsimum fuit, & propè in proximo gradu amicitiæ locatum: cuius vmbra quædam hodieq́ inter principes & nobiles ſaniores perdurat, cum frugalitate & reuerentia aliqua. Non autem hoc ius intelligas eſſe in vulgaribus hoſpitijs, vt nunc appellamus tabernas, cauponas, & diuerſoria.

Quintum. Romano iure non datur actio filio contra patrem, ne quidem ciuilis, nedum criminalis, niſi in crimine maieſtatis: imò inter patrem & filiũ vix vlla datur actio, niſi grauiſsimis ex cauſis. Sic vetus ius obſeruantiam erga parentes à liberis requirit, vt pater ſit conſtitutus quaſi iudex & dominus ſuorum liberorum, in quos habuerit olim poteſtatẽ vitæ & necis, vt ſuprà in catalogo Romuli dixi.

Sextum. E medio tollendos eſſe qui velint res nouare: quia conantur conuellere ſtatum veterem Reipublicæ, & mutationem publicorum morum, & legum facere, cùm omnis mutatio ſit exitiabilis in Repub. Nouatores ergo iſti, pro ſeditioſis habendi ſunt.

Septimum. Supplices olim recipi ſolebant, qui bona fide confugerent ad aliquem principem vel populum, etiam criminoſi: vnde à Moſe quoque conſtitutæ ſunt ciuitates refugij, quò confugerent illi, qui propter fortuitum aliquod crimen, alioqui in patria ſua parum tuti eſſent: vnde hodieq́ perdurant priuilegia & immunitates eorum locorũ, ex quibus non licet quenquam rapere profugum: qualia ſunt Cœmeteria, Tẽpla, & domus peculiari immunitati donatæ, quæ Aſyla poſſunt appellari.

Octauum. Inaugurare & exaugurare fana, id eſt, noua religione imbuere & veteri exuere, ad pontifices pertinet.

Nonum. Sine commeatu, non licere abeſſe à militia. Significat autem hîc commeatus facultatem abeundi & redeundi in militiam ſuo tempore, datam à duce.

Decimum. Deprehenſum mulierem in adulterio, etiã priuata poteſtate à proximo cognato vel affine, nedum marito occidi licere, vel in publicũ accuſari de adulterio, & repudio ſeparari à marito, vel ſupplicio affici.

Vndecimum. In factis & delictis non caſum, neq́ euentũ, neque vim ſpectari, ſed voluntatem & malitiam: quia crimina ſunt voluntaria, non fortuita aut violenta. Eſt enim in libero arbitrio hominis benè aut malè agere politicè: vnde & virtus & vitium vocatur habitus voluntarius. Quæ verò caſu fortuito, aut vi fiunt, ea iure non poſſunt puniri. Contrà verò etiam voluntas & conatus malitioſus ſine effectu, iure punitur propter exemplum & vtilitatem publicam. Sed hæc ex Ethica philoſophia ſunt petenda.

Duodecimum. Tribuno Celerum, id magiſtro equitum, & alijs magiſtratibus honoratis licuit ſolùm vocare populum ad concionem, & conuentum publicum, alioqui nemini, vt ſuprà dixi, ius eſt facere conuenticulum. Pro ſeditioſis enim habentur, qui conuenticula faciunt ſine iure aut poteſtate publica.

Decimumtertium. Poſt exactos Tarquinios adeò exoſum fuit nomen regium, nedum poteſtas regia, vt leui ſuſpicione affectati regni aſperſos, priuati quoq́ homines potuerint occidere, vt infrà de Spu. Melio Caſsio, de Manlio Capitolino, & alibi de Gracchis alijſq́ popularibus regni affectatoribus legitur. Veruntamen Iulius Cæſar & Octauius Auguſtus, contra ius & libertatem, ſibi regnum & monarchiam vendicauere, [redacted]

Decimumquartum. Exilio damnatus terra ſua patriaq́ arcetur, vt non liceat impunè eò redire, neque habeatur in numero ciuium.

Decimumquintum. Dicitur Tarquinius Superbus primũ Romæ excogitaſſe & inſtituiſſe vincula, tormenta, carceres, & alias coercitiones ad reprimendos malos, vel etiam innocuos: tamen facilè apparet ex ſuperioribus, longè antiquiora hæc fuiſſe, etiam in vrbe Romana. Atq́ hic eſt catalogus ferè inſtitutorum & legum, quæ in vita Tarquinij obſeruari poſſunt. Et in hunc modum hunc primum Liuij librum ſatis perſpicuè & copioſè expoſitum eſſe iudico.

FINIS.

IOANNIS VELCVRIONIS IN T. LIVII AB VRBE CONDITA LIBRVM SECVNDVM ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

PRimam ętatem Romani imperij, tanquã pueritiam, dixi actam esse sub regibus annis ducentis quadragintasex circiter. quam inde sequitur ætas secunda, tanquam iuuẽtus imperij, sub annuis binis cõsulibus aut consulari potestate, qua exercuerũt Aristocratiã: hoc est, imperiũ penes optimates fuit annis circiter quadringentis sexaginta, à Iunio Bruto Valerioq; Publicola primis consulib. in Iulium Cæsarẽ Dictatorem vsq; qui monarchiam, id est, regnum sibi, suisq; successoribus vendicauit, extincta libertate & aristocratia. Itaque secundus hic liber continet res gestas circiter initia imperij consularis, & multa egregia exempla morum priuatorum & publicorum, item legum & institutorum complectitur, & historiam annorum non amplius quadraginta, cuius summam Florus in secunda Epitome describit.

Vt autem melius intelligantur, quæ statim à principio huius secundi libri tradit Liuius, præmittere libet catalogum legum & institutorum, nouorum quidẽ, sub primo anno consularis imperij, consulibus Iunio Bruto, & Valerio Publicola, quæ postea per omnem ferè ætatem secũdam sub consulibus actam valuere.

LEGES ET INSTITVTA PRIMI ANNI CONsularis sub Iunio Bruto, & Valerio Publicola coss.

PRimum igitur institutũ consilis Bruti cum populi consensu, hoc est, binos consules cum summa regia potestate in singulos annos creari, qui optima quæq; ciuitati suæ consulant, & Senatui populoq; præsint bona fide, publica magis commoda, quàm priuata quærentes, vtq; nemo potestatem & imperium eorum detrectet, neq; ijs in iudicio publico, aut priuata actione negotium faceſſat aut resistat, quoad in annuo consulatu agant, suumq; annum expleant. Tametsi statim eodem hoc anno regium consulum potestatem aliquantum imminuit Publicola, vt videbimus de prouocatione.

Secundum. Consules non solùm omnia iura regia tenere, sed & insignia gestare, de quibus suprà in catalogo Romuli dictum est satis.

Tertium. Cõsules alternos fasces habere debere duodecim in vrbe, tametsi hoc postea mutatum est, præsertim, vt consul extra vrbem in militia aut prouincia agens, pariter duodecim fasces teneret, vt ille alter qui in vrbe esset. Erant autem fasces isti, insigne metuendum ex virgis & fustibus securi colligatis: quod symbolum indicaret, consulem habere ius exequendæ & sumendæ mulctæ & pœnæ capitalis quoq;, nedum mitioris. Postea fascium minor tamen numerus communicatus est etiam prætoribus vrbanis & prouincialibus, item proconsulibus, aucto imperio & iurisdictione Romana: & ita parem quidem potestatem, vt pares fasces vterque consul habebat. Licet quandoque prærogatiua ætatis, nobilitatis, sapientiæ, meritorum, potentiæ esset aliqua alterutri.

Quartum. Nemini licere regem agere Romæ, ita consentiente & iurante populo: vnde postea semper pro capitali habitum est, affectare regnum, vt de Spurio Cassio Melio, de Manlio Capitolino, de Gracchis alijsq; patet.

Quintum. Senatum Brutus supplenit à Tarquinio diminutum, adiectis patribus conscriptis, & allectis ex equestri ordine, vt essent trecenti senatores.

Sextum. Consules quoque sacrorum agere curam, sicut reges, & videre ne quid de religione minuatur aut mutetur. Idcoque regem sacrificulum Brutus creauit, qui absentibus consulibus curaret sacra, debita antea regi, nunc autem consulibus.

Septimum. Libertatem & nouum imperij statum ita muniendum esse magnis paruisq; momentis, ne qua occasio detur relabendi ad pristina vitia.

Octauum. Charitas Reipub. vincere debet charitatem priuatam, & in genere quilibet affectus, quodlibet ius & vinculum publicum & erga Remp. superare & vincere debet priuatos affectus, priuata iura, priuataq; vincula. Priuata enim nihil præscribere, neque adimere possunt publico ipsi iuri. Exemplum huius hîc proponitur à Bruto, qui charitatem Reipublicæ prætulit charitati & amicitiæ, quæ sibi priuatim erat cum Tarquinio. Et hanc legẽ probat ius naturæ, publica priuatis & proprijs debere præferri, tametsi corrupta hominis voluntas prauusq; affectus, sui quàm aliorum sit amantior, & propria priuataq; anteferat publicis, contra legem naturę, & contra conscientiam.

Nonum. Magistratui non licet abrogare suam potestatem, nisi semetipsum abdicet & exuat honore & potestate sua: nisi superior magistratus cogat inferiorem vi aut iure magistratu abire. Et interim, dum aliquis cum potestate est, nihil contra eum priuatim aut publicè ab inferioribus statui iure potest, donec eius annus vel potentia exierit. Finito enim magistratu, demum repetebantur ab eo rogationes gestorum & actorum, neque tum erat impune contra commodum publi cum aliquid in magistratu admissum.

Decimum. Binos Consules totius populi suffragijs creari extra vrbem Romanam Centuriatis comitijs, hoc est, maximo totius populi conuentu. Suprà autem in catalogo Seruij Tullij, satis multa dixi de modo suffragiorũ, & de Comitijs.

Vndecimum. In Aristocratia, id est, optimatium imperio æquum ius & libertatem esse omnibus optimatibus, omnibus equitibus, omnibus etiam plebeijs, pro sua cuique portione & conditione. In regno verò, cùm vnus præest, imparia & non æqua sunt, multa pro arbitrio regis, aut pro libidine tyranni.

Duodecimum. Leges & iura cuilibet ex æquo & pari, pro sua proportione, præesse & prodesse tam inopi, quàm potenti, & ex æquo omnes ligare, & pariter transgressores punire. Nam, vt Solon Athenienſium legislator dixit, leges non debent esse telis aranearum similes, quibus culices & infirmæ muscæ tãtùm irretiuntur: maiores autem vespę & crabrones eas telas perrũpunt. Non enim potentes impunè abire debẽt preuaricatores legum, neque infirmi inopesque tantùm pœnas luere.

Decimumtertium. Vetus institutum est, literis consignari & cõfirmari promissa. Hinc ſureconsulti multa differunt de obligatione, quæ scriptis & syngraphis corroboratur, quam vocant obligationem literarum.

Decimumquartum. Legatos neq; rem suam priuatã, neq; aliam vllam, quàm quæ sit eis mandata, neq; hostile quicquã agere debere: alioqui eos legationis suæ prævaricatores iudicandos esse, vel hostiũ loco habendos: quòd si suũ faciãt officiũ, tũ deniq; eos iure gentiũ sacrosanctos nõ violari debere.

Decimumquintum. Ea quæ Deo semel consecrata sunt, nõ debent humanis vsibus prophanari priuatim: vnde & ſegetẽ in campo consecrato iam Marti enatam, religiosum dicit cõsumere, & piaculo dignum.

Decimumsextum. Proditores dãnari crimine & supplicio perduellium, hoc est, seditiosorum & hostium patriæ, quam impiè voluerunt prodere.

Decimumseptimum. Publicũ officium magistratus & erga Rempublicam affectus vincit & superat priuatum officiũ, & paternum quoq; affectum, vt suprà eodẽ instituto octauo dixi, & hoc Bruti exemplum seuerum in liberos suos ostẽdit.

Decimumoctauũ. Perpetuus Romæ mos fuit, vltimo supplicio capitali damnatos, primùm virgis cædi, deinde capite plecti, vitaq; spoliari.

Decimumnonum. Seruus homo, tametsi non sui iuris, sed in aliena prorsum heri sui potestate est, tamen certis de causis certisq; modis potest manumitti ab hero suo, hoc est, libertate & iure ciuitatis donari. Vnde & seruus manumissus, dicitur libertus vel libertinus. Sed plura de manumissionibus à Iureconsultis quære. Vindicta tamẽ, hoc est, cæremonia quędam manumittendi serui, & quasi vindicãdi asserendiq; eius in libertatem apud Prætorem, erat maximè vulgaris modus manumissionis, & honestissimus: quo statim libertus factus inter ciues Romanos numerabatur.

Vigesimũ. Reges & magistratus in peculiari cura Dei esse, arguit ius naturæ, & ius diuinum: vnde toties apud Homerũ Iupiter dicitur instituere, fouere, tueri, reges & principes.

Vigesimum primum. Maximè decere ipsos primarios duces, pugnam capessere atq; incipere, &, quemadmodum Liuius de Hannibale scribit, primos inire prælijs, & vltimos conserto prælio excedere: non autem post principia stare, sibiq́ue cauere ignauiter: nisi fortè periculum sit de vita monarchæ alicuius, cuius mortem totius summæ rerum, & ingentis imperij exitium sequeretur.

Vigesimũ secundũ. Victoria ab illis stare iudicatur, victores q́ue illi demũ vocãtur, qui minus hominũ in prælio amisere.

Vigesimumtertium. Vetus mos fuit, præclaros principes nuper mortuos, publico luctu fuorum popularium ad integrum annum, aliúdue iustum tempus, honestari. Nam pium est sanè, populares suum desiderium suamq; charitatem erga mortuos quoq; magistratus bonos testari luctu: & huius moris exempla in sacris quoq; literis habentur.

Vigesimumquartum. Quia non licebat vni esse consulem, ideoq;

ideoq; collegam ſibi adiungere oportet in eiuſmodi magiſtratu, qui duos plureſue deſiderat. Nam commune ius nemo debet ſibi vni arrogare & vendicare.

Vigeſimumquintũ. Totius populi conſenſum vimq; maiorem eſſe, quàm conſulis aut magiſtratus, ita demum intelligi ſi populus nondum ius ſuum & poteſtatem ſuam trãſtulerit in principem vel magiſtratum ſuum, inq; eius legitimos ſucceſſores: alioqui enim, ſi fidem dederit & obſtrinxerit populus ſuo magiſtratui, minor eſt poteſtas conſenſusq; populi totius, quàm ſui magiſtratus. Et hoc potiſsimùm in monarchia obſeruatur, vbi vnus præeſt ſummæ rerum, item ſeruatur hoc in hæreditaria iuriſdictione.

Vigeſimumſextum. Amari potius quàm metui debere magiſtratum à popularibus ſuis, ius naturale & humanitas deſiderat. Conuenit itaque vtroſq; ita ſuum officium facere, vt amore mutuo & reuerentia ſe inuicẽ proſequantur. Id quod in priuata quoque ſocietate & poteſtate obſeruari debere admonet Terentianus Mitio, eo loco:

Stabilius eſſe imperium, quod beneuolentia adiungitur, quàm vi.

Vigeſimumſeptimum. Animum & perſonã magiſtratus, & priuatorum quoque, magis ſpectandam eſſe, quã alias circumſtantias.

Vigeſimumoctauum. Conſules primùm habebant regiam poteſtatem & ius vitæ necisq; in ciues: ſed Valerius Publicola Conſul, Bruto collega ſuo mortuo, conſularem poteſtatẽ imminuit, cùm ius ferendæ ſententiæ de capite ciuis Romani non liberum conſuli neq; merum imperium ei permiſit, ſed ad totum populum id tranſtulit. Atque hæc vna & prima lex eſt plebeia de prouocatione, id eſt, appellatione à Conſ. ad totum populum in cauſa capitali, de qua & infrà in libro quarto ſcribit Liuius. Et ſæpè poſtea hæc lex attentata eſt à violentis Conſſ. ſæpiusq; relata & innouata: ita, vt ad Syllæ dictatoris, Iulijq; Cæſaris potentiam vſque perdurauerit.

Vigeſimumnonum. Affectatorem regni, & eum, qui velit libertatem Romanam euertere, ipſum vnà cum bonis omnibus ſuis ſacrandum & deuouendũ ita eſſe, vt cuilibet vel priuato, liceat eum occidere impunè, bonaq; eius capere.

Trigeſimum. Certis cæremonijs noua templa inaugurari & dedicari ſuprà quoque in catalogo Tarquinij Superbi obſeruauimus. Atque hæc ſunt inſtituta moresq; ex hiſtoria primi anni conſularis, quæ obſeruatu digna & vtilia præ cæteris arbitror.

QVID OBSERVANDVM SIT LECTORI IN SECVNDO HOC LIBRO LIVII.

COntinet hic liber ſecundus multa ſanè & egregia exempla politicæ & ciuilis prudentiæ, in Senatu, in concionibus, ad plebem & populum exhibitæ. Deinde quoque multa complectitur militaris fortitudinis prudentiæque exempla: quorum tametſi fidem excedere quædam videantur, tamen credibile eſt nouam libertatẽ oportuiſſe inſigni prudentia, & inſolita fortitudine conſtantiaque firmari. Præterea videbimus in hoc libro plurimarum legum & morum cauſas atq; originem, vt non minorem vtilitatem afferant ſequentes hiſtoriæ, quã ſuperiores in primo volumine. Altera enim quaſi fundamenta imperij iuriſq; Romani, hîc locari apparebunt obſeruatori diligenti.

DE GENERE ORATIONIS IN HOC SECVNDO LIBRO LIVII.

QVod verò ad orationis formam attinet, repete antea dicta in præfatione primi libri, tametſi aliquanto ſit huius libri ſecundi oratio clarior. Id enim conſuetudo diligentiaq; ſcripta continuandi ſubinde elimat obſcuritatem, ſi qua ſub eſſe videtur, præcipuè imperitis, & non ita aſſuetis Liuianæ dictioni.

Expoſitio textus.

Liberi iam, &c.) Tranſitio ab hiſtoria regum ad res geſtas ſub Conſulibus, qua attentionem captat, oſtendens occaſionem & commoditatem mutatæ politiæ & libertatis partæ à conditione temporum. Iam hinc) id eſt, poſt hiſtoriam regum. Liberi) id eſt, ſub Conſulibus. Pergam) id eſt, perſcribam. Annuos magiſtratus) id eſt, conſulum annuorum.

Legum) ſcilicet Romanarum. Quàm hominum) Quia ius & leges ſunt durabiliora & viuaciora, quàm homines. & tum denique benè in Repub. agitur, cùm plus valent leges, quàm cupiditates hominum. Proximi regis) id eſt, Tarquinij. Lætior) *μεταφορικὰ* Poetica.

Ita) id eſt, æquabiliter & iuſtè. Numerentur) ſuo quiſque ordine. Multitudini) Romanorum ciuiũ. Quiſque enim regum vrbi aliquem locum addidit, & quendam collem ædificijs habitabilem frequentem fecit, vt ex ſuperioribus patet.

Exacto) id eſt, expulſo. Peſsimo publico) id eſt, pluſquam malo publico, hoc eſt, maximo malo. Immaturæ) Metaphora ducta à frugibus. Cupidine) id eſt, præcupidine. Quid enim) A conditione perſonarum. Tranſfuga) id eſt, profuga. Inuiolati templi) id eſt, Aſyli. Tutela) id eſt, immunitate.

Tribunitijs procellis) vt poſtea eſt mota ſeditio, decimo circiter anno. Significant igitur tribunitiæ procellæ, ſeditionem & diſcordiam tribunorum plebis contra ſenatum. Patribus) id eſt, Senatui. Eorum) id eſt, plebis & patrum. Adultæ) id eſt, formatæ per concordiam. Metaphorã. Imperij) id eſt, ſub regibus ſex.

Iam) id eſt, exacto & expulſo Tarquinio. Libertatis autem) De conſulari imperio, deq; primis conſulibus Iunio Bruto, et Collatino, cui mox ſubrogatur Valerius Publicola: Refert autem priorem coniecturam de occaſionibus mutati imperij ad locũ communẽ, de ſeditione, de cõcordia, de plebis feritate, & vulgi immobilitate, de licentia, de regno æquabili, & fiat theſis hæc ferè: Plebis ferociam & inconſtantiam immodicæ libertate & diſcordijs fieri intolerabilem, & Rebuſp. pernitioſam: contrà verò plebem concordia, authoritate, & imperio coerceri.

Quia annuum) quod exacto quoq; anno in alias perſonas eſt tranſlatum, quem modum & conſules retinuere vſq; ad legem de prouocatione. Numeres) id eſt, numerare debes. Inſignia) ſcilicet regũ. Collega) id eſt, Collatino. Vindex) id eſt, aſſertor. Regnare) id eſt, regẽ eſſe. Populũ paſſuros) Synthesis.

Frequentia) id eſt, copia Senatorum. Plus virium) in conſilijs & virtute. Cædibus) ſcilicet Tarquinij. Ad ſummam) Cum primùm fuiſſent centum, deinde ducenti. Traditum) id eſt, inſtitutum.

Patres) id eſt, antiqui Senatores. Conſcripti) id eſt, nouiter allecti. Conſcriptos) quaſi antiquis Senatoribus adſcriptos. Nouum Senatum) alij legunt in nouum Senatum.

Plebis) quia & equeſtres quidam plebeij honorati tamen erant conſcripti. Necubi) id eſt, ne alicubi. Nomini) id eſt, regio.) Ac neſcio) De conſulatu abrogato ipſi Collatino conſuli, propter ſuſpectum nomen Tarquinij. Erat enim ex cognatione Tarquiniorum. Et quanquam benè meritus eſſet de ciuitate, tamen plus valuit publicum commodum, quàm priuatus amor. Porrò tranſitio eſt per ſententiam, atque eſt formula dubitandi, quæ ſignificat certitudinem. Eſt enim idem hoc loco, ac neſcio, atque ſi diceret ſcio. Modum) id eſt, mediocritatem.

Nimium) Obliqua allocutio, qua enumerat coniecturam & calumnias populi contra Collatinum Conſulem, & eſt argumentum à gente, familia, vel nomine. Priſco) id eſt, Tarquinio.

Interuallo) id eſt, eius temporis quo regnauit Seruius, inter Priſcum & Superbum. Scelere) id eſt, parricidio. Hæreditatem) id eſt, voluit hæreditarium regnum familiæ Tarquiniorum. Non placere nomen) Locus à nomine. Nomen) id eſt, Tarquinij Collatini. Datus) id eſt eulgatus, Poëtica locutio. Tantantium) id eſt, eorum qui ſolicitabant alios ciues in odium contra Collatinum. Suſpicione) ſcilicet contra Collatinum. Vnde) id eſt, à quo. Id) id eſt, iuſiurandum. Eo) id eſt, ad iuramentum ſeruandum. Inuitum) Inſinuatio, qua excuſat & mitigat inclementem propoſitionem contra Collatinum à religione iuramenti, & ab officio publico erga patriã, & ſenſim repit à theſi ad hypotheſim. Regium) id eſt, Tarquiniorum. Hunc tu) Hypotheſis ad Tarquinium Collatinum. Meminimus) id eſt, tui beneficij. Res tuas) id eſt, compenſatione. Confirmat ab vtili & tuto. Amicus) id eſt, cum bona gratia. Exonera) id eſt, libera. Gente) id eſt, familia, à genere nominatur gens.

Conſuli) id eſt, Collatino. Socer) quia pater erat Lucretiæ. Dignitate maior) Non quidem maior erat dignitas Lucretij, quàm Conſulum: ſed antea, ſub rege Tarquinio, diu fuerat dignior Collatino: vtpote præfectus vrbis, hoc eſt, tanquam vicarius regis, qui magiſtratus poſt reges Conſulibus minor fuit, vſque ad tempora Cæſarum. Vocatusq; eſt præfectus vrbis poſtea princeps Senatus, tanquam ſenior in Senatu, cuius officium fuit, accipere nomine populi abrogationem vel abdicationem, quam renunciabant magiſtratu Conſules, exacto anno ſuo: & nouos Conſules inaugurare, vt infrà ſæpè videbimus.

Alternis) id eſt, per vices Conſulũ. Cum haud cuiq;) Hiſtoria de proditione nobilium adoleſcentum deprehenſa & punita, qui libertatem & vrbem Tarquinio regi pulſo voluerũt prodere. Eſtq; exemplum impietatis erga patriam, & peculiariter in Bruto exemplum eſt charitatis erga patriam, & ſeueritatis in filios, quos ipſe pater tãti ſceleris participes capite puniuit: cuius hiſtoriæ ſummam Virgilius in ſexto his verſibus complectitur:

Vn& Tarquinios reges animamq; ſuperbam
Vltorꝭ Bruti faſces q; videre receptos?
Conſulu imperium, hic primus, ſeuasq; ſecures
Accipiet, natos q; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix, vtcunq; ferent ea facta minores,
Vincet amor patriæ laudumq; immenſa cupido.

Tenui) id eſt, humili. Solutior) id eſt, liberior. Libido) id eſt, cu-

eſt,cupiditas.Erant)Oratio à deſcriptione perſonæ. Regẽ hominem eſſe)Querela adoleſcentium,qui deſiderabant licentiam contra leges:quæ refertur ad locum communem de legibus,& de tyrannide, ſub quâ nobilitati ſit maior licentia, quàm ſub æquato iure libertatis. Eſt locus de legibus incertus.Dicimus enim pro legibus & contra leges. Leges rem ſurdam)Altera pars collationis.quia eſt antitheſis. Laxamenti) id eſt,remiſsionis.Exceſſeris modum)id eſt,præuaricatus ſis. Aegris)id eſt,turbatis.Sine mentione reditus)ſcilicet Tarquiniorum.

Eorum)id eſt,legatorum.Tenuit)ſcilicet legatos.Materia) quia pecuniæ ſunt bellorum nerui.

Moliri)id eſt,conabantur.Reddunt)ſcilicet legati.His)ſcilicet adoleſcentibus.Auunculi)id eſt, matris fratres.Conſcij) id eſt,participes proditionis.

Darentur)ſcilicet ab adoleſcentibus. Vnus excepit)Excipere,eſt clam percipere.Coarguere)id eſt,conuincere.Intercederent)id eſt,perirent. Commiſiſſe)contra officium legatorũ. Ius gentium)id eſt,vt ne violarentur.

Martius campus)in quo conciones & comitia ſolebant haberi. Fortè ibi tum) De inſula Tyberina, cuius & Ouidius meminit in vltimo Metamorph. Religioſum) id eſt,illicitum,propter metum deorum & ſacrorum:vel vetitum,propter religionem violandam: quia, ſcilicet, ager erat conſecratus Marti deo vnà cum ſegete.In vadis) id eſt, in humilioribus locis fluuij,& non ita profundis. Eodem)id eſt,eandẽ inſulam.Moleis)id eſt,officia & opera. Area)id eſt,inſula.Porticibus)id eſt,deambulacris. Damnati) ſcilicet ſententia capitali.

Stabant ad palum) Ethopœia, id eſt,affectuum deſcriptio ipſius Bruti, & populi admirantis conſtantem eius ſeueritatem.Stabant ad palum)Eſt congeries.Iuuenes, prima. Nobiliſsimi 2. Conſulis liberi 3. Eo anno 4. Patriam 5. Liberatam 6.Patrem 7.Liberatorem 8.Conſulatum ortum 9.Ex domo Iunia 10.Patres 11. Plebem 12. Hominum 13. Deorũ 14.Romanorum 15.Superbo 16.Infeſto 17.Exul 18.

Quicquid deorum hominumq;)id eſt,omnia prophana & ſacra. Pœnæ)ſcilicet de liberis ſuis & nobilibus. Secundum pœnam)id eſt, poſt ſumptum ſupplicium. Securiq; feriunt) id eſt,capita abſcindunt ſubiecta ſecuribus,ſuperincidentib. ſupernè.In vtranque partem)id eſt,puniendi fontes,&honeſtandi benè meritos de ciuitate.

Ciuitas)id eſt, ius ciuium. Libertus) id eſt, manumiſſus. Vindicta)hac cæremonia manumittendi, qua apud prætorẽ vel magiſtratum aliquis ſeruus libertate donabatur,tradita virga in manus, vt dicunt quidã:quæ virga ſit appellata vindicta à vindicando,id eſt,aſſerendo à ſeruitute in libertatem: tametſi Liuius ab hoc Vindicio indice vocatam putat. Liberati)id eſt,per vindictam,hoc eſt,per manumiſsionẽ, vt Plutarchus exponit, qui vindictam ſimpliciter eſſe dicit manumiſsionem:id eſt,libertatis donationem. In ciuitatem,&c.) id eſt,libertini eſſent,& ius ciuium haberent.His ſicut acta erant)De bello Romanis illato ab exule Tarquinio,in quo bello enituere pulchra exempla fortitudinis Romanę & conſtãtiæ,vt in Bruto,in Horatio Coclite,in Scæuola, in Clælia,virgine.

His)id eſt,tẽtata proditione fruſtra. Nuntiatis)ſcilicet per legatos.Ad irritum cadentis)id eſt,fruſtra ſuſceptæ.

Viam)id eſt,occaſionem interceptam. Moliendum)id eſt, tentandum. Ne ſe ortum) Querelà Tarquinij de ſuo exilio, quæ in multas circunſtantias ſpargitur, vnde amplificat indignitatem ſui caſus.Eſtq; hîc exemplum diuiſionis rhetoricæ.Nam Liuius iuſtę orationis capita & argumenta breuiter hîc perſtringit ac diſponit.Ortum eiuſdem ſanguinis)Prima circunſtantia à genere. Extorrem)ſecunda circunſtantia. Egentem)tertia circunſtantia.Ex tanto regno)quarta circunſtantia. Cum liberis adoleſcentibus) quinta circunſtantia. Ante oculos ſuos) ſexta circunſtãtia.Suos) id eſt, Voientium.

Alios)id eſt,reges, vt Numam & Tarquinium Priſcum & eſt ſeptima circunſtantia, atq; argumentum à minore ad maius.Augentem)id eſt,dum augeret.A proximis)octaua circũſtantia.Scelerata coniuratione)id eſt,ſeditioſa. Nona circunſtantia.Eos)id eſt, Conſules.Decima circunſtantia. Vnus)id eſt,ſolus.Bona ſua)vndecima circunſtantia.

Sceleris)id eſt,rapinæ.Se patriam)duodecima circunſtantia.Regnum)decimatertia circunſtantia. Ingratos ciues) decimaquarta circunſtantia.Ferrent)i.ferri deberent.Iniurias) decimaquinta circunſtãtia.Vltum)id eſt,ad vlciſcendũ. Cæſas) ſcilicet à Romanis. Decimaſexta circunſtantia. Agrum ademptum)ſcilicet Veientibus & Tarquiniẽſibus.Decimaſeptima circunſtantia. Romano duce) id eſt,Tarquinio. Suos) id eſt,gentiles Tarquinios. Quadrato agmine)id eſt,quod paribus ordinibus erat inſtructum. Primus) id eſt, præceſsit. Aruns vbi,&c.)Singulare certamen Bruti & Aruntis, in quo vterque piè occubuerunt: hic pro ſuo patre, Brutus pro patria.

Extorres)id eſt,exules.Inſignibus) Sarcaſmus, amarulenta ironia.Tum erat decorum)Noemia.Capeſſere pugnam)id eſt,incipere prælium,non ſtare poſt principia.

Dum)id eſt,dummodo. Parmam) id eſt,clypeum. Moribundi)id eſt,iam moriẽtes. Varia)id eſt,dubia & incerta. Aequo)id eſt,pari.Cornua)id eſt,latera.

Irritare)id eſt, non effecta. Syluani) id eſt, dei ſylueſtris. Spolia)ſcilicet hoſtium. Collegæ)id eſt,Bruto. Morti)id eſt, Bruti. Ante omnia)id eſt,funebria. Pudicitiæ violatæ)ſcilicet à iuniore Tarquinio, qui Lucretiæ vim intulit. Conſuli deinde) Exemplum ſuſpicionis & inuidiæ plebeiæ in populo Romano,& exemplum moderationis atque popularitatis in Publicola Conſule. Conſuli)id eſt,Valerio. Crimine)id eſt, incuſatione.

Velia) id eſt, monte, qui pars erat editior Palatini montis,ſic dictus, quòd ibi ſoliti eſſent paſtores vellere lanam ex ouibus ante tonſuram, teſte Varrone. Summiſsis faſcibus) id eſt,depoſitis inſignibus ſui conſulatus. quaſi abdicaret ſemetipſum magiſtratu ſuo, & eum populo reſignaret & redderet.

Summiſſa)id eſt, ſubiecta.Audire)Conſulem.Laudare)oratione funebri, vt alij dicunt, qualis hæc oratio Valerij in laudẽ Bruti fuerit prima oratio funebris in vrbe Romana.& inde ſit inſtitutum,vt viri benè meriti, matronæq; honeſtiores, poſt mortem ſuam in funere laudarentur iuſta oratione. Matura gloria) id eſt, non præcipiti neque ſera. metaphora ſumpta à frugibus. Se)id eſt,Valerium. Superſtitem) id eſt, diutius viuentem.

Recidiſſe)id eſt,ſuſpicione proditionis.Spectata)id eſt,probata.

Momento)id eſt parte,particula. Vbi ſim,quàm qui ſim) quia bonus vir & integer vbicunque locorum, ibi bonus eſt, & integritatem ſuam retinet.Quirites)id eſt,Romani.

Vicus publicus)Vicus intra muros,ſignificat plateam, extra autem,pagum.Contrarium)id eſt, fauorem. Popularem) id eſt,populo gratum atque charum, propter ſuam probitatem.Talis enim denique dicitur popularis,vt copioſè deſcribit Cicero in prima oratione de lege agraria. Publicolæ)id eſt, tanquam ipſe populum coleret & curaret, viciſsimque à populo coleretur & amaretur. Ante omnes)Quatuor leges à Valerio latas aut renouatas potius hîc perſtrinxit Liuius breuiter: quæ plebeiæ vocantur leges, quòd præcipuè in plebis gratiam ſint ſancitæ:quæ erat ſic mitiganda & conciliandа lenitate quadam,ne deſiderio exulum regum caperetur.

Harum ergo

Prima eſt,vt ſuprà quoque dixi in vigeſimooctauo inſtituto Catalogi, ne quis magiſtratus, nec conſul ciuem Romanum aduerſus prouocationem, id eſt, appellationem verberare,aut necare auderet iniuſſu populi,ſed vt tantùm ius coercitionis,& in vincula publica conijciendi haberet. Vnde & poſtea non niſi curiarum tribuumque ſuffragijs abſoluebatur aut condemnabantur rei ciues Romani, vt patet in commentario Aſconij ſuper Miloniana, & apud Valerium Maximum in cap. De reis abſolutis vel condemnatis præter expectationem.

Secunda lex. Vt capitale eſſet, ſi quis vllum magiſtratum, nedum regnum, iniuſſu & ſine ſuffragijs populi caperet atque adiret. Vnde & poſtea magiſtratus, præſertim honoratis ſuffragijs populi centuriatis creari ſoliti ſunt, vt patet apud Valerium in capite De repulſis. Sed Cæſares & Imperatores poſtea hanc poteſtatem populo eripientes, pro ſuo arbitrio & libidine magiſtratus,quibus vellent, mandabant vel adimebant rurſum.De hac & ſuprà in inſtituto Catalogi vigeſimonono dixi.

Tertia lex. Vt populus Romanus & ciues Romani immunes à vectigalibus eſſent. Vnde & poſtea nullus populus, nemoq; vectigalis eſt factus Romanis, niſi qui non haberet ius ciuitatis Romanæ.

Quarta lex. Vt inobedientes duarum pecudum aut bouis pretio mulctarentur à Conſulibus. Vnde & mulcta, vocatur pœna pecuniaria: & mulctari eſt luere pœnam pecuniariam. Et harum quoque legum meminit Plutarchus in vita Valerij Publicolæ, vbi plura inuenies huic hiſtoriæ inſeruientia.

Ante omnes)latæ ſunt leges. De prouocatione)id eſt,appellatione.Sacrando)id eſt,deuouendo: quia ſacrare caput & vitam bonaq; alicuius,eſt diris& ſupplicijs deuouere:ita vt cuiuis liceat impunè occidere,perdere,rapere. Capitæ)id eſt,vita.Quas)id eſt,leges plebeias.

Vnius)id eſt,Publicolæ.Subrogando)id eſt, ſubſtituendo. Collegæ)id eſt,conſuli. Suffectus)id eſt,ſubſtitutus. Suggerunt)id eſt,ſufficiunt.Memoriam)ſcilicet Lucretij. Aegrius) De conſtantia. Et religionis ſeruatæ exemplum in Horatio Conſule. Irreligioſum)id eſt,pollutum. Poſtem)id eſt,ianuã templi.Fœdum)id eſt,abominabile.

Funeſta familia) id eſt, propter familiam contaminatam funere.Nam olim apud Gentiles, ſicut apud Iudæos, funerà credebantur domum & familiam fœdare & contaminare: ita,vt expiari oporteret eam.

Nihil aliud)id eſt,nullo alio.Domi & militiæ)id eſt,in pace & bello.Inde P.Valerius)id eſt, ſecundo anno poſt reges exactos,Conſules fuere P.Valerius Publicola,& T.Lucretius.

P.Valerius) id eſt, ſecundò Conſul factus. Iam Tarquinij, Bellum Porſenæ regis Hetruſcorum pro Tarquinijs contra Romanos,quod totum hunc annũ durauit,in quo adeò quidem anguſti fines imperij Romani fuere,vt extra muros Romæ vix quindecim lapidũ ſpatium tenuerint Romani, adeò omnia ab hoſtibus occupata procul & propè erant: vixq; legitur vllo tempore ita arctum fuiſſe imperium ab initio vrbis. Lartem)cognomen eſt.Cluſinum)id eſt,ad oppidum.Nominis)id eſt,fœderis. Orientem)id eſt,incipientem. Satis libertatem.) Admonitio hæc Tarquiniorum continet hanc theſim. Ciuitates cupiditate & dulcedine libertatis libenter abijcere velle iugum regum principumq; ſuorum. Satis)ſcilicet ad quidlibet audendum contra reges. Eam) ſcilicet libertatem. Aequari)ſcilicet dicebant,admonebant. Summa)id eſt, regia.Infimis)id eſt,plebeis. Nihil excelſum. Tragica admonitio, & decet perſonam exulis regis.

Aliàs)id eſt,alio tempore antè. Multa igitur.)Popularitas ipſius Senatus in plebem,propter temporis & periculi neceſſitatem. Data blandimenta) Poëtica locutio. Annonæ) id eſt, eius rei quæ ad victum pertinet. Arbitrium) id eſt, poteſtas. Veniebat) id eſt, à priuatis vendebatur omnibus, hoc eſt, quia priuati Salinatores nimis carè vendebant ſalem paſſim, ideò Senatus viliore venditurus ſalem, ademit priuatis ius vendendi, ita tamen, vt rependeret eis ſumptus & lucrum,quod fuerat obuenturum. Priuatis) id eſt,Salinatoribus. Impenſo) alij legunt immenſo. Portorijs)id eſt, telonijs, hoc eſt, vectigalibus quæ dantur pro apportatis mercibus. Tributo) id eſt,penſione & exactione. Conferrent) ſcilicet tributum. Ferendo eſſent) id eſt, qui ferre poſſent. Aſperis)id eſt,periculoſis. Summi)id eſt,principes. Infimi) id eſt,plebeij.

Malis artibus) id eſt, per fraudes & ſcelera. Popularis) id eſt, gratus populo. Cum hoſtes.) Exemplum fortitudinis militaris in Horatio Coclite. Sæpiunt)id eſt,muniunt. Sublicius)id eſt, contignatus ex trabibus. Cocles)dicitur monoculus.

Munimentum) id eſt,Horatium defenſorem. Ianiculum) id eſt,arcem in ſuburbio trans Tyberim. Citatos) id eſt,celeres. Teſtabatur) id eſt, inuocabat. Tranſitum pontem.) Appoſitio. Reliquiſſent)ſcilicet hoſtibus.

Excepturum)id eſt,retenturum. Cedentium)ſcilicet ſuorum ſociorum. Cominus)id eſt,ex propinquo. Obſtupefecit)id eſt,coniecit in ſtuporem, quaſi præ admiratione. His) id eſt,duobus. Procellam) id eſt, impetum. Et quod) id eſt, initium. Eos) id eſt,duos. Relicta) id eſt,à tergo. Prouocare)ad ſingulare certamen. Seruitia) id eſt,Hetruſcos.

Obſtinatus)id eſt,obfirmatus. Virum)id eſt, Horatium. Tyberine)id eſt,qui deus es Tyberis.Rem auſus)id eſt,quòd vnus cuſtodierit pontem & totum exercitum ſuſtinuerit, eiusq; retuderit vim, quòd armatus & feſſus tranſnatauerit fluuium, accepto nullo vulnere. Statua poſita eſt extra vrbem in campo Martio, de qua ſtatua Gell. in quarto,cap.5.

Circumarauit)id eſt,aratro circumſcripſit. Studia)id eſt, officia. Inopia) publica. Fraudans) id eſt, ſubtrahens ſibi. Perſona primo conatu) Stratagema Valerij Conſulis in ſubitò opprimendis Hetruſcis. Vocatur autem ſtratagema,in ſigniter callidum conſilium facinusq; ducis alicuius, quem ducem Græci στρατηγὸν vocant. Repulſus) id eſt, à ponte.

Prædatum)id eſt,ad prædandum. Traijcerent)id eſt,tranſ nauigarent. Infeſtum)id eſt,intutum. Metu)ſcilicet Romanorum. Effuſos) id eſt, diſperſos Hetruſcos. Vindicem) id eſt,vltorem. Ad ſecundum lapidem) id eſt, milliare: quia ſignabantur milliaria lapidibus. Mille autem paſſus conficiũt vnum milliare Italicum.

Obijcere)id eſt,opponere. Redditus) id eſt,Hetruſcis.

Obſidio)Alterum exemplum fortitudinis & audaciæ militaris in Scæuola,qui ſibijpſi manum exuſsit.

Liberum) id eſt,line regibus. Affirmante) id eſt, faciente credibile, quaſi propter famam & metum tranſfugeret Scæuola.

Aperiret) id eſt,proderet.Fortunæ minas)ſcilicet in tanto diſcrimine.Petentium)id eſt,ciuium. Idem decus) id eſt,vt te occidant.Capite)id eſt,periculo vitæ.Veſtibulo)id eſt,aditu. Iuuentus Romana indicimus.) Euocatio. Cum ſingulis) ſcilicet noſtrum.

Ambages) id eſt, occulta verba. En tibi,inquit)ſcilicet rex. Macte)id eſt,magis aucte.Sic Virgil. *Macte noua.*&c.Eſt autem aduerbium adhortantis.Princeps)id eſt,primarij.Ceciderit) id eſt,euenerit. Opportunum cædi.

Scæuolæ)Scæuola vocatur, qui ſiniſtra manu vti cogitur, cum dexteram non habeat. Compoſita vox eſt ex Græco & Latino: quia Græci σκαῖον ſiniſtrum, & Latini volam nominant medium in manu interiore. Toties)id eſt, trecẽties. Nequicquam) id eſt,fruſtra. Præſidium)id eſt, hoſtile.

Agrum dono dedere, quæ poſtea) Relatiuum refertur ad ſequens verbum, non ad præcedens, vt Saluſtius: Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur, &c. Virtute) id eſt, virili.

Decora) id eſt, virtutis. Cloelia.) Exemplum fortitudinis muliebris, & fidei ſeruatæ vtrinque in fœdere.

Fruſtrata) id eſt, decipiens. Soſpites) id eſt, obſides virgines. Præ ſe ferre)id eſt,ſignificabat. Impuberes) id eſt,infra annum duodecimum ætatis.

Eam ætatem)id eſt,pubertatis.Iniuriæ)id eſt,ignominiæ. Statua equeſtris,)A barbaris gentibus & ex Græcia Romam quoque mos ille tranſlatus eſt,vt inſigniter benemeriti, aut aliquo illuſtri facinore clari, donarentur ænea, marmorea, argentea, vel etiam aurea ſtatua, in virtutis memoriã: vnde & Plinius in 39.cap.6.primas ſtatuas Romæ dicit fuiſſe Cocli tis & Cloeliæ æneas, nec vlli præterea virgini ſtatuam Romæ poſitam, præterquam Cloeliæ. Huic tam.) De more vendendi bona Porſenæ, quæ in prouerbium abiere, quo dicimus bona Porſenæ,talia fere bona, quæ nobis dono aut fortuito citra laborem, ſineq; ſumptu magno obtigere. Fuit autem mos, vt quoties in auctione venderentur hoſtilia bona, & ex præda capta, vt dicerent Porſenæ bona vendi & venire. Abhorrens) id eſt,diſſimilis. Solennia) id eſt, belli. Porſenæ)id eſt,hoſtium bona præda. A mitiore) id eſt, placidiore. Opulenta) id eſt, plena. Ab longinqua) id eſt, poſt longinquam obſidionem.

Immiſſo)id eſt,in caſtra. Veniſſe)id eſt,in auctione,nempe vili paruóque pretio, tanquam hoſtibus erepta. Gratiam)id eſt,gratitudinem.

Auctionem)publicam venditionem.Perculerat)id eſt,terruerat.In medio)id eſt,à fronte per Aricinos,à tergo per Cumanos. Pars perexigua) Exemplum hoſpitalitatis erga Hetruſcos, quos peſsimè affectos Romani benignè excepere. Duce)id eſt, Arunte.

P.Lucretius.) Vt ſupra catalogum eorum quæ animaduerti commodè poſſunt ex hiſtoria primi anni conſularis propoſui, ita nunc rurſum ſecundus hic quoque annus iuſtam nobis materiam catalogi præbet, vnde obſeruemus, quæ ad veteres mores legesq; Romanorum pertineant, tametſi multa etiam ex iure naturali huc annotare liceat, cum illud ſit fons iuris gentium, & ciuilis atque omnium bonorum morum origo. Et cùm hiſtoria propriè in hypotheſi verſetur ſemper, hoc eſt, in exemplis ſingularibus, vtile eſt ea referri ad ſuam theſim,hoc eſt,ad generalia præcepta iuris naturalis vel ciuilis.Excerpam igitur hinc ſequentia inſtituta.

LEGES ET INSTITVTA II. ANNI CONSVLaris,ſub P.Val.Publicola,& T.Lucretio Tricipitino.

PRimum.Eundem magiſtratum,præcipuè Conſulatum, ſæpius capere licuiſſe Romæ, hoc Valerij iam ſecundò conſulis aliorumq; exempla docent.

Secũdum.Neceſsitudine ſanguinis,fœderis aut ſocietatis, & amicitia coniunctos ſe inuicem tueri defendereq;, ius fásque eſt.Ita enim mutuis vinculis natura ſociauit homines ad mutuam defenſionem ſui,& ad mutua officia præſtanda.

Tertium. Seditioſi, maieſtatis rei, perduelles vi & ſupplicijs ſunt puniendi.

Quartum. Reges & magiſtratus eſſe oportere vllos, & eos iuſto in honore potentiaq; & authoritate locandos docet ius gẽtium & naturale: quia beſtialiter viuitur,vbi eſt anarchia, id eſt,populus ſine magiſtratu.

Quintum. Priuatis hominibus & plebi aliquando indulgere debet magiſtratus,ſi ita res & vtilitas poſtulat,ne tamen fiat anarchia, & immodica licentia.

Sextum. Priuatis hominibus ſua non debet eripere magiſtratus commoda & bona. Licet enim ius habeat in ſubditos,tamen is non eſt dominus iuris alieni priuati, niſi hic aliquo crimine demeruerit bonorum amiſsionem: ita etiam non decet magiſtratum eſſe liberalem & munificum de alieno, vel cum aliorum incommodo priuato. Neque popularium interuertere debet vtilitatem & emolumenta: quia priuatæ opes ſunt fons & origo publicarum facultatum.

Septimum. Secundum proportionem Geometricã opum priuatarum conferri & ſuſtineri onera publica, eſt æquiſsimum,vt ſuprà etiam in catalogo Seruij Tullij patuit.

Octauum. Ita popularem eſſe oportet,id eſt, gratioſum & officioſum ad populum, ne illa popularitas aberret in prauam licentiam, vel ambitionem, vel contemptum magiſtratus ipſius. Vide autem egregiam deſcriptionem eius, qui ſit verè & rectè popularis apud Ciceronem in ſecunda oratione,de lege agraria.

Nonum.Probroſum eſt militi & ignominioſum, ſuos ordines vel aciem deſerere, inde capitalis pœna in deſertores irrogatur, qui ſalua acie ſua, neque dum victoria amiſſa, ſubterfugiunt periculum. Sin verò acies ſua victa ſit, tum denique cuique licet ſibi conſulere virtute aut fuga, modò ne turpiter capiatur.

Decimum. Reſpub. debet eſſe grata erga benemeritos in ſe, priuatos etiam, vilesq; homines, vt ita gratitudine & honore excitetur priuata virtus ad obſequia erga Rempub.

Vndecimum.Publicam inopiam releuari à priuatis iuſtiſſimum

ſimum eſt, qui ſupplere & præſtare debent de ſuo, id quod Reſpub. præſtare nequit per tenuitatem.

Duodecimum. Non refert dolo an virtute, clandeſtina an aperta vi hoſtem aggrediare, modò ne fides publica periclitetur, iuxta illud Virg. 2. Aeneid.

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Laudantur ergo inſidiæ hoſtibus factæ feliciter, & inter ſtratagemata habentur, tanquam egregia ducum conſilia factaque.

Decimumtertium. Minora maioribus, & potioribus leuiora poſtponere cõuenit in negotijs, tam priuatis quàm publicis.

Decimumquartum. Iniuſſu ducis non licere militi ab ordinibus ſuis abeſſe vel excedere.

Decimumquintum. Transfugas, hoc eſt, eos, qui à ſuis ad hoſtium partes fugiunt, capitali ſupplicio puniri.

Decimumſextum. Hoſti hoſtẽ occidere vi aut inſidijs permittit ius gentium, nedum qualibet iniuria afficere & damno: quia vim vi repellere licet.

Decimumſeptimum. Iure belli hoſtem captum vel deprehenſum liberum dimittere licet, publica fide, quoniam idem ius intactum inuiolatumq; eſſe iubet.

Decimumoctauum. Lex naturæ iubet beneficium beneficio remunerare priuatim aut publicè, & gratiam benemeritis rependere, nihilq; magis cum iure pugnat, quàm ingratitudo: quia mutuis beneficijs connexa eſt hominum ſocietas. Ita enim alter alterius ope indiget.

Decimumnonum. Fœminæ à negotijs publicis abſtinere debent, cùm natura illi ſexui prudentiam politicam & fortitudinem denegarit, ſolamq; domeſticam curam demandarit. Quanquã extiterint exempla rara fortitudinis & prudentiæ in mulieribus aliquot, virili aut heroica virtute quoque præditis, vt ſuprà de Tanaquile vxore Tarquinij Priſci, & alibi de Semiramide, de Amazonibus, deq; ſimilibus legitur in hiſtorijs & poematis, vt apud Plutarchum in libello de fortitudine mulierbri.

Vigeſimum. Pacta non ſolùm priuata, ſed & publica vtrinque ſeruari debent. Sic enim priuatam publicamq; fidem ſanxit ius naturale & diuinum, vt ſeruetur inuiolata, cùm ſit vinculum humanæ ſocietatis ipſa fides, adeò vt hoſti quoque ſeruari debeat. Quod ſi alterutra pars fidem fregerit prior, neq; omittere velit infidelitatẽ, tum denique alteri parti non licet ſtare pactis, iuxta vulgatum rithmum: Frangẽti fidem, fides frangetur eidem. Atque hanc regulam intellige de pactis licitis & non turpibus.

Vigeſimumprimum. Bona Porſenæ venire & vendi dicebantur prouerbio, cùm ex hoſtibus capta præda vendebatur in auctione, & manubiæ, hoc eſt pecuniæ ex præda vẽdita redigebantur in publicum ærarium.

Vigeſimumſecundum. Supplices ſuſcipere in tutelã & curam, iure gentium conſtitutum eſt, modò non ſontes & nocentes recipiantur. Nam illi ſunt noxæ dedendi repoſcentibus, ſuis, niſi caſu fortuito peccauerint. Et hæc inſtituta ex huius anni ſecundi hiſtoria, ſatis eſt annotare.

P. Lucretius, &c.) Tertio anno poſt reges pulſos ex vrbe, facti ſunt Conſules P. Lucretius, & P. Valerius tertiùm. Conſules venerunt) ſcilicet, Romam. Quiſq; honoratiſsimus) Synthesis. Nõ quin) id eſt, quaſi minus. Delectos) id eſt, primores. Eius rei) ſcilicet de reducẽdo Tarquinio. Beneficijs) id eſt, inter Porſenam & Romanos. Cùm ille) id eſt, Porſena.

Faciles) id eſt, prompti. Vellent) id eſt, alioqui. Cui) id eſt, Porſenæ. Omnium) id eſt, Romanorum. Finis idem ſit vrbi) Noema eſt obliquũ & acerbum, quo perſtringit Liuius proculdubio tyrannicam quaſi poteſtatem Cæſarum: qui poſt Iulium Senatui populoq; Romano eripuere libertatem, ſeq; monarchas fecere, vt vnus ſummam rerum imperiumq; teneret. Et quidem dicitur Liuius malè audijſſe apud Cæſares, quaſi Pompeianus & immodicus amator libertatis eſſet, idq; in hiſtoria ſua non diſſimularet. Proinde) id eſt, ideo.

Obſtinatum) id eſt, firmum. Obtundam) id eſt, moleſtus ero. Quod reliquum) id eſt, reddidit eos, qui erant adhuc obſides. Reditus) ſcilicet in vrbem. Exulatum) id eſt, vt exularet. Exulatum ad) Nota hìc inconcinnitatem, quòd omnia in m, definunt, & eſt valdè vitioſum. Fida) id eſt, fidelis.

Conſules deinde) Quarto anno M. Valerius, & Q. Poſthumius Conſules.

Maiore inde) Quinto anno P. Valerius quartùm, & T. Lucretius ſecundùm Conſules. Aduerſus eos) id eſt, Sabinos. Iterum) id eſt, ſecundo.

Seditio) De familia Claudiorum ex Sabinis Romã tranſlata ab Appio Claudio, qui poſtea vocatus eſt Claudius. Facta eſt autem Romę iſta familia mirè potens & factioſa, ſuperba, infeſta plebi, & minimè popularis. Tales enim per omnem ferè hiſtoriam Romanam obſeruantur fuiſſe Appij. Atq; ita familijs quoque ſui ſunt gentilitij mores notæq; natiuæ. Factioni) id eſt, parti aduerſariæ potenti. Clientium) id eſt, eorum quos ſibi habebat obnoxios & familiares, quaſi miniſtros ſuis beneficijs ſibi deuinctos, quorum erat tanquam patronus ipſe & quaſi herus. Cliens dicitur à κλαεῖν, id eſt, vocare: quia coguntur ipſi inuocare patronos, vt ſe adiuuent. His) id eſt, Claudio cum Clientibus. Ciuitas) id eſt, ius ciuitatis. Dignationem) id eſt, æſtimationem.

P. Valerius omnium) Sexto anno Menenius Agrippa, & P. Poſthumius ſecundùm Conſules. Copijs) id eſt, in re familiari. Funeri) id eſt, honeſtiori.

Publico) ſcilicet ſumptu. Luxere) annum. Duæ coloniæ) à Roma in Latium deductæ. Auruncos) id eſt, populos Italiæ. Compulſum) id eſt, tranſlatum.

Secuti Conſules) Septimo anno Opiter Virginius, & Spu. Caſsius, conſules. Pometiam) id eſt, Coloniam. Vineis) id eſt, machinis bellicis. Erant autem vineæ, quaſi pergula & caſula quædam, ex robuſtioribus compacta trabibus, innixa rotis vel cylindris, ſub qua aliquot milites tecti ſtarẽt, & vinea admota muris ſupernè tuti quaterent, vel ſubruerent muros. In quos) id eſt, Romanos. Inexpiabili) id eſt, quod nullo beneficio vel obſequio erga Romanos poſſent expiare & luere. Excurriſſent) id eſt, extra vrbem.

In eo eſſet) id eſt, eo peruentum eſſet. Fœdè) id eſt, crudeliter. Corona) id eſt, publica venditione, auctione ſub haſta venire & ſub corona venire idem eſt. Venijt) id eſt, venditus eſt. Vltas) id eſt, quæ ſe vendicauerant ab Auruncis.

Inſequens annus) Octauo anno Poſthumius Cominius & T. Largius Conſules.

Cõiuraſſe) ſcilicet contra Romanos. Octauio Mamilio) id eſt, qui filios Tarquinij reducere conabatur.

In hac) De Dictatore & magiſtro equitum primùm creatis, & de poteſtate dictaturæ, qui magiſtratus ſummus erat in imperio Romano vſque ad Cæſares, & extraordinarius, tamen non annuus: quia creabatur non niſi in ſummo aliquo periculo imperij, vt infrà dicam in catalogo, & Liuius apertè hìc oſtendit. Solicita) id eſt, cùm ſolicitaretur. Eſſent) id eſt, Conſules.

Traditur) ſcilicet ab hiſtoricis. Creditum ſit) id eſt, an crediderint Conſules fuiſſe partium Tarquinij. Conſules) id eſt, qui fuerunt antea conſules. Legere) id eſt, legerunt. Conſularis erat) id eſt, qui fuerat Conſul hoc anno octauo.

Moderatorem) Definitio Dictatoris, qui dictator eſt moderator & magiſter Conſulum, aliorumq; magiſtratuum & ciuium. Appoſitum) id eſt, adiectum, electum. Ea familia) id eſt, Valeriorum, cui deberetur hic honos, propter benemerita Valerij Publicolæ. Conſularem virum) id eſt, qui fuerat Conſul anno quarto.

Dicto) id eſt, mandato Dictatoris, quod ipſe dictaret, hoc eſt, iuberet & preſcriberet. Prouocatio) id eſt, appellatio ad populum. Parendi) id eſt, obediendi. Quod impenſæ) id eſt, quæ impenſa. Tacitè) quia vtrinque ceſſabatur à belli iniurijs & graſſationibus.

Conſules Seruius) Nono anno conſules creati Seruius Sulpitius, & M. Manlius Tullus. Decimo verò T. Ebutius, & C. Veturius. Deinde) id eſt, anno decimo. Fidenę) id eſt, vrbis nomen. Deſciuit) id eſt, publico conſenſu. Gliſcens, id eſt, increſcens. Sic conſtrue: Ne bellum Latinum gliſcens iam per aliquot annos dilatum eſt vltra.

Aulus Poſthumius) Aulus Poſthumius ſecundus Dictator, & T. Ebutius ſecundus magiſter equitum. Non potuit) ſcilicet præ odio in Tarquinios. Ergo etiam) Deſcriptio atrocis pugnæ Romanorum contra Latinos, in qua alter Conſul Romanus, & dux Latinorum occubuere. Ergo etiam) propoſitio deſcriptionis. Miſcuere) impediuere. Ictus) ſcilicet Tarquinius.

Fefellit) id eſt, latuit. Ciet) id eſt, mouet. Referentibus pedem) id eſt, refugientibus. Oſtentantem) id eſt, iactantem. Familiæ) id eſt, Valeriæ. Equitis) id eſt, Valerij. Moribundus) id eſt, iam moriens. Exemplum pietatis erga patriam in Valerio, qui pro ea mortem obijt in acie fortiter. Cohorti ſuæ) id eſt, Conſulari vel prætoriæ. Manu) id eſt, multitudine. Pro hoſte) id eſt, tanquam deſertorem occidant. Integris) ſcilicet quia ad id tempus quietè confederant. Adorti) ſcilicet prætoriani. Latinus) id eſt, Manilius.

Manipulos) Manipulus eſt multitudo militum, ſub eodem ſigno: quamuis olim minor fuerit numerus ſub vno ſigno, quàm nunc eſt. Subſidiarij milites vocantur, qui reſeruantur quieti vſque ad vltimum belli diſcrimen, vt ita recentes ineant prælium, nondum feſsis viribus, remq; afflictam reſtituant. Legatus) id eſt, magiſtratus militaris, qui vices gerit abſentis ducis. In pace verò legatus dicitur, qui legatione fungitur. Ipſe) Herminius. Veruto) Verutum teli genus eſt, habens ferrum oblongum inſtar véru. Veruto) V, longo. Curationem) id eſt, Chirurgici. Obteſtans) id eſt, per fidem eorum ad monens. Anteſignanis) ſcilicet militibus, qui in prima acie ante ſigna pugnabant. Proceres iuuentutis) id eſt, nobiles iuuenes equites: quia tum Romæ ſoli nobiles erant equeſtres, & patritij quoq; vtebantur equis. Pugnæ) id eſt, pedeſtris. Inclinauit) id eſt, in fugam. Equi) ſcilicet quos rurſum inſcendere rent. Caſtori) id eſt, Deo equitum, Deo equeſtri. Hoc modo) id eſt, quo deſcripſi. Epilogus.

Conſules) id eſt, vndecimo anno. Inde) id eſt, duodecimo anno Conſules. Saturnalia feſtus dies) In appoſitione verbum

bum conuenit ſequenti nominatiuo. Deinde) id eſt, decimotertio anno. Hoc) id eſt, decimotertio anno. Dubiæ fidei) Quaſi cum Latinis ſenſerit. Collega) id eſt, T. Virginius. Tanti errores.) De varietate hiſtoriæ. Implicant) id eſt, impediunt lectorem. Alios) id eſt, hiſtoricos. Magiſtratibus) id eſt, Conſulibus, quorum ſerie Romani ſuos annos computant.

Appius Claudius) Decimoquarto anno App. Claudius Sabinus & P. Seruilius Conſules. Tarquinij) id eſt, ſenioris. Quo) id eſt, in quam vrbem.

Erecta) id eſt, ſpem & fiduciam. Patribus) id eſt, nobilitati. Luxurioſa) id eſt, immodicam licentiam ſibi ſumens. Ni maturatum) id eſt, ni maturaſſet Dictator. Hac ira) id eſt, propter hanc iram. Perculit) ſcilicet metu.

Inde) id eſt, ex Volſcis. Suum) id eſt, infidum ingenium. Sollicitandum) id eſt, ad defectionem. Latium) id eſt, ad Latinos. Abſtinuit) id eſt, retinuit. Legatis.) Quia tamen, vt ſuprà dictum eſt, iure gentium non debent violari.

Relata) mutuæ officioſitatis & beneficentiæ exemplum inter Romanos, & Latinos, qui vtrinque beneficijs contenderunt & certarunt inuicem. Nouos magiſtratus) id eſt, Appium & Seruilium. Reijcerent) id eſt, referrent. Gaudere) id eſt, gaudebant. Facto) id eſt, beneficio, quod Romanis imponderant. Eſſe) id eſt, erant. Remiſſi) id eſt, ex vrbe Romana ad ſuos. Pergunt) id eſt, adeunt. Dono) id eſt, cum corona aurea.

CATALOGVS LEGVM ET INSTITVTORVM EX hiſtoria ab anno tertio, vſque ad ſeditionem vel ſeceſſionem primam, hic eſto.

PRimum. Mutua beneuolentia, fœdere, ſocietate, amicitia, vel alio iuris vinculo coniuncti, ſe inuicem ſolicitare, aut incommodo iniuriáue, aut vlla improbitate afficere nō debent, cum vtrinque idem animus eademq; voluntas requiratur, vt par pari referatur. Neque alter alteri offenſam nedum indignationem moueat. Nam alioqui non poteſt vlla ſocietas conſiſtere diu.

Secundum. Amico vel ſocio beneficium eſt exhibendum, & obſequēdum, quatenus per honeſtatem licet, & ne immodico damno afficiamus noſmetipſos, néue in perniciem præcipitemur nimia & intempeſtiua beneficentia, & immodica benignitate, iuxta illud ſapientis dictum:

Dilige ſic alios, vt ſis tibi charus amicus.
Sic bonus eſto bonū, ne te mala damna ſequantur.

Tertium. Liberæ vrbes ſui iuris ſunt, neque regem neque principem vnum aliquem habent, ſed ſuis magiſtratibus annuis & ordinarijs non perpetuis parent, ſuisq; popularibus hi denique præſunt, qui ad tempus magiſtratum gerunt. Sic Roma ad Cæſares vſque libera fuit, qua libertate amiſſa, perijt Senatus populiq; Romani authoritas & poteſtas.

Quartum. Turpe eſt promittere, & ſtultum eſt polliceri beneficium aliúdue quippiam, quod ipſe præſtare nequeas: & ingenui hominis eſt, liberè potius fateri ſuam infirmitatem, aut negare quod non poſſes efficere, ne vanis promiſſis alios ludas, teq; vanum eſſe & futilem oſtendas.

Quintum. Ius amicitiæ non patitur apud ſe fouere illos, qui alterius amicis ſunt infeſti vel hoſtes. Nam eoſdem amare, & eoſdem odiſſe, debent amici & ſocij.

Sextum. Apud veteres & hodiéque iuris vinculum quoddam eſt inter patronos & clientes, vt patroni defendant ſuos clientes ab inopia & iniuria, atque eis pecunia mutuo danda aut alia opem ferant opera. Contrà verò ipſi cliētes illos demereantur quibuſcunque obſequijs & officijs etiam, quæ minima quoque patroni tamen magnificare debent, animum magis æſtimantes, quàm officium, iuxta illud ſapientis:

Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè, plenè & laudare memento.

Ac patroni ſunt illi, qui tenues homines vel populares in fidem tutelamq; ſuam accipiunt, & inopiam leuant, ſuppeditantes eis ſumptus quoad reddere poſſint commodè: & iſti tenues patronorum opera vtentes, vocantur clientes, à Græca voce, quòd vocati ad officia & obſequia præſtò eſſe debeant, nè ſint ingrati & beneficiorum immemores. Sed caue re oportet, ne patrocinium illud degeneret in latrocinium. Sæpiſsimè enim euenit, vt potētes immodicis & intēpeſtiuis beneficijs vel potius iniurijs ita ſibi obnoxios reddant ipſos tenues, vt eos tandem oppreſſos ære alieno, & in ſeruitutem quaſi redactos, omnibus ſuis ſpolient bonis, vnde ſeditionis materia plerunque præbetur, vt in ſequenti ſeceſsione nexorum videbimus. Neque verò poſſunt Reſpub. florere aut non perire, vbi ſic opprimuntur tenuiores à potentibus.

Septimum. Confecto prælio à cædibus temperare iubet ius militare, niſi victi nolint ſe dedere in fidem victoribus, aut poteſtatem: neque in captiuos ſæuiendum eſt, ſi fidem non conentur frangere.

Octauum. Fidem ſeruandam, parcendumq; eſſe deditis. hoc eſt, his qui victi ſe in fidem poteſtatemq; victoribus commiſerunt. Variat tamen hoc ius ſæpè, contra illos præcipuè, qui belli aut ſeditionis fuerint authores & principes, vel quorum perfidia & malitia ita ſit explorata, vt ſpes nulla ſuperſit eos quamlibet victos & oppreſſos poſſe quieſcere, aut ſeruare fidem, in officioq; perdurare. Neque etiam deditis ſtatim fides frangitur, etiamſi improbiores puniuntur: quia in deditos arbitrium habent ipſi victores vitę necisq;, modò pars maior ſuperſtes ſit. Deinde etiam non vna eſt ſemper formula deditionis, qualem ſuprà in Tarquinio Priſco propoſuit de Collatinorum deditione. Variant enim plerunque conditiones & circunſtantiæ.

Nonum. Suprà etiam dixi de triumpho, hoc eſt, de magnifico & pompoſo ducis victoris cum exercitu ſuo vrbem Romam regreſſu, non permiſſo cuilibet duci, ſed ei tantùm, qui ſupra viginti millia hoſtium iuſto prælio vno, ſine magna ſuorum clade & damno occidiſſet. Hic enim numerus poſtea ducibus eſt præſcriptus propter ambitionem moderandam, ne quilibet imperator propter leuem victoriam tantum ſibi honoris arrogaret, tantósque ſumptus ambitioſè faceret propter nihili cauſam. Vide Valerium libro 2. cap. De iure triumphandi.

Decimum. Dictator eſt moderator & magiſter Conſulum atque aliorum magiſtratuum, nedum populi totius. Magiſter equitum verò eſt, qui proximè poſt Dictatorem habet poteſtatem in equeſtres copias. Quamuis autem Dictatura fuerit extraordinarius & temporaneus magiſtratus, vtpote ad ſex, quatuor duóſue menſes, aut plus minuſq;, tamē ſumma erat eius poteſtas, non tantùm in exercitus, ſed in omnes adeò ciues & populum, vt ab eo non liceret appellare in cauſa capitali ad populum, vel ad vllos magiſtratus: cuius potentiæ exemplum euidens & illuſtre Liuius infrà copioſè proponit, in fine libri octaui ab Vrbe condita. Vocatus eſt autem Dictator quòd eius dicto, mandato, decretiſq; & præſcriptis, omnes parere neceſſe eſſet. Reliqua de iure eius apud alios inquire.

Vndecimum. Ignoſci adoleſcentiæ & imprudenti ætati aliquoties poſſe, modò ne ſæpius per malitiam peccent. Fruſtrà enim implorabit iuuenis impunitatem à legibus, contra quas non veretur malignè peccare. Cęterùm ineuitabilis caſus & error non voluntarius meretur veniam ſenioribus quoque. Sed de hac theſi multiplex & prolixa apud Iureconſultos eſt diſputatio, de iuris & facti ignorantia.

Duodecimum. Exulibus eripiuntur bona ſimul & patria, iusq; ciuitatis, ſi mulctentur perpetuo exilio, quales nunc Iureconſulti vocant deportatos, vel in ſeruitutem vel in metalla damnatos. Sin autem exules non perpetuo, ſed temporaneo puniantur exilio, carent quidem patria ad tempus, & tamen ius ciuitatis ſuæ retinent, quales nunc vocantur à Iureperitis relegati, quibus etiam neque bona eripiuntur iure, tametſi huius contraria exempla inueniantur multa, ſicut Clodius Ciceroni exuli relegato domum euertit & ſacrauit.

Decimum tertium. Cohortē peculiarem ſibi habebat Conſul, Imperator, Prætor, aliúſue magiſtratus, in exercitu prouinciáue ſuperior, quæ cohors poſtea vocata eſt Prætoria cohors, inde & prætorianus miles, prætorianum præſidium ſæpè memoratur in hiſtorijs, cuius inde ſub Cæſaribus tanta fuit poteſtas, vt ſoli prætoriani milites citra ſenatus authoritatem, citra populi conſenſum legerent aut repudiarent tollerēntque Cæſares & Imperatores, vt obſeruatur in vitis Cæſarum. Et hi prætoriani milites ſub Romulo appellati fuerant Celeres, à celeritate agilitatéque in officio præſtando. Aliàs etiam ſatellites & cuſtodes principum vocantur, tutoresq; corporis.

Decimum quartum. De ratione & ordine inſtruendi exercitus infrà, circiter principium 8. libri ab Vrbe condita, & 2. libri de bello Punico Liuius ſcribit. extatq; libellus Modeſtini cuiuſdam de inſtruenda acie Romana, ab illis inquirere potes quo ordine locati ſint milites. Fuerunt autem hi ferè in prima acie haſtati, inde principes, poſtea ſcutati, & hi omnes Antepilani vocabantur. Deinde in ſecunda acie locati ſunt triarij, hinc lorarij, hoc eſt, qui armatura leuiore vtebantur. Denique Accenſi, tanquam ſupplementarij, qui in mortuorum locum accenſebantur. Poſt hos omnes tandem erāt Subſidiarij, qui in ſubſidio reſeruabantur vltimo diſcrimini prælij ſuſtinendo, tanquam ferociores, & quibus plus confideretur. Præſidiarij verò milites in caſtris oppidíſue relicti, impetum oppugnationis arcebant, mirè tamen caſu temporeq; hic ordo hæcq; nomina variarunt poſtea. Equites verò vtrinque à cornibus, id eſt, lateribus aciei pedeſtris ſtabant, aliquando procurſantes ante aciem, quibus poſtea Velites Troſſuliq; immixti ſunt. Diuiditur autem totus exercitus in milites leuis armaturæ & grauis armaturæ. Pugnam prælium q; incipiebant primi leues milites, quibus auxilio ſuccedebant Equites. Fatigati autem leues recipiebantur in ſecundam aciem, vnde prius ſe proripuerant, illisq; grauior & robuſtior miles in pugnam ſuccedens, ſuo robore hoſtem ſuſtinere, vrgere, protrudere, adiutus equeſtri acie, ſolebat. Reliqua de his apud alios authores inquire, vt apud Vegetiū, qui de re militari ſcripſit iuſtum opus. Mihi enim ſatis eſt hic nomina ordinemq; militum qualemcunq; indicaſſe.

Decimum quintum. Supremi ducis vicarius erat Legatus in exer-

in exercitu,cui ius datum,obire officia muniaq; ducis abſentis,ita tamen ne quid præter eius conſenſum innouaret.

Decimumſextum.Saturnaliorum dies Saturno feſtus & ſacer inſtitutus eſt,circiter ducenteſimum ſexageſimum annũ ab Vrbe condita, poſteaq; Saturnalia ſunt aucta, vt pluribus diebus agerẽtur menſe Decembri,comitate & feſtiuitate mira inuicem mittentes munera,officiaq; exhibentes & conuiuia memoriamq; Saturni colentes. ideò, quòd ille ex Græcia profugus in Italiam veniens ad Ianum, artem colendi vineas agroſq;,& vſum monetæ, aliarumq; rerum Italos docuiſſet,vt eſt apud Ouid.in 1.Faſt.& apud Virg.in 8.Aeneid. Et in Græcorum quoque hiſtorijs. Vnde & duo Caſtella ſuburbana Romæ ſortita ſunt nomina, vt alterum diceretur Ianiculum à Iano,alterum Saturnia à Saturno.

Decimumſeptimum.Primores non debent iniurijs immodicaq; potẽtia premere plebeios & populares ſuos,alioqui ſeditionum materia præbetur.Quamuis contumacia plebis aliquando eſt vi retundenda,plebsq; exercenda, ne ocio laſciuiat nimio & ſecuritate. Sed de his ſuprà quoque memini in proximo Catalogo,de popularitate moderanda.

Decimumoctauum.Non ſolùm peccatum & delictũ mereturpœnam,ſed voluntas etiam & conſilium quandoq; puniturſi ad aliquem conatum ſe intenderit,vel alium impulerit ad delinquendũ vi pretióue, cauſamq; delicti dederit. Atque hîc locum habet paſsim vulgata regula Caſsiana, cui delictũ commodò fuerit, eum quoque debere pœnam delicti luere. Nam alioqui cogitationis pœnam nemo patitur. Sed de hoc plura Iureconſulti diſputant, quando quiſpiam propter conſilium teneatur luere pœnam.

Decimumnonum.Liuic Noemati Liuiano, leuatus metu ad ſuum rediit ingenium,planè quadrat illa Terentij ſententia in principio Adelph.

Malo coactus qui ſuum officium facit.

Vigeſimum.Captiui,tametſi iam ſerui facti ſint,tamẽ non ita crudeliter & immaniter tractari debent,quaſi beſtiæ ſint. Nam heri & domini aliquo humanitatis ſenſu tangi debent, meminiſſeq́ue illos etiam eſſe homines, quamlibet ſeruos & captiuos.Hîc eſt ergo Catalogus obſeruãdus ex hiſtorijs duo decim annorum.

Sed & bellum Volſcum)Ap. Claudio,& P.Seruilio Coſſ.prima ſeditio in vrbe Romana orta eſt, inter plebem & patres, authore C.Licinio propter nexum.Verùm nexus eſt ius vinciendi debitoris,ſi ære nequeat creditum perſoluere,quo nexu creditor domi ſuæ tanquã in carcere priuato, coercet debitorem & retinet, quoad ſibi ſatisfaciat quocunque modo. Sunt autem in hac hiſtoria multa quidem egregia exempla, quibus deſcribitur diuerſus & varius animorum habitus ſeditioſæ plebis,& hominum factioſorum & impotẽtium, qui immodicè vtuntur ſua potentia magis, quàm vt ad tempus de ſuo iure nonnihil cedere velint. Neque verò ſimplex hæc fuit ſeditio,quia & ſeceſsio facta eſt plebis in montem ſacrũ. Flagrabat)id eſt,ardebat.

Fremebant)id eſt,plebei.Fremebant)Querela plebis de improbitate potentium,quorum mancipia quaſi cogerentur eſſe plebei.Nexos)id eſt,vinctos. Nexus,xa,xum,ſignificat vinctum.Nexus,us,ui,ius ipſum vinciendi. Vnius) id eſt, ex plebe.Magno natu)Occaſio ſeditionis propinquior à calamitate plebei cuiuſdam ſenis nexi & iniuriosè tractati,à ſuo creditore in nexu.Et eſt hypotypoſis. Inuidiam)id eſt,plebis contra potentes.Gliſcentem)id eſt,augeſcentem,creſcentem.Inſignibus)id eſt,quia erat nobilis plebeius. Obſita)id eſt,fœdata.Perempti)id eſt,malè affecti. Capilli)id eſt,iuſto prolixiores.Efferauerant)id eſt, tetriorem quaſi reddiderant & horribilem.Ordines duxiſſe)id eſt,præfectum aliquot fuiſſe militibus.

Cicatrices) id eſt, vulnerum ſigna. Feciſſe æs alienum.)id eſt,contraxiſſe æs alienum.Id)id eſt,æs alienum debitum.Villa)i.prædium.Cumulatum vſuris)id eſt,aggrauatum. Exuiſſe)id eſt,ſpoliaſſe,quod id debitũ ſpoliauerit ipſum. Tabem) id eſt,morbum contagioſum. Perueniſſe)id eſt,debitum. Ad corpus)ſcilicet meum,qui debitor ſum. Sed in ergaſtulum) Ergaſtulum locus eſt, in quo mãcipia deteriora vincta opus facere cogebantur,aut aſſeruabantur ne aufugerent. Græci aliàs κατδεσμοὶ vocant. Quandoq; & Ergaſtulum ſignificat ipſa vincula mancipiorum vinctorum,quibus grauati ſerui, tamen opus facere & laborare cogebantur.

Fœdum)id eſt, maculatum. Auditaq;)ſcilicet de ſeniore milite illo.Soluti) id eſt,à ſeditioſis.Implorant) ſcilicet vt ſibi feratur auxilium.

Agminibus)id eſt,ſeditioſorum. Qui patrum)id eſt,ex patribus.Temperatum) ſcilicet à vi. Deſormitatem)id eſt,ignominiam.Hæc)id eſt,vincula.Dicere)id eſt,dicebãt. Ipſi)id eſt, plebeij.Publici conſilij)id eſt, Senatus.

Infrequentiam)id eſt,raritatem.Impediendæ rei) id eſt,ne quid conſulatur & decernatur propter paucitatem Senatorum. Tergiuerſari) id eſt, ſenſim declinare à cœpto. Ludibrio)id eſt,patribus.

Incerti)id eſt,Conſules.Veniendo)id eſt,in ſenatum. Contraherent)id eſt,conſiſterent. Appius vehemẽtis ingenij) Proilluſtranda hiſtoria & motu agendo Liuius prudenter duosConſules diuerſi ingenij inter ſe confert, Appium ferocem,infeſtum plebi, omnia volentem iure ſummo agere, qui ſuapertinacia magis irritaret & incenderet furorem populi,quãſedaret.Seruilium autem leuem,æquabilem,& qui vellet popularis eſſe,furoremq; & iras ſeditionis clementer compere.Appio quidem Senatus fauebat & patres, infeſtiſsima verò plebs erat. Seruilius autem in odio apud Senatum erat,propter popularitatem, neque tamen vllam gratiam inibatapud plebem, cùm efficere non poſſet ea, quæ promiſerat & inceperat. Sicq; cœpta ſeditio hunc annum perduratit,tametſi plebem ad quædam officia præſtanda pellexerit ſua lenitate Seruilius. Vno aut altero)id eſt,ſeditioſo. Flecti)id eſt,lenitate.Frangi)id eſt,imperio. Terror)ſcilicet fuit.Affecere)id eſt,commouere.Adeò diſcordia)Epiphonema. Exultare plebes)Exemplum malitiæ & inuidiæ in plebeis, qui malint ipſiquoque perire,modò optimatibus etiam periculum & exitium obueniat,quos oderãt.Exultare)id eſt,exultabat. Nomina darent)id eſt,in album militare.

Militarent)id eſt,militare deberent. Præmia)id eſt,opes & honores.Curia)id eſt,totus Senatus. Expediret)id eſt,eriperet. Ibi curæ eſſe) Breuiter hîc complectitur iuſtæ concionis materiam, qua Seruilius plebis captat beneuolentiam à ſtudio Senatus erga plebem. Deinde hortatur plebeios ab honeſto & periculo imminenti,vt militiæ dare velint nomina. Cętera verò in præſens differt, quoad per omnia commodius plebi poſsit conſuli.Miſſo)id eſt,dimiſſo. Deliberationi)quãideò differri oporteat. Maxima)id eſt,numero,non authoritate neque conſilio.Laxamenta)id eſt,ſpacij. Accepta)id eſt,à Senatu:quia non niſi mercede perſuaſum, velle ſuum officium facere,eſt merè ſeruile & illiberale. Nam & turpe eſt vtilitatẽ pręponi honeſto.Concioni)id eſt,ſuo ſermoni.Edicto) id eſt,per edictum.

Edendi)dandi. Moraretur)ſcilicet à fructu poſſeſsionum. Fieri)id eſt,fiebat.Proripientium)id eſt, nexorum.

Retinendi)ſcilicet nexos. Sacramento)militari, vt ſe iureiurando aſtringerent militiæ. Vallum inuadunt)Vallum eſt munimentum caſtrorum. Muminenta)id eſt,valli. Coniul) id eſt,Seruilius.

Ardor)id eſt,ad prælium. Prædæ datum)ſcilicet vt liceret cuilibet militi rapere quantum poſſet, ſibiq; priuatim retinere rapta. Nam aliàs præda plerunque in publicum confertur. Romanos)ſcilicet exercitus.

Palantes)id eſt,errantes.Eques)id eſt,equeſtres copiæ. Exercitus)id eſt, hoſtilis, quod contra ius gentium eſt & contra ius militare,ſimul indicere & facere bellum,cùm aliquod ſpatium inter illa debeat intercedere.

Promiſſa Conſulis)id eſt,Seruilij. Ius dicere)id eſt,dicebat. Nexi)id eſt,vincti propter debita. Cui)id eſt,alicui. Collegã) id eſt,Seruilium. Exprobrabant)id eſt,ſuas cicatrices & belli merita. Conſulem)id eſt,Seruilium. Sed tergiuerſari) Tergiuerſari,eſt ſe ſubducere ab incœpto. Alteram partem) id eſt, plebis. Gerendo ſe medium)id eſt, cùm neutri parti ſe vellet addicere palàm.

Mollem)id eſt,nimis facilem præ timore. Ambitioſum)id eſt,ad plebem. Fallacem) id eſt, quia non ſeruaret promiſſa. Annonæ) ſcilicet curandæ, vt ſuppeterent ea, quæ ad victum pertinerent. Collegium) id eſt, ſocietatem. Centurioni) id eſt,præfecto primipili,id eſt,primi Manipuli. Centurio,qui præeſt centum militibus. Faſtigio)id eſt,ſtatu. Vtique)id eſt, maximè. Deſperatio enim)Seditio aſperitate nimia in apertam vim erupit tandem, vt maieſtas quoque Conſulis læderetur.

Singuli)id eſt,creditores.Pluribus)id eſt,debitoribus. Populari)id eſt,quo filẽtio vellet ſibi gratiam plebis emereri.Iudicium)id eſt,quod ceriperet ſeditioſum & abſolueret. Pertinacia)ſcilicet Appij.Supererant)ſcilicet Appio.

Seceſsionem) Seceſsio eſt,cùm quiſpiam ſe hoſtiliter quaſi ſubducit, vlturus ſuas iniurias. Neutris) id eſt, neque patribus,neque plebi. A.Virginius) Decimoquinto anno poſtexactos reges A. Virginio, & T. Vetuſio Conſulibus, ſeditioalterum quoque hunc annum duranit, eſtq́ue aperta ſeceſſio facta.Trepidaret)id eſt,incerta eſſet metu & periculo.Temerè)id eſt,inconſulto. Delatam) id eſt,rem. Excepta eſt) id eſt,res.Clamoribus)ſcilicet Senatorum. Si quod)Alij ſi quid, & melius. Magiſtratus) id eſt, qui fungerentur officio ſuo. Publicum conſilium)id eſt, Senatum. Vnum virum)Ab exemplo argumentum. Id)id eſt, virum eſſe præſenti animo & forti.

Quàm Conſulem) id eſt, qui non fungatur ſuo officio. Correpti)ſcilicet à Senatu. Otio)id eſt,præ otio. Quia homines nihil agendo diſcunt malè agere, ſumuntq́ue ſibi licentiam cuiuſlibet delicti. Publica fides)ſcilicet data à Conſule Seruilio. Vt pugnent)ſcilicet liberi nõ ſerui. Eorum)id eſt, patrum. Vltima)id eſt,periculoſiſsima. Ad ſellas)id eſt,Tribunalia.

Patrum)ideoq́ue imperitiſsimus. Animus) id eſt,fortiru-

do. Vtraque re)id eſt, voluntate patrum vana & plebis pertinacia. Tùm demum Conſules) ſcilicet dixere. Poſtulamus) Poſtulare, eſt iure petere. Vt ij) ſcilicet patres.

Ignauia) ſcilicet noſtra. Redeunt) ſcilicet conſules. Certamen inter Senatores & plebem in foro. Globus) id eſt, turba. Impetus) ſcilicet plebis.

Quæſtionem poſtulantibus) Poſtulare quæſtionem, eſt petere, vt aliquis in ius vocetur, ibiq; crimen obiectum fateatur, aut ſe iure defendat. Nam quæſtio eſt inquiſitio criminis & cauſæ in iudicio ipſa cognitio, inde & iudex cognominatur quęſitor, id eſt, inquiſitor vel examinator cauſæ. Tres) Variatio ſententiarum de pacandis ſeditioſis. P. Virginius) Vir conſularis. Non vulgabat rem) id eſt, non cenſebat omnes nexos ſolui debere, & liberari à nexu. De his) id eſt, liberandis. T. Largius) ſcilicet dicebat. Sifti) id eſt, pacari. Si alia aliorum) id eſt, ſi alius iuuetur & alius non. Accendi) ſcilicet per inuidiam. Tantum turbarum) id eſt, tantas turbas. Sæuire) id eſt, quàm, vt aliquid vi agere poſſit. Id malum) ſcilicet laſciuiam.

Ad eos) ſcilicet populares. Agedum) Aduerbium hortantis. Pulſet) ſcilicet aliquis plebeius. Qui) id eſt, plebeius.

Vnum) id eſt, dictatorem. Rurſus) id eſt, ſi cõferretur cum ſententia & facto Virginij & Largij. Rurſus) id eſt, ex aduerſo. Exemplo) id eſt, collatione. Totam fidem) ſcilicet debitorum ſuis creditoribus ſeruandam. Vtroque) id eſt, in vtramque partem, vel inter ſententiam Largij & Appij. Priuatarum) Quia ſenatoribus plurimum debebatur à nexis.

Quæ ſemper) Noema. Imperium) Dictatorium. Suo) id eſt, iure dictatorio & per ſe.

Haberet) ſcilicet plebs. Prouocationem) id eſt, ius appellandi, quod ciuibus conceſſerat Valerius Publicola homo popularis. Ea familia) id eſt, Valeria. Edictum) id eſt, lex. Edictum eſt tempora neũ, lex perpetua: hoc differunt inter ſe lex & edictum. Poteſtati) id eſt, dictatori. Nomina dedere) id eſt, militiæ. Legiones decem) Illi non omnes habitauere in vrbe Romana, ſed in toto Latio, qui quoque ciues Romani erant, qui ad bellum hîc conſcripti ſunt. Aequi) id eſt, populi. Latinum) id eſt, Romanis ſociorum. Retractare arma) id eſt, ne aſſuefierent rurſum militiæ, occaſionem capturi aliquando rebellandi.

Exciuit) id eſt, elicuit. Contemptim) id eſt, qui contemnerent Romanos. Pilis) id eſt, haſtilibus. Rem gerere) id eſt, gladiari. Stupentibus) id eſt, quaſi nihil ſentientibus.

Micare) id eſt, ſplendere vibratos. Curſu ierant) Et ſe fatigauerant ita. Vigentes) id eſt, non feſſi. Velitras) ad oppidum Volſcorum.

Pius ſanguinis factum) id eſt, fuſum. Nam facere ſanguinem, eſt fundere ſanguinem, hiſtorica phraſi. Promiſcua cęde) id eſt, qua nemini parcebatur, ne mulieribus quidem, pueris & ſenibus. Pedes) id eſt, pedeſtris acies. Poſt pugnam) ſcilicet contra Latinos, de qua ſuprà ſub conſulatu T. Ebutij & C. Vetuſij. Poſterisq;) id eſt, Valerijs. Ad ſpectaculum) ſcilicet ludorum. Curulis) id eſt, quali vtebantur in Curia illi qui magiſtratus gerebant, aut geſſerant honoratos. Coloni) id eſt, ab vrbe Roma.

Conſulis) id eſt, Seruilij. Temerè) id eſt, non ita prudenter. Malè commiſſum) id eſt, imprudenter cœptum. Ignauia) id eſt, propter ignauiam. Incruenta) id eſt, ſine ſanguine parta. Trifariam) id eſt, contra Aequos, Volſcos, Sabinos.

Euentu) ſcilicet proſpero. Cum) id eſt, partim. Tum) id eſt, partim. Præparauerant) ſcilicet ſe. Valerius) id eſt, Dictator. In ſenatum) id eſt, ad ſenatum, vel aduerſus ſenatum, qui conabatur premere plebem. Medius fidius) quaſi me deus iuuet fide, vel, me dea iuuet fides, ex quatuor vocabulis compoſitum.

Quod ad me) Aequabilitas Valerij, cui cùm Senatus nollet obſequi, ſed plebem pergeret premere, erupit tandem ſeditio in hoſtilem ſeceſsionem. Hoc magiſtratu) id eſt, prætura. Priuatus) id eſt, ſine magiſtratu. Indignantem) id eſt, ægrè ferentem. Suam vicem) id eſt, miſeriam plebis. Præſtaretur) ſcilicet ipſo effectu, re ipſa. Inceſsit) à verbo inceſſo. Teneri ſacramento) id eſt, iureiurando adhuc obligatum eſſe.

Exolui ſcelere.) Quia non ſunt facienda mala vt eueniant bona, neque maius malum eſt admittendum, vt euitetur minus. Fama eſt) id eſt, de ſacro monte. Laceſsiti) ſcilicet ad certamen. Suſpenſa) id eſt, dubia. Metu) id eſt, præmetu. Nam Senatus timebat plebem, & plebs viciſsim timebat Senatum. Plebs) id eſt, qui armati fuerant in expeditione ſub dictatore Valerio & iam feceſſerant. A ſuis) id eſt, plebeis, qui in vrbe remanſerant. Diu fore) quaſi dicat, minimè. Exiſtat) id eſt, oriatur. Ducere) id eſt, putabant. Eam) ſcilicet concordiam. Per æqua.) Quia pax etiam iniquiſſima, melior eſt bello æquiſſimo, nedum ſeditione. Inde) id eſt, ex plebe.

Priſco) id eſt, exoleto. Horrido) id eſt, impolito. Modo dicendi) id eſt, orationis genere. Vide autem Ciceronem in Bruto, & Hadrianum in Commentario de lingua Latina, qui genera dicendi quatuor ſecundum ætates numerant. Primum Priſcum, quod exoletum & incultum erat ab Vrbe condita ad bellum vſque Punicum ſecundum. Medium verò à Catone Cenſorino & Scipionibus, qui circiter annũ vrbis quingenteſimum & quadrageſimum vixerunt, durauit ad Ciceronem vſque. Deinde optimum genus ætate Ciceronis, Vergilij, Liuijq; floruit: centum annos circiter. Quartum genus dicendi nouum optimo illi longiſsimè impar & diuerſum, medio autem laſciuius, poſt ætatem Liuij & Fabij fuit in vſu, ad milleſimum circiter annum vrbis, inde verò ſucceſsit mera propemodum barbaries, tametſi aliquot boni poëtæ tum quoque fuerint, ſed pauci admodum.

Tempore quo) Apologus mirè feſtiuus & aptus ad plebis animos reconciliandos, de membrorum in corpore conſpiratione aduerſus ventrem. Nihil aliud) id eſt, agere. Conſpiraſſe) ſcilicet ferunt membra. Conficerent) id eſt, manderent. Hac) id eſt, ex hac. Tabem) id eſt, ferè abſumpta eſſe fame. Reddentem) id eſt, dimittentem, riuantem. Vigemus) id eſt, valemus. Pariter) id eſt, proportione ſua in venas. Maturum) id eſt, recentem & bonum. Confecto) id eſt, digeſto. Sanguinem) id eſt, ſedem animæ & vitæ. Hominum) id eſt, plebeiorum. Comparando) id eſt, per analogiam ſingula ſingulis reddendo.

Conceſſum) id eſt, itum. Sui) id eſt, plebeij. Sacroſancti) id eſt, ita non violandi, vt ſacrum, deuotum, execrabileq; eſſet eius caput, vitaq; cum bonis, qui aliquam vim aut iniuriam ſuis tribunis inferre auderet. Auxilij) id eſt, pro plebe aduerſus conſules. Capere) id eſt, capeſſere & gerere.

Ita Tribuni) primi Tribuni plebis C. Licinius & L. Albinus & Sicinius cum alijs duobus creati ſunt, quarto Idus Decembris, anno ab Vrbe condita ducẽteſimo quinquageſimo nono: de quo magiſtratu plura in catalogo dicam. Legem ſacratam) de immunitate Tribunorum. Eſſe latam) ſcilicet à Tribunis. Huic hiſtoriæ de ſeditione ſubnectam catalogum aliquot inſtitutorum atque theſium quibus exempla eius explicantur.

CATALOGVS INSTITVTORVM ATQVE Theſium tempore ſeditionis.

PRimum ergo inſtitutũ obſerua de nexis ob æs alienum: ita verò turpe videbatur Romanis legibus, ſuam rem familiarem malè curare & negligere, & aliena quaſi pecunia mutuatitia victitare quempiam cogi, vt ius fecerint creditoribus, non ſolùm rigidè debita poſcere, ſed etiam ipſos debitores in vincula atque in carcerem priuatum atque in ſeruitutem adeò conijcere, vt ſi pecuniæ non eſſent ſoluendę, corpore ſaltem luerent & ſatisfacerent. Quare & cùm moreretur aliquis ære alieno obſtrictus, plus debens, quàm vt exoluere de ſuis bonis credita poſſet, reliquis illius cadauer diſcerpendum, dilacerandumq; creditoribus dabatur, vt quiſque ſui crediti nondum perſoluti partem ſuppleret cadaueris fruſto, quæ lex fuit immanis quidem, ſed adeò inuiſi erant tum prodigi & decoctores, vt tale ius competeret in eorum cadauera, alijq; exẽplo tam ſæuo deterrerentur à negligẽtia ſuarum rerum. Vt enim Rerumpublicarum nerui ſunt & præſidia diuites ciues, ita non poteſt conſiſtere in placida pace & ſine iniurijs populus ille, in quo multi ſunt debitores, prodigi, decoctores, & validi mendici, ociosiq;. Vocatur ergo illa coërcitio vel ſeruitus debitorum, Nexus, eò quòd vinculis & carcere quaſi necterentur, vnde & ipſi appellabãtur, Nexi. Sed exoleuit hoc ius de priuato nexu: quia publica coercitione iam debitores coguntur ſatisfacere ſuis creditoribus.

Secundum. Hoc quoque arguit quantum oderint leges Romanę ignauiam & negligentiam rei familiaris, & contrahendi æris alieni facilitatem, vt permiſerint grauiſsimis vſuris premi debitores ipſos: ita, vt menſtruæ quoque vſurę ſoluerentur, nedum annuæ. Hinc fuere vſuræ viceſimæ, trigeſimæ, & vltrà, centeſimæ, hoc eſt, quæ vſuræ æquarent ipſam ſortem, id eſt, ſummam pecuniæ mutuo datam menſe vigeſimo, trigeſimo, centeſimo. & hoc tamen ius correctum eſt ab imperatoribus Romanis, cùm viderent immodicis & immenſis vſuris bonos quoque ciues exhauriri ab vſurarijs. Verùm de hoc iureconſultos conſule, in materia de vſuris valde & certatim ſollicitos.

Tertium. Mancipia ſuſpecta, aut fugitiua, aut nequiora ergaſtulis coerceri, & carnificina quaſi domari ius erat: quia arbitrium vitæ necisq; ſeruorum ſuorum qualiumcunque habebant domini. Ergaſtulum, eſt locus in quo vincti ſerui cogebantur facere opus.

Quartum. Plebeiorum & priuatorum hominum non eſt moderari & arbitrari publicà conſilia, quæ magiſtratibus Senatoribusq; demum commiſſa ſunt. Vnde Anacharſus philoſophus Scytha dixit, Rempublicam Athenienſem celeriter perituram eſſe, quòd in ea conſultarent quidem optimates, ſed plebs decerneret & iuberet, vt ferè ſolet in Democratia fieri.

Quintum. Non ita valent ea quæ à minore parte Senatus vel collegij ſtatuuntur, & decernuntur, ſed quæ demum à meliore, ſaniore, aut maiore parte decernuntur. Verùm de

hoc

hoc prolixæ ſunt diſputationes apud Iureconſultos, quando pars collegij vna authoritatem habeat ſtatuendi quippiam, inſcia vel abſente vel repugnãte altera: cuius regula ferè hęc eſt, quam dixi. Vt melior pars vincat maiorem, tametſi plerunq; accidit contrarium ſtultitia vel pertinacia hominum, vt maior pars vincat meliorem.

Sextum. Ardorem militarem non reprimendum eſſe geſtientem capeſſere prælium experientia militaris præcipit: Quo enim ardor ille eſt vehementior, eo fortius pugnant milites. Nam ira dat animos.

Septimum. Cum vrbs aliqua capta datur prædæ, tum pro prium eſt cuiuſq; militis, id quod ex præda capit. Alioquin autem præda in publicum redigitur, & confertur ad ducem, qui eam partitur inter milites, vel vendit, pecuniamq; redactam in ærariũ reponit, vel in alios vſus prædam conuertit.

Octauum. Iure gentium & militari non debet inferri bellum, niſi vltro citroq; miſsis legatis de rebus repetendis, & vtrinq; reſponſo dato: tametſi iam plerique omnes imitantur exemplum Aurũcorum in bello indicẽdo, quod ſtatim cum legatis, nondum accepto reſponſo ab aduerſaria parte, contra ius gentium inferunt, cædibus & rapinis graſſantes.

Nonum. De creditis pecunijs ius dicendum eſt propter fidem priuatim publiceq; ſeruandam, & vt vnicuiq; ſuum red datur, neque ius ſuum intercipi debet à creditoribus contra debitores, tametſi pauperes. Oportet enim priuata inter ciues beneficia agnoſci & florere. Neq; enim alter ſine alterius ope per omnia poteſt viuere, neque conſiſterent mutua beneficia, ſi nulla gratitudo, ſi nullum ius repoſcẽdi crediti eſſet. Sunt ergo ditiores beneuolentia iuris illiciendi, vt eo promptius & libentius pauperculos adiuuent pecunia, aliáue ope, & cogendi pauperes, ne ſua ingratitudine & iniuria alijs tenuibus noceant apud diuites.

Decimum. Lex Solonis fuit teſte Gellio in ſecundo capite duodecimo, & Plutarcho in Solone, quam Romani quoque poſtea ab Athenienſibus mutuati ſunt, hanc ſcilicet: Seditione exiſtente in aliquo populo, non ferendum eum eſſe hominum, qui neutri parti adhærere, ſed mediũ indifferentemq; ſe gerere velit. Oportere ergo ad alterutram partem ſe transferre, quamuis optimũ ciuem. Multò enim melius eſſe cum iniquiore etiam & iniuſtiore parte ſentire contra ſaniorem, quàm à neutra parte ſtare. Poteſt enim bonus vir ſuam partem magis & maiori cõmodo Reipub. adiuuare, quàm medius ille diſſimulator & proditor quaſi vtriuſque partis. Sic meritò Seruilius conſul, ſe medium gerens apud vtroſque, odium ſibi conflauit. Reliqua vide in allegato capite Gel. Poteſtq; hæc lex non tantùm ſeditioni, ſed cuilibet diſcordiæ publicæ aut priuatæ accommodari.

Vndecimum. Honorati magiſtratus & altiores dignitates officiaq; maiora non debent mandari vilibus, aut non idoneis perſonis, ne perſonæ leuitas aliquam maculam inurat dignitati, & officio obſit. Pulcherrimaq; ibi demum eſt functio, vbi boni prudentisq; hominis virtus aliquantam maieſtatem affert officio & muneri publico vel priuato. Quod ſi tamen dignitas vel magiſtratus ad aliquem indignũ deuoluitur, non debet contemni magiſtratus propter perſonæ vilitatem, vt ſi contingat aliquem non idoneum naſci fieriue principem, vt ſunt plerique heroum filij noxæ, nõ debet vilipendi propter illos officium: quia in magiſtratibus non perſona, ſed voluntas, ius & authoritas totius populi, & adeò ordinatio Dei iuriſq; naturalis ſpectanda eſt. Valet ergo lex prædicta magis in volũtarijs & arbitrarijs honorum ſuffragijs, quàm in iure hæreditario aut ſimili caſu.

Duodecimum. Conſilio & authoritate principum, non clamoribus neque improbitati vulgi, potius aliquando cedere debet magiſtratus, & obſequi: ita tamen, vt maieſtatem ſuam non imminuat, tametſi nonnunquam plebis quoque furori, tanquam tempeſtati, oportet cedere.

Decimum tertium. Cõuenticula & occulta colloquia prohibentur hodieq; in iure ciuili ac pro ſeditioſis habẽtur, qui conuenticula faciunt.

Decimumquartum. Immodicum otium populo non eſt permittendum, quia militia alijsque laboribus honeſtis occupari debet potius, quàm vt otio in luxuriam licentiámue declinet.

Decimumquintum. Non clamoribus aut reprehenſionibus, ſed prudentia & animo præſenti res agi debet in ſenatu publiciſq; conſilijs. Parum enim prudentis eſt multa vociferari, & plura reprehendere, quàm corrigere & emendare. Recteq; Demoſthenes in Philippica quadam dicit, duo genera eſſe ciuium pernicioſa: Vnum eorum, qui præ cupiditare immodicoq; ſtudio priuatorum commodorum, publica negligunt, & neque re, neque conſilio adiuuant, etiamſi in magiſtratu agant. Alterum eorum, qui cùm in publicum conſulere nõ omninò poſſunt, per impotentiam vel imprudentiam ſuam, tamen fortiter vociferando calumniantur ab alijs etiam benè acta.

Decimumſextum. Malè cõſulitur inter diſcordiam & priuatas cupiditates contentionesq. Conſentientes ergo oportet eſſe animos rectè conſulentium, ne diſſimilitudo voluntatum perturbet negotium, totamq; cauſam.

Decimumſeptimum. Periculoſum eſt fidem priuatam labefactari, ne priuata exempla in publicum quoque obſint, néue ſemel ſpreta fides in alijs quoque magis arduis contemnatur.

Decimumoctauum. Vehementia imperia ſeueriorq; poteſtas non permittenda ſunt vehementibus & ferocibus ingenijs, ſed mitioribus, vt ita tractabilis fiat temperatura potentiæ & animi moderati.

Decimumnonum. Non licebat priuata authoritate in fidẽ deditis tractare arma, neq; ſocijs, qui maieſtatem populi Romani obſeruarent.

Vigeſimum. Vbi Senatus contra totum populum iniuſtius aliquid decernere ſtatuit, ibi licet contra Senatum habere actionem, & referre pro populo, tanquam pro maiore parte Reipub. Præſtat enim paucos offendere, quàm totum cõmune lædere.

Vigeſimumprimum. Sacramentum militare, eſt iuramentum quod dant milites, ſe fideliter pro Duce, pro patria, pro ſuis partibus dimicaturos, & re opeq; ſuos adiuuare velle, obliganturq́ hoc ſacramento tantiſper dum confectum ſit bellum.

Vigeſimumſecũdum. Nullo ſcelere exoluitur religio vlla: Neque enim ſunt facienda mala, vt eueniant bona: multo minus ſunt facienda mala, vt eueniant mala alia.

Vigeſimumtertium. Iniquis conditionibus rectè aliquando pax initur, etiam iniquiſsima, quæ tamen melior eſt bello æquiſsimo. Inter duo enim mala, minus & tolerabilius malum debet eligi.

Vigeſimumquartum. Quantis ſtudijs & obſequijs Senatũ & Rempub. ſuosq; magiſtratus iuuare & obſeruare teneãtur populares, aperte indicat pulcher apologus Agrippæ de ventre & alijs membris in corpore ſeditioſis, & in hac comparatione per analogiam ſingula ſingulis ſi conferas, ſuppeditabitur tibi iucunda & copioſa materia de hac theſi.

Vigeſimumquintum. Tribuni plebis, magiſtratus nouus, tanquam patroni plebis, contra Conſules ſunt creati, pluriumq; iuris habuere, vt interceſsionem contra ſenatus decreta, lationẽ auxilij pro plebeis contra Cõſules, relationem ad plebem pro faciendis plebiſcitis: id eſt, legibus à ſola plebe latis & approbatis. Actionem pro plebe contra Senatum, immunitatemq; tantam, vt capitale & ſacrum, id eſt, deuotum eſſet etiam magiſtratui qualicunq; læſiſſe tribunum plebis aliqua vi aut iniuria, & hæc quinque iura Tribunorum ad tãtam licentiam poſtea euexerunt plebeios tribunos, vt nihil ferè non auderent, ſibiq; non arrogarent, excitãtes plurimas ſeditiones & factiones, vt rectè à Poeta cognominentur, cum Conſulibus turbantes iura Tribuni, vt exempla Romanæ hiſtoriæ paſsim indicant.

Sp. Caſsius) Decimoſexto anno poſt exactos reges Sp. Caſſius & Poſthumus Cominius Conſules. Feriendum) id eſt, faciendum. Conſul alter) id eſt, Caſsius. Alter ad) id eſt, Poſthumus. Compulſos) id eſt, fugatos. Mucamitem) id eſt, oppidũ. Erat tum) Exemplum fortitudinis militaris in Martio Coriolano, cuius vitam prolixè deſcribit Plutarchus, ſimulq́ue iſtorum temporum hiſtorias verbosè explicat.

Extrinſecus) id eſt, extra vrbẽ. Retulit) id eſt, repreſsit. Proximo) id eſt, aditu. Fuſi) Metaphora ſumpta ab aqua diffuſa. Famę) id eſt, glorię. Conſulis) id eſt, Poſthumi. Collega) id eſt, Poſthumus.

Ceſsiſſet memoria) id eſt, abijſſet in obliuionem. Eodem anno) Exemplum honeſtæ paupertatis & moderationis in Menenio Agrippa. Seceſsionem) id eſt, propter reconciliatam pacem. Huic) id eſt, Menenio. Amplificatio à circunſtantijs ſumpta. Interpreti) id eſt, nuntio. Extulit) id eſt, ad funerandum. Sextantibus) id eſt, duab. vncijs æris. In capita) id eſt, viritim. Cõſules deinde decimoſeptimo anno poſt exactos reges. Primùm annonæ) Annonæ ſunt fruges in annum repoſitæ. Clauſis) id eſt, obſeſsis. Dextris ab Hoſtia) id eſt, ad occidentem verſus. Læuoq; per Volſcos) id eſt, ad orientem ſiniſtro littore. Sicilia) id eſt, inſula, quæ poſtea horreum populi Romani publicum eſt facta. Longinquis) id eſt, Sicilienſibus.

Tarquiniorum) id eſt, qui iam tum erant mortui. Qui hæres erat. Quia filiam Tarquinij regis vxorem habuerat. Frumentatoribus) id eſt, coemptoribus frumenti. Tyberi) id eſt, per Tyberim. Vexati) id eſt, afflicti. Vbi ea) id eſt, peſtis. Arx) id eſt, locus præſidij.

M. Minutio deinde. Decimooctauo anno poſt exactos reges M. Minutio & A. Sempronio Conſulibus, orta eſt factio & contentio Martij Coriolani contra plebem, in quam cùm ferocior eſſet, eamq; premendam cenſeret, condemnatus exilio per ſuffragia populi, ad Volſcos exulatum abijt: quę factio cauſam præbuit periculoſæ obſidionis vrbis Romanæ. Eſtq; exemplum ferociæ & libertatis nobilitatis aduerſum plebeios. Vis) id eſt, copia. Multi) id eſt, Senatores. Iura) id eſt, priſtina. Veterem) id eſt, veteri pretio.

Pollentem) id eſt, potentem. Miſſus ſub iugum) id eſt, ego patritius deiectus meo iure & dignitate. Sub iugum) Iugum

gum verò appellabant duas erectas haſtas trãſuerſim ſuperpoſita tertia, ſicut patibulum, ſub quod ignominioſi & probroſi milites mittebantur in fames; q; fiebant. Latronibus) id eſt, Tribunis, eſt auxeſis, amplificatio. Tarquiniũ regem) Argumentum à maiore ad minus valet negatiuè. Qui non tulerim) Nos qui non tulerimus, eſt heteroſis perſonæ. Nam decem & octo anni erant poſt exactos reges. Secedat) Permiſſio amarulenta.

Frumenta) id eſt, quæ nulla ſunt. Fecere) ſcilicet, nullam propter neglectos agros biennali ſeditione. Hoc malo) id eſt, fame.

Haud tam) id eſt, Iudicium Liuij de Coriolani conſilijs. Faciendum ne fuerit) id eſt, an cum Reipublicæ cõmodo plebs tamen premi potuerit. Laxandi) id eſt, viliorem faciendi. An nonam laxare) Annonam arctare. Demerent) id eſt abolerẽt. Fame iam) Querela plebis odioſa contra Coriolanum. Fame) ſcilicet conquerebantur. Hoſtes) id eſt, in obſidione. Frumentum quæ) Relatiuum conuenit poſteriori.

Satisfiat) id eſt, luatur. Exeuntem) ſcilicet, Coriolanum. Quiſq;) id eſt plebeiorũ, quia paria erant ſuffragia omnium in comitijs. Inimici) id eſt, Coriolani. Auxilij) id eſt, pro plebeis. Non pœnæ) id eſt, patriciorum. Vt vnius) id eſt, vt vnus lueret pro omnibus pœnam. Ordinis) id eſt, ſenatorij. Diſpoſitis) id eſt, per loca ordinatis. Rẽ diſijcere) id eſt, concionem impedire. Vniuerſi) id eſt, patres.

Quicquid erat patrum reos diceres) Syntheſis. Reos, ſcilicet, ſicut Coriolanus.

Ira) ſcilicet Coriolani. Eminebat) apparebat. Nominis) id eſt, populi. Alterum) id eſt, Tullium. Alterum) id eſt, Coriolanum.

Caperent) id eſt, reſumerent arma contra Romanos. Spiritus) id eſt, audaciam eſſe Volſcorum retuſam. Arte) id eſt, fraude.

Exoleto) id eſt, depoſito quaſi. Ludi fortè) Exemplum præſtigij & ſuperſtitionis, quæ miraculo etiam firmata eſt. Ita enim dæmones etiam peſſima quæq; miraculis ſuis ſtabilire poſſunt, atq; ita impiorum hominum animis offundere tenebras. Inſtaurandis) id eſt, denuò ritè agendis.

Circo) id eſt, campo. Præſultorem) id eſt, præſultatorem, vt ita dicam. Religione) id eſt, metu deorum. Animus) id eſt, Latini. Timorem) id eſt, deorum. Species) id eſt, ſomnij. Maiorem) id eſt, pœnam. Præſentior) id eſt, certiore ſomnio firmata & expreſſiore. Prolatantem) id eſt, producentem.

Repræſentatas) id eſt, ſignificatas. Aliud miraculum) ſcilicet, apparuit. Captus membris) id eſt, priuatus vſu membrorum.

Functum officio) id eſt, poſtquã narraſſet ſuum ſomnium. Priuſquam committerentur) Exemplum inſignis calliditatis & doli, quo Volſci quieti & bellum alioqui fugientes, tamen pertracti ad bellum Romanis inferendum per ſuum ducem Accium. Committerentur) id eſt, celebrarentur. Compoſitum) id eſt, deliberatum. Arbitris) id eſt, conſcijs. Quod ius ſit ſi qui) id eſt, proſequi, vt vos celem ex iure fœderis noſtri vobiſcum. Criminatum) id eſt, vt criminer. Cautum) id eſt, vt caueam. Inuitus equidem) Exordium obliquũ vel inſinuatio. Nimio) Expoſitio vel narratio conſilij Volſcorum.

Ludi ſunt) Circumſtantiæ quibus reddit credibile conſilium Volſcorũ. Ne quid fiat) ſcilicet à Volſcis. Rem dubiam) ſcilicet, de tumultu faciendo à Volſcis. Author) id eſt, delator, Præcauendum) ſcilicet, à Volſcis. Ex ſuperuacuo) id eſt, propter nihil cauſam. Contaminatoſq;) id eſt, prophanos. Hominum deorumq;) Qui conueniebant ad ludos propter honorem deorum.

Abactos) id eſt, ſe eſſe vrbe expulſos. Ferentinum) locus in Hetruria. Verba) ſcilicet, Tullij. Secunda iræ) id eſt, accommodata ad iram Volſcorum exacerbandam. Adulator loquitur verba ſecunda fortunę. Leuitas non eſt ſecunda authoritati. Exorſus) id eſt, narrare incipiens. Vt omnia) oratio amarulenta Tullij ad ſuos Volſcos, qua exprobrat eis ignominiam à Romanis illatam, & eam exaggerans animat ſuos in vltionem. Quo animo fertis) Propoſitio, Iniquiſſimè ferre deberis, & non impunè habere contumeliam vobis factam. Commiſere) id eſt, fecere. An non ſenſiſtis) Amplificatio iniuriæ à circumſtantijs, Primum argumentum. Triumphatum) quaſi de victis. Spectaculo) id eſt, ludicro. Per ora) id eſt, aſpectum & ſermonem. Quid eos) ſecundum argumentum à iudicio hominum. Nephas) id eſt, prophanum crimen. Piaculum) id eſt, crimen, quod debeat piari & purgari. Sede) id eſt, theatro. Succurrit) id eſt, in mentem venit. Quòd) id eſt, eò quod, quia. Quid deinde) Tertium argumentum à periculo. Bellum vobis) Concluſio & conſilium. Deficeret) ſcilicet à Romanis. Imperatores) Bellum Volſcorum contra Romanos difficilimum, cuius ſe ducem præbuit Coriolanus ad uerſus patriam ſuam, qui tametſi exul & iniuria prouocatus à ſuis, tamen impiè egiſſe iudicatur, quòd priuatã iniuriam publica calamitate patriæ conatus ſit vlciſci, quanquam & in vtranq; partem de hac materia copioſè poſſet dici. Circeios) id eſt, ad oppidum litorale proximè Tyrrhenum mare, vbi Circe venefica dicitur habitaſſe, apud Ouidium quoque in decimoquarto Metamorph. Tramitibus) id eſt, itineribus. Tranſgreſſus) ſcilicet à mari. Caſtris poſitis) ſcilicet intra Albam & Romam, de quibus ſuprà in rege Hoſtilio, in primo. Oriretur) ſcilicet, ex inuidia plebis. Criminãdo) ſcilicet, nobilitatem. Concordię vinculum) quia iuxta prouerbium: Mala conciliant inter ſe homines. Iungebat) id eſt, conciliabat. Conueniebat) id eſt, inter patres & plebem. Conſules erant) id eſt, decimonono anno poſt exactos reges.

Oratores) id eſt, legati. Ager) id eſt, à Romanis ereptus. Si velint) id eſt, Romam. Præda) id eſt, agro Volſcis erepto per vim. Et) id eſt, non ſolùm. Et) id eſt, verùm etiam. Irritatos) id eſt, ad iram. Fractos) debilitatos. Tum matronæ) Exemplum pietatis erga matrem ſuam in Coriolano, qui præſtare maluit beneficium, & obſequi ſuæ matri, quàm patriæ precanti. Fuiſſet autem abſolutior pietas, ſi idem patriæ precibus præſtitiſſet, ſoluta obſidione vrbis. Matronã) ſignificat vxorem alicuius nobilis vel patricij, vel dicitur propter eius ætatem quoq;

Motus) ad miſericordiam. Obſtinatior) id eſt, immitior, durior. Vt) id eſt, nempe. Inquit) ſcilicet, familiaris. Mulier in iram) Exemplum libertatis, & maternæ authoritatis obſeruatæ à Veturia aduerſus Coriolanum filium, quæ liberè filio hoſti præpotenti exprobrat impietatis crimen oratione pathetica, qua non muliebriter rogat, neque ſupplex eſt, ſed planè imperat & minatur filio pro iure matris. Potuiſti) Increpationes & exprobrationes, quibus amplificat impietatem filij.

Penates) id eſt, dij domeſtici. Ego) id eſt, Veturia. Peperiſſem) ſcilicet te. De his) id eſt, vxore & liberis. Mors immatura) ſcilicet, cùm occidẽtur in vrbe capta. Seruitus) id eſt, cùm capientur. Et comploratio) Complorare eſt deflere & deplorare eum, de cuius vita nulla amplius ſpes eſt. Abductis) Variatio hiſtoriæ, cuius & Cicero meminit in Bruto, & Plutarchus in Coriolano, de morte eiuſdem. Oppreſſum) id eſt, à Volſcis. Inuidia rei) Nam quidam aiunt ſtatim Coriolanum à Volſcis, vt proditorem occiſum. Alij voluntaria morte, hauſto ſanguine tauri mortuum, ſicut Temiſtoclem Athenienſem pari exilio mulctatum. Alij dicunt, in extremo ſenio occiſum. Alij naturali fato defunctum eſſe. Fabium) ſcilicet, pictorem. Eum) ſcilicet, Coriolanum.

Vocem) ſcilicet, ſententiam. Adeò ſine) Noema vel Epiphonema. Monumento) id eſt, ad perpetuam rei memoriam. Fortunæ muliebri) Quia fortuna Romanos liberaſſet à tam periculoſo bello nõ niſi per mulieres muliebreſq; preces. Cõfecit) id eſt, vt ipſi inuicem ſe affligerent. Conſules) ſcilicet, vigeſimo anno poſt reges exactos. Hernici prouincia) Appoſitio. Sp. Caſsius. Anno ab Vrbe condita circiter ducenteſimo ſexageſimo octauo, vel potius ducẽteſimo ſeptuageſimo octauo, vel potius ducenteſimo ſeptuageſimo, creati ſunt Conſules Sp. Caſsius Vicelinus & Proculus Virginius Rutilius, quo anno primùm à Conſule Caſsio Vicelino illata eſt mentio legis Agrariæ, de agris publicè diuidendis viritim, quæ leges Agrariæ poſtea præbuere materiam peſſimarum ſeditionum, vt explicatur apud Plutarchum in vita Graccho rum, & apud Ciceronem in tribus orationibus Agrarijs. Verùm de his plura infrà in Catalogo dicam. Diuiſurus) id eſt, viritim.

Muneri) id eſt, Agrario. Priuatis) id eſt, patricijs. Promulgata) id eſt, in vulgus edita. Lex agraria) id eſt, lex de agris viritim diuidendis pretio leui aut etiam gratuitò. Hanc memoriam) id eſt, noſtram ætatẽ. Cõſul alter) id eſt, Virginius. Largitioni) id eſt, agrorũ diſtributioni. In ſocios) id eſt, Latinos. Audiebat) id eſt, plebs. Poſtilens) id eſt, periculoſum. Laturos) id eſt, impoſituros. Seruitutem) Quia forẽt obnoxij ipſi Caſſio priuatim. Regno viam) id eſt, quòd Caſsius ſibi regnum affectet occupare. Aſſumi) ſcilicet in diſtributionẽ agrorum. Caſsium) quaſi regem, quem defendebant beneficio illecti & deuincti. Popularis) id eſt, populo gratus.

Cœperat) ſcilicet Virginius. Interceſſor) id eſt, impeditor legis Agrarię. Aſsignari) id eſt, diuidi. In ſocios) id eſt, Latinos. Ambitioſus) id eſt, qui ambiret honorem & fauorem apud Latinos. Iubere) iubebat. Siculo) id eſt, ex Sicilia lato tempore famis, Sempronio & Minutio Conſulibus.

Acceptam) id eſt, ante, quarto anno. Inſitam) id eſt, animis inſeſtam. Velut abundarent) id eſt, velut alioqui ſatis eſſent diuites. Magiſtratu) id eſt, conſulatu. Necatum) ſcilicet, tanquam regni affectatorem & libertatis hoſtem. Eſt autem huius Caſsij Vicelini frequens mentio, vt apud Ciceronẽ quoque in dialogo de amicitia, vbi vitioſè appellatur Becelinus pro Vicelino. Sunt) ſcilicet, hiſtorici. Signum) id eſt, ſtatuam. Perduellionis) id eſt, læſæ maieſtatis & ſecuritatis publicæ. Nam hoc crimen ſignificat perduellio, ſicut perduellis ſignificat hoſtem patriæ. Diem) ſcilicet, iudicij.

Domeſticũ) id eſt, patris Caſsij. Damnatur) ſcilicet, ducenteſimo ſeptuageſimo primo anno ab Vrbe cõdita. Haud diuturna. Inteſtinæ ſeditiones & diſcordiæ propter deſiderium legis Agrarię, quam plebs expetebat. Ea cupiditas) ſcilicet plebis. Redegit) ſcilicet, pecuniam. Nouiſſimum) id eſt, qui prædam vendiderat. Tenuere) id eſt, euicere. Conſul crearetur) ſcilicet,

ſcilicet,ducenteſimo ſeptuageſimoprimo anno.Oportet hic ſequi vulgatũ errorem in numero annorũ propter Liuium.

Intermiſſæ)ſcilicet,ſunt. Aemylio)id eſt,Conſule. Fuſos) id eſt,diſperſos.Caſtoris)id eſt,dei equeſtris.

Poteſtatem)ſcilicet,tribunitiã.Gratuiti) id eſt,etiam nulla propoſita mercede & præmio ſeditionis. Largitiones)id eſt, agrarias.Temeritatis)id eſt,diſcordiæ præmia. Ea)id eſt,melior pars.L.Valerium)ſcilicet,queſtorem.Tenore)id eſt,modo.Expertos). i. probatos, ſignificat quandoq; actiuè,quandoq; paſsiuè, hic paſsiuè.

Honos) ſcilicet,cõſularis.Initum)id eſt,inceptum. Vires) id eſt,Romanis. Minas)ſcilicet,Deorum.Extis)id eſt, inteſtinis hoſtiarum inſpiciẽdis. Canebant) id eſt,vaticinabantur. Ira moti)id eſt,irati.Ritè)id eſt,legitimis cæremonijs.Inceſti) id eſt,ſtupri,vetus coniuratio. Pœnas) id eſt, viua defoſſa.Q. Fabius)ſcilicet,ducenteſimo ſeptuageſimotertio anno.Com peſcere)id eſt,ſedare.

Detrectandi)id eſt,recuſandi. Iniungendæ) id eſt,imponendæ.Authorem)id eſt,Spurium.Eorum)ſcilicet,tribunorum collegarum.Fabio aliquanto)Exemplũ perfidię & contumaciæ in plebe & militibus Romanis,quæ malignè detractauit operam in prælio.Odio)id eſt,propter odium. Prodebat) ſcilicet, hoſtibus. Flagitium) id eſt, probrum perfidiæ contra iuramentum militare admiſſum. Inſtare)id eſt, vrgere.Ducis)id eſt,Fabij.

Referunt)ſcilicet,in caſtra.Nauatam). i.impenſam. Adeò excellentibus)Epiphonema,qua indignitatem & periculum rei ſignificat. Peſtilenti) id eſt,noxio. Ciuem)id eſt,cõtumacem præcipuè. Theſis eſt, multo difficilius eſt contumacem ciuem regere,quàm hoſtem vincere. Conſulem creant) ſcilicet anno ducenteſimo ſeptuageſimoquarto.

Ap.Claudius victam)Valde prudens conſiliũ Appij, quónam modo tribunitia poteſtas pertrahi in optimatium partes poſsit.nempe ſi nobiles ambirent, ſibiq; conciliarẽt ipſos Tribunos,viresq; eorum diuiſas debilitarent. Dicere)id eſt, dicebat. Exemplo)ſcilicet,diſcordiæ inter eos ipſos. Exemplo)id eſt,propter exemplum.

Inuentum)id eſt,ſemel.Bono) id eſt,commodo.Quando) id eſt,quia. Defuturum)id eſt, bonum aliquem Tribunum. Ex collega)id eſt,malo Tribuno. Melioris partis)id eſt,optimatum.Suis viribus)id eſt,diſſonis.Vel)id eſt,etiam.Vnum) id eſt,bonum.Et vnum)id eſt,vel aduerſus. Singulos) ſcilicet,tribunos.Priuatim)id eſt,ex aliquo priuato beneficio.

Moratorem)ſcilicet,pontificũ,qui impedire volebat delectum.Inde Veiens) Bellum Romanorum contra Veientes, quibus cum difficilima & perpetua ferè geſſerunt Romani bella,centum annis amplius, quoad Veij potentiſsima vrbs Italiæ ſecundum Romam, caperetur & vaſtaretur, vt infrà in principio lib.5.Quò)id eſt,ad quos Veientes. Inteſtina diſcordia)ſcilicet, Romanorum.

Principesq; in) Locus communis de diſcordia inteſtina à Liuio pulchrè explicatus. Vnde naſcitur hæc Saluſtiana theſis,Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia verò vel maximæ dilabuntur.Inteſtina)id eſt,quæ erat inter ipſos. Labem) id eſt,morbum. Mortalia) id eſt,caduca. Id malum)ſcilicet, diſcordiam. Extrema)id eſt,vltima. Cuiq;)id eſt,Senatui & plebi. Leges) vt ſenatuſconſulta & plebiſcita. Sæuire) id eſt, diſcordare.Siſti)id eſt,ſedari. Magiſtratibus)id eſt,militaribus.Iniuſſu)ſcilicet,Conſulis.

Inuicem)id eſt,alternis. Conſules quoque Romani) Prudentia militaris,& ſtratagema amborum Conſulum in retinendis,animandis & accendendis militibus ad cupiditatem & audaciam præliandi.Horrebant)id eſt,timebant. Peſsimi exempli)id eſt,inobedientiæ.Duæ acies)id eſt, hoſtilis & ſua.

Auerſi)ſcilicet,ab hoſtibus.Leniturum)ſcilicet,eſſe.Diem, tempusq;) Iuxta prouerbium: dies adimit ægritudinem, & tempus retundit impetum affectionis.Sanitatem)id eſt, bonam mentem.Laceſſere)id eſt,prouocabant. Increpando)id eſt,exprobrando.Timoris)id eſt, Romanorum. Nouum genus)id eſt,eſſe inuentum.

Simulationem) Hæc ſequentia verba exprobrabant Romani.Quà verba iacere)id eſt, exprobrabant & conuitia cõgerebant.

Nouitatem generis) ſcilicet, quòd Romani eſſent orti ex colluuie hominum obæratorum & criminoſorum, qui in aſylum Romuli confugiſſent, vbi haberent immunitatem ſcelerum ſuorum.Nota hoc benè,quòd omnes populi & vrbes,de quibus Liuius ſcribit in tota prima decade, ſunt omnes Italiæ vrbes & populi.Nam in prima decade,Romani bellum extra Italiam nullum geſſerunt.

Succeſſum)id eſt,proſperum belli euentum. Nõ patribus, non conſulibus)id eſt,volebant proſperum euentum belli & ipſis patribus & conſulibus.Externo)id eſt,cõtra hoſtes.Prætoriũ).i.tẽtorium ducis.Signum).i.pugnæ. Addenda) id eſt, augenda.Remorando)ſcilicet,quia nitimur in vetitũ ſemper cupimusq; negatum,& vehemẽtius intenduntur illi affectus,quos renitentes reprimere coneris.Impetum)ſcilicet, iræ & vltionis contra hoſtes.Animaduerſuros).i.puniturοs. Accendunt)id eſt,irritant.Statuiſſe) id eſt,propoſuiſſe.

Potis)ſcilicet caſtrorum.Ingerunt)id eſt,ingeminant.Senſim)id eſt,placidè. Tergiuerſantur) ſcilicet conſules. Ad creſcentem tumultum)ſcilicet inquit. Metu)id eſt,propter metum.Ipſi fecerunt)ſcilicet ſua culpa. Deos)ſcilicet quibus dat miles iuſiurandum. Pugnæ flagitator) id eſt, qui poſcebat à conſulibus,vt permitterent milites pugnare.

Iuratis)id eſt,quibus iurauerat,à verbo Iuro venit participium præteritum,præter morem. In ſe quiſque)id eſt,in ſuo periculo & capite,vt ſi iuramentum fallant, ipſi dare pœnas velint periurij. Iuratis datur ſignum)Deſcriptio ancipitis & dubij prælij pugnæq; atrocis, qua Romani vicerunt Veientes & Thuſcos.Promptum lingua)id eſt,contuicijs. Virtus)id eſt, fortitudo.Statuunt)ſcilicet Fabij. Pilis) id eſt,haſtilibus,quibus incipiebant pugnam.

Irritatis animis)ſcilicet Romanorum.Exacerbauerant)ſcilicet ira. Inter primores)Exemplum pietatis erga patriam in Q.Fabio,& ipſis ducibus, qui pro patria vitam expoſituri,in prima pugnant acie. Hoc iuraſtis)Exprobratio ducis aduerſus milites.Conſuli) ſcilicet inquit.

Reſtituto)ſcilicet per Fabios.Ille)ſcilicet Manlius.Alter cõſulum)id eſt,M.Fabius. In eam partem)id eſt,in cornu Manlij.Altero cornu)ſ.hoſtium.

Ad caſtra)ſcilicet Romana.Triarij)id eſt,principes milites. Conglobati)id eſt,congregati. Clauſerat) ſcilicet ne egrederentur caſtra. Rabiem) id eſt,furorem. Quacunque) ſcilicet parte. Iuuenem)ſcilicet Hetruſcorum. Excepta) ſcilicet ſunt.

Alterum conſulem) ſcilicet M.Fabium. Parta) ſcilicet eſt. Funeribus)Manlij conſulis,& Q.Fabij. Victoria egregiè)Exemplũ moderationis & pietatis in Fabio, qui modeſtiſsimè recuſauit triumphum.Se paſſurum)ſcilicet triumphare.

Sine duce)ſcilicet ſe. Orba)id eſt,orbata. Cõſule)tanquam patre. Lauream) id eſt, coronam ex lauro arbore, qua coronabantur victores. Depoſitus)id eſt,recuſatus. Acto)id eſt, habito. Adeò)Epiphonema. Idem)ſcilicet M.Fabius. Concedendo)ſcilicet in oratione funebri. Illis) ſcilicet mortuis. Ipſe)ſcilicet Marcus.Ferret)id eſt,auferret. Imbiberat)id eſt, induxerat in animum.Cura)i.in cura.Alibi)ſcilicet quã apud Fabios.Eſſe)id eſt,erant.Nec hoc)id eſt,non erant populares.

Conſul factus) ſcilicet anno ducenteſimo ſeptuageſimoquinto.Agere)id eſt,agebant. Primo quoque tẽpore)Eſt pronomen hic quoque.Coaleſcere)id eſt,in concordiam concreſcerent.Occuparent)id eſt,præuerterent. Captiuum)ſ.ex hoſtibus.Aſpernati)ſ.diuiſionem agrariam. Viuidum)id eſt,acre.Latini)id eſt,ſocij Romanorum.

Latrocinij)id eſt, nõ iuſti belli.Cedebant)ſ.Veij.In vrbem) ſcilicet Veios. Agros) ſcilicet Romanos. Eludentes fraudantes)id eſt,fruſtrantes.Inuicem)id eſt,alternis. Tota res)id eſt, bellum contra Romanos. Ex hiſtoria proximorum duodecim annorum à Conſulatu Poſthumij & Caſsij vſque ad bellum Fabianum contra Veientes, hunc catalogum licet texere pro more inſtituto, ad inquirendum vetera iura & cõſuetudines Romanorum.

CATALOGVS RERVM GESTARVM ET INTER conſulatum Poſthumij bellum Veientium.

PRimò.Leges & edicta,item pacta publica olim inſculpi & inſcribi ſolebant æneis tabulis, aut lapideis, & ita in publicum proponi legenda. Significabant autem æneæ literæ, quòd leges & iura quaſi perpetuò durare obſeruariq́ue debeant,ſicut & æs vel ſaxũ eſt durabile. Hunc morem Virg.quoque indicat in ſexto:Fixit leges precio,atque refixit,ſcilicet in tabulis.

Secundò. Seditionibus & diſcordijs plebem aſſueſcere ad ignauam otiumita, vt Rempub. & familiarem negligens ad inopiam redigatur. Sic enim accidit eis meritò, cùm voluit ſuum officium & opus facere.

Tertiò. Tribunos plebis tantùm habere ius intercedendi, hoc eſt,impediendi & ferendi auxilium contra iniuriam aut vim,quæ ab aliquo magiſtratu,nedũ priuato intentetur plebi,& plebeis,priuatiſq; ciuibus, ideoq; Tribuni non ſedebãt in ſenatu,ſed in veſtibulo Curiæ, vbi Senatuſconſulta eis legenda offerebantur,vt ea vel approbarent vel reprobarent ipſi,prout placeret eis,& ex vſu plebis videretur eſſe. Si placeret,aſſcribebant Α.Si reprobarent aſsignabant Τ.Itaq; non habebant Tribuni ius coercitionis,quo licet aliquẽ capere,mulctare,aut punire,ciuili vel capitali pœna.

Quartò. Sæpè euenire,vt magis authoritate,quàm ratione perſuadeantur etiam prudentes, nedum incautiores & imperitiores & huiuſmodi credulitas plerunq; eſt erronea in reb. politicis. Certa ergo ratio potius eſt ſequenda prudenti,quã nuda cuiuſlibet authoritas,iuxta illud:

Nullius ad dicti in verba iurare magiſtri.

Imperiti verò authoritati pareãt, quoad edocti ratione rerum,ipſi quoque intelligant.Iuxta illud: Addiſcentem oportet credere.

Quintò. Prudentia & virtus ducum in exercitu diſciplinaq; mi-

natq; militaris longè plus valet, quàm plurimorum militum robur. Vnde & extat Alexandri Magni χρεία, qui dicere ſolebat, ſe malle habere exercitum ceruorũ duce leone, quàm exercitum leonum ceruo duce, quæ χρεία poteſt etiam artibus pacis & prudentiæ togatæ accommodari.

Sextò. Nimia ſecuritas & otiũ facilè parit diſcordiam: ſed mala conciliant homines, timorq; imminentium malorum facit arctiorem concordiam.

Septimò. Propter beneficium Veturiæ matris Coriolani hic honor deinde mulieribus, præſertim matronis, quaſi lege certa eſt delatus, vt viri mulieribus obuijs de via cederẽt, & vt matronæ vehiculis vterentur ad ſacra euntes in vrbe quoque.

Octauò. Prouinciam Romani propriè vocabant eam denique terram vel populum, qui cum antè ſub alio principe vel liber fuiſſet, iam victus, in Romanorum poteſtatem & ſub imperium veniſſet. Nomen à victoria parta deriuatum eſt: inde & prouinciales, ſunt populi deuicti & ſubiugati à Romanis, qui poſtea à proconſulibus, à prætoribus prouincialibus, à proprætoribus, vel quæſtoribus quoq; annuis regebantur.

Nonò. Contra magiſtratum, in ipſa functione, & anno tẽporéue magiſtratus nondũ elapſo, non erat ius coercitionis: ſed demum depoſito magiſtratu & officio, cogebatur iam priuatus rationem reddere ſucceſſoribus & populo ſuæ adminiſtrationis, quam ſi malè curauerat, tum mulcta vel pœna graui puniebatur. In hũc modum Spu. Caſsius Vicelinus, tametſi peſsimè ſe in conſulatu gerebat, tamen eius pœna dilata eſt, quoad exiret magiſtratus ipſius, & exacto demum anno, partim publico, partim priuato iudicio punitur extremo ſupplicio, eò quod ipſe primus in imperio Romano intulit mentionem & contentionem de lege agraria: qua lege cauebatur, vt agri ex hoſtibus capti non adiudicarentur Reipublicæ vel ærario publico, néue agrorum reditus in publicum vſum veniret, ſed vt priuatim inter ciues plebeios quoque in capita diuiderentur agri hoſtibus erepti, vel nullo vel paruo pretio, tanquam premium & merces nauatæ operæ pro Republica in militia & expeditione contra hoſtes. Huiuſmodi leges agrariæ ab hoc tempore ſæpius relatæ occaſionem dederunt plurimis ſeditionibus, inter Tribunos & patritios, inter plebem & ſenatum: adeò, vt rem peſsimi exempli hic Caſsius Vicelinus inuenerit, ex qua publicè priuatimq́ue magna incommoda prouenire potuerint. Primò enim ærariũ & Reſpublica ſuo iure & reditibus ſpoliabatur. Deinde cupiditas agrorum & legis dulcedo inhiare faciebat plebeios, & iure iniuriáue appetere priuatorum quoq; ciuium agros & poſſeſsiones, præcipuè locupletum, quas diuites vel ſua pecunia vel hæreditate acceperant, iamq; diu poſſederãt, ſicut Plutarchus in vita Gracchorum aperte indicat, & alibi in hiſtoria Romana ſæpiſsimè legitur. Quod cùm hoſtilis ager tanto plebis aut militum numero non ſufficeret, voluerint iſti populares tribuni priuatos quoque agros à diuitibus inuitis redimere pretio iuſto, vel potius eripere, vt iuſtã proportionem ſortiretur diuiſio agraria, cum iniuria ciuitatis & priuatorum ciuium, quia nemo iure poteſt cogi, vt alteri priuato ciui ſua vendat inuitus. Et hæ controuerſiæ ita ſunt agitatæ vſque ad tempora Cæſarum, qui ſatis iam aucto & ampliato imperio, militibus benè meritis ſoliti ſunt agros & hoſtibus aſsignare & diuidere, quoad viuerent, ita ne ad hæredes militum redirent hæc prædia militaria, ſed poſt mortem rurſum Cæſaribus obuenirent. Denique Conſtantinus Magnus Imperator ſanxit, vt illa prædia & agri aſsignati, poſt mortem militum tranſirẽt ad hæredes ipſorum: quod ius militare prædiorum hodieq; perdurat, & vocatur ius Feudorum: quia feudum barbarè appellãt militare prædium, quod Græci παροχλιν quaſi præbendam vocant, quòd præbeat militibus & nobilibus ſumptum & victum, aliàs etiam Græci vocant παροικία, tanquam præſens, & familiaris victus. Cæterùm hæc prædia militaria ita iam ſunt hæreditaria, vt ad filios, nepotes, poſteros, maſculini tantùm generis, deſcẽdant, excluſis fœminis à ſucceſsione, & talia ferè pleraque ſunt nunc bona nobilium à tributis & muneribus ſordidis immunia: quia nobiles ſuam operam militarem & verè nobilem principibus aut imperatori nauare debent in militia & bello. Sic ergo videmus antiquatas & abrogatas eſſe leges agrarias, & iſtam diuiſionem agrariam ad ſolos ferè nobiles tranſlatam iure imperatorio. Reliqua à iureconſultis ſunt quærenda.

Decimo. Suprà in Romulo dixi, quomodo is patriæ poteſtati ſubiecerit caput, vitam & necem ſuorum liberorũ, non in priuatis, ſed in publicis quoque criminibus puniendis. Ideoq; ſi pater nollet publico iudicio & ſupplicio infamiam ſibi irrogari propter pœnam filij, tum licebat ei nocentem filium priuatim è vita tollere.

Vndecimò. Filijs familiàs, ſicut & ſeruis, habere licet peculium, hoc eſt, pecuniam ſuo labore & induſtria gratiáue partam, extra ſumptus & rationes patris vel domini, idq; peculium caſtrenſe vocant, quòd filij talem pecuniam ferè ex ſtipendijs militaribus, vel prædis in caſtris acquirebant. Hinc & quaſi caſtrenſe peculium vocatur, quicquid filius ſeorſim à bonis paternis ſuo labore ſtudióue emeret. Neque è filio eripere ius habet pater, aut conſumere, niſi tale ſit peculium, quod profectitium Iureconſulti appellãt, quaſi profectum à patre, vel in gratiam patris filio datum.

Duodecimò. Quæſtores erant magiſtratus, qui præficiebantur publicæ pecuniæ, & reditibus colligendis, cuſtodiendis, erogandis. Vocati à quærendo, quòd debita Reipublicæ inquirerent. Et erat quæſtura infimus magiſtratuum honoratorum. Ita enim explorabatur fides ciuium in curanda pecunia, ſi deinde ad maiora officia honores q; viderentur idonei.

Decimotertiò. Vetus mos eſt hodieq; perdurat in Italia & alicubi in Germania, vt exulum, proſcriptorum, damnatorum ædes diruantur, atque ſolo æquentur ignominiæ cauſa, in memoriam ſceleris eorum: & ne facilè poſſent reædificari, dedicabant eas cum area alicui deorum: quia ſemel dedicata deo, non licet ad profanos vſus conuertere. De hoc more & iure luculentiſsimè dicit Cicero in oratione pro Domo.

Decimoquartò. Virgines dedicatæ & obſtrictæ religioni Veſtæ Deæ, perpetuã caſtitatem ſeruare cogebantur: deprehenſa verò in inceſtu, viua defodiebatur in terram: quarum hæc Oppia prima legitur fuiſſe. Vide & ſuprà in Romulo de matre eius Ilia Rhea.

Decimoquintò. Dixi ſuprà in Catalogo proximo, ſine conſenſu maioris partis in Senatu alióue collegio nullam valere ſententiam aut decretum. Cæterùm hoc variat hic in Tribunis plebis. Nam vel vno reſiſtente vel intercedente contra collegas ſuos, non valebat admodum quicquid alij Tribuni referrent, ſciſcerent, aut decernerent. quæ res maximorum malorum poſtea cauſam dedit diſcordantibus inter ſe Tribunis, & in diuerſa trahentibus vnum corpus populi.

Decimoſextò. Iuſiurandum, etiam ſi impunè cedat apud homines, tamen ſuam pœnam deo luit periurus, vnde & iure ciuili Romano, nulla alia pœna irrogatur periuris quàm infamia. Permittit enim eos ſua conſcientia cruciari.

Decimoſeptimò. Proceres & nobiles quantum alios dignitate & potentia & opibus ſuperant, tanto liberaliorem & grauiorem debent Reipublicæ operam impẽdere in bello & pace, & ita ſuæ nobilitati ſatisfacere, paremq; animo & dignitati ſuæ virtutem oſtendere, non ſtare poſt principia, aut inanes glorias iactare, vel ignauiter deſidere otioq; torpere.

Decimooctauò. Funeſti & non ſatis puri aut ſancti habebantur ad tempus illi, quorum ex familia aliquis recenter eſſet mortuus, vnde & quibuſdam ſacris purgabantur.

Decimononò. Sæpè antea dixi, verè popularem eum eſſe demum, qui gratiam populi non ſuo ſed publico commodo bonis artibus captet, citra ambitionem vel contentionem. Nam malè popularis eſt potius inimicus populi qui malis artibus, hoc eſt, priuati commodi honoriſq; cupiditate fauorem & auram popularem captat. Vide Ciceronem in oratione agraria ſecunda. Et hæc obſeruatu digniora ex præcedẽtibus hiſtorijs annotare volui.

Sed Veiens hoſtis) Inſigne exemplum inde ſequitur fortitudinis militaris, & pietatis erga patriam in gẽte Fabiorum, qui Fabij, priuatis ſuis viribus ac ſumptibus, bellum pro tota Republica Romana contra Veientes ſuſcepere, fortius & animoſius magis quàm felicius, quia poſt multa proſpera prælia tandem occiſi ſunt à Veientibus Fabij. Eſtq; hic deſcriptio mirè perſpicua & facilis, & obſeruatu digniſsima, qualis apud Ouid. quoq; in 2. Faſt. extat de hoc eodem argumento, quam vtramq; vtile eſt conferre, propter diſcrimẽ obſeruandum inter orationem Ouidianam & Liuianã. Negligi) quia nemo vel minimus hoſtis contemni debet. Auerti aliò) id eſt, non licebat Romanos alibi bellum gerere propter Veientes, qui eorum agros incurſabant. Conſul) ſcilicet, cæſo Fabio. Pro gente) id eſt, familia. Vos) id eſt, ſenatores.

Ibi) id eſt, in bello contra Veientes. Familiare) id eſt, deſtinatum noſtræ familiæ. Actæ) ſcilicet, Fabijs. Veſtibulo) id eſt, aditu. Manat tota vrbe) Amplificatio virtutis Fabiorum à publica & celebri fama & admiratione. Manat) id eſt, diuulgabatur. Gentes) id eſt, familię. Hæc Volſcos) &c. prolepſis eſt. Hæc) id eſt, Fabia gens. Volſcos) id eſt, Veientes: quia Veientes erant in Volſcis. Finitimos) id eſt, hoſtes.

Fabio proſpera) Deſcriptio egreſsionis Fabiorum. Paludatus) id eſt, militari veſte paludamento indutus ſuper arma.

Nunquam exercitus) Amplificatio ex contentione vel antitheſi. Sequebatur) ὑποτυπία, id eſt, affectuũ deſcriptio leniorum, nempe fauoris & admirationis. Propria) id eſt, priuata. Cognatorum) Latini non obſeruant diſcrimen inter agnatos & cognatos, verùm diſcriminis cauſa Iureconſulti id obſeruant. Voluentium) id eſt, cogitantium. Sperare) ſcilicet, Fabios. Abs ſe) id eſt, plebe. Precantur) id eſt, turbæ. Mittant) ſcilicet Dij. Soſpites) id eſt, ſaluos Fabios. Incaſſum) id eſt frustra. Iano) id eſt, Iani templo.

L. Aemylius) Ab vrbe condita ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto anno. Ademit) ſcilicet, Veientibus. Saxa rubra) id eſt, locum ſuper Cremeram fluuium. Pœnituit) id eſt, Tuſcos.

Modò)

Modò)id eſt, tantummodo. Ciuitate) id eſt, Veiorum. Id primo)Inſidiæ Veientium & nimia ſecuritas temeritaſq; Fabiorum, quæ ipſos præcipitauit in exitium. Refertur ad locum communem de temeritate & ſecuritate. Id)id eſt, quòd vna familia multas tulit victorias ex vrbe Veiorum. Ex re)id eſt, occaſione, quia optimæ occaſiones dantur ex re præſenti. Hoſtem ferocem)ſcilicet, Fabium. Gaudere)id eſt, gaudebãt Veientes. Multo ſucceſſu)quia fortuna quem nimium fouet, ſtultum facit & temerarium. Contemplerant) quod eſt contra præceptum militare. Nam nemo hoſtis, ne minimus quidem contemni debet.

Superaſſent)id eſt, præterijſſent. Aduerſi)id eſt, qui aggrederentur Fabios. Continenti)id eſt, denſo. Quæ res) id eſt, Coarctatio. Inſignem)id eſt notabilem. Multiplicatis) id eſt, denſatis. Nixi)id eſt, connixi & impetum facientes & protrudentes. Cuneo)id eſt, acuminata acie. Loci)id eſt, ſuperioris. Iugo) Mons tres partes habet, radicem, iugum & verticem. Conuenit) id eſt, inter hiſtoricos.

Relictum)id eſt, domi. Maximum futurum, Sic Ouid.

Nam puer impubes & adhuc non vtilis armis,
Vnus de Fabia gente relictus erat.
Scilicet vt poſſes olim tu Maxime naſci,
Cui res cunctando reſtituenda foret.

Hinc enim poſtea natus eſt Q. Fabius Maximus, qui dictator aſſeruit imperium contra Annibalem, de quo infrà in libris de bello Punico magnificè ſcribit Liu. Iam) id eſt, ab Vrbe condita ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Ianiculum) id eſt, caſtellum ſuburbanum. Premente) id eſt, vrgente. Ad Spei)id eſt, templum. Eſt Attica ellipſis. Sic vtuntur quoq; hac forma noſtrates: Dabo tibi pecuniam ad Michaelis, ſcilicet, feſtum. A. Virginius)ſcilicet, ducenteſimo ſeptuageſimo octauo ab vrbis conditæ. Dabant)id eſt, impetum faciebant, eſt hiſtorica phraſis. Non vſquam pecora tuta, &c. Zeugma. Secuti, ſcilicet Veientes. Illecebras)id eſt, ad eliciendũ Veientes. Præcipitauere) ſcilicet, ſeipſos. Agebant)id eſt, feſtinabant. Precipitia)id eſt, temeraria, à præceps. Duas acies)ſcilicet, Seruilij & Virginij. Inuicem)id eſt, alternis.

Occidione occiſi, Periphraſis. Felici)ſcilicet, quia fortuna correxit eam. Vrbi cum pace) De diſcordijs, & contentionib. Tribunorum plebis aduerſus Conſules, quas immodica ſecuritas domi concitauit. Et)id eſt, partim.

Prolato)id eſt, venali facto. Agitare)id eſt, irritabãt. T. Menenio)conſulari viro. Inuidiæ erat)ſcilicet Menenio, eſt pulchra formula loquendi. Statiua)id eſt, Stationem, caſtra.

Eam)ſcilicet, inuidiam. Agrippæ)ſcilicet, qui plebem Senatui reconciliauerat per Apologum. Exoleuiſſet)id eſt, abiuiſſet in obliuionem. Anquiſiſſent)Anquirere antiquũ verbum forenſe, idem ſignificat quod nunc inquirere. Itaque capitis anquirere, eſt intendere actionem criminalem, iudicium q; inſtituere de capite, q; iſti vocant criminaliter contra reum procedere. Duo millia æris) id eſt, viginti aureos coronatos. Vertit in caput)id eſt, vitam eripuit, mortiſq; cauſam dedit Menenio.

Conſulibus) ſcilicet, anno ducenteſimo ſeptuageſimo nono ab Vrbe condita. Multa fiducia) Fiducia eſt in rebus bonis: Confidentia eſt in malis rebus. Gratiæ)ſcilicet, quòd fauorabilis eſſet, paſsiuè ſignificat. Sed feruidi) Exemplum fiduciæ ſui, & fortitudinis ad plebem, quæ plebs magis conſtantia quàm humilitate ſeruili expugnatur. Publico periculo)id eſt, in bello. Patris)id eſt, Agrippæ. Leges)id eſt, ſacroſanctas. Diſcuſsit) id eſt, amouit. Mutauerant) ſcil. plebeij. iuxta illud: Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Veiens) Res proſperè contra Veientes & vicinos alios. Auerſi) ſcilicet, Romani.

Ipſi)ſcilicet, Romani. Vtroq;)id eſt, contra Veientes & Sabinos. Poſuerant caſtra)ſcilicet, contra Romanos.

Placebat) ſcilicet, Senatui, vt ſuprà dixi in Catalogo ſeditionis, cap. 19. L. Furius)ſcilicet, anno ducenteſimo octogeſimo poſt Vrbem conditam. Paci externæ) Rurſum res contentioſæ & inteſtinę diſcordiæ domi inter plebem & optimates, quæ aliquandiu perduruere. Stimulis)id eſt, irritamentis.

Arripuit)ſcilicet, in ius. Hoc anno querela duorum virorum Conſularium, qui innocentes iudicio vexabantur, & accuſatione Tribunorum, qua querela dehortantur alios ſuo exemplo à Reipublicæ cura, quæ tanti periculi ſit & inuidię ad plebem, vt nemo perferre eam poſsit & vincere. Refertur autem ad locum communem de magiſtratu, hinc naſcitur theſis, quàm inuidioſum ſit periculiq; plenũ gerere magiſtratum. Rei) i. accuſati. Sorditati) i. veſte lugubri induti.

Suadent plebem) Eſt Græciſmus, nos coniungimus cum datiuo. Faſces)ſcilicet, duodecim. Prætextam)id eſt, veſtem magiſtratuum. Curulem) id eſt, quæ in curia ſolita ſit poni. Infulis) id eſt, vittis & ornamentis, quibus ornabant capita victimarum & hoſtiarum, quæ iam erant mactandæ ad aram. Vide Vergilium in ſecundo Aeneidos de Sinone. Velatos)id eſt, magiſtratus. Inducant) id eſt, ſibi perſuadeant. Conſuli velut) Alterum argumentum ab inhoneſto. Si ſe commouerit)ſcilicet, aliquis. Seducta)id eſt, occulta. Seducta à conſcientia)id eſt, ſine arbitris. Conſtaret)ſcilicet, inter eos. Reos)id eſt, duos Conſulares. Author)id eſt, executor.

Primoribus)id eſt, ſenatoribus. Acies)ſcilicet militum. Delapſi)id eſt, plebeij. Haberent)ſcilicet cõtra potentiam patrũ. Malo)id eſt, vi, quia malo nodo malus cuneus ſit quærendus. Tum verò iraſci) Materia ſeditionis & occaſio hîc deſcribitur à Liuio. Interceſsione)id eſt, impedimento. Ad antiqua) id eſt, ad priſtinam ſeruitutem plebis. Antiqua) i. antiquam ſeruitutem. Genutio)id eſt, tribuno plebis. Auxilij)id eſt, in Tribunis.

Apparere)id eſt, præſto eſſe ad officium. Infirmius)ſ. eſſe. Contemnant)ſcilicet lictores. Ea)ſcilicet inſignia lictorum, quæ conſulibus præferunt. Militem)id eſt, gregarium. Lictor miſſus)id eſt, in delectu. Appellat)id eſt, prouocat. A vobis)id eſt, patricijs. Circumſcindere)id eſt, lacerabat ei veſtes.

Pro ſe) id eſt, Volerone. Homines) id eſt, plebeij. Sanctum) id eſt, inuiolatum. Nihil cuiquam ſanctum) interdum Latini quoque duas aut tres negationes coniungunt, quæ omnes negant. Diſcrimen)id eſt, periculum. Tempeſtati)id eſt, ſeditioni. Violatis lictoribus) Deſcriptio ſeditionis. ira)id eſt, per iram.

Conſules habuit) ſcilicet ducenteſimo octogeſimo ſecundo anno. Habito)id eſt, poſito. Tulit rogationem)id eſt, rettulit vel rogauit populum, id eſt, interrogauit. Plebeij magiſtratus)id eſt, Tribunus plebis. Tributis alias tribunitijs, vt infrà in Catalogo explicabo.

Clientum) Quia patritij excludebantur ab illis comitijs vt infrà teſtatur. Intercederet) id eſt, opponeret ſe alijs Tribunis, ſecundum Appij conſilium ſuprà datum, anno ducenteſimo ſeptuageſimo quarto. Ex collegio)ſcilicet Tribunorum. Molimine)id eſt, difficultate. Extrahitur) id eſt, protrahitur. Reficit)id eſt, denuò creat. Conſulem faciunt)anno ducenteſimo ſeptuageſimo tertio.

Principio) Inſignis contentio Rhetorica vel antitheſis ſequitur, quia Liuius confert diuerſa ingenia duorum Conſulum, hiſtoriæ variandæ gratia & pingendæ, vt motum aliquem & affectum narrationi continuæ immiſceat. Deſcribit enim Appium gentilitia ſuperbia ferocem, & infenſum plebi, qui vi magis atque maieſtate vim plebis reprimere conetur. Quintium verò depingit æquabiliore animo, & humanum magis, qui plebem tumultuantem bonitate ſedandam putet. Eſt autem controuerſia de lege Comitiorum. Is) Lectorius. Contenderet) id eſt, contentioſè diceret. Creatum)id eſt, Appium. Præſto)id eſt, re ipſa efficio. Occupãt templum) Certamen inter patres & tribunos. Summouerì)ſcilicet cæteros. Ineant)ſcilicet ex plebe.

Submouere)ſcilicet ex concione. Pro imperio) i. plena poteſtate. Ita dicatur)ſcilicet à viatore Tribuni. Lectorium)id eſt, ius dicendi. Priuatum)id eſt, Lectorij priuatum aduerſus Conſulem vel patritium hominem, qui ius tãtùm in plebem habeat.

Tempeſtatem)id eſt, tumultum plebis. Viribus)id eſt, Tribunitijs: quia temporis occaſio multa oſtendit conſilia & excogitat.

Vim)id eſt, poteſtatem Tribunitiam. Timor atque ira)ſcilicet peſsimi conſultores, quorum fauor, tertius malus conſultor eſt. Dum Tribuni, &c. Iuxta illud:

Et cum Conſulibus turbantes iura Tribuni. In medio) ſcilicet eſſe.

Sacro monte)id eſt, ſeditione. Perfertur)id eſt, à Tribunis. Piſo)id eſt, hiſtoricus. Nominat)id eſt, Piſo. Volſci tum) Bellum contra Volſcos & contra Aequos, in quo etiam apparet diuerſitas ingenij in Appio feroci & Quintio miti. Rebus cõpoſitis)ſcilicet inter Senatum & plebem. Eſſe)id eſt, erat. Vinculis)id eſt, impedimentis. Odiſſe)id eſt, oderat. Paterno)id eſt, Appiano. Eã)ſcilicet plebe. Legem)id eſt, de comitijs.

Exercitum) id eſt, qui pleraque parte conſtabat ex plebeis hominibus. Nec poterat)ſcilicet exercitus. Imbiberat)id eſt, tam pertinax erat miles. Agebat) ſcilicet miles vel exercitus. Seguiter) Exemplum peſsimum contumaciæ militaris in exercitu Appij. Contumaciter)id eſt, inobedienter.

Vellet)ſcilicet Appius. Adeſſet)ſcilicet Appius. Motam) id eſt, intentam. Moueretur)id eſt, doleret. Prompta)id eſt, exhibita, oſtenſa. Eſſe Tribunos)id eſt, Centuriones. Cauillans) id eſt, calumnians. Certamen animorum)id eſt, contumaciam, inobedientiam. Conſulem Fabium) Suprà anno ducenteſimo ſeptuageſimo tertio.

Fuit)ſcilicet exercitus. Appio)id eſt, contra Appium. Exercitus)id eſt, Appianus. Vis)id eſt, neceſsitas. Infractus)id eſt, debilitatus. Legati)ſcilicet militares. Apertam ſpeciem)id eſt, proditionis. Victus)id eſt, Appius. Tempus noxæ)id eſt, moram pœnæ. Claſsico)tuba militari.

Cùm maximè) Exemplum ſeueritatis caſtrenſis & diſciplinæ militaris, qua animaduerſum eſt ab Appio in contumaciam & ignauiam militum, decimatione, hoc eſt, decimi cuiuſq; ſorte lecti ſupplicio, de quo more decimãdi meminit & Cicero pro Cluentio, dicens, Statuerunt ita maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos peueniret, & plura ibidẽ. Explicaretur)

tur)ſcilicet in ordines. Nouiſſimos)id eſt, vltimos. Aliqui putant hoc verbū non eſſe Latinum, ideò, quia Cicero hoc non ſit vſus, ſed mihi videtur bonū eſſe verbū. Inſtrui)ſcilicet, in ordines. Quàm Romanus)id eſt, quanuis ignauus. Pacato)id eſt, non hoſtili ſed Romano. Inuectus, id eſt, oratione acerba & inuectiua. Inermis) id eſt, qui abiecerat arma. Duplicariosq́)Duplicarij vel duplicarij, qui militibus præſtant hoſpitia, ſunt Centurionibus inferiores, & ob eam curam duplex ſtipendium, duplicemq́ annonam capiunt. Iam verò duplicarios, vel dupliciarios, vel duplares, vulgò vocant, qui propter virtutem inſignem duo pluráue ſtipendia merentur. Supplicium)id eſt, pœnam capitalem. Cętera multitudo, &c.)Syntheſis.

Contra ea)id eſt, ſecus quàm apud Appium. Comitate) id eſt, humanitate. Collegæ)id eſt, Appij. Is)id eſt, Quintius. Ingenio ſuo)id eſt, miti. Hoſtem)id eſt, Romanum. Patribus)id eſt, Senatui. Dominum)id eſt, tyrannum. Vſu)id eſt, vtilitate. Comitijs)id eſt, Tribunitijs. Ex conſilio)ſcilicet, tribunitio. Demptum)id eſt, ademptum. Annus)ſcilicet, ducenteſimus octogeſimusquartus.

Poſſeſſorem)id eſt nobilium: quia nobiles ferè partiebantur inter ſe agros hoſtibus ademptos, ita vt penſionem aliquam tolerabiliorem ærario præſtarent, vt ſuprà dixi.

Nunquam ante) Conſtantia Appij in ſuſtinenda accuſatione ſui. Irarum)id eſt, quas meruerat ipſe & patres ſui per ſuperbiam contra plebem. Non temerè)id eſt, raro, hoc nouatum eſt apud Liuium. Obijci)ſcilicet, conquerebantur obijci Appium. Vindicem)id eſt, aſſertorem.

Certamine)ſcilicet, cōtra Tribunos. Iudicium)id eſt, quod patiebatur, hoc eſt, damnationem. Agenda)id eſt, dicenda. Submitteret) id eſt, humiliaret. Oris)id eſt, vultus conſtans.

Contumacia)id eſt, confidentia. Spiritus)id eſt, faſtus. Accuſatorio ſpiritu)id eſt, faſtu, tanquam ipſe accuſaret nō accuſaretur. Obſtupefecit)id eſt, terruit. Diem)ſcilicet, iudicij.

Trahi)produci. Dies)ſcilicet, iudicij. Laudationem) id eſt, funebrem. Supremum diem)id eſt, mortis. Aequus)id eſt, benignus. Accuſatione)ſcilicet, qua eum Tribuni accuſauerant. Exequias)id eſt, funus. Frequens)id eſt, plebs. Perhibuit)ſcilicet, eum. Fœda)id eſt, crudelis, metuenda.

Numine)id eſt, Deo. Caſtra)id eſt, Aequorum. Receptui)id eſt, vt miles ſe reciperet in caſtra & pugnare deſiſteret. Religio)id eſt, metus. Exciti)id eſt, euocati, eliciti. Retulere)id eſt, retrofixere. Cōſuli)id eſt, Aemylio. Conſules facti)ſcilicet, anno ducenteſimo octogeſimoquinto. Victima)id eſt, maxima. Fumo)id eſt, per fumum. Fuga id eſt, ad vrbem.

Prolapſam, id eſt, ferè perditam. Tenent) ſcilicet occupatos. Inceſſere)id eſt, irruere. ab incedo venit. Aliàs)id eſt, alio tempore. Solicitæ)id eſt, dubiæ. Patrum)id eſt, propter certamen patrum.

Creati)ſcilicet, anno ducenteſimo octogeſimoſexto. Initia)ſcilicet, anni. Adipiſci) id eſt, conſequi. Signis collatis)id eſt, iuſto prælio. Retuliſſent gradum)id eſt, fugiſſent. Inſtando)id eſt, fugando.

Inducijs) id eſt, ferijs belli. In caſtra)id eſt, ſuorum. Senſerint)ſcilicet, anctam multitudinem hoſtium. Quintius ſedato) Stratagema Quintij Conſulis. Hernicorum)id eſt, populi Italiæ. Qui)ſcilicet, equi. Sonitu)id eſt, cornuum & tibiarum. Hoſtium)id eſt, Romanorum.

Poſt principia)id eſt, poſt primam partem exercitus. Oneratum)id eſt, debilitatum. Exceſsiſſet)id eſt, ademiſſet.

Obſtinatis)id eſt, obfirmatis. Ferebant)id eſt, abundè habebant. Inferre gradum)ſcilicet, contra Volſcos. Aciem)ſcilicet, pedeſtrem. Enituntur)id eſt, In ſuperiorem locum contendunt. Caſtris)id eſt, Volſcorum. Ductus)ſcilicet, eſt.

Deditur)id eſt, Romanis. Ab)id eſt, poſt infelicē pugnam. Animi eciderant) ſcilicet, Volſcis, qui amiſſa audacia ſe defendere non poterant fortiter.

CATALOGVS HISTORIAE AB ANNO DVCENTE-ſimoſeptimo, vſq; ad finem ſecundi libri, complectens decem annos, hic eſto pro more inſtituto.

PRimò. Sicut actiones ſunt duplices, ſcilicet, ciuiles & criminales, ſic iudicia quoque ſunt duplicia. Nam eſt iudicium ciuile, & iudicium criminale. Iudicium ciuile eſt, quo aliquis agitur reus debiti ex contractu, vt emptionis, locati, &c. & petitur ab eo, vt preſtet id, q́ in contractu ſe daturum promiſit, aut ſeruaturum. Iudicium criminale eſt, quo agitur reus quiſpiā delicti priuati aut publici. Priuati quidem, vt damni dati aut iniuriarū: quia furtū aut rapina iam pro publicis habentur criminibus capitalibus. Crimen enim publicum eſt, aut non capitale, aut capitale. Nō capitale eſt, quo accuſatur aliquis ad præſtandam mulctam: id eſt, pœnam pecuniariam. Capitale eſt, quo accuſatur aliquis ad luendam pœnam capitis extremo ſupplicio, vel exilio, vel ſeruitute. Itaque formula loquendi antiqua, capitis anquirere eſt, accuſare, inquirere & iudiciū exercere dē capite alicuius, quod nunc vocant iudicialiter procedere contra aliquem reum, ad pœnam capitalem. Sic & pecuniæ anquirere, eſt accuſare & iudicium exercere contra reum ad mulctam, id eſt, pecuniariam pœnam luendam. Infrà in principio libri ſexti de bello Punico. Valde autem ſibi temperarūt Tribuni in actione contra Menenium, quod iudicium capitale mutarunt in leuius iudicium non capitale, pœnamq́ mitigarunt. Et ius quoque Romanum admittit hanc ſæpè æquitatem, vt capitale iudicium pœnaq́ capitis mutetur in non capitale iudicium, in pecuniariam pœnam: contrà verò admodum rarò, & non niſi propter aliquam inſignem rei improbitatē, actio non capitalis mutatur in capitalem, cuius exemplum habes in loco iam allegato de Cn. Fuluio, reliqua à Iureconſultis pete.

Secundò. Nullo modo licet reos eripere iudicio ante latam ſententiam, & ante peractum iudicium. Tum enim denique reos ſententia vel condemnat, vel abſoluit.

Tertiò. Peſsimi & non tolerandi exempli res eſt, magiſtratum tametſi malum, aliqua iniuria aut vi afficere, nedum occidere. Nam hoc exemplum facilè manaret ad bonos quoq; & innocuos magiſtratus.

Quartò. Improba vox eſt plebis conuitiantis, nihil cōtemptius neq; infirmius eſſe miniſtris magiſtratuum, aut ipſo quoque magiſtratu, ſi ſint qui contemnant, ſibi quenque ea magna atque horrenda facere. Et huic improbæ voci ſi parerent populares, nihil ſancti & inuiolati haberent leges & magiſtratus, omniaq́ laberentur in peſsimam anarchiam, in qua nemo præciperet recta, imò potius nemo præcipientibus obſequeretur, fieretq́ tanquam belluarum colluuies. De hac theſi copiosè dicit & Demoſthenes, in prima contra Ariſtogitonem.

Quintò. Non licet iure militari in ordinem redigere eum, qui ſemel geſſerit magiſtratum caſtrenſem. Ignominioſum enim centurioni vel tribuno eſſet, ſi rurſum gregarius miles fieret, nullo ſuo crimine.

Sextò. Omninò decet magiſtratum, & quemlibet ciuem, poſthabere priuatos affectus publicæ vtilitati & charitati, vt ſuprà ſæpiſsimè eſt dictum.

Septimò. Comitiorū genera, vt ſuprà quoq; attigi in primo catalogo huius ſecundi libri, plura fuere, ſcilicet, Curiata, Centuriata, Tributa & Tribunitia. Curiata, intra vrbem ex ſingulis Curijs aliquot conuocatis viribus habebantur, plerunq; propter auſpicia & ſacra, vel etiam propter leges ferendas. Vnde & Curiatæ leges vocantur. Centuriata comitia, ex omnibus ciuibus cuiusq; Centurię, ſecundum ætatem & cenſum collectis, habebantur extra vrbem in campo Martio, vocabanturq́ magna comitia, quorum indicendorum poteſtas non erat penes vllum magiſtratum præter Conſules, vel Dictatorem, vel Prætorem vrbanum, cùm minores quoque magiſtratus aliquando curiata comitia indicerent, vt Tribuni plebis & Augures, vt Pontifices atque alij. Centuriatis verò ſuffragijs creabantur conſules, Prætores, Pontifices, Aediles, Queſtores, Cenſores, alijq́ maiores magiſtratus, & ferebantur ſuffragia ſecundum prerogatiuā claſsium, vt ſuprà in primo libro, in catalogo Seruij Tullij ſatis eſt dictum. Tributa Comitia erant collecta ex ciuibus vocatis aliquot ex ſua tribu, regionatim ſecundum genera hominum, cauſas & quæſtus. Sic enim poſtea circiter annum vrbis quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum, Q. Fuluio & L. Manlio Conſulibus, deſcriptæ ſunt tribus, vt non tantùm quatuor locales eſſent antea ſub Seruio Tullio, videlicet, Palatina, Exquilina, Collina, & Suburrana: ſed vt idem numerus tribuum qui & curiarum eſſet, nempe vt triginta quinque tribus numerarentur: ſicut triginta quinque curiæ, & deinceps ſicut curiæ differrent ſacris à ſe inuicem, ſic tribus differrent regionibus & cenſu. Vnde tributa comitia intra vrbem quoque ſicut curiata habebantur, cùm certi homines ex vnaquaque tribu ſuffragium ferrent, vt de capite ciuis, de lege aliqua. Atque adeò circiter ætatem Ciceronis, planè eadem conſtat fuiſſe comitia curiata & tributa, vt eſt apud Aſconium & Valerium Maximum aliquoties videre. Tribunitia verò comitia erant, cum tribuni plebis tantùm vocabant in concionem homines ex ſola plebe, præteritis nobilibus, & patritijs, & in talibus ferebantur plebiſcita, creabanturq́ plebei magiſtratus. Et hæc de comitijs ſupra quoq; dicta, hic repetere libuit, cum iſtorum diſcrimina valde referat in hiſtorijs obſeruare: atque aduerte etiam hoc loco, rectēne Tribunitia an Tributa comitia pleraque legant in Liuio.

Octauò. Militem magis decet arma tractare, quàm leges & ſermonis elegantiam nouiſſe. Plus enim manu, quàm verbis pugnare miles debet & valere. Et ſolet plerunque ſanè eloquentia eſſe imbellis, militiaq́ illiterata, iuxta illud:

--- An tibi Maurorum
Ventoſa in lingua, pedibuſq́ fugacibus iſtis?

De hac theſi vide concionem C. Marij apud Saluſtiū in Iugurtino. & Ciceronem in primo officiorum, vbi inquit:

Cedant arma togæ, concedant laureæ linguæ.

Nonò. Tribuni plebis non habuere ius, ne vocandi quidem aut amouendi, nedum coercendi aduerſum nobiles & patritios,

patritios, ſed tantùm in plebeios, quanuis poſtea ita eſt aucta ipſorum poteſtas, vt coercitionem quoq; excercerent in nobiles & patritios, cuius potentiæ exempla multa reperiũtur. Verùm L. Sylla Dictator ius tribunitium valde imminuit & debilitauit. Pompeius autem reſtituit in pernicié & exitium libertatis Romanæ. De quo Plutarchum in Sylla & in Pompeio conſule.

Decimò. Vera eſt ſententia imperij vim omnem in conſenſu obedientium eſſe, neq; ſatis tutam maieſtatem eſſe ſine viribus obſequentium: tametſi mirabiliter ſæpè conſeruantur magiſtratus cõtra inobedientiam & vim popularium. Quia, vt Homerus teſtatur ſæpè, reges & magiſtratus peculiari curę ſunt Deo, & tanquam alumni ſunt Deorum, communeq; ius habent cum dijs, & conuenit hoc Homericum dictum cum ſacris literis, teſtantibus magiſtratum eſſe ordinationẽ Dei, & vicem Dei in terris gerere. Proinde velle Deum ſuam ordinationem, ſuoſq; vicarios tueri & conſeruare.

Vndecimò. Miles deſertor eſt, qui ſignum ſuum, ordinem ſuum, arma ſua reliquit & abiecit per ignauiam & metum, contra fidem militaris ſacramenti, & cõtra diſciplinam militarem. Pœna verò deſertoris eſt, non ſolùm infamia, ſed & capitale ſupplicium. Sin verò pleraq; acies fuſa, & in fugam ſit verſa, tum piaculare non eſt neq; ita infame abijcere arma & fugere vnà cum alijs. Vnde & dicterium extat Demoſthenis:

Virum fugientem eſſe pugnaturum denuò fortiter.

Duodecimò. Si plures peccarint, quàm vt ius ſinat & humanitas vniuerſos punire, tũ æquitas ſuadet paucos è multis luere pœnam, vt ita paucorum exemplo plures deterreantur à flagitio, & æquitati aliquid condonetur, nihilominusq; peccata non impunita maneant. Et de hoc vide Ciceronem pro Cluentio.

Decimotertiò. Optimates & prudentiores è conſilijs ſubmoueri non debent, alioqui plus damni & probri perueniet ad ipſos ſubmouẽtes, quàm ſubmotos, id quod patet huiuſmodi exemplo Honorij Imperatoris, qui cùm occidi curaſſet Aetium, virum iuxtà ſtrenuum & prudentem, interrogaretq; patritium, quid ſibi de cæde Aetij videretur, reſpondit patritius, improbare ſanè factum tuum Imperator nolo, ſed hoc ſciens dico, quòd interfecto Aetio, dextram tuam ſiniſtra tibi manu abſcideris.

Decimoquartò. Rei periclitantes in iudicio pullis & atris veſtibus lugubri habitu, ſupplici voce & geſtu miſerabili vtebantur ad miſericordiam mouendam, quæ humilitas fortẽm aut innocentem virum parum decet, vt pro Milone Cicero quoque teſtatur.

Decimoquintò. Mortui ſuis iuſtis & honoribus minimè ſunt defraudandi vltimis. Nam fœuire in mortuos immane eſt. Vnde Solonis humaniſſima lex fuit Athenis, quę iubebat capite plecti, vel ſaltem infames eſſe eos, qui malè obloquerentur mortuis.

Decimoſextò. Mendacium triplex eſt, ſcilicet iocoſum, officioſum & pernicioſum: Iocoſum, cùm quis mentitur, vel mendacium dicit ioci cauſa, tanquam ludens: ita, vt facilè deprehenſus, nemini obſit cautiori. Officioſum, cùm quis mentitur in gratiam & vtilitatem alicuius. Sic Poetæ vera falſis permiſcent, & falſa veris, vt oblectent & doceant lectores ſuos iſta amœnitate, & fabularũ illecebris minimè otioſis. Nam hæ nugæ ſeria ducunt [redacted] diſſimulare enim verum aliquando, valde vtile eſt & honeſtum, cùm non ſui proprij commodi, ſed alienæ vtilitatis gratia fit. De hoc vide plura apud Fabium in quarto, capite ſecundo: & in duodecimo, & in tertio Officiorum. Pernicioſum verò mendaciũ eſt, quod dicit aliquis ſui commodi gratia, vt alios decipiat, damnóue afficiat, quod neminem decet bonum vnquam.

Decimoſeptimò. Signa caſtrenſia alia ſunt muta, vt vexilla, manipuli, nutus: alia ſunt vocalia, vt tubæ, cornua, claſſicã, teſſeræ. alia ſunt media. Et hæc vltimo huic Catalogo ſecundi libri ſufficiant, tametſi ex omni amborum librorum hiſtoria Liuiana longè plura, imò plurima poſſent annotari. Sed ea priuatæ meditationi committere eſt vtile, vt habeat ſtudioſus lector plura cogitandi & inueniendi materiam, ne, ſi omnia proponantur, faſtidium inde potius, quàm voluptatem aut commodum ſibi ſumat.

FINIS ANNOTATIONVM IOANNIS VELGVRIONIS IN PRIMVM ET SECVNDVM LIBRVM TITI LIVII.

IN T. LIVII LIBRVM PRIMVM ANNOTATIONES, PER BEATVM RHENANVM.

EXemplar primæ Decadis manuſcriptum ſanè quàm eleganter, quod nobis communicauit non gente ſolum, ſed & literis clarus ille Vormacienſis eccleſiæ decanus, dominus Reinhardus à Rheilpur, deſumptum illic ex bibliotheca publica, primis duobus ternionibus carebat, quos nebulo quiſpiam deſecuerat, dum liber alicubi incuſtoditus iacet. Idem ſcelus & in fine voluminis commiſſum. Quare coacti ſumus hic aliquot paginas tranſilire.

Inſigniq; eum Veſtæ) 14. K. Sic exemplaria quædam excuſa habent: quum ſit ſcribendum, veſte, abſq; diphthongo. non enim de dea Veſta, ſed de veſtimento loquitur. Cætera quoque omnia pub.) Vetus lectio: Cætera quoq; omnia. & ſic legi debet. Propulſo legum ac pœnarum metu) 15. B. Archetypum Vormacienſe habet, Proximo legum ac pœnarum metu. Is ducit exercitum quàm proximè) Non dubito quin Liuius ſcripſerit quemadmodum eſt in volumine Vormacienſi, Ea res ab ſtatuis exciuit Metium, ducit quàm proximè ad hoſtem poteſt. Abſolutè enim verbum duco, ſubinde Liuius vſurpat, & authores cæteri. Faciſne me tu reg. n. populiq; Romani Quiritium?) Scribendum, Populi Romani Quiritium: abſq; particula, que. Patrem patratum Sp. Fuſium) 17. A. Adijce pronomen, is. Is patrem patratum Sp. Fuſium fecit. Sic enim in manuſcripto libro legitur. Vt illa palam prima poſtrema q;) Habet exemplar vetus, Vt illa palàm prima poſtrema ex illis tab. Nihil autem ambigo particulam, Que, poſtea, additam. Si prior defecerit) Legendum, ſi prior defexit. nam ſic continet ſcriptura vetus. Dixerunt autem antiqui Defexit, pro Defecerit. Tu illo die Iupiter populi Romani. Hic multum laboris mihi exhibuit, & diu me diſtraxit, quum depraua-ta, tũ variata lectio libri manuſcripti, in quo legitur, Tum ille dies Iupiter. & quidam ſuprà adiecerat, vel Dieſpiter. In margine notatum erat, Dies Iupiter. Deprehendi verò tandem ſcribendum eſſe, Tum die Iupiter. Nam priſci dium deum dixerunt, vt dium Fidium, item diuum. Scribam veterem decepit, Die, ſic fortaſsis ſcriptum, dle, vt poſſet facilè verti in, ille diuerſa videlicet lectione, quæ ſæpè notata ſeorſim à parum attentis ſcribis, dum nihil omittere volunt, in contextum recipitur. Et die, quod ipſe eſſe putabat à vocabulo Dies dici, mutatũ eſt in dies: vt quadraret oratio, Ille dies. Habebunt mihi docti, ſat ſcio, magnam gratiam pro hoc loco reſtituto. Porrò tum aduerbium ſatis ſignificantiæ temporalis in ſe habet, vt nihil addere fuerit opus, Illo die. Animo intenduntur) Vetus lectio, Animo incendũtur. Et mox) Publicũm imperium ſeruitiumq; obſeruatur animo: ſine coniunctione Sed, qui ſermo miram elegantiam habet. Item inferius paulò, Ad quorum caſum quum conclamaſſet gaudio Albanus rex. Ex inſperato pauentium ſolet. Magnum hic mendum exemplaria Liuiana occupauit. Nam pro pauentium, ſcribendum eſt fauentium. Vehemens autem de proſpero rei prope deſperatæ ſucceſſu, gaudiũ. Et vt pugnatum eſt 18. F. Non erat opus hic particulas iſtas tranſponere. Rectè enim exemplar ſcriptum habet, ſed diſtantia locis, vt & pugnatum eſt. Idem habet paulò pòſt: Quæ deſponſa vni, non deſponſata. Et ibidẽ. Obuia ante portam Capenam fuit, non obuiam. Cum immaturato amore) Tu ſcribe, Cum immaturo amore. Et mox: Quæcunq; Romana lugebit hoſtem. Sic enim in archetypo Vormacienſi legitur. Aut ſecundum iudicium ſupplicij.) Antiqua lectio, Ad ſecundum iudicium. Scribendum, Ac ſecundum iudicium ſupplicij author eſſet. I, caput obnue liberatoris huius vrbis) decimonono C. Imperatiuum I, recentior manus aſcripſerat in codice Vormacienſi: in quo non caret elegantia, quod ſcriptum eſt, vrbis huius. Quemadmodum & quod ſequitur: Admiratione magis virtutis, quàm iure cauſæ. Item rurſum quod paulò pòſt legitur: Id hodie quoq; publicè ſemper reſectum manet. Hic miror quid libueris quibuſdam dictiones tranſponere, contra fidem exemplaris ſcripti. Suo iuſſu circunduci Albanorum exercitum vt Fidenatiũ nuda terga inuadat: idem imperat, vt haſtas equites erigere iubeat. In volumine Vormacienſi legitur, Albanum exercitum. Quæ ſequuntur concordant cũ vulgatis editionibus. At ego ſic arbitror ſcripſiſſe Liuium hoc modo diſtinguenda oratione: Suo iuſſu circũduci Albanum exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat: idem (ſubaudi Albanus exercitus) imperat: haſtas equites erigere iubet. Porrò mirum Tulli regis conſilium fuit, etiam deſciſcentes Albanos in ſpeciem adhortantis, quo Fidenatibus hoſtes terreret. In Veientem alieno pauore [redacted] redit) 20. G. Legendum eſt, Ferocior [redacted]

memoris legum humanarũ fuit.)21. A. cogitãdum num scribi posit, Legum Romanarũ fuit. Nam sequitur, In aliis gloriari licet, &c. Eandem sedem Tullus regiæ capit, ibiq; habitauit) Autoritatem sequuti scripti codicis sic legemus, Eam sedem Tullus regiæ capit, ibiq; deinde habitauit. Legiones etiã veteres) Vetus & syncerior lectio, Legiones, & veteres eodem supplemento expleuit, & nouas scripsit. Et quia proximum regnum cæteris egregium.)22. K. Repone, Cætera egregium. Sic enim Liuius loqui solet, & authores alij, Ita habes infrà: Ergo virum cætera egregium sequuta. Põtificem maximum in album relata.) In libro scripto tantum est: Pontificem in album, sicut suprà: Pontificem deinde Numa Marcium M.F. ex patribus legit. Repetentibus res Romanis superbè responsum reddiderunt.) Magis placet antiqua lectio, reddunt dedier. Illasq; res nuntio populi Romani mihi exposco) 23. B. Suspicor tres istas dictiones, Nuntio populi Romani: postea additas ab exponente datiuum Mihi. In exemplari Vormaciensi recẽtiore manu suprascriptum erat interres & dedier, P.R. Tum patriæ compotem me nunquam sinas esse.) Lectio vetus: Siris esse. Scribo, fieris esse. Hominibusq; priscis Latinis)23. D. Ex veteri volumine sic apparet legendum esse: Patri patrato priscorum Latinorum, hominibúsque, subaudi, priscorum Latinorum, priscisue Latinis. Et paulò pòst: Hominisue prisci Latini.) non, Hominésque. Et quum circa palatium sedem veteris Romani.) Rectè habet antiqua lectio: Sedem veterem Romanorum. vt intelligas, Sabinos Capitolium atque arcem implesse circa palatium, quæ sedes erat veterum Romanorum. Inde ingenti præda potitus Romam redit.) Exemplar scriptum habet, Potens. opinor legendum potiens. Quiritium quoque fossa, haud paruum munimẽtum à planioribus additum locis.) Qui hunc locum castigare nisus est, quum rectè haberent verba, deprauauit. nam Aditu, supinum, vertit in additum, participium: sed perperam. Significat enim Liuius fossam Quiritium non paruum munimentum fuisse ab ea parte qua erant loca planiora ac faciliora aditu. Et in ora Tyberis Hostia vrbs condita.) Legendum est: Et in ore Tyberis Hostia vrbs condita. hoc est, in exitu vbi in mare effunditur. Alioqui Homa quoque in ora Tyberis sita. Sic in ora Elli fluuij, quem & Alsam vocant Argentuaria ac Elcebus Sletstadium iacent, in ore eiusdem, hoc est, apud confluentes Argentoratum. Ea quum illi nupsisset.) 24. H. Hic priscum verbum fœdè deprauauit temeraria castigatoris manus: Nam pro innupsisset, scripsit, Illi nupsisset. Sic autem habet lectio vetus: Ea quum innupsisset. Porrò mulier innubuit propriè, quum in mariti domum transit: vnde factum, vt innubere, veteres pro transire vsurparint: teste Nonio, qui Lucilium citat, ita hoc vsum verbo. Sẽsus igitur est: Ea quum innupsisset, hoc est, iam ad domum mariti transisset. Nam nupsisse dicitur puella etiamnum apud parentes domi manens. Innupsisse, nisi quæ cum viro iam habitare cœpit, non dicitur. Facilè viro persuadet.) Viro, datiuũ quispiã addidit inter enarrandũ. Non reperimus in codice Vormaciensi, nec est necessarius: præcessit aũt, Forti ac strenuo viro. Cõmigrant Romã.) Exẽplar antiquũ habet: Emigrãt Romã. subaudi Tarquinijs. Nõ aliter dictũ est infrà: Auolant Romã. Porrò quid vetat dici, Amigro, pro Abmigro: siue Ammigro, pro admigro: sicut dicimus, Immigro, & Demigro. Iam & Romanis cõspicuũ.) In volumine scripto tãtũ legitur. Aedidere nomẽ Romanis cõspicuũ. Adiecit fortasis aliquis duas illas particulas cõnectere volens orationẽ, quæ sibi hiare videbatur: mihi non vidẽtur necessariæ. Notitiaq; eum breui apud regẽ.) Hunc locum sciolus aliquis adulterauit. Legendum verò quemadmodum archetypum Vormaciense continet: Notitiamq; eam breui apud regem liberaliter dextræq; obeundo officia in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Vt intelligas ipsum Lucumonem adduxisse eam notitiam in iura amicitiæ familiaris. Vt mille & trecenti equites.) 26. G. Antiqua lectio: Vt mille & DCCC. equites. Hoc pacto in singulis centurijs fuerunt sexcenti equites. Et quicquid circa Collatiã agri erat.) Mihi magis ꝓbatur vt scribam⁹ ad fidẽ vetusti codicis: Et quicquid citra Collatiam agri erat. Et ego recipio.) At ego recipio, scriptum est in archetypo. Deinde triũphãs Romam redit. Præterea: Omne nomen Latinum. Item: Pax deinde est facta. Vrbem quam nondum munierat. Tu castiga, Vrbem quà nõdum munierat. Est Quâ aduerbium loci, hoc est, qua parte. Hunc lumen quondam. Interpretatio flammę, qua visum est pueri caput ardere. Nec cuiquam secus videtur legendum. Cæterùm quando considero quæ postea sequuntur, vbi vulnerato Tarquinio omne auxilium regiæ seruandæ in Seruio situm fuit, video melius legi posse contra receptam istam & Vormaciensis codicis, & vulgatarum editionum lectionem. Hunc columen quondam rebus nostris dubijs futurum. Sic autem Seruium columen dubijs rebus & regię afflictæ dicit futurum: quẽadmodum Terentius in Phormione seruum antiquum Getam columẽ familiæ vocat, hoc est, columnam. ita Donatus interpretatur. Vnde inter vetera seruitia Columellarum nomẽ. Porrò quũ subdit, Præsidiumq; regiæ afflictæ: velut exponit quod præmisit, Columen rebus nostris dubijs. Iam indicant sequentia, Seruium non ostendisse quid foret agẽdum, vt lumen appellari posset: at dubias Tarquinij res & afflictam regiam fortiter sustulisse, sustinuisseq;. Non est dissimilis huic locus qui lib. 2. huius Decad. legitur. vbi inquit: Trecentos sex perijsse, satis conuenit: vnum propè puberem ætate relictum, stirpem genti Fabiæ, dubijsq; rebus populi Romani, sæpè domi bellíq; vel maximum futurum auxilium. Item lib. 3. Sibi, inquit, eam in dubijs suis reb⁹ venisse subsidio. Rursum lib. 8. Nunc, inquit, misericordia vestra conciliati, auxilióq; in dubijs rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus. Posset tamen sententia sic etiam legi, posteriori accusatiuo Hunc, expuncto. Vidésne tu puerũ hunc? inquit, quem tam humili cultu educamus, scire licet columen quõdam rebus nostris dubijs futurũ, præsidiumq; regiæ afflictæ. Nec hîc dubito quin doctissimus quisq; mecũ sit sensurus. Vocabulum columẽ vsurpat alibi quoq; Liuius noster. vt lib. 6. Consulatũ, inquit, superesse plebeijs, eam esse arcem libertatis, id columen. Et inter mulieres familiaritate auctam.)27. C. Non me latet Latinè dici, Familiaritate aucta, pro locupletata: quemadmodum Cicero dixit: Auctus pecunia, & auctus filiolo. Verùm magis hic quadrat vetusti codicis lectio, Et inter mulieres familiaritatem auctam. vt intelligas, inter mulieres, hoc est, inter vxorem Seruij Tullij, & inter reginam, familiaritatem, quæ primùm tenuis & modica fuerat, vt inter duorum principum vxores postea quàm est cognita illa inter captiuas, deinde auctam & maiorem factam, vbi in domum recepta puerum est enixa. Et puerum in domo à paruo) Deest hîc in vulgatis exẽplarib. omnibus, Vt, particula. Sic enim scribe: Et puerũ vt in domo à paruo eductũ. Porrò non erat opus, eductũ, quod in antiquo libro legitur, in educatũ mutare: quãdo Terentius vsurpat educere, pro educare. Eduxi, inquit, à paruulo. Id seruus serua natus) Volumen manuscriptũ habet, Id Seruius serua natus. Et sic est legẽdum. nã præcedit, Romulus Deo prognatus, ad quod respõdet, Seruius serua natus. Et est hîc figura, quã παρονομασίαν, siue agnominationẽ vocant in Seruius & serua. Qui consueti erant) Scribendum est, quemadmodũ continet exemplar Vormaciense, Quibus consueti erãt vterq; agrestibus ferramentis. Nam oratio pendet adhuc vsq; ad verbum Cõuertunt, quod nõ animaduertit, qui locũ adulterauit. Euocati ad regẽ pergunt, primo vterq; vociferari) Debet esse, vocati ad regẽ. Aliud enim est vocatus, aliud euocatus. Quod verò sequitur: Et iussi inuicem dicere: melius est vt legatur, In vicem: separatis dictionibus, hoc est, per vices. Dextram tenent, orat.) Castiga, Dextram tenens orat. Habitabat enim rex ad Iouis Statoris ædem.) 28. C. Hîc addidit sciolus aliquis accusatiuum ædem, qui non est in volumine Vormaciensi. ἐκλειπτικῶς autẽ loquuntur autores: Ad Iouis Statoris: pro ad Iouis Statoris ædem. Interim Seruij Tullij iubere populũ dicto audientem esse.) Liuius scripsit, Interim Seruio Tullo iubere populum dicto audientem esse. Sic lib. 5. Nec plebs, inquit, nobis dicto audiens atque obediens sit, Imperitus quispiam non versatus in authorum lectione, & proinde non intelligens quid sibi vellet, dicto audientẽ esse, pro Seruio Tullo, scripsit, Seruij Tullij. vt quadrarent verba, Dicto Seruij Tullij, hoc est, præcepto. At dicto obedientem esse, idem est quod obedire. Porrò vetus liber mox habet: Obiturumq; alia regis munia esse. Tum demum palàm facta ex compl.) Indicat manu scriptum exemplar esse legẽdum, Tum demum palàm factum: subaudi, regem esse extinctũ. Tum demum, hoc est, vbi suas opes firmasset. Cęterùm quia mox vetus codex habet, Et comploratione in regia orta: arbitror sic scriptum reliquisse Liuium, Tum demum palàm factum. Et comploratione in regia orta. subauditur, est. Nec iam publicis magis consilijs.) Sic & in Archetypo Vormaciensi legitur. At ausim iurare ego, scripsisse Liuium, Nec iam publicis magis auxilijs Seruius, quàm priuatis, munire opes. Siquidem quod antè dixit, Serui⁹ præsidio firmo munitus, illud ipsum est, quod hîc publica auxilia vocat. Et aliquãto pòst sequitur, Consilio augere imperium conatus est. Porrò facilimus scribæ lapsus fuit, vt pro Auxilijs scriberet Consilijs, literarum similitudine deceptus. Galea, clype⁹, ocreæ.) Codex vetustus habet, Galea, clypeum, ocreæ. Quid aũt opus erat hîc scribere clypeus, quum vtrunq; doctis sit in vsu, clypeus & clypeum? Virg. 9. Aeneid. Et clypeum superintonat ingens. author Seruius. Tertiæ classis in quinquaginta milliũ censum esse voluit: totidẽ centuriæ, & eæ)29. C. Antiqua lectio: Tertia classis in L. milliũ censum esse voluit, totidem centurię, & hæ. Suspicor scriptũ fuisse, In tertia classe L. milliũ censum esse voluit, aut Tertię classis millium L. censum esse voluit. Hinc minor census) Scribe iuxta fidem vetusti voluminis, Hoc minor cẽsus. Est autem hoc ablatiui casus. Id quod non animaduertit, qui hinc aduerbium supposuit. Sue, oue, taurisq; tribus lustrauit) Antiqua lectio: Sue, oue, taurilibus lustrauit. Sic Cornelius Tacitus annalium libro 5. Sacrificantibus, quum hic more Romano suóue taurilia daret. Cogitandum autem quid sibi velit, Idqúe conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Aggere & fossis & muro vrbem circundat, item pomœrium profert) Dij boni quantum sibi

permise-

permiſerunt quidam in hoc authore interpolando. Scribendum eſt ad archetypi fidem, Aggere & foſsis & muro circundat vrbem, ita pomœriũ profert. Senſus eſt, Aggere & foſsis & muro circundando vrbem pomœriũ profert. Quid igitur illi in mentem venit, qui pro ita, ſcripſit? Item nouam videlicet ſententiam facturus. Liuius in hoc libro paulò poſt: Ita armatus in Tyberim deſiluit. Pomœrium verbi vim ſolam intuentes poſtmœnium interpretantur eſſe: eſt autem magis circa murum locus) In primis conſtare nobis debet, etymologiam pomœrij Liuium non à mœnibus, ſed à muro deductam oſtendere: quandoquidem pomœrium dicimus, non pomœniũ. Nam ſequitur paulò poſt: Hoc ſpacium quod neq; habitari, neque arari fas erat, non magis quòd poſt murum eſſet, quàm quòd murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt. Proinde, quemadmodum indicat volumen Vormacienſe, eius exemplum quod olim à Dextro Flauiano Nicomacho & Victoriano VV.CC. emendatum eſt, non poſtmœnium hîc ſcribi debet, ſed poſtmœriũ. Et mox circamœrium non circa murum. Nec obijciat hic aliquis eas voces nihil ſignificare. Sic enim & mulieris etymologiam afferentes, mulierem dictam interpretamur quaſi mollierẽ, à mollicie videlicet. Sic aũt diſtingue verba: Pomœriũ, verbi vim ſolam intuentes, poſtmœrium interpretantur eſſe: eſt autem magis circamœrium: locus quem in cod. vrbe appoſitiuè. In fragmentis Feſti Pompeij legitur, Proſimurium eſſe pontificale pomœrium, dictum quaſi proximurium, id eſt, proximum muro. Ita nanque caſtigãdum arbitror. Quæ nunc vulgò etiam coniunguntur.) 30. F. Antiqua lectio: Quæ nunc vulgo etiam coniungunt. Subauditur Quidam. Elegans ſermo eſt. Cuius ciuitatis eam ciues Dianę immolaſſent.) Vetuſtum exemplar habet, Ciuis Dianæ immolaſſent. Opinor legendum: Cuius ciuitatis eam ciuis Dianæ immolaſſet. Sequitur enim de antiſtite Romano, & illo patre familiæ Sabino. Sabinus, vt primum acta dies ſacr.) Scribendum: Sabinusq;, vt primùm acta dies ſacr. Nec vacat particula Quæ, nõ ſolùm connectens ſententiam, verumetiam ad vehementiam eiuſdem faciens. Infima valle perfluit Tyberis. Lege, infima valle pręfluit Tyberis. Tulit enim Romana regia ſceleris tragici exemplum.) Adde particulã Et. Tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplũ. Filius nepóſtue fuerit.) Vetus ſyncrafq; lectio: Filius nepóſne fuerit. Subauditur, an. Aut elanguęſcendum aliena ignauia eſſet) 31. B. Hanc ſententiam fœdè deprauauit ſcioli cuiuſpiam imperitia. Legendum: Aut vt elanguęſcendum aliena ignauia eſſet. Et pendent hęc verba à ſuperioribus. Non ſibi defuiſſe cui nupta diceretur.) Perſuadet mihi vetuſtus codex legendum hîc eſſe: Cui innupta diceretur. Tametſi recentior manus, In particulam, ſuprà ſcripſerat, ſed proculdubiò ſyncerioris alicuius cod. admonitu. Porrò quũ ſe dicit innuptam, indicat ſe iam in ædes viri tranſiſſe. nam hoc ſignificat innubere, quemadmodum antè docuimus. Muliebri dolo regnum occupaſſe.) 31. E. Scribendum eſt: Muliebri dono regnũ occupaſſe. Nam reſpicit quod ſuprà dictum eſt, & quod mox præceſsit: Quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuiſſet animo, vt duo continua regna, viro, ac deinceps genero dediſſet. Ibi dicit Liuius, Tanaquilem genero dediſſe regnũ, quare hic ſubdit, Muliebri dono. Tum Tarquinius neceſsitate iam ipſa cogẽte.) Inſerẽda hic, etiam, particula. Neceſsitate iam etiam ipſa cogente. Ipſe propè exanguis cum ſemianimis regio comitatu) Vetus volumen habet: Semianimes. Neutra lectio gneſia eſt ac germana. Tu locum ſic reſtitue: Ipſe propè exanguis, cum ſemianime regio comitatu domum ſe reciperet. Subauditur in illis verbis, Semianime regio comitatu: participium, Exiſtente. In collem Eſquiliarum.) Antiqua lectio: In collem Eſquiliarum. Quem ſceleratum vicum vocant.) Quem, pronomen, aſinus aliquis adfuit: quum ſimpliciter Liuius ſcripſerit: Monumentoq; locus eſt, Sceleratum vicum vocãt. O caſtigatorem infelicem. Primores patrum quos Seruij rebus fauiſſe cred.) Scribendum eſt: primoresq; patrum quos. Pendet enim adhuc ſententia. Et altera ratio eſt, cur Superbus fuerit appellatus. Aliquanto pòſt in ſcripto codice legitur: Præcipuè ita patrũ numero imminuto. Non, Ita præcipuè patrum num. im. Haud mirum eſſe ſuperbo inditum Romæ cognomen.) 33. C. Vetus lectio: Haud mirum eſſe Superbo ei inditum cognomen. Cui enim non appareret.) Adhuc pendet ſententia per verba infinita, Præceſsit, ſuperbius eſſe, Non adeſſe, Tentari. Itaq; ſcribendum hic apparere: Cui enim non apparere. Seruum Turni auro corrupit, vt in diuerſoriũ eius.) 33. E. Et, particulam, adiecit aliquis, quæ non eſt in libro ſcripto, nec eſt neceſsaria. Elegantius enim dicitur: Seruum Turni auro corrupit, in diuerſorium eius vim magnam gladiorum inferri clãm fineret. Vbi ſubauditur, vt. Idverum nécne ſit extemplò ſciri poſſet.) Liuius indubiè ſcripſit quemadmodum eſt in Archetypo Borbetomagẽſi. Id vanum nécne ſit, extemplò ſciri poſſe. Et quanquam idem ſenſus redundat, quid tamen opus fuit Liuiana verba mutare? O præpoſteram diligentiam. Ac ſentire cum rege videbantur.) Exemplar manu ſcriptum habet, Videbant. ſubauditur Latini. Et liberorum quoque eum frequentiæ tædere.) 34. K. Antiqua lectio continet, frequentia. Septimus caſus eſt, hoc eſt, ob frequentiam. Et verbum Tædere, accipiendum abſolutè. Quum ſi nihil mouerẽtur.) Aliter legitur in vetuſto codice: Quum ſi nihil morarentur. Certè 4. libro huius Decadis rurſum hunc loquendi modum vſurpat, vbi Hortenſius tribunus plebis, C. inquit, Sempronium nihil moror. Id eſt, C. Sempronium dimitto. Verba videntur fuiſſe, quæ index ex more proferebat, quoties reum abſolueret. Proinde expone hic: ſi nihil morarentur: id eſt, dimitterent. Quandoquidem, vt omnia vnus Gabijs poſſet.) 35. C. Liber manuſcriptus habet: Quandoquidem vt omnia vnus præ Gabijs poſſet. Tu ſcribe: Quandoquidem vt omnia vnus ipſis Gabijs poſſet. Nec eſt ea vox hic ſuperuacanea: emphaſim. n. habet. Et vt libera à cæteris religionib. arx ea eſſet tota Iouis, templiq; eius, quod in ea ædificaretur: exaugurare fana, facellaq; ſtatuit: quia aliqua vota ibi à Tatio rege primũ in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ cõſecrata inauguataq; poſtea fuerant.) In hac periodo mendæ ſunt aliquot ingentes. Primùm quando non de arce extruenda, ſed de templo Ioui cõdendo hîc agitur, non ſcribendum eſt, Arx ea eſſet tota Iouis: verùm, Area eſſet tota Iouis. Non habet hic locum prorſus arcis Tarpeiæ mentio. Deinde ſcribendum eſt, Quod inædificaretur: non, Quod in ea ædificaretur. Eſt autem elegans verbũ inædificare. Mox pro iſtis dictionibus, Quia aliqua vota ibi: ſubſtitui debet, Quę aliquot ibi. Poſtremò vocabulum Vota, transferendum eſt, vt ante Conſecrata ponatur, hoc modo: Et vt libera à cæteris religionibus area eſſet tota Iouis templiq; eius, quod inædificaretur: exaugurare fana facellaq; ſtatuit, quæ aliquot ibi à Tatio rege primùm in ipſo diſcrimine aduerſus Romulum pugnæ vota, conſecrata, inauguataq; poſtea fuerant. Vide mi lector, quàm neceſſaria res ſit authores ad exemplaria antiqua conferre. Hæc non ſunt imputanda Laurentio Vallæ, ſed Pogio, Auriſpæ, Alerienſi, Victorino, & Petrarchæ, qui doctiſsimi quidem fuere, verùm non vſquequaque Latinè callebant. Id omen auguriumq;.) Non erat hîc eradenda particula Que. Idq; omen auguriumq;. Vnumq; deorum.) Nec hîc diſpungendus erat accuſatiuus Eum: Vnumq; eum deorum. Sacratis ibi finibus.) Scribe, ſacratis ſibi finibus. Itaque Pontinæ manubiæ.) Tametſi vetuſtum volumen cõtinet Pomptinæ: cenſeo tamen legendum, Pometinæ manubiæ. Nam exemplaria antiqua ab hinc annos mille ferè maiuſculis fuere literis perſcripta. modo E maiuſculum, non eſt ita diſſimile P. Facilè ergo POMETINAE verſum eſt in POMPTINAE. Præcedit autem, quòd Tarquinius Sueſſam Pometiam vi ceperit, vbi XL. millium pondo argenti auriq; fit mentio: quod hic repetitur. Quare miror hoc non emendatum in editione Aſilanica: quando iam olim ante nos ſic legendum eſſe monuit M. Antonius Sabellicus. Eo magis Fabio Pictori.) Quiſpiam adiecit, Pictori: nõ eſt in codice ſcripto. Mouit hoc hominem quòd antè ſemel dixerit, ſcriptorum antiquiſsimus Fabius Pictor. Quam ſummam pecuniæ.) Si quis hoc pacto legere velit, multa ſubintelligenda erunt. Ex fide vetuſti codicis ſic ſcribe, Quia ſummam pecuniæ, & repete verbũ ſcribit, quod ſubauditur. Minus tamen plebs grauabatur ſe templa deſtrui ædificare manib. ſuis.) 36. I. Antiqua lectio: Minus tamẽ plebs grauabatur ſe templa deſtrui exædificare manibus ſuis. Aperiretur tempore ſuo.) Scribendum, Operiretur tempora ſua, hoc eſt, expectaret opportunitatem temporis. Per ambages tegens effigiem ingenij ſui.) Qui participium Tegens, inſulſit, putabat orationem alioqui mutilam eſſe: nõ intelligens appoſitiuè dictum: Aureum baculum donum Apollini, per ambages effigiem ingenij ſui. Id eſt, qui baculus erat effigies ingenij ipſius. Quod ſe in fabrorũ miniſterijs.) Legendum: Miniſterio. nec opus eſt hîc numero multitudinis. Tentata res eſt primùm, ſi primo impetu.) 37. C. Vacat aduerbiũ hic, primùm. Sic ſcribe: Tentata res eſt, ſi primo impetu capi Ardea poſſet. In ſtatuis (vt fit) longo magis quàm acri bello.) Deeſt pronomẽ, his. In his ſtatuis (vt fit) longo magis quàm acri bel. Citatis equis aduolant Romam.) Vetus lectio: Auolant Romam. Vtrunq; tolerabile eſt. Similis error accidere ſolet in Abducere & Adducere. Quùm poſt cœnam in hoſpitale cubiculum ductus eſſet. Scribẽdum: deductus eſſet. Poſtquam ſatis tuta omnia circa, ſopitiq;.) Omnia, non eſt in libro ſcripto. Fortaſsis etiam legi poſſet: Poſtquam ſatis tuta cuncta, ſop. Mox ſequitur: Pauida ex ſomno mulier. Et infrà: Lucretiam ſedentem mœſtam in cubiculo inueniunt. Item: Sex. eſt Tarquinius. nõ: Sex. Tarquinius eſt. Ferro, igni, quacunq; dehinc poſsim, exequuntur.) 45. E. Non aliter in veteri legitur. Sed quid ſi ſcribas. Exacturum. Et inuecta corpori patris. Lectio vetus, corpore patris, hoc eſt: in corpore patris: liue per corpus patris.

IN T. LIVII LIBRVM SECVNDVM ANNOTATIONES, PER BEATVM RHENANVM.

PArtium cœptæ vrbis.) 40. G. Codex Vormacienſis habet: Partium certæ vrbis. lego: Partium certè vrbis. vt ſit Certè, pro Quidem. Deinde fuit in eodem libro mox, Ab ſe auctæ multitudinis. tametſi literam S. quidam eraſerat. At placet mihi ea lectio. Rectè enim habebit ſententia hoc modo, vt haud immeritò omnes deinceps conditores partium certè vrbis, quas nouas ipſi ſedes ab ſe auctæ multitudinis addiderunt, numerentur. Refertur autem genitiuus multitudinis ad accuſatiuum ſedes. Et hæc clauſula, Quas nouas ipſi ſedes: explicat quod dixit, Partium certè vrbis, quaſi dicat, Non totius vrbis, ſed partium quidem vrbis. Primorib. equeſtris gradus electis.) Scribendum eſt. Lectis, vt mox: Appellabant lectos. Necubi regum deſiderium eſſet.) Indicat Archetypum Vormacienſe ſcripſiſſe Liuium: Necubi ibi regum deſiderium eſſet. Ibi, hoc eſt, quantum ad ſacra attinet. Tametſi illic mēdosè ſcriptum fuerat. Necubi vbi. Solicitatamq; ſuſpicione plebem. 40. K. Legendum, Solicitamq; ſuſpicione plebem. Nobilium adoleſcentium animos pertentabant. 41. D. Habet volumen Vormacienſe: Pertentant. Nec fuit cauſa cur in Pertentabant, verteretur. Aceruos conſediſſe illitos limo.) Antiqua lectio: Acer uos ſediſſe illitos limo. Quicquid hominum deorumq;.) 42. K. Exemplar ſcriptum: Quicquid deorum hominumq;. Poſt illum ſeruatum, vt qui.) Scribēdum: Poſt illum obſeruatum. Ne ſe ortum eiuſdem ſanguinis extorrem.) Suſpicor legendum: Ne ſe ortu eiuſdē ſanguinis, extorrem e. Vt conſentiat codex manuſcriptus cum vulgatis editionibus. Fuſi fugatiq; ſunt.) 43. D. Verbum, ſunt, poſtea adiectum eſt. maiore elegantia omittitur. Paulò poſt in ſcripto codice legitur, Vno plus Tuſcorum. Vbi audire iuſſi. Antiqua lectio: Ibi audire iuſſi. Ad Aquilios Vitelliosq; recidiſſe. Deeſt pronomē ſe. Ad Aquilios ſe Vitelliosq; recidiſſe. Metui me credere poſſe à ciuibus meis?) Reſtitue ſententiam hoc modo: Metui me crederem poſſe à ciuibus meis? Et vbi nunc vicus publicus eſt.) Lectio vetus: Et vbi nunc vicæ poce eſt. Neſcio an rectè emendarint qui ſcripſerunt: Vicus publicus. Fortaſsis melius ſcriberetur, nam ad coniecturas hic confugere neceſſe eſt. Et vbi nūc Viriplacæ eſt. vt ſubaudiatur ædes vel templum. Siquidem reperio Deæ Viriplacæ ſacellum ad Veliam fuiſſe. Sic autem diſtingui verba debent. Delata confeſtim materia omnis infra Veliam, & vbi nunc vicus publicus eſt. Siue, Et vbi nunc Viriplacæ eſt: domus in infimo cliuo ædificata. Credo, quòd nulla geſta res inſig.) 44. H. In codice Borbetomagēſi legitur: Credo, quia nulla geſta res. Nec erat opus pro Quia, Quod ſcribere. An tantū roboris animo fuerit.) Hîc rurſum tranſpoſitæ ſunt dictiones, quaſi non melius ſonet, quod in veteri volumine habetur: An tantùm animo roboris fuerit. Sed ſuoſmetipſos ciues.) Antiqua lectio: Sed ſuoſmet ipſi ciues. Cur hoc voluit quiſquam mutare? Porrò quòd hic habes de ſuiſmet, in frà leges de Semet. Niſi, inquit, inter ſemetipſi ſeditionibus ſæuiant. Et infrà: Eos, inquit, per ſe ipſi Latini aſſumptis Hernicis ſine Romano aut duce aut auxilio, caſtris exuerunt. Itaque monere, prædicare.) 45. D. In ſcripto volumine legitur: itaq; monere prædicere Hoc poſterius verbum doctus quiſpiam videns huc non ſatis quadrare, vertit in Prædicare. Tu tamen meum ſequutus conſilium, ſcribe, præcipere. Itaque monere, præcipere. Primùm monuit, deinde præcepit, quod plus eſt. Creſcere enim debet oratio. Sp. Largium.) Vetus lectio: Sp. Lartium. Quòd verò ſequitur: Circumferens inde minaciter truces oculos, non erat mutanda Liuiana compoſitio tanquam inepta. Circumferens inde truces minaciter oculos. Si modo ſtudio factum eſt. Sicut mox: Iam impetu, conabantur detrudere virum. Et rurſum: Tyberine pater, inquit, te ſancte precor: Multiſq́ue deſuper incidentibus telis. Scribendum eſt: Multiſq́ue ſuperincidentibus telis. Eſt autem vna dictio ſuperincidentibus à verbo ſuperincido. Quod non intellexit is qui deſuper incidentibus ſcripſit, Gabina via. 46. H. Antiquum exemplar habet Gabinia viq. Item: Inde ſe obijcere. Inde, id eſt, ex eo loco. Sic enim exponi poteſt. Item, P. Lucretius. Rurſum: Tam effuſè euagāndi. Eumq; milites vulgò adirent.) Particula que, non eſt in exemplari vetuſto. Sic autem Liu. ſæpè loquitur connectentib. voculis omiſsis. Paulò pòſt, quàm fuit ad cædem. Quas inſidiarum minas per ambages iaceret.) 47. B. In vulgatis editionibus omiſſum eſt hoc loco pronomen ſibi. Quas inſidiarum ſibi minas per ambiace. Qui magnam gloriam petunt.) Archetypon Vormacienſe habet: Qui magnam gloriam vident. Et adiectum eſt recentiore manu in margine, petunt. Fortè ſcriptum fuit: Qui magnam gloriam propoſitam vident. Cæteri, vtcunq; ceciderit: primùm, quoad te opportunum fortuna dederit.) Fœdè hallucinatus eſt, qui ſententiam hanc tam miſerè deprauauit. Sic autem ſcribi debet: Mea prima ſors fuit. Cæteri, vtcunq; ceciderit, primi.) Subauditur ſors. nam primi genitiuus eſt,) quo te oportunum fortuna dederit ſuo quiſque tempore aderunt. Cognomentum inditum.) Lectio vetus: cognomen inditum. Cloelia virgo, vna ex obſidibus.) Omiſſa eſt hic, &, particula, quæ tamen mirè ad ſenſum facit. Auget enim rem, & comparationem ſubindicat. Legendum: Et Cloelia virgo, vna ex obſidibus, & quæ ſequuntur, inter tela hoſtium Tyberim tranauit. Senſus eſt: Non ſolùm Cocles ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranauit, ſed & idem fecit Cloelia virgo. Sic deditam, intactam, inuiolatamq; ad ſuos remiſſurum.) Accuſatiuus intactam poſtea additus eſt à quopiam, qui participium deditam ordinabat cum aduerbio ſic, coniungendum cum altero participio futuri temporis remiſſurum. Et videbatur ſententia mutila. Tu vero ſic ordinato verba volens orationem exponere: Sic remiſſurū ad ſuos, deditam, inuiolatamq́ue. Præcedit: Quemadmodum ſi nō dedatur obſes, pro rupto fœdus ſe habiturum. Paulò pòſt ſcriptū eſt in veteri Codice, elegiſſe impubes dicitur. Bonis vendēdis bona Porſenæ regis vendendi.) 48. K. Hæc duo vocabula, Bonis vendendis non ſunt in archetypo Borbetomagenſi. Videntur inſerta ab eo qui voluerit vſum moris indicare, quū tamen Liuius cōtentus ſit dicere, inter cætera ſolēnia. Arte aduerſus vim vſæ. Antiqua lectio tametſi mendoſa: Arte aduerſus vim ſe, docet legi quoq; poſſe, Arte aduerſus vim niſæ. à nitor, niteris. Multos Romæ hoſtium, vrbisq; charitas tenuit.) Legendum, hoſpitum: hoc eſt, eorum qui illos hoſpitio acceperant. Mox eſt in veteri, mendoſè tamen, Purius Publius Lucretius inde & P. Valerius Publicola coss. facti. Deeſt aduerbium tertiùm. Ne in tantis mutuis beneficijs.) Scribendū, neu in tantis beneficijs, hoc eſt, neue in t.b. Eam eſſe voluntatem omnium.) In manuſcripto Codice legitur: Hoſtib. potius quàm portas regib. patefacere eam ea eſſe vota eſſe voluntatem omnium. Lego: Hoſtibus potius quàm portas regib. patefacere. Ea eſſe vota, eam eſſe voluntatem omnium. Conſules deinde M. Valerius, P. Poſthumius.) 49. D. In volumine veteri tantùm eſt: coss. M. Valerius, P. Poſthumius. Namq; Ap. Clauſus, cui poſtea Ap. Claudio fuit Romæ cognomen: Exemplar ſcriptū ſic habet: Nanq; Ap. Clauſus, cui poſtea Ap. Claudio fuit Romæ nomen: Nec quib. factis cōſulibus.) 49. K. Antiqua lectio: Nec quib. facti conſulibus. Neutra ſyncera eſt. Originem erroris accipe. Quia ſtatim ſequitur ex factione, ſcriba nō ſatis attentus, quib. factione ſcribere eſt orſus, nec deleuit poſtea priores duas ſyllabas iam inceptæ perperam dictionis. Itaq; fragmentum id facti, doctus quiſpiam mutauit in factis, vt quadraret cum vtrinq; poſitis ablatiuis. Tu verò me authore ſic caſtiga: Sed nec quo anno, nec quibus conſulibus, quia ex factione Tarquinia (ita habet archetypon) nec eſt opus altero denominatiuo Tarquiniana, eſſent, id quoq; enim traditur, parum creditum ſit, nec quis primū dictator creatus ſit, ſatis conſtat. M. Valerium Fuſium Valeſij nepotem.) Aliam lectionem è vetere eruemus, quæ ſic habet: M. Valerium, Marci Fuſium, Voleſij nepotem. Scribo, M. Valeriū, Marci F. M. Voleſi nepotem. Notum eſt F. filiū ſignificare. Sic rurſum lib. 3. proximè ſequenti: Cum M. Valerio, inquit, Valerij filio, Voleſi nepote, quæſtor erat T. Quintius Capitolinus. Porrò quæ de Furijs & Fuſijs, Valerijs & Valeſijs ex authoritate Fabij Quintiliani ſolent adferri, non puto hîc habere locū. M. Valerium ſpectatæ virtutis conſularem virum.) Deeſt hic, &, particula, quæ inſerēda eſt hoc modo, potius M. Valerium ſpectatę virtutis & conſularem virum legiſſent. Præſtare Sabini (id enim poſtulatum erat) in animū induxiſſent. Antiqua lectio, præſtare Sabiniū id. n. poſt. Fortè legendū: Præſtare Sabini tum (id enim poſtulatum erat) in animum induxiſſent. Et C. Vetuſius.) In Vormaciēſi libro legitur. Et C. Vetuſius, Veturius, Vetirius. Vide diligentiam ſcribæ, qui diuerſam lectionem proculdubio ſeorſim adnotatam, in cōtextum meliore fide, quàm iudicio retulit. Et infra Valerium temerè inuectum. Quam delecta manu.) 52. G. Reponendū, Cohorti ſuæ quam de electa manu præfidij cauſa circa ſe habebat. Equitibus admoti equi, vt perſequi hoſtem poſſent.) Liuius ſcripſit, Equiti admoti equi, vt perſequi hoſtem poſſet. Nam elegāter ſingularis numerus pro pluratiuo vſurpatur. Quia tamen præcedit: Ad equites dictator aduolat. deſiliunt ex equis, auſus eſt quiſpiam hunc locum mutare. Volſcos conſilij pœnam metuentes. 53. A. In editionibus vulgatis hic particula, non, eſt omiſſa, quam repone: Volſcos conſilij pœnā non metuentes, nec opinata, res perculit. Cæterùm ita dictum eſt hîc nec opinata res, quemadmodum in fine primi libri de Lucretia, nec opinato viri aduentu. Sic & Cicero loquitur. Ad hoc prolixa barba.) O factum flagris dignum. Quum Liuius ſcripſerit: Ad hoc promiſſa barba, veluti indicat Vormacienſe exemplar, amuſus aliquis eraſa dictione promiſſa, ſuppoſuit prolixa. Sic lib. 5. M. Papyrius vnus ex his dicitur Gallo barbā ſuā, vt tum omnibus promiſſa erat, permulcenti ſcipione eburneo in caput incuſſo iram mouiſſe. Significat autem promiſſus longum ſiue prolixum, quaſi procul miſſum. In hunc. n. ſenſum

ſum etiam promittere verbum vſurpatur. Liuius noſter lib. 6. Satis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe. Poſtulare minaciter magis quàm ſuppliciter.)53. E. Deeſt hic aduerbium, multò. Poſtulare multò minaciter magis, quàm ſuppliciter. Contracti ad conſules) Mendoſa verba ſunt. Scribe: Contracti ab conſulibus. Iamq; ab omni parte munimenta vallabantur.) 54. I. Iitgens hîc erratũ occupauit codices Liuianos. Legendum pro vallabantur, vellebantur. Significat enim Volſcos munimenta Romanorum ab omni parte euulſiſſe. Nec in vrbe nunciatum eſt. Scribendum, Nocte in vrbe nunciatum eſt. In magna iam ſpe vndique paratæ pacis.)55. A. Repone, partæ pacis. Adeò in alteram cauſam non collega ſolùm præceperat.) Non aliter in Codice manu deſcripto legitur. Niſi quod in margine minutiore ſcriptura adnotatum erat, præceps erat. Quam lectionem probauit Marcus Antonius Sabellicus, monens etiam præceps ieſat legi poſſe. Sed tamen ſi quis me audiat, pŏtius leget: Adeò vi alteram cauſam non collega ſolùm præceperat, ſed omnis factio nobilium. Hæc lectio ſyncera eſt ac germana. Antè dixi Appium vehementis ingenij virum fuiſſe, quem paulò pòſt immitem natura vocat. Porrò nihil dubito ſi ſupereſſet adhuc Sabellicus, quin mihi ſubſcriberet. Nam candorem hominis edita ſcripta ſatis teſtantur. Et egò meliorum admonenti, non ſolùm in his Liuianis, ſed & in Plinianis, ac aliorum authorum caſtigationibus libenter cedam. Quin gratias inſuper ſum habiturus. Nam cupio ſubleniri rei literariæ. Hoc fortaſsis non abs re fuerit mŏnere, propter craſsiores, accipiendum hic præcipere, pro antecapere, ſiue præſumere, quemadmodum & libro tertio vſurpat, ita ſcribens: Nec ex quo caſtris caſtra conlata ſunt, inquit, ceſſatum à leuibus prælijs eſt facilè patiente dictatore, conferendo vires, ſpem vniuerſę victoriæ tentato paulatim euentu certaminum ſuos præcipere. Et apud Cæſarem in commentarijs. Hæc vſu ventura Cæſar opinione præceperat. Præcepit autem Appius vi cauſam alteram, quum prius propoſita ſententia, nobiles omnes habuit aſtipulatores. Quemadmodum ex ijs quæ ante dicta ſunt liquere poteſt. Neque quum decreuiſſet, quiſquam obtemperabat. In antiquo volumine legitur, neque cùm decreſſet: Quod verbum κατὰ συγκοπὴν videtur foro fuiſſe ſolenne: Sic rurſum libro tertio, Lictor decreſſe, ait. Verterant.) Sic dixit hic, metuſq́ue omnis & periculum libertatis in creditores à debitoribus verterant, vt ſupra: Libertatem aliorum in ſuam vertiſſe ſeruitutem inter ſe conquerebantur. Et paulo inferius, Ea in caput vertit. De multa loquens. Item libro decimo tertiæ Decadis. Et induratus præter ſpem reſiſtendo timor hoſtium, ac ne vertat in audaciam periculum eſt. Sic enim nos illic legendum docebimus, quanquam editiones vulgatæ contineant, Ac ne vertatur. Habet autem in allegatis exemplis verto paſsiuam ſignificationem. Non eſſe tamen deſertam omnino Rempublicam. Antiqua lectio: Non eſſe tamen deſeratam. Vt etiam legi poſsit: Non eſſe tamen deſperatam omnino rempublicam. Porrò deſerta erat id temporis reſpub. magis quàm deſperata. Ad patres referunt.) 56. F. Codex manuſcriptus habet: Ad patres deferunt. Quod verò mox ſequitur, ſed delatam conſulere, rectè dictum eſt. Sic enim Plautus: Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeant. Tum verò ad ſellas conſulum properè conuolauere minimus quiſque natu patrum.) Adulteratus locus eſt. Legendum, Tum verò ad ſellas conſulum prope conuolare, minimus quiſque natu patrum. Senſus eſt: Quùm patres in curia conueniſſent, iuniores inter hos quibus calebat ſanguis, nõ contenti in ſuis ſubſellijs dixiſſe quæ ſentiebant, immemores maieſtatis conſularis, ad ipſas propemodum conſulum ſellas conuolabant. Erroris cauſam fuiſſe video, quòd aduerbium prope, bonus ille vir, quiſquis fuit, cum verbo conuolare conſtruxerit, quod retro erat referendum. Notat autem immodeſtiæ Liuius iuniores patres. Senatus tumultuosè vocatus. Sic diſtingue, Senatus tumultuosè vocatus, ſubauditur, eſt. Tumultuoſius conſulitur. Dictum eſt, conſulitur, impersonaliter. Cuius maieſtatem violauit.)57. A. Suſpicor legendum, violabit. Nam vulgus veterum librariorum ſolitum fuit ſubinde u pro b, & viciſsim b pro u ponere. Quæ res mirè vitiauit omnes authores. Rurſus Virginij Largijq́ exemplo. haud ſalubrem vtique Largij putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret. Obſcurus locus eſt, quia depraua tus. Demiror quomodo ſe hinc explicent profeſſores, qui in publicis auditorijs Liuium enarrant. Et vix eſt author in ſcholis tritior. Quid hîc afferebat ille profeſſorum Achilles Philippus Beroaldus, qui toties priuatim & publicè Liuianas Decades Bononiæ prælegit? Reſtitue & diſtingue ſententiam hoc modo: Rurſus Virginij Largijq́, exemplo haud ſalubres. Vtique Largij putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret. Expone verò ſic, Rurſus Virginij Largijq́, ſubaudi ſententiæ, exemplo haud ſalubres. ſubaudi, videbãtur. hoc eſt, propter exemplum. Vtique Largij putabant ſentẽtiam. Subaudi, eam eſſe, vel talem eſſe, quæ totam fidem tolleret. Quid nunc apertius Liuianis verbis? Multis, vt erat, horrida & atrox videbatur Appij ſententia. Rurſus Virginij Largijq́, exemplo haud ſalubres. Vtique Largij putabant ſententia, quæ totã fidem tolleret. Medium maximè & moderatum vtroque conſilium Virginij habebatur. Vt imperium ſuo vehemens manſueto permitteretur ingenio.) Hîc nodus eſt ſuperiore intricatior. Mirum eſt cur huiuſmodi loca non notentur afteriſcis. Nam verba iſta nullo ſenſu dicuntur. Et neſcio an ſeculo noſtro quiſpiam hanc Liuianam ſententiam intellexerit. O ſecuritatem lectorum, ô nimiam ſecuritatem enarrantium. Immo nonnihil dubito an Clementianus & Flauianus Nicomachus Dexter, ac Victorianus VV. CC. qui ante nos primam iſtam Decadem emendarunt, locum hunc ſatis perceperint. Id quod ideo potiſsimum dico, vt lectores excitem. Habet antiquá lectio, Imperio ſuo. In cæteris conuenit: niſi quod eſt illic, Permitteretur: in quo verbo omnis ſita eſt difficultas: pro eo deprehendi tandem ſcribendum: Remitteretur. vt ſic legamus: Sed curæ fuit conſulibus ac ſenioribus patrum, vt imperio ſuo vehemens, manſueto remitteretur ingenio. M. Valerium dictatorem, M. Voleſi filium creant. Sic enim in ſcripto Codice eſt: non Valeſi. Senſus eſt: Curarunt conſules, vt talis eligeretur ac conſtitueretur dictator, qui ob dictaturam quidem vehemens & nimium potens, manſueto tamen remitteretur ac mitigaretur ingenio: itaq; M. Valerium dictatorem creant. Plebis etſi aduerſus ſe creatum dictatorem.) An in excuſis exemplaribus omnibus, certè in Aſulanico, quod nunc ſolum eſt ad manum, hic videbat, verbum deeſt, Creatum dictatorem videbat. Tu repone. Itaq; effusè & contemptim pugnam iniere.) Habet Vormacienſe volumen, Inire, ſubauditur, cœperunt. infinitiuus pro præterito imperfecto, more hiſtoricorum. Vbi ad manum veniſſet hoſtis, tum cohortes tota vi gladijs rem gerere.) Ingens erratum hîc inuaſit Liuianos codices, ſcribendum, Tum coortos: pro Cohortes. participium eſt à coorior. Paulò pòſt eſt in veteri libro: Inſidias incidiſſent. nõ, In inſidias incidiſſent. Fũdit fugatq́, exuitq́ caſtris.) 57. D. Antiqua lectio, Fundit fugatq́, exuit caſtris. Equitatu miſſo mediam turb. hoſt. aciem. Scribe, Equitatu immiſſo. Dictator triumphans Romam inuehitur.) Repone, Vrbem inuehitur. Hic expoſitio dictionem expoſitam de ſua poſſeſſione deiecit. Id malè commiſſum ignauia hoſtiũ in bonum vertit.) Elegans oratio eſt, vt Vertit, accipiatur abſolutè: quẽadmodum ſuprà quoq; admonuimus. Et, Ignauia hoſtium: ſeptimo caſu dictum eſt. Vertit, expone Verſum eſt. Apparuit cauſa plebis ſuam vicem indignantem magiſtratu abijſſe.) Hic quoſdam nihil offenderet, ſcio. Verùm hoc auſim dicere ſi ita ſcripſit Liuius, non rectè vſum pronomine ſuam. Dicendum enim fuiſſet, Ipſius vicem: nõ ſuam vicem. Hæc craſſos lectores non mouent. Caſtigandus eſt locus, & hoc modo legendus: Apparuit cauſa plebi, hoc eſt, Plebes cauſam intellexit. Suam vicem indignantẽ magiſtratu abijſſe. Tamen quia in conſulum verba iurâſſent.) Exemplar ſcriptum habet: Tamen quoniam. Cur hoc mutatũ ſine cauſa? Trans Anienem amnem tria ab vrbe millia paſſuum.) 58. H. Eſt, verbum hîc omiſſum rurſus inſere. Trans Anienem amnem. ſubauditur eſt, mŏs ſacer, tria ab vrbe millia paſſuum. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti.) Scribendum eſt quemadmodũ habet Codex Borbetomagenſis: Sic placuit igitur oratorem ad plebem mitti. Sic, hoc eſt, ad reconciliandam concordiam ciuitati. itaq; non eſt ſuperuacaneum. Omnia in vnum conſentiebant.) In vetuſto volumine legitur, Conſentiant. Et mox, Suus ſermo fuerit. arbitror ſcribẽdum: Tempore, quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum conſentirent, ſed ſingulis membris ſuum cuiq; conſilium, ſuus ſermo fuerit. Porrò conuenient modi, ſi adnarrantis Liuij verba retuleris. Maturè confecto cibo ſanguinem.) O nugatorem, qui hic pro Maturum confecto cibo ſanguinem, ſcripſit: Maturè cõfecto cibo ſanguinem. intelligens à ventre maturè confici cibum. Paulò pòſt in veteri Codice eſt: Spurius Caſsius & Poſthumius Com. Cædeq́ in proximo vrbis facta.) 59. B. Legendum: Cædeq́ in proxima vrbis facta, hoc eſt, in proximas partes vrbis. Intelligit ædes vicinas portæ per quam irruperat. Ignem temerè arreptum.) Scribe, Ignem temere abreptum. Loquitur de igne quẽ fortè è foco abripuerat. Primò ortus) Antiqua lectio, Primo ortu, hoc eſt, in principio ſtatim. Sed quæſitum in Sicilia quoq́.) Repone, Sed quæſitũ in Siciliam quoq́. Expone, dimiſsis non in Hetruriam modò, ſed in Siciliam quoq́: quæſitum, hoc eſt ad querendum. Frumentum Cumis coemptum eſſet.) Lectio vetus. Frumentum Cumis cum coemptum eſſet. Ex Hetruſcis frumentũ Tyberi venit.) Liuius ſcripſit, Ex Tuſcis. ſic enim in archetypo manuſcripto legitur. Antè verò dixit, in Hetruriã: nunc ſubdit, Ex Tuſcis. ne eodem ſtatim vocabulo bis vtatur. De qua re ſuprà quoq; admonuimus. Eo ſuſtentata eſt plebs.) Antiqua lectio: Eo ſuſtentata eſt plebs. A ſuſtinendo, nõ à ſuſtentando. Sic infrà, Vnus ille vir ipſe conſul rempub. ſuſtinuit. Infra tamen dicit: Diu ſuſtentatum id malum. Incommodo bello in tam arctis commeatibus verſati forent.) Ingens hic erratum eſt: nam pro verſati forẽt, ſcribi debet, vexati forẽt. Agitatumq́ in ſenatu, quantum plebi daretur.) Pudendũ & hic erratum. legendum autem: Quanti plebi daretur. Siquidem agitatum

fuiſſet de pretio quo frumentum plebi venderetur, ſequentia ſatis indicant. Et illud in primis quum dicit: Conditionibus laxandi annonam, patres, omnia inuitis iura impoſita potuiſſe demere ſibi. Itaq; qui iſtâ ſcripti Codicis lectionem amplectatur, exponet quod ſequitur, Si annonam veterem volent. &, Vtâtur annona quam furore ſuo fecere, de precio veteri, & annonæ caritate. Cur Sicinium pollentem video. Lege. Potentem video. Vtantur annona quam f.f.f.) In editionibus peruulgatis hic verbum Fruantur, deeſt: inſerendum hoc modo, Rapiant frumenta ex agris noſtris, quemad modũ tertio anno rapuere: fruantur, vtantur annona quam furore ſuo fecere. Fruantur, ſubaudi raptis. nam ad priorem ſententiam eſt referendum: & eſt ironia. Abſterrendo ſingulos à concionibus concilijſq;.) 60. I. Non contemnendum erratum hic irrepſit in exemplaria Liuiana, ſcribendum: A coitionibus concilijſq;. A verbo coire, quod congregari ſignificat. Sic lib. 3. Quum, inquit, per coitiones potẽtiorum iniuria fieret. Inſtaurandis hæc cauſa fuerat ludis.) Archetypon docet hic legẽdum eſſe: Inſtaurandi hoc cauſa fuerat. ſubauditur ludos. Deinde quod ſequitur ita diſtinguendum, Ludis mane ſeruum quidem paterfamiliæ, &c. Ludis, hæc eſt die ludorum magnorum T. Latino.) Vetus lectio: Tiro Latinio. Sibi ludi præſultorem diſplicuiſſe.) In exemplari ſcripto legitur, Sibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe. expone, ludis, hoc eſt, die ludorum magnorum. Et aptius vocat miſerum illum ſeruũ, qui cæſus virgis per mediũ circum ſaltitauerat ex vehementi dolore, præſultatorẽ, quàm præſultorẽ. Porrò ſequitur, Quanquã haud ſanè liber erat religione animꝰ. Ibi in Vormaciẽſi Codice è margine mehercule elegantẽ annotatiunculã, quæ Clementianum, ſiue huius filiũ Flauianum Nicomachum Dextrũ, ſiue Victorianum, certè veterem aliquem authorem arguit, in medium contextum retulit ſcriba. Eam libuit hic ſubiungere in gratiam ſtudioſorum. Habet autem ſic: Ludi ex inſtauratione, quos diſplicuiſſe Ioui Latinius ab eo per ſomnium monitus vt nunciaret, debereq; repeti, dum nõ vult magiſtratibus nũciare, taciturnitas orbitate punita eſt. Quippe qui n. n. m. ſed v. p. incolumes ſumus. 61. C. Legendum: Incolumes ſimus. Primum dicenda vobis conſules ratus ſum.) Caſtiga, Prius dicenda vobis. Ne cuius facti dictiq; contagione præſens violer.) Pro dictiq;, repone dictiue. Si hæc profectio & non fuga eſt.) Scribendum, Si hoc profectio & non fuga eſt. Satricum Longulam.) 62. G. Nuſquam ferè maior exemplarium vetuſtiorum diuerſitas, quàm in nominibus proprijs vel hominum, vel locorum. In Vormaciẽſi codice ſemper eſt Longuia. Sic autem hîc habet: Satricum, Longuiam, Poluſcam, Coriorolos, Nouellam, hæc Romanis oppida ademit: inde Lauinium (fortè Labinium) recipit: tunc deinceps Corbionẽ, Veteliam, Trebium, Labicos, Pedum cepit: poſtremum ad vrbem à Pedo ducit, & ad foſſas Cluuilias. Et quam armis viri defendere. Non eſt abſurda lectio, ſed tamen in ſcripto volumine legitur, Et quoniam armis. Coriolanus properè vt amens. 62. K. Adulteratum verbum eſt properè. tu repone propè. Coriolanus prope vt amens. Munus vulgatum à ciuibus iſſe in ſocios.) In vetuſto codice quidam ſcripſerat, eſſe. Paulò pòſt illic eſt. Quid ita enim. Item, Partem tertiam. Certatim plebi indulgere.) 64. F. Antiqua lectio, Vt certatim, indulg. Idq; propius fidei eſt.) Emenda locum: Idq; propius fidem eſt. Appareat quàm fuerit verſatus in lectione bonorum authorum, qui non putabat Latinè dici, Propius fidem. S. Cornelio, Q. Fabio conſulibus.) In veteri volumine eſt: Seruio Cornelio. Seditio domeſtica bellum externum exciuit.) Corrupta ſententia eſt. ſcribendum: Eo infeſtior facta plebes, ſeditione domeſtica bellum externum exciuit. Senſus eſt: Seditionem domeſticam externo bello dediſſe occaſionem. Neque enim rebellaſſent Volſci & Aequi, niſi diſcordibus Romanis. Patres ſatis ſuperq; gratuiti furoris in multitudine credentes eſſe.) Reſtitue ſententiam hoc modo: Patres ſatis ſuperq; gratuiti fauoris in multitudinem credentes eſſe. Artonam Latinam vrbem.) 65. B. In libro ſcripto legitur: Ortonam Latinam vrbem. Nec eſt mox, Minitabantur, ſed Minabantur. Infrà ſic diſtingue: Ducendus Fabio in Veientes. in Aeq. f. datur. Iniuſſi ſigna referunt.) Mendoſum vocabulum eſt iniuſſi. tu caſtiga, iniuſſu ſigna referunt. Sic enim paulò pòſt iterum loquitur, Iniuſſu, inquit, in caſtra reditum. T. Pontificius fuit.) Antiqua ſcriptura ſic habet: Tib. Pontificius, hoc eſt, Tyberius Pontificius. Sic diſtingue: Et hic annus Tr. a. l. a. habuit, Tyb. Pontificius fuit is, eandem viam vel. Præceptis Appij moniti patres vniuerſi.) Hic &, particula magno ſententiæ detrimento deeſt. Tu ſic ſcribe: Præceptis Appij moniti patres: & vniuerſi comiter ac benignè tribunos appellare, & conſulares. Et quæ ſequuntur, Nouemq; tribunorum.) Quid nobis hic Liuius narrat de auxilio nouem tribunorũ? nõne antè dixit, duos tantùm creatos tribunos, qui treis ſibi collegas aſciuerint? Num igitur memoria lapſus eſt, qui decem tribunos hic aſtruat, qui longè poſt ſunt inſtituti, ceu tertius liber indicabit? Inſpiciamus veterem codicem, conſentiunt verba. Ergo tuebimur lectionem? Minimè. Scribemus: Nouumq; tribunorum aduerſus vnum moratorẽ publici commodi auxilio, delectum conſules habent. Porrò nouum delectum habitum dicit Liuius, id quod ideò factũ eſt, ne proditor ille exercitus qui Fabium aduerſus Veientes pugnantem penè deſtituit, magno reipub. damno rurſum educeretur. Nouus igitur militum delectus habitus auxilio cæterorum quatuor tribunorum. Iam errori cauſam præbuit quod ſciolus aliquis neſciens adiectiuũ, nouumq; eſſe referendum ad ſubſtantiuum delectum, quod paulò poſt ſequitur, quum non quadrarent hæc duo verba, nouumq; tribunorum, ſcripſit, nouemq; tribunorum. Id mendum è manu ſcriptis exemplaribus in excuſos typis codices poſtea tranſfuſum eſt: nec quiſpiam obſeruauit. Debent hanc mihi gratiam ſtudioſi, qui meo Marte poſt longam inquiſitionem germanum hic vocabulum de poſtliminio reſtitui. Ea ſpes Hetruſcos armauerat.) 66. G. Scribendum, Hæ ſpes Hetruſcos armauerant. Memoriaq; peſsimi proximo bello exempli terrebant.) Lege, Memoria peſsimi proximo bello exempli terrebantur. Sine que particula annexa. nam hoc ſermonis genus aſſeuerantius eſt. Quidam in Vormacienſi codice caſtigarat, Terrebat: vt memoria caſu nominatiuo legeretur. Tergiuerſatur tamen Fabius. 66. K. Sic ſcribe, diſtingue adeoq; expone: Tergiuerſantur tamen: ſubaudi Conſules. Nam mox præceſsit: Ad conſules curritur. Fabius deinde ad creſcentem tumultum iam metu ſeditionis collega concedente, quum ſilentium claſsico feciſſet. Niſi victores ſe redituros ex hac pugna iurent.) Non erat hic opus mutare lectionem ſcripti voluminis, quæ habet, Iurant. Præcedit enim aliud verbũ, Itaq; certum & decretum eſt. Alioſq; iuratos inuocat deos. Adulteratus locus eſt temeritate ſcioli cuiuſpiam. Neq; enim ſimpliciter hic inuocat deos. Nam ſequitur: Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſq; iurat. Proinde caſtigandæ ſunt hic vulgatæ editiones ad codicem manu ſcriptum, qui ſic habet: Si fallat, Iouem patrem, Gradiuumq; Martem, alioſq; iratos inuocat deos. Senſus eſt: Iram deorum Iouis & Martis ſibi ipſi imprecatur, ſi fallat. Nunc aptè cohærebit ſequens ſententia. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſq; iurat. Paulò pòſt vbi vulgo legitur, Nunc armatis ſibi: in antiquo volumine eſt, Nũc armati, vbi ſubaudiri poterit verbum iubent. Pugna iam ad manus.) Vetus lectio, Pugna iam in manus, iam ad gladios, v. m. e. a. venerat. Paulo inferius vbi vulgò legitur: Conſuli tum Cæſo Fabius, in ſcripto codice eſt, Gaius Fabius, Iterũm paulò pòſt, G. Fabius cũ Tito Virginio coss. factus. Cn. Manlius.) Exemplar vetuſtum ter habet Manlius: ſemel Manilius. Item infrà: Et ſua ſponte ipſi prælium renouant. Funera deinde duo, collegæ fratriſq; ducit.) 68. F. Ex his verbis poſſet aliquis putare funera iſta duo ſimul à conſule & æquali honore ducta. Proinde non erat eradendum hic aduerbium deinceps: quod vnum poſt alterum ductum fuiſſe declarat. Ad ordinem enim deinceps refertur, ſignificans aliquid gradatim fieri. Itaq; ſic eſt reſtituendus locus ex Archetypo Borbetomagenſi: Funera deinde duo, deinceps collegæ fratriſq; ducit. Senſus eſt: Prius ductum funus collegæ tanquam conſulis, poſterius fratris funus. Quæ res & Fabij modeſtiam commendat. Sic lib. 5. Sed antecedente fama nuntijsq; Cluſinorum, deinceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas hoſtium tulit. Rurſum eodem lib. Intuemini enim horum deinceps annorum vel ſecundas res vel aduerſas. Item, lib. 6. Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpitius Camerinus, L. Valerius Potitus: hic demum. Deinceps, id eſt, quod vulgò dicunt, alius poſt alium, & ſucceſsiuè. Quàm recens dolor proximæ cladis tranſiſſet.) 68. I. Antiqua lectio, Trãſiret. nec erat opus mutare. Ex fauore & admiratione ſtupens.) Prepoſitione ex, inter prælegendum aliquis adiecit, quæ poſtea recepta eſt in contextum. Tu rurſum deme. Sequitur infrà, Id primo acerbum indignumq; Veientib. eſt viſum. Exemplar antiquum. Hæc ſpes adeo prouexit.) 70. F. Lectio vetus, Hæc ſpes prouexit. Quæ res paucitatem eorum inſignem. Inſere hîc particulam &, Quæ res & paucitatẽ eorum inſignem, & multitudinem Hetruſcorum, &c. Sic Liuius loqui ſolet. Eò nixi corporibus.) Anitor nixus dicimus & niſus. Sed video magis Liuio placuiſſe niſus. Vt hic, Eò niſi corporibus. Et inferius paulò: Quũ & patres minus quàm pro Coriolano adniſi eſſent. Rurſum infrà: patres quoq; non temerè pro vllo æquè adniſi ſunt. Vt taceam de alijs locis. Vt primò pugnatũ ſit ad ſpei.) Conſentit exemplar Borbetomagenſe. Sic autem dictum eſt hîc, Ad Spei, quemadmodum ante, Ad Iouis Statoris. Quod inopia frumenti, quanuis præcipitia, dum celeriora eſſent, agebant conſilia.) 70. I. Hic locus non ſolùm in editionibus peruulgatis omnibus eſt adulteratus, ſed & in manu ſcripto codice, qui vt rectè habet, in præcipitia, ſic perperam continet, agebant. Tu ſic caſtiga, Quod inopia frumenti, quanuis in præcipitia dum celeriora eſſent, agebat conſilia. Siquidem inopia nominandi caſu dictum eſt. Aegritudineq; inde morbo abſumptum eſſe.) Scribendum eſt, Negant tuliſſe ignominiam ægritudinemq; : Inde morbo abſumptum eſſe. Aegritudo refertur ad animum, morbus ad corpus. Vt dum diſperſi alij, alij manipulatim excurrunt.) Lectio vetus, Vt dum diſperſi, alij alia manipulatim excurrunt. Alia

ſubaudi

ſubaudi porta. Nam mox ſequitur, ea porta caperetur. O pulchrè tractatum Liuium. Cui ſignum primùm intulerat) Repone, Cui ſigna primum intulerat. Sic infrà, Nec ante reſtitit, quàm ſigna inferentem Volſcum munimentis vidit.

Duæq; potentiſsimæ, & maximè finitimæ gentes ſuperatæ ſunt)71.C. Legendum ad volumen ſcriptum, duę potentiſsimæ & maximæ, finitimę gentes ſuperatę ſunt. Nec tamẽ perpelli potuere, vt acie dimicarẽt) Archetypon ſcriptum habet, Nec tamen perpeti potuere, vt acie dimicarent. Suſpicor ſcripſiſſe Liuium, Hæc tamen perpeti potuere, quàm vt acie dimicarent. Subauditur potius, aut facilius, aut ſimile comparatiuum more Græco. Quòd orationis genus etiam alibi indicabimus in libris ſequentibus. Adeoq; neminem noxæ pœnitebat.) In exemplari ſcripto legitur, noxiæ. Dicitur autem noxia ſubſtantiuè non minus quàm noxa. Hoc admonendum duxi, propter eum qui hìc pro noxiæ ſcripſit, noxæ, velut emendans locum. Palamq; ferrent) Legendum, Palamq; ferretur, impersonaliter. Inferius paulò vetus codex habet, cùm in ſenatum vocari iuſsiſſet. Magis placet vulgata lectio. Qui eum vexandis prioris anni conſulibus adminiſtraturũ tribunatum credebant.) 72. I. Vetus lectio, permiſſurum adminiſtraturum tribunatum credebant. Opinor legendum, Qui eum vexandis prioris anni conſulibus permiſſum adminiſtraturum tribunatum credebant. Nam illi plebs tribunatum planè permiſerat. Paulò pòſt eſt in veteri, cum recentior, tum acrior. In accuſationem Appij) 73. A. Deeſt hìc pronomen, ipſe, in editionibus peruulgatis. Ipſe in accuſationem App. Sequitur paulò pòſt iuxta antiquam lectionem, Ego hìc aut in conſpectu veſtro moriar. Dum tribuni, conſulesq;) Antiqua lectio, Dum tribuniq; conſules ad ſe. Conjcio ſcribendum, Dum tribuniq; conſulesq; ad ſe quiſque omnia trahãt. Paulò pòſt lege, Vt ſi qua ſucceſsio plebis fieret, ad ſe receptũ haberet. Non, haberent. Quæ domi eſſe, eo liberior.) 73. E. Caſtiga, quæ domi, eſſe liberior. Se vnico conſule obiecto contra Trib. pot.) Scribe, electo. Nequaquam tanta patrum ſpe, priores impedierant conſules.) Lectio manuſcripti codicis. nequaquam tanta patrum ſuperiores impedierunt conſules. Lege, Nequaquam tanto patrum, ſubaudi conatu, ſuperiores impedierint conſules. Iam totus ambitus ſic legi poterit, Eadem in militia ſæuitia quæ domi, eſſe liberior, quod ſine tribunitijs vinculis erat. Odiſſe plebem plus, quàm paterno odio. Se victum ab ea. ſe vnico conſule electo aduerſus tribunitiam poteſtatem, perlatam legem eſſe quam minore conatu, nequaquam tanto patrum, ſuperiores impedierint cõſules. Vt inuictus ille od. pl. a. interdum mouetur) Scribe mo

ueretur. Mox pro tribus infinitis, agere, dicere, vocare: repone, ageret, diceret, vocaret. Item tribunos plebis potius quã Trib. plebeios. Nam in libro ſcripto legitur, tribunos plebei. Iuxta quintam inflexionem, quemadoum & Plinius auunculus vſurpauit. Porrò ſubinde legitur in exemplari archetypo: Tribuni plebeij, non plebis. à nominatiuo plebes, non à denominatiuo plebeius. Dupliciariosqúe) Quidam in vetuſto volumine ſcripſerat, Dupliciariosqúe. Omnis militi data eſt) 74. I. Antiqua lectio: Ea omnis militi data eſt. Tum duci. p. d. p. q. p. exercitus redit) Melius in archetypo Vormacienſi legitur: Quum duci, tum propter ducem patribus quoque placatior exercitus redit. Aut ſupplex prehenſaret homines) Volumen vetuſtum non hìc modò, prenſaret habet, ſed & alijs innumeris locis. Itẽ, prendi, quod vulgo legitur prehendi. De qua re ſemel admonuiſſe ſufficiat. Ante tamen quàm prædicta dies veniret) In antiquo codice legitur, prodicta dies. Tu ſcribe, producta dies. Cuius collaudationem cùm tribuni plebis impedire conarẽtur) Quid hic facit collaudatio? Emacula locum ad fidem exemplaris vetuſti. Cuius laudationem cùm tribuni plebis impedire conarentur. Sequitur autem mox: Et laudationem tam æquis auribus mortui audiuit. Rurſum libro quinto: Matronis, inquit, gratiæ actæ honoſq; additus, vt earum ſicut virorum poſt mortem ſolennis laudatio eſſet. Hoc vocabulo pro oratione funebri Cicero quoque vſus eſt in Catone Maiore: Eſt in manibus, inquit, viri laudatio. Quintil. libro 3. Nam & funebres laudationes, inquit, pendent frequenter ex publico aliquo officio. Omnis ira belli ad populationẽ agri vertitur) O hominem doctum, qui hìc pro verrit ſuppoſuit vertitur. Tu repone, vertit. De quo genere ſermonis ſuprà admonuimus. Cum pro victo relinqueret hoſtem) 75. C. Corrige, Cur pro victo relinqueret hoſtem. P. Quintius) Antiqua lectio, T. P. Quintius. Sic paulò ſuperius ſcriptum fuit: L. P. Valerio, T. Aemylio Coſſ. Vbi vulgò tantùm legitur, L. Valerio. Impetu facto dum ſe putant vinci, vicere) Nõ intellexit Liuij ſenſum, qui hunc locum adulterauit. Nam dicit author ſalubri mendacio de fuga hoſtium, concitatam aciem fuiſſe ceſſuram alioqui. Itaque quum putarent ſe vincere, qui tamen ſuccumbebant, animo reſumpto, vicere. Vide quid potuerit opinio duntaxat victoriæ. Germana lectio ſic habet: Impetu facto, dum ſe putant vincere, vicere. Cornicines tibicinesq;) Scribẽ dum, Tibicinesq;. Ferocius agunt equites circũfuſi ducibus) 76. H. Vetus lectio: circun fuſi duci. Saxa adiacentia pedibus ingerit in ſubeuntes. Reponendum: Saxa obiacentia pedibus ingerit in ſubeuntes.

IN LIBRVM TERTIVM ANNOTATIONES PER BEATVM RHENANVM.

TRibunitijs ſe iactari actionibus.) 77. A. Scribendum: Tribunitijs ſe iactari actionibus. Elargiendo de alieno) Vitiatus locus eſt. Corrige: Et largiendo de alieno. Totam verò ſententiam ſic diſtingue: Poſſeſſores & magna pars patrum tribunitijs ſe iactare actionibus, principem ciuitatis, & largiendo de alieno popularem fieri quærentes. Con filio neutri partium acerbo) Repone, neutri parti. Antium propinquũ. Lectio vetus. Antium: propinquam, opportunam & maritimam vrbem. Sic infrà: Coloniam fidam, propinquam, infamẽ fieri. Triumuiros agro dando creant) In archetypo Vormacienſi legitur: Triumuiros agro dando creat, ſubaudi Fabius coſ. Ab ijs proximi audita) 78. H. Codex manuſcriptus habet: Ab his proximè audita. Quam lectionem ſi quis ſequi volet, cogetur mox legere, ferri. Mox illic eſt, vocato dein ſenatu. Funeſtam ei populationem fecit) Ei datiuus non eſt in exemplari Borbetomagenſi. Nec eſt hic neceſſarius. Cenſa ciuium capita centum quatuor & xx. millia, CCXXIII.) Antiqua lectio: Cenſa ciuium capita CIIII. A CCXIIII. Fortaſſe ſcribendum: Quater centena millia, Ducenta quatuordecim. Adeò ciuitates hæ perpetuò) In archetypo legitur: Adeò ciuitates eæ perpetuò. Quidnam rei eſſet) 79. A. Vetus lectio: Quid rei eſſet, abſque parelco nam. Se in caſtra recepit) Scribe, Se intra caſtra recepit. In incautum hoſtem. In volumine Borbetomagenſi legitur: In cautum hoſtem, nec diſplicet lectio. Præcedit enim: Tanta vi caſtra circunſeſſa atque oppugnata fuiſſe, vt ne nuntius quidem Romam mitti potuerit. Non itaque Furius hoſtes eſt adortus tanquam parum cautos, ſed quia copiæ illorum propter obſidionem diuiſæ erant, ſuæ verò collectæ. v. mill. ac CCC.) 79. E. Manuſcriptum exemplar tantùm habet: V A CCC. Hoc eſt, quinquies mille, trecentos. Inde Romam reditum eſt) Locus vitiatus. Tu corrige, Vt Romam reditum eſt. Mox præceſsit, Inde, quod verbi hìc repetijt ſcriba parum attentus. Et auxere vim morbi terrores populationis) O homines bliteos imbecilleſq;, quibus terrores populationis auditi ſolùm auxerunt vim morbi. Quid futurum erat de iſtis, ſi ipſi hoſtes in conſpectum veniſſent expiraturi erant præ metu. Hoc ne cõuenit Romanis? Deprauauit ſenſum vnica dictio perperam mutata. Sic ſcribe: Et auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agreſtibuſq; in vrbem acceptis. Expone, auxere vim morbi, ſubaudi Romani, pecoribus agreſtibuſq; in vrbẽ acceptis, terrore populationis, i. ob terrorẽ populationis hoſtilis. Mox eſt in veteri: Inde exercitu ingenti. Per Lauicanos agros) 80. I. Suprà fuit ſcriptum: Labicum. Hìc habes Lauicanos agros. Mos fuit veterum ſcribarum v pro b ponere, & viciſsim b pro v. quod etiam alibi indicauimus. Latèuaga ta eſt vis morbi) Verbũ enagata nõ habet hìc locũ. Tu caſtiga: Latè vagata eſt. Corpora ſalubriora eſſe cœpere) Legẽdum ad fidẽ libri veteris: Corpora ſalubriora eſſe incipere, id eſt, incipiebãt, qui ſermo familiaris eſt hiſtoricis. Cũ exitus haud in facili eſſet) 81. C. Scribe: Quum exitus haud in facili eſſent. Numero multitudinis. Mox eſt in veteri codice: Vbi etſi adiectũ aliquid numero ſit. Inter alia prodigia & carnem pluiſſe: quã in vrbem ingens numerus auium intra volitando rapuiſſe fertur) 82. H. Hæc prodigia acciderũt Romæ proculdubio. Et tamen hìc narratur, aues carnem illam pluuialem, in vrbem rapuiſſe. Quædã periodi iſtius verba prodigioſè ſunt corrupta: Nã pro, quã in vrbem, ſcribẽdum eſt, quem imbrẽ. & pro duobus vocabulis intra volitando, reponendum vnum verbum interuolitando. Dicimus enim, interuolito, ſicut interuolo. Præterea non carnem pluiſſe, ſed carne pluiſſe legendũ. Vt hæc ſit germana lectio, Inter alia prodigia & carne pluit. quem imbrẽ ingens numerus auium interuolitãdo rapuiſſe fertur. O negligentiã noſtram ingentem, qui non dignamur veteres codices inſpicere. Hoc prodigium Valerius Max. lib. primo, capite de Ominibus & auſpicijs, his verbis deſcribit: Carnesq; in modũ nimbi, inquit, ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diripuerũt aues. Reliquũ humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aſpectu proſtratum iacuit. Vocat nimbum Valerius, quòd imbrem Liuius dixit. Ne qui in loca ſumma vrbis impetus, cædesque inde

fierent.) Arbitror esse ne qui pro ne quis, de quo loquendi vsu veterum etiam alibi dicturi sumus. Et si abscissæ res sint.) Archetypon Borbetomagense habet: Etsi abscisæ res sint. Vtraque mendosa lectio. Tu meam autoritatem secutus scribe: Etsi accisæ res sint, hoc est, amputatæ, exhaustæ, debilitatæ. Sic libro sexto: Post accisas, inquit, à Camillo Volscorum res. Et paulò pòst: Quanquam, inquit, nuper Camilli ductu atque auspicio accisæ res erant. Metaphora deducta videtur ab auibus, quibus alę amputantur. Eijcere Antiates colonos. Hic locus fuerat asterisco notãdus. Sed professoribus omnia plana sunt. In verbo eijcere non mendum est, sed portẽtum plane errati. Siquidem legendum: Ecetræ Antiates colonos. Et ita distinguenda sententia: Antij summam rei positam. Ecetræ Antiates colonos palàm concilia facere. Id caput: eas vires belli esse. Fuit Ecetra Volscorum oppidum. Porrò faciũt ad hunc locum intelligendum quæ suprà sunt dicta. Libet ea repetere: Itaque Aequi, inquit, ab Ecetranis Volscis præsidiũ petiere: quo cupidè oblato (adeò ciuitates eæ perpetuò in Romanos odio certauere) bellum summa vi parabatur. Sentiũt Hernici & prædicunt Romanis Ecetranum ad Aequos descisse. Suspecta & colonia Antium fuit, quòd magna vis hominũ inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos. Isq; miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis alienauit. Hactenus Liuius. Quæ propterea duxi renarranda, vt manifestum euaderet, quur Antij summam rei positam fuisse dicat, & Ecetræ potius quàm alibi palàm cõcilia facta. Sed virium spe, sed manu obtinẽdum erat.) 83. A. Antiqua lectio: Sed virum spe, & manu obtinendum. Sibi qui non dicto, qui non facto.) Alterum qui superabundare docet exemplar vetustum, in quo legitur tantùm: Sibi qui non dicto, non facto quenquam offendisset. In iuuentutem grassantem in Suburra incidisse) Antiquus codex tantùm habet: iuuentutem grassantem in Suburra incidisse. Semianimem inter manus domum allatum.) scribe: Semianimem inter manus domum ablatum. Cui reo capitalis dies dicta sit.) Violauit hîc sciolus quispiam verba Liuiana. Tu corrige: Cui rei capitalis dies dicta sit. Neque enim dicimus diem capitalem, sed rem capitalem, id est, quæ vitam hominis in discrimen adducat. Veluti relegatus agello quodam in tugurio viueret) Et hic locus infeliciter instauratus est. Antiqua lectio habet: Veluti relegatus deuo quodam tugurio viueret. Ex qua germanam sic restitue: Veluti relegatus, deuio quodã tugurio viueret. Ad quatuor millia hominum) 84. K. Vetus lectio: ad MM. hominum. Id est, ad duo millia hominum. Ad opportuna omnia vrbis loca. In scripto codice legitur: Ad opportuna omnis vrbis loca. Auocato populo ab armis) 85. C. Scribe: Aduocato populo ab armis. Aduocato, subaudi, ad concilium. Sic infrà: Propositis decem tabulis, populum ad concionem aduocauerũt. Ad multitudinem oratione conuersa) Exemplar vetustum tantùm habet, versa. Si quis impediat) Lege: Si qui impediat. Nam dictum est, Si qui pro si quis, quod & Ciceroni solenne est. L. Manilius) 86. G. Antiqua lectio: L. Mamilius. Si se doceri siuissent) In codice Vormaciensi legitur, si se doceri sensissent. Non dubito quin scriptum fuerit, si edoceri se sissent. Sissent pro sijssent. Sic enim aliquantò pòst sequitur: Duum, inquit, mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem, vt cùm edocuissent populum, quid fraudis occultæ ferretur, finerent deinde suffragium inire. Infrà est: Pace parta, non, parta pace. Cuius ordinis langore perpetuo iam tribuni plebis) 86. K. Vitiata sunt verba. Corrige: Cuius ordinis languore, perpetui iam tribuni plebis. Perpetuos dicit, quòd ijdem subinde reficerentur. Id quod ex præcedentibus magis liquet. Et ex eo quod mox sequitur: Loquaces, seditiosos, semina discordiarum iterum ac tertium tribunos, pessimis artibus ac regia licentia viuere. Vbi obseruandum in archetypo nostro scriptum esse: iterum ac tertium tribunos, non tertio tribunos. Huc facit quod infrà dicit: Plebes, inquit, vicit vt quintùm eosdem tribunos crearent. Et ibi mox: Id, inquit, modò excepere, ne postea eosdem tribunos viderent.

Et vos (cum C. Claudij pace, & P. Valerij mortui loquar) Expunge præpositionem, cum. Et scribe: Et vos (C. Claudij pace, P. Valerij mortui loquar.) At enim diuinis humanisqúe abruptis legibus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis?) Fœdè est deprauatus hic locus. Nam pro abruptis legibus, scribendum est, obruti sceleribus, hoc modo: At enim diuinis humanisqúe obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? Porrò vocat diuina scelera, quæ in deos sunt cõmissa, dum non à sacrilegis propugnantur, quod vocabulum hîc aliquem offendit. Sic vocat diuinas & humanas res libro quinto. Atque ijs diuinis, inquit, humanisqúe rebus gestis dictatura se abdicauit. Item humanas opes eodem libro paulò antè: Quum iam, inquit, humanæ opes egestæ à Veijs essent. Et infrà: Saluo etiam tum, inquit, discrimine diuinarũ humanarumqúe rerum. Mox est in veteri libro, malè gesta respub. est.

Nescio quo fato magis bellantes, quàm pacati propitios habeamus deos) Repone, habemus. Nec censebit paruum hoc erratum doctus lector, vt contemni debeat, peragendi consularis officij partem ad se vendicabat. Codex Borbetomagensis docet legendum: In peragendis consularis officij, partem ad se vindicabat. Paulò pòst in eodem est: Ad recipiundũ Capitolium. Et tribunos, si eò adueniant) 87. E. Lectio vetus: Si eò veniant. Senatusconsulta fiunt: vt neque tribuni l.) In exemplari manuscripto non est particula, vt, quæ planè abesse debet, vt sua forma senatusconsultis constet, quorum primũ ita incipit: Neque tribuni legis. Non permistim vnam sociorum ciuiumqúe) 88. I. Scribe: Non permixtam, vel permistam. Sic enim in antiquo volumine legitur, & placet lectio. Subauditur, aciem. Vt distinerent hostium copias. Mendosum verbum est, distinerent. Tu castiga, distenderent, id est, distraherent, separarent. Sic libro nono: Distendit ea res, inquit, Samnitium animos. Paulò pòst est in veteri, Postquam mœnibus iam Romanis pulso hoste. Ita esse multi priuatim ferebant Volscio iudices) 89. C. Repone: Nisi ita esset, multi priuatim ferebant Volscio iudicem. Quum ad iudicium ire non auderet, omneis eas res in vnum congruenteis, haud magis dubiam damnationem Volscij, quàm Cęsonis Volscio teste fuerat, faciebant. Est autem ferre iudicem, velut offerre iudicem. Sic infrà: Proinde vt ille iterum ac sæpius prouocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi ferre ni vindicias ab libertate in seruitutem dederit. Verba sunt L. Virginij aduersus Appium Claudium. Hoc sermonis genere & Marcus Tullius vtitur. Romam rediere legati) 90. G. Vetus lectio: Romam vt rediere legati. Scribo: Romam vt rediere legati senatus iusśit alt. Quod vbi senserunt hostes) Melius in antiquo Codice legitur: Quod vbi senserant hostes. Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit) Volumen manuscriptũ habet: Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit. Porrò nec opinatum subinde Liuius vsurpat pro inopinato, quemadmodum & alibi admonuimus.

Nisi effusè affluant opes) Hic omissum est aduerbium, vbi, in editionibus vulgatis. Tu repone: Nisi vbi effuse affluant opes. Bipalio innixus. Archetypi scripti lectio, palo innixus. Sensus est: L. Quintium inclinasse in palum, qui fortè illic erat terrę infixus. Nihil igitur opus fuit bipalio scribere, quod instrumentũ est rusticum. Admiratus rogitansqúe, satisne salua essent omnia?) In exemplari illo Borbetomagensi legitur: Admiratus rogitansqúe sat iam satisne salua essent omnia? Scribo: Admiratus, rogitansqúe etiam satisne salua essent omnia? Aut: Admiratus, rogitansqúe satin' salua essent omnia? Sic libro sexto, Percontatus satin saluæ. Proinde librarius videtur mihi pro satin scripsisse sat iam, & glossam eius aduerbij, id est, satisne retulisse in contextum. Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset) 91. A. Hic locus turpiter est violatus, ob vnicam literam malè mutatam. Legendum est: Sed qui cùm stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. Legionibus dictatoris clamore significantibus) Vitiatus locus est. Scribe: A legionibus dictatoris clamore significant, ab ea quoque parte rem in discrimine esse. A legionibus dictatoris, id est, à parte legionum. Significant, subaudi milites. Iam se ad prohibenda circundati opera Aequi parabant) In editione Asulanica legitur ita. Tu castiga: Iam se ad prohibenda circundari opera Aequi parabant. Infrà legitur in libro manuscripto, coronam auream dictatori libram pondo decreuerit. Appositiuè. Confestimqúe se dictator magistratu abdicasset) 92. K. Scribe: Confestim se dictator magistratu abdicasset, dispuncta particula que. Quòd verò mox sequitur: Lanuuium exulatum abijt, & est in exemplari vetusto: Lanuuium exilium abijt, poterit etiam legi: Lanuuium in exilium abijt. Noua de delectu contentio exorta) In volumine Vormaciensi, tantùm est, orta, non exorta. Parumqúe id plebi præsidium foret) Sic in editione Asulanica legitur, quæ nunc sola est ad manum. Tu repone, paruumqúe id plebi præsidium foret. Inuidiæ tamen ad exercitum fuit) 93. D. Hîc omissum est vocabulum, res. Restitue locum: Inuidiæ tamen res ad exercitum fuit. Cùm de legibus conueniret, de latore tantùm discreparent. Scribendum: De latore tantùm discreparet. Quemadmodum enim conuenit vsurpatur, sic & discrepat. Ita quoque Suetonius vsus est. Mox est in veteri: Dein duo simul mala, non deinde. Publius Sextilius Capitolinus) 94. F. In manuscripto Codice legitur: Publius Sextius Capitolinus. Et mox: Sextio alteri consulum prioris anni. Et vnica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdum inutilis esset) Hunc locum sciolus quispiam pro libidine sua tractauit. Germana lectio sic habet: Et in vnica concordia inter ipsos, qui consensus priuatis interdum inutilis esset, summa aduersus alios æquitas erat. Mox in nostro exemplari non est Publium Sextium, sed loco prænominis dimissa lacunula.

Eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium non iusśisse latas magis, quàm tulisse videri posset) Delerunt hîc quidam verbum, quod in primis ad sensum facit. Nam in Vormaciensi volumine legitur, inuasisse non iusśisse latas. Proinde sic restitue sententiam: Eas leges habitu-

habiturum populum Romanum, quas conſenſus omnium inuaſiſſe, nec iuſsiſſe latas magis, quàm tuliſſe videri poſſet. In trinundinum indicta ſunt.) 95. A. Antiqua lectio: In trinum nundinum indicta ſunt. Trinum nundinum etiam appellat Quintilianus, quum inquit: Siue non trino fortè nundino promulgata. Per illos ſe plebi vendicare) Pudendum erratum eſt. Scribe: Per illos ſe plebi venditare. Obſecundando mollire impetum aggrediuntur) In manuſcripto volumine legitur, tametſi mendosè, obſequendo, ſe cum dando. Quorum prius libenter dicerem poſterioris fuiſſe gloſſulam expoſitricem, niſi ſcirem obſecundare plus eſſe, quàm obſequi. vt intelligamus collegas non ſolùm obſecutos in ijs, quæ cupiebat Appius Claudius, verumetiam obſecundaſſe & vltro hominis ambitionem adiuuiſſe. Ars ea hæc erat) Pronomen ea neſcio quis aſſuit aliunde. Non eſt in Archetypo Borbetomagenſi. Nec hîc neceſſarium. Melius lege: Ars hæc erat. Pro hac occaſione arripuit) Et hîc ablatiuum hac quiſpiam inſulſit, quum non ſit in libro veteri. Tu diſpunge & lege, impedimentum pro occaſione arripuit. Interceſsionem quoq; conſenſus ſuſtulerant) 95. E. Ingens erratum hîc eſt. Corrige: conſenſu ſuſtulerant.

Pronuntiabantur in foro. Placet antiqua lectio. Iudicia domi conflabant, pronunciabant in foro. Infrà debet eſſe: Si eæ quoq; leges. Tribunitiam poteſtatem munimentum libertatis rem intermiſſam repararent.) Scribe munimentum libertati, id eſt tribunitiam poteſtatem, quę eſt munimentum ipſi libertati. Seu futurum munimentum libertati. Hi ferè agere plebem plebiſq; res.) Infigne erratum huius loci, quum ſit tã manifeſtum, mirum eſt quomodo doctos tam diu potuerit fallere. Vide quàm egregiè ſe vlciſcantur veteres libri nõ inſpecti. Corrige: Hi ferre agere plebem plebiſq; res, id eſt, expiabant plebem diripiebantq;. Quo loquendi genere ſæpè Liuius vtitur. Sic alibi: Tum demum fracta pertinacia eſt, vt ferri agiq; res ſuas viderunt. Item: Quum ante oculos prope ſuos, ſociorum res ferri agiq; videret. Hoc Græci dicunt, φέρεσθαι ἀγόμενα & φέρειν ἀγόμενον. A quibus noſtri vſurparunt. Potẽtioris eſſet etiam, ne tergo quidem abſtinebatur, virgis cædi alij, alij ſecuri ſubijci.) Malim ſic diſtinguere: Et iam ne tergo quidem abſtinebatur. virgis cædi, alij ſecuri ſubijci. Nam in ſcripto codice tantùm ſemel eſt, alij. Infrà eſt, quid opus facto ſit. Item: Poſtquam audita vox in foro eſt præconis. Hæc fremebat plebes.) 97. A. Antiqua lectio: Hæc fremunt plebes. Sic antè habuimus: Quod haud ſecus factum improbant boni, quàm nemo facere auſurum crediderat. Vbi vulgò legitur improbabant. Senatumq; in diem poſterum edicunt.) In volumine archetypo legitur tantum: Senatumq; in diem poſterum dicunt. Scribo, in dicunt. Nec nominis homines tũ pertæſum eſſe.) 97. B. Liuius indubiè ſcripſit, quemadmodum atteſtatur liber manuſcriptus: Nec nomen homines tũ pertæſum eſſe. Sic autem & Suetonius in Cæſare: Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam. Item, perteſus, vt ſcribit, morum peruerſitatem eius. Quid igitur opus fuit hîc ſcribere nominis, licet nõ negem & id Latinè dici. Non ſolùm enim accuſatiuũ id verbum poſt ſe recipit, ſed & genitiuum, experirentur, quanto ferocior dolor in libertate ſua vindicanda, quàm cupiditas in iniuſta dominatione eſſet. In exemplari veteri pro ferocior ſcriptum eſt fortior. Nec eſt in libertate ſua, aut in iniuſta dominatione, ſed tantùm libertate ſua & iniuſta dominatione. Nam elegantius in ſubauditur vtrobique. Quare crediderim ſic ſcripſiſſe Liuium, Experirentur, quantò fortior dolor libertate ſua vindicanda, quàm cupiditas iniuſta dominatione eſſet. Paulò pòſt eſt in veteri: Qui anno iam propè. Oratio fuit precib. quàm iurgio ſimilior. Antiqua lectio: Oratio fuit precibus quàm iurgio ſimilis. Subauditur aduerbium magis vel potius. Cæterùm neminem, maiore cura occupatis animis, verum ex ſe præiudicium rei tantæ afferre.) Auſim iurare hunc Liuij locum vitiatum eſſe, tametſi vtcunque ſtat ſenſus, vt errorem nemo ſentiat. Habet exemplar Vormacienſe: Cæterùm neminem maiore cura occupatis animis verum eſſe præiudicium rei tantæ auferri. Lego: Cæterũ nemini non, maiore cura occupatis animis, verum eſſe, præiudicium rei tantæ auferri. Senſus eſt: Verum eſſe nec poſſe negari, nemini non auferri præiudicium rei tantæ, ideò quòd animi maiore cura ſint occupati. Porrò præiudicium rei tãtæ, ideò quòd animi maiore cura ſint occupati. Porrò præiudicium rei tantæ eleganter vocat, opinionem & ſententiam quam ſenator prius in animo ſuo conceptam habet, planè dignam tãta re. Mox eſt in veteri codice: De eo quo Valerius Horatiusq;. Non de eo, quod. Senatu diſcrepante agi.) 98. G. O fœdum erratum, quod prorſus ſenſum perdit. Scribendum: Senatu diſcrepante agi. Senſus eſt, bellis perfectis, & repub. in tranquillum redacta, tum vacabit vt ſenatus diſceptet, id eſt, ambigat contendatque, vt in iudicio fieri ſolet. Nam hęc ſignificat diſceptare. Mox eſt in ſcripto volumine: An donec leges quæ deeſſent perferrentur. Delectum quoque primo tempore haberi & decemuiros. Repone: Delectum primo quoque tempore haberi.

Decemuiros quos cuique eorum videatur, ex. ducere. Abſque particula connectrice, &. Non (quod ſimulabat) conſulendo dirimit certamen.) Legendum: Non cui ſimulabat cõſulendo diremit certamen. Quàm gnauum in malitia ingenium eſſe.) Melius in veteri codice legitur: Quàm nauum in malitia ingenium eſſe. Nauo enim opponitur ignauum. Strenuum id ſignificat. Velleius: Naua virilitq; opera. Mox habet ſcriptum exemplar: Et L. Sergio. Item, alia omnis penes milites noxia erat. Porrò non minus Latinè dicitur noxia ſubſtantiuè, quàm noxa. Peſsima decemuirorum in vulgus fama eſt.) 99. C. Ex codice manuſcripto legendum apparet: Sepulcus ingenti militum mœſtitia, in peſsima decemuirorum in vulgus fama eſt. Honeſtum ordinem in Algido ducebat.) Cogitandum num legi poſsit, pedes tum ordinem in Algido ducebat. Nam plebeius fuit. Certè peditem Romam veniſſe, & mox in caſtra rediiſſe, ſequentia teſtantur. Appius amore ardens pretio ac ſpe.) Vetus lectio, ſed corrupta: Appius amore ardens mens pretio. Fortaſſe ſcribendum: Appius amore ardente amens pretio ac ſpe perlicere adortus. Nam ſequitur infrà: Tanta vis amentiæ verius quàm amoris mentem turbauerat. Aut Appius amore ardens immẽſo pretio ac ſpe perlicere adortus. Aut, Appius amore ardens ſenſim pretio ac ſpe perlicere adortus. Ibi namq; in tabernis literarũ ludi erant.) 99. E. Volumen manuſcriptum habet: Ibi namque in tabernaculis literarum ludi erant. Opinor Liuium ſcripſiſſe: Ibi namque vernaculi literarum ludi erant. Neque enim credidem pueros & puellas in humilibus tabernis quæ muris affigi ſolent, quales fuerunt laniorum, quarum mox meminit, & ſutorum ac aliorum opificum, ſeſsitaſſe in propatulo. Nec dum verò temporibus illis operi Grammaticę dabatur, quæ nulla adhuc erat. Nam ſub ſecundum & tertium Punicum bellum, vt author eſt Suetonius in libello de claris Grãmaticis & Rhetoribus, huius demum ſtudium Romæ vigere cœpit. Ante id tempus erant ludi literarum Romæ, ſed vernaculi tantùm, nondum videlicet loquendi ſcribendiq́ue regulis natis. Qualem & illum apud Faleries in Faliſcis ludum fuiſſe dubium nõ eſt, cuius magiſter diſcipulos Camillo prodidit. de quo Liuius libro quinto faciet mentionem. Mores ille docebat, vt veriſimile eſt, magis quàm literas, & exercitijs corpora firmabat. Vernaculi ludi duo ſeorſum Seleſtadij fuerunt multis annis, Ludouico, Cratone, Hieronymo, & Sapido, hîc Latinè profitentibus. in altero pueri inſtituebantur, in altero puellæ. Neque enim maioribus noſtris promiſcui ludi placuerunt, quales vidimus Baſileæ, & alijs in locis. Inſtitutionis ſumma erat, peritia legendi ſcribendiq́ue & numerandi. At poſtquam fatalibus iſtis tumultibus corrigendę religionis cauſa, Germania turbari cœpta eſt, huc res deuenit, vt vix ludi Latini quarta pars hodie ſubſtineri poſsit: (Priores illos namq; profeſſores ferè quadringentis ſcholaſticis frequente ſchola docuiſſe conſtat.) etiam vernaculo ludo puerorum duntaxat in illum contracto. Adeò contemni paſſim cœperunt literæ, magno Germaniæ incommodo, quod poſteri noſtri ſunt ſenſuri. Præcipuè verò dolendum hoc eo tempore accidiſſe, quo meliores literæ paulò familiarius noſtratibus innotuerant. Porrò pro vernaculi, ſcriba ſuppoſuit bernaculi recepto illo more. Id bernaculi quum nihil ſignificaret, vertit alius in tabernaculis. At quia tabernacula militum ſunt tentoria, doctus aliquis pro tabernaculis ſubſtituit, tabernis. P. Numitorius puellæ auunculus.) In veteri volumine legitur, auus, ſubaudi, maternus. Dum præriperent iter nuntij miſsi in caſtra) 100. K. Ropone: Cum præciperent iter, hoc eſt ante caperent. De qua verbi huius ſignificatione ſuprà admonuimus, caſtigantes libro ſecundo locum illum, Adeò vi alteram cauſam non collega ſolùm præceperat. Sic libro proximè ſequenti: Nec ex quo caſtris, inquit, caſtra conlata ſunt, ceſſatum à leuibus prælijs eſt, facilè patiente dictatore conferendo vires, ſpem vniuerſæ victorię tentato paulatim euentu certaminum ſuos præcipere. Nemo eũ adibat.) Pronomen eũ, inter prælegendum adiecit aliquis. Non eſt in exemplari Borbetomagenſi, ſubauditur autem tribunal, vel ſimile quippiam. In ſorum adducit.) Scribendũ in forum deducit. Quod ius ſibi pridie per ambitionem dictũ non eſſet.) Vocabulum ius non eſt in libro veteri, vt putem abſolutè vſurpari à Liuio dicendi verbum. Proinde liber credere non prorſus abſurdam eſſe paulò ſuperius manuſcripti codicis lectionem, vbi ſcriptum eſt, iuſto die ſe non dicturum, pro eo quod in vulgatis editionibus legitur, ius eo die ſe non dicturum. Nam fortè in ſtum diem vocat, quo poſſet iure dicere, ſubaudi ſententiam vel ius. Cæterùm, per ambitionem dictum non eſſet, intellige per gratiam. Vnde ambitioſa decreta iureconſultis, per gratiam facta, quæ reſcindi iubet Vlpianus. Ad comprehendendam virginem) 101. C. Vitiatus locus eſt. Emenda: Ad prehendendam virginem. Non enim M. Claudius comprehendere virginem iubetur, quod lictoris officium eſt, ſed tanquam aſſertor & dominus prehendere. Sic mox Appius: Lictor, inquit, ſubmoue turbam, & da viam domino ad prendendum mancipium. Illic verò comprehendendi verbum aptum locum habet, vbi aliquãtò pòſt ſequitur: Clamore ad tam atrox facinus orto, excitus Appius comprehendi Virginiũ iubet. Decemuir alienato ad libidinem animo) Non erat hîc opus mutare veterem lectio-

lectionem, quæ habet X. vir alienatus ad libidinem animo. Negat, hesterno tantùm conuitio) Repone, negat, ex hesterno tantùm conuitio. Mox est in veteri, populum Romam. Filia in libertatem vindico) Volumen scriptum habet, Filiam in libertatem vindico. Nec est absurda lectio: nisi quis malit legere, filia mi in lib. vind. Cæteráq; que, in tali re. Non dubito quin Liuius scripserit quemadmodum est in libro vetusto: Eam ne liberorum procreandorum conditionem, ea pudicitiæ præmia esse, cætera, pro & cætera, subaudi clamitant, quæ in tali re muliebris dolor. Et quæ sequuntur.

Si iure agerent) 102. H. Scribe, Si iure ageret, subaudi, Appius. Mox dele pronomen se, ibi quoq; se. Nam præcedit, vindicare se à priuato. Vbi Virginius maiorē quàm liquerat in vrbe motum exciuit) Scribendum, quàm reliquerat. Flens diu vocem non emisit) Hic postremum verbum perperam mutatum est. Debet enim esse, vocem non misit, quemadmodum antiquum continet exemplar. Porrò sæpè mitto pro emitto Liuius vsurpat, simplex pro composito: sicut & missa participium pro emissa. Si liberè ac pudicè viuere licitum fuisset. Lectio vetus: Si liberè ac pudicem viuere. Fortè scribendum, Si liberè ac pudicam viuere licitum fuisset. Et sequitur paulò pòst: Quia non vltrà pudica victura fuerit. Illis quoque enim filias, sorores, coniuges esse) Liber antiquus habet, coniugesque esse. Siccíq; cædis memoria reuocata) 104. F. Scribendū est, renouata. Porrò quòd hîc est renouata, paulò pòst dixit redintegrata. Redintegrata, inquit, extemplò est omnib. memoria fœdissimæ potestatis. Quā qui noua fama de Virginia) Docet legendū codex vetustus, quàm quem noua fama de virgine adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Imminensq; etiā potestati) Antiqua lectio, Imminensq; & potestati. Opinor legendum, imminensq; ei potestati. Nam ipse postea tribunus plebis electus est, & eam potestatem restitui populo summis viribus vrgebat. Sic libro sequente Liuius noster: Interim Romæ principes plebis iamdiu nequicquā imminentes spei maioris honoris: Ita enim legendum docebimus ad fidem vetusti codicis.

Affirmante Duellio) In exemplari Borbetomagēsi legitur: Affirmante C. Duellio. Scituros: quod sine restituta potesta.) 104. G. Codex vetustus habet, scituros q;. Malim legere, scituros quàm sine restituta potestate. Aut, scituros qúe quàm sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant. Vbi parum secessione moueamur) Manuscriptus codex habet, Vbi parum secessione moueatur. Porrò Liuius moueatur impersonaliter dixit. Paulò pòst legitur, Tum Valerius Horatiusq;) Item in castra accipiuntur, non accipiuntur in castra. Quippe liberatores haud dubiæ & motus initio & exitu rei) In volumine veteri legitur: Quippe liberatores haud dubię & motus initio exitu rei. Nescio an Liuius scripserit: Quippe liberatores haud dubiæ motus, initio exitu rei, absque copula &, nam hanc sæpè solet omittere. Infrà legitur, Ad impugnandos alios, non impugnandum. Conuellunt inde signa) 105. C. Hoc verbum obuium subinde est apud Liuium. Sed hoc loco placet mihi lectio vetus, quæ habet, Conuertunt inde signa. Est autem conuertere signa redeuntium. Sic libro octauo, Et quum iam portis prima signa & pars agminis esset egressa, nuntio allato de clade Latinorum, quum conuersis signis retro in vrbem rediretur. Porrò offendit iam olim quosdam hoc verbum. Vnde & in Vormacienſi codice ascriptum est in margine, Conuellunt. Quæ lectio deinde in vulgatas istas editiones est recepta. Tum C. Sicinium progeniem eius, quem pri.) Scriptura vetus habet, progenies eius. Suspicor Liuiū scripsisse: Tum C. Sicinium, progenie eius, hoc est, ex progenie eius. Vt quod tribuni plebis iussisset, populus teneret) 105. E. Adulteratus fœdè locus est sic restituendus, Vt quod tributim plebes (siue plebs) iussisset, populum teneret. Codex Borbetomagensis habet plebis pro plebes, quę vox castigatori imposuit. Et est populum teneret, pro astringeret. Venum irent) Scribendum, Venum iret, vt referatur ad nominatiuū familia. Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrū sanciri) Deprauata verba sunt, nec magnoperè succurrit nobis exemplar scriptum, quod sic habet: Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id sacrū sanciri. In hoc tamen iuuat quòd præpositionem ad, postea vides adiectam fuisse: Ergo meam secutus authoritatem, non eam modò præpositione expunge, sed & pronomen id, sic legens: Sed eum qui eorum cuiquā nocuerit, sacrum sanciri. Vnde verò pronomen id huc irrepserit, audi Librarius aliquis extremam syllabam verbi nocuerit bis scripsit, hoc modo, nocuerit, it. Alius castigare volens, posterius it, in pronomen id mutauit. Noceri enim ei, cùm hac lege nō liceat) Et hic locus deprauatus est. Nam pro cum scribendum cui, hoc modo, Noceri enim ei, cui hac lege non liceat, subaudi, noceri. Quæ antea arbitrio consulū supprimebantur nunciabanturq;) In postremo verbo tam crassum mendum est, vt admodum demirer à nemine hactenus animaduersum. Debet autem esse supprimebantur vitiabanturq;, hoc est, corrūpebantur, deprauabantur. Qui plebē sine tribunis reliquissent, quiq; magistratum sine prouocatione creassent, tergo ac capite punirentur) Verba pluratiui numeri hîc commutanda sunt in singularem, hoc modo, Qui plebem sine tribunis reliquisset, quiq; magistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite puniretur. Sic & prior lex sonuit, Qui tribunis plebis, ædilib. iudicib. Decemuiris nocuisset. Vnius tantùm criminis nisi te vindices) Admonet nos liber vetustus scripsisse Liuium, Vnius tātùm criminis nisi iudicem vindices te, ab libertate, &c. Nec vacat vocabulum iudicem, nam arguit rem pro tribunali gestam. In quam conspirasse decemuiros criminati sunt) 106. K. Scribendum, criminati sint. Clienti dono vindicijs dederit) Ablatiuus vindicijs superuacaneus est in editiōe Asulanica, quę nūc sola est ad manum. Auunculumq;) Miror cur hoc loco legatur auumq; in volumine scripto. Cum tāti viri supplicio sua & plebi iam nimia libertas videretur) Corrige, suamet plebi iam nimia libertas videretur. Sed necessarium Virginij, & trium tribunorum preces audirent) 108. G. Castiga, Sed necessariorum Virginiæ trium tribunorum preces audirent. Nam ipse pater erat, L. Icilius sponsus auūculus P. Numitorius. Infrà est, proximus inuidiæ, Et iterum in se sæuiret. Vultusq; iam idem tribunorum) Lectio vetus, Vultusq; iam inde, tribunorum erāt qui X. virorum fuerant. Cùm & noua expiata sint decemuirorum supplicijs) In archetypo Borbetomagensi legitur, & cum noua. Ego suspicor verbi placet vltimam syllabam per incuriam librarij bis scriptam fuisse. quare & monosyllabū eradendum puto, vt legas & distinguas. Nā neque vetera peccata repeti iam obliterata placet, cùm noua expiata sint decemuirorum supplicijs. Et nihil admissum iri. Et quæ sequūtur. Valerius aduersus coniunctos) 108. K. Ex volumine manuscripto legendum apparet, M. Valerus. Sicut & infrà: Sed consule M. Valerio. Suprà tamen lectum fuit, L. Valerius. Itē, Quod ibi sensit consul. Non, consul sensit. Præter equitantes, qui absterrent peditum acies) 109. E. Sic lege, Præter equitantesq; absterrent peditum acies, &c. Id consilij animiq; habiturus sum, quod vos milites mihi effeceritis) Nescio quis hunc locum ausus sit interpolare, quum in antiquo libro simpliciter legatur, Id cōsilij animiqúe habiturus sum, quod vos milites geritis. Agite eum clamorem) Scribe, Agite dum clamorem qualem in acie sublaturi estis, tollite hic. Sic infrà, Agite dum vbi hic curiam circunsederitis. Item lib. 5. Recordamini agitedum quotiens sacra instaurentur, quia aliquid ex patrio ritu, negligentia cassúue prætermissum est. Et locum ex quo excesserunt) 110. K. Corrige, ex quo cesserant. Infrà est vndique omnes consij. Suspicor legendum conniſi, quod in editionibus vulgatis est connixi. Circum iam tum Apollinarem appellabant) Accusatiuus circum non est in codice manuscripto. Infrà tantùm est, Multa & cęteris senioribus p. c. essent dicta. Item in ferius aliquâto) 111. D. Iura plebis labefacta essent. Nam labefacere & labefieri dicimus, non minus quàm labefactare. Nec deinde comitiorum causam habuit. Emēda, Nec deinde comitiorum causa habuit, subaudi, concilium. Siqui vos minus hodie) Video legi posse: Siquo minus hodie decem tribunos plebis fecerint, tum vt ij quos sibi collegas cooptassint, vt illi legitimi eadem lege tribuni plebeij sint. Certè exemplar Vormacienſe habet, ij tum vti quos, non vtiq;. Quare legendum aut, ij tum quos, vt ij quos. Porrò cooptasint esse scribendum pro cooptassent, facilè admittet doctissimus quisq;, & mihi pro hoc loco restituto gratiam habebit. Vsurpauit autē antiquitas cooptasint pro cooptarint. Cuius generis multa verba adnotat Festus, quemadmodū & nos indicauimus in castigationibus nostris, in libellum Ciceronis de Senectute emendantes Ennianum carmen, quo suum opus exorsus est Tullius, quod vulgò mendosè legitur, O Tite si quid ego adiuto curámue leuabo, quum ex vetustis codicib. scribendum sit: O Tite si quid ego adiuto curámue leuasso. Deinde ne ipsi quidem) 112. H. Ex volumine veteri colligo scriptum fuisse, in primis parum proderat, dein ne ipsi quidem in erant. Infrà est, vastationem agrorum per contumeliā vrbi ostentantes. Ergo si arma illa viros habuissent) Syncera lectio, Ergo si viri arma illa habuissent. Quo in statu sunt) 113. D. Vetustus codex habet, quo statu sunt. Item re fortuna domum auctior redijt. Arbitror verò posterius scilicet fortuna, prioris vocis expositionem fuisse. Nam res hîc fortunam significat, siue fortunas, id est, diuitias. Infrà est, Arma & bellū spectabat. Item, Cùm consules in concione pronuntiassent. Annum se tertium & octogesimum agere) 115. E. In quibusdam exemplaribus legi, nonagesimum, satis indicat marginaria annotatiuncula in codice Borbetomagensi. Mox sequitur pro parte viri.

IN LI-

IN LIBRVM QVARTVM ANNOTATIONES PER BEATVM RHENANVM.

NAM anni principio) 116. I. Vetus lectio, Anni nam principio. Lego, Anni nanque principio. Et quemadmodũ plebs gloriari posset) 117. B. In manu scripto volumine legitur, vt quemadmodum plebs gloriari posset. Legi posset etiam tum quem admodum plebs gloriari p. Colluuione gentium) Antiquus codex habet, colluuionem gentium. Sinere non fieri posse) Crassissimum erratum est in editione Asulanica. scribendum, Finem non fieri posse. Vt paulò antè, Finem ergo non fieri, nec futuram. Infrà est, arcessierint, quod idem est cum accersierint. L. deinde, Tarquinium non modò Romanæ) 118. G. Vetus liber duntaxat ob transpositionem aduerbij modò à vulgatis editionibus euariat, L. deinde Tarquinium non Romanæ modò, sed nec Italicæ quidem gentis. Animaduertendum autem sic Liuium loqui solitum, vnica tantùm adhibita negatione, vt in libro primo primæ Decadis, Regnare Romæ aduenam, inquit, non modò vicinæ, sed ne Italicæ quidem, stirpis. Quem locum quidam addita negatione, castigare sunt ausi. docẽt hoc vulgatæ editiones: Aliquãdo duabus vtitur negationibus, qui sermo frequentior est apud authores, vt infrà: Tantum metum, inquit, vastitatis in vrbe agrisq; fecit, vt non modò prædandi causa quisquam ex agro Romano non exiret, bellúe inferẽdi memoria patribus aut plebi esset: sed vltro Fidenates qui se primò aut oppido aut montibus aut muris tenuerant, populabundi descenderent in agrum Romanum. Mox est ingenio, virtute, absque copula. Quis enim dubitat) 118. K. Exemplar vetus nõ habet, enim, sed tantùm, quis dubitat. Item, in æternum vrbe condita, in immensum crescente. absque copula, &: Pessimo exemplo, cum summa iniuria plebis) Omissus est ablatiuus publico in vulgatis editionibus: Pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis. Aut insignior contumelia) Lege, aut insignitior contumelia. Nam insignitus dicimus ab insigniendi verbo. Cauent ne societur sanguis) Nescio quid sibi vélit caueãt, quod est scriptum in exemplari Borbetomagensi. Quid si hoc modo legas & distinguas, Ne ad finitatibus, ne propinquitatibus immisceamur cauent, an ne societur sanguis? Vt respiciat id quod sequitur: Id vos sub legis superbissimæ vinculá coniicitis, qua dirimatis societatem ciuilem. Neque vestras filias sororesqúe etiam ei nubere finendo è patribus. Nõ aliter in scripto codice legitur, nisi quod illic tantùm est, & nubere. Non etiam ei nubere. Quas voces doctus aliquis admiscuit. Lege: Neque vestras filias sororesqúe enubere finendo è patribus. Quàm victi tandem patres vt de connubio ferretur, consensere. Verbum concessere in contextum relatum post consensere, satis indicat, veterem fortassis lectionem fuisse, patres vt de connubio ferretur concessere. Vt mox ope eorum) 121. D. Scribendum, Vt mox opes eorum qui præsessent, ipsi honori ius maiestatemqúe adijcerent. Aduersus quos eo infestior) In volumine scripto tantũ legitur, Aduersus quos infestior. Præcipitisq; iam die) Præcipitem diem vocat extremum diei. Sic Curtius præcipitem senectutem dixit. Alia vndique absciſa) 122. I. Hic absciſam dicit, quod suprà est inciſa. Itaque spe inciſa prius quàm prædicta dies adesset, Appius sibi mortem conciuit. Romanus consul Ardeæ turbatas scilicet) Consul non est in codice manuscripto. Paulò antè verò dixit Romanus simpliciter, vbi subauditur consul. Et mox sequitur: Consul triumphans in vrbem redit. Non gaudet autem eiusdem repetitione verbi Liuius. Proculo Geganio Macrino) 123. E. Non hic solùm, sed & alibi liber scriptus habet, Macerino. Haud immeritam gratiam & gloriam tulit) Scribe, Haud immeritam & gratiam & gloriam tulit. Confiteri cogendo frumentum) O asinum qui hic confiteri infulsit: quum sit legendum profiteri. Id vnum dignum tanto apparatu consiliorum & certaminum, quod ingens exudandum esset, præmium fore) 124. H. Si sic legamus oportebit, quod ingens, referre ad præmium. Secus est si quis, certamine legat. Cum apparitor iussu magistri equitum eum duceret) 125. B. Accusatiuus cum non est in scripto volumine, subauditur. Splendore familiarum sustulisse animos, quod nefas fuerit) Scribe, quò nefas fuerit, aduerbium est loci. Bilibre farris) In volumine veteri legitur, bilibris farris. Diu locum expendenti venit in mentem optimè legi posse, vilibus farris libris. Nam arbitror scriptum primo fuisse vilib. Et v litera mutata in b more librariorum, factum est bilib. Alius deinde adiecit ris, inducta dictione farris. Est autem incommoda sententia, Spurium Melium cui tribunatus plebis magis optandus quàm sperandus fuerit, frumentarium diuitem, vilibus libris farris sperasse libertatẽ se ciuiũ fuorũ emisse. Bonaq; contacta pretijs regni mercãdi publicarẽtur) Libro primo huius Decadis. Vt contacta regia prædæ spem in perpetuum cum his paucis amitteret. Mox est, Id æquimelium appellatum est. Haud dubiũ quin sex lectis) 126. G. Antiqua lectio. Haud dubij quin sex locis. A bello credo quòd deinde gesit, appellatus.) In archetypo Vormacienſi legitur: A bello credo quod deinde gesit, appellatum. Subauditur, eum esse. Infrà est: quod simul vbi cõspexit. Confestim & ipsa hasta innixus se in pedes excepit.) 127. C. Scribe, Confestim & ipse hasta innixus se in pedes excepit. Assurg. Mox est, Dictator legionibus fugatis. Paulò pòst prænominis literam reperi Fabio ascriptam, sed calamo recentiore. Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextra principali cum triarijs repente inuadit.) Habet exemplar Borbetomagense, principia. Verùm extremæ duæ literæ in erasæ scripturæ locum suppositæ videntur. Suprà scriptum est, alias principali. Si libet legere principia, intellige dictum appositiuè intentos hostes in vallum dextra principia, cum triarijs repentè inuadit. Significat autem validiorem hostium partem aggressum. nam ij principiorum nomine intelliguntur, vt exponit apud Terentium Donatus, quo loco Thraso dicit, Hic ego ero post principia. Liuius noster libro octauo huius Decadis docens, quo ordine solitus fuerit componi Romanus exercitus, Robustior inde ætas, inquit, totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Quòd si mauis vulgatam lectionem sequi, notum est, authore Festo, principalem castrorum portam nominatam, quod in eo loco sit, in quo principes ordines tendunt. Sed an duæ fuerint dextra & sinistra nescio. quare nõ displicet vt legamus principia. Mox est, quæ prima opima appellata. Item dux duci detraxit, non detraxerit. Infrà sequitur, ita expugnandi. Congratulatione ac fauore.) 130. F. Maliim quemadmodũ habet archetypon volumen, cum gratulatione ac fauore ingenti populi est reductus. Nullum fuit.) Antiqua lectio: Victoriæ præmium quod petebatur, vt plebeius crearetur, nullus fuit; omnes patricij creati sunt. Expone, nullus fuit, scilicet, creatus. Appositiuè, Victoriæ præmium, nullus fuit. Iamdiu nequicquam imminẽte spe maioris honoris) 130. H. scribe, iamdiu nequicquam imminentes spei maioris honoris. Sic priore libro dixit de L. Icilio: Imminensq; ei potestati. Ita nanq; nos castigauimus. Ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret.) Exemplar scriptum habet, Ne cui album inuestimentum addere petitionis liceret causa. Sicut autem à vestiendo vestimentum deducitur, ita ab inuestiendo, inuestimentum quod suprà aliam vestem induitur. Hinc candidatorum nomenclatura à candida veste, quod hic vocat Latinissimè album inuestimentum. Inuestiendi verbo Iureconsulti vtuntur. Qui & inuestituram vsurpant. Vtrinq; obnixè obeditum dictatori.) 131. C. Legendum: Vtrinque obnixè obeditum dictatori est. Infrà est: Consul nec animo defecit, nec cõsilio. Item, firmat. Et paulò pòst, Q. Sulpitium legatum præficit. Item neutiquam vulgatæ laudis. Insuper. Et Fabius cum equitatu impetum dederat. Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndiq; obiecerat victorem peditem equitemq;) 132. F. Antiqua lectio: Agentes ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus. Ascripserat aliquis in margine legendũ aliàs, circumagẽtes. Posset igitur etiam legi, satagenti ad dissonos clamores ac subitos circumtumultus hosti. Aut cogenti se ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti. Nam sequitur iam orbem voluentes suos. Hic perituri, inquit; vos telis hostium estis.) Repone: Hic præbituri, inquit, vos telis hostium estis ind. inulti: Hac qua me progressum videritis.) Emẽda, pregressum. Ibi Posthumius ictus saxo.) Scribe: Vnus Posthumius ictus saxo, perfracto cápite acie excesit. Sic de Publio Sextio hoc ipso libro: Saxo ictus, inquit, turba excedit. Infrà est, tum abiſci passim arma. Et argumento est quòd imperia Manliana non Posthumiana appellata sint: quoniam qui prior.) Codex Borbetomagensis habet: Et argumento est quòd imperia Manliana non Posthumiana appellata sint. quem qui prior. Lego, quom qui, pro quum qui prior author tam fœui exempli foret, occupaturus in signem titulũ crudelitatis fuerit. Mox est illic, Manlio cog. ind. Documentoq; fuere quàm plurium imperiũ bello inutile esset) 133. D. Malim scribere: Documentoq; fuere, complurium imperium bello inutile esse. Nam arbitror veterem olim scripturam quàm plurium habuisse pro compluriũ. quod deinde versum est in quàmplurimum notius equidem vocabulum. Iam ad infinitiuum esse prima litera verbi sequentis accesit, & factũ, esset. Romæ terror ingens erat, accito ex.) Ex volumine Borbetomagensi hîc mihi potius verborũ ordo placeret. Romæ terror ingens erat hostibus positis ad Fidenas accito exercitu à Veijs. Eoq; ipso obrem malè gestam. Emenda, Eoque ipso ab re male gesta. Solet autem sæpè in hunc modum loqui Liuius, & à præpositio nem vel ab hic vsurpare. Nã hoc ipso libro paulò pòst: Mœstæ ciuitati, inquit, ab re mala gesta & iratæ ducibus, M. Posthumius

mius reus obiectus. Sic & ab ſecundis rebus vſurpat, vt quinto libro huius decadis. Nunc, inquit, ab ſecundis rebus magis etiam inſolito incauti. Libro quinto rurſum: Ibi eum in compoſito agmine negligentius ab re benè geſta euntem, adorti Aequi terroro iniecto in proximos compulere tumulos. Mox ſequitur, cum trepidam ciuitatem. Et poteſt ſtare ſi quis ſententiam continuet. Subinde verò ſic Liuius loquitur. Vt libro proximè ſequenti: Iamq; Romani deſperata ope humana, fata & deos ſpectabant, quum legati ab Delphis venerunt ſortem oraculi adferentes. Item, ex tã leuibus momentis ſortunę. Et infrà, noua erumpit acies. Et equitẽ paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi) 135. B. Melior vetus lectio, liberis frenis ſubauditur, exiſtẽtibus. Eodẽ & Romanos ſequẽtes impetus rapit) Repone, Eadem & Romanos ſequẽtes impetus rapuit. Eadem, id eſt, per eandem viam, videlicet per caſtra. Aduerbium eſt loci, quo ſæpè Liuius vtitur. Sic inferius paulò, Intercluſi equites: nec perrumpere eadem, qua tranſierant, poſſe. Rurſum libro quinto: Ibiq; omnibus ſolenniter peractis, eadem reuertens ſimiliter conſtãti vultu graduq;. Et illic mox infrà, Eadem digreſſus nuntius Veios contendit. Et cum eo digreſſos modo de montibus) Caſtiga, digreſſos. A degrediendi verbo, quod crebrò reperias apud Liuium. Mox eſt in veteri, Signum ex muro tollunt. Claſsibus quoq; ad Fidenas pugnatũ cũ Veientib. quidã annales retulere.) 135. D. Repone, Claſsi quoq; ad Fidenas pugnatũ cũ Veiẽtibus quidã annales retulere. Scriptũ aũt eſt claſsi pro claſſe. Spectaculũ comitate etiã hoſpitum, ad quod publico conſenſu cõuenerant: aduenis gratius fuit) Hic exemplar vetus multis lituris eſt nõtatũ, & hoſpitium quidem habet, ſed ſuprà ſcripſit aliquis, aliàs hoſpitum. Ego tamen ſciens quo pacto hoſpitij vocabulo Liuius alibi vtatur, vt quum libro proximè ſequenti dicit, notos ignotosq; paſsim aduenas in hoſpitium ductos ferunt. Et libro quinto, Cum Ceretibus publicè hoſpitium fieret, auſim iurare ſic hîc legendum: Spectaculum comitate etiam hoſpitij, in quam conſilio publico conſenſerant, aduenis gratius fuit. Intellige humanitatem illam aduenis iuſſu magiſtratuum exhibitam. Fortem ac ſtrenuum aliquem exiſtere ortum ex plebe. Deeſt accuſatiuus, virum. Fortem ac ſtrenuum virum aliquem exiſtere ortum ex plebe. Infrà eſt, & iam inde ab incunabulis. Item, creati conſules ſunt. Et mox, ab duce eorum Capye. Grauatos ſomno) 136. I. Opinor legendũ, Grauis ſomno epulisq;. Nam in volumine ſcripto, graui ſomno legitur. Idibus Decembris) Scribe, Idibus Decembribus. Mox eſt, retulerant. Item, arma bellumqúe obliuioni danda. Mox eſt, ſorti euenit. Tanquam conſtantiſsimæ rei fortuna fretus) Hanc orationem etiam in manuſcripto volumine quidam auſus eſt interpolare, quum rectè habeat, nempè ſic: Tãquam conſtantiſsimæ rei fortunæ fretus. Iungit autem participium fretus interdum datiuo. Sic libro ſexto, Multitudo hoſtium, inquit, nulli rei prę̃rquam numero freta. Rurſum infrà, Diſcordię hoſtium fretus. Mox in ſcripto codice non legitur exercitum. Quare ſuſpicor duxiſſet mutandum in dux eſſet. Quò res inclinatura eſſet) Scribe, quà res inclinatura. Nam hoc aduerbium vſurpat Liuius, ſicut & eadem. Mox eſt, ſegnius ſæpè iteratus.

Iam in omnibus locis ceditur) Emenda, Iam omnibus locis ceditur. Incluſi equites, cùm nec prorumpere eadem qua tranſierant, poſſent) Vitiatus locus eſt. Tu expunge, cùm, aduerbium, & loco verbi prorumpere, perrumpere, pro poſſent ſcribe poſſe, vt legas quemadmodum eſt in archetypo Vormacienſi, nimirum hoc modo: Intercluſi equites, nec perrũpere eadem quà tranſierant, poſſe. Expone, Quod vbi eſt factum, intercluſi equites, ſubaudi, ſunt. nec perrumpere eadẽ quà tranſierant, poſſe, id eſt, poterant. Hic vides duo loci aduerbia, eadem & quà eleganter coniuncta. Infrà ſequitur, Vltra mediam noctem eſt. Stationes ante portas agebat) Lectio vetus, Stationem ante portas agebat. Item mox, atque animo vix præ gaudio compote effuſæ. Et infrà, In caſtra veſtra virtute perruperitis. Aduerſus hæc Tempanij oratio incompoſita fuiſſe dicitur) 138. G. Ingens mendum eſt. Scribe, Incompta fuiſſe dicitur. Paulò pòſt recentiore calamo ſuperaddidit quidam particulam atq; Pugnantem, atq; adhortantem.

Et euerſuri tribunitiam poteſtatem) Antiqua lectio, Et euerſuri tribuni poteſtatem pleb. Itaque ſcribe, an erepturi ius populo, & euerſuri tribunitiam poteſtatem plebi. C. Sempronium nihil moror) Solennia videntur fuiſſe verba abſoluentis reum iudicis, & dimittentis. Id æquè in quæſtoribus liberum eſſe arbitrium) Pro duabus vocibus, id æquè, repone, vnum aduerbium, adæquè. Infrà quidam caſtigauit. Veientium inducijs. Infrà eſt, Nec ſuffragatio horum valuit. Aut perſeuerantem ſub iudicij tempus plebem offenſurum) Legendum, Aut perſeuerãte. Subauditur, cauſa. Nam præceſsit, depoſita cauſa. Quæ duo opponuntur, C. Seruilium, Q. Seruilij Priſci filium) 140. I. Habet vetuſtum exemplar tantùm, C. Seruilium Priſci filium. Per aduerſam portam fuga turpi deſeruntur) 141. B. Subaudi, caſtra. A quo ipſo tribuno militum dictator erat dictus) Scribe, A quo ipſe tribuno militũ dictator erat dictus. Infrà debet eſſe, largitione peſsimi exempli concirent.

Tanquam priuatam inopem confugere) 142. H. Antiqua lectio, Tanquam priuatum inopem confugere. Subintellige, ciuem. Paulò pòſt, vbi in vulgatis editionibus legitur, Duo bella inſequens annus habuiſſet. Video quoſdam in manuſcripto volumine legiſſe: Ardua bella inſequens annus habuiſſet. Iacere tandiu irritas ſanctiones) 143. E. Scribe, Iacere tandiu irritas actiones. Mox illic eſt, de ſanguine ac ſupplicio ſuo. Item, Aptiſsimum tempus fuerat. Peſtilentem annum, inopia frugum neglecto cultu agrorum (vt plerunque fit) accepit) Repone, excepit. Infrà eſt, quum apud patres in M. fuit, tum, Item damnum aliam̃q; coertionem. Et, arcem recipit, Multarum magnarum qúe rerum molem) 145. B. Caſtiga, Hi multarum magnarumqúe rerum molem. Auidiſſ. adeò populo oſtentãter. Itẽ, quæſturamqúe eam non honoris ipſius finem æſtim. Et infrà, Ea aduerſa ciuitatis res. Conſules an ambo) Lectio vetus, Conſules ambo profecti ſint ad arcem Caruentanam, an alter. Et conſulis quoque ab ea poteſtate vim) 146. H. Codex Vormacienſis habet abbreuiatam lectionem, Et coſſ. vt legi poſsit, Et conſulum. Quàm in tribunis) 147. B. Repone, Quàm tribunis. Nam mox præceſsit in, Tarditatis cauſa in ſenatu magis fuit. Statim ſequitur illic, ſumma vi reſtare nuntiabantur. Parum cogitauerunt: nulla nõ virtute ſuperari humanarum virium modum) Hic non erat opus infulcire negationem, quæ non eſt in exemplari Vormacienſi. Nam ſic ſcripſit indubiè Liuius, Parum cogitauerunt, nulla virtute ſeparari humanarum viriũ modum. Expone, quantumlibet egregia virtus adſit, eſſe tamen ſuum modum humanis viribus, vltra quem nemo eniti poſſit. Qui legatis repetentibus res, ni faceſſerent properè vrbe finibusq;, daturos pœnas, quas Larti Tolũnio dediſſent, reſpõderi iuſsit) Locus hic miſerè eſt interpollatus. Nã accuſatiuus pœnas ſuperadditus eſt, & pro Lars Tolũnius, Larti Tolũnio, pro dediſſet, dediſſent, ſcriptũ. Reſtituemus tamen ex veteri codice germanam lectionem, qui ſic habet, Daturos quod Lars Tolumnius dediſſet, reſpõderi iuſsit. Lego, Daturos quod Lars Tolumnius dediſſet, hoc eſt mortẽ. Nam Fidenates, C. Fulginium, Cloelium Tullum, Sp. Antium, L. Roſcium legatos Romanos, cauſam defectionis ad Veientes exquirentes, iuſſu Tolumnij interfecerũt, vt antè dixit Liuius hoc ipſo libro. Porrò daturos refertur ad participium repetentibus. Siquidem repetit, petit aliquid ſibi dari. Vides igitur totam ſententię elegantiam fuiſſe corruptam. Occidione occiſa cum periculo retineri) Scribe, modò duo præſidia occidione occiſa, & cum periculo retineri. Quid ſupereſſe ſanguinis) 147. D. Liber vetuſtus tantùm habet, quid ſuper ſanguinis, intelligendum, vel ſuperare, vel ſupereſſe. Vt diſtinerent Volſcos) Non diſplicet hoc verbum, non minus elegãs, quàm hoc loco conueniens. Sic libro ſequẽte, duę ſenatum, inquit, diſtinebant ſententiæ. Sed quia Borbetomagenſe volumen habet in ipſo contextu deſternerent, in margine diſtinerent, cogitandum an Liuius ſcripſerit, vt externarent Volſcos, id eſt, percellerent Volſcos, mentẽ & conſilium adimentes. Quod verbi repoſuimus etiam apud Ciceronem, in libello de Senectute.

Additum deinde omnium maximè tempeſtiuè præcipuũ in multitudinem munus) Reponenda antiqua lectio, quæ habet, Additum deinde omnium maximè tempeſtiuo principum in multitudine munere. Scribe tamen in multitudinẽ. Expone, Additum deinde omnium maximè tempeſtiuo, id eſt, ſummè tempeſtiuo munere, id eſt, per manus principũ, hoc eſt, iſtorum ducum, ſiue imperatorum, in multitudinẽ: Q. D. Nullum vnquam munus ab vllis principibus magis tẽpeſtiuè collatum eſt multitudini, nam populo ſæpè ſunt exhibita munera. Mox eſt in veteri lib. plebis tribunorumqúe. Item, patribus vniuerſis. Ad fanum Vulturnæ) 148. I. Codex antiquus habet, Ad fanum Voltumnæ. Sic libro ſexto: Hinc, inquit, Hetruriæ principum ex omnibus populis coniurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam, mercatores afferebant. Item, parte tribunorum exercitusqúe ad Volſcum auocata bellum, non aduocata.

IN LI-

IN LIBRVM QVINTVM ANNOTATIONES,

PER BEATVM RHENANVM.

NON noui ſermonis authorem habebat.) 149. E. Scribe, Non vani ſermonis authorem habebat. Tum quod ſecundis potiſsimùm his veſtris rebus.) Ablatiuus his, à quopiam additus eſt. Nec enim in Borbetomagenſi codice habetur. Mox, Si quę fortè aliquando fuerunt. Video diuerſam etiam lectionem quibuſdam placuiſſe, ſi quæ fortè aliquando inciderunt. Quàm diſſoluendæ maximè tribunitiæ poteſtatis rentur eſſe.) 150. H. Non dubito quin ſcripſerit Liuius: Quàm diſſoluendæ maximè tribunitiæ poteſtati rentur eſſe. vt ſit loquendi modus crebrò obuius apud hunc authorem. Sic & libro proximè ſuperiori: Experiundam rem denique in vno aut altero eſſe, ſitne aliquis plebeius ferēdo magno honori. Item infrà hoc lib. Et ſi prodēdæ patriæ diſſoluendæq; Reipub. eſt.

Hoc Hercule tanquam artifices improbi.) Scribe, Sic Hercule tanquam artifices improbi. Et quemadmodum ſeruis ſuis vetāt domini. Infere quū aduerbiū, quod omiſſum eſt. Et quemadmodū quum ſeruis ſuis vetāt dñi. Sic vos interdicitis patribus commercio plebis.) Iſtam lectionem in margine annotatam reperio. Verùm antiquior habet. Sic vos interdicto patribus commercio plebis. ſubaudi, facitis. Quæ ſententia neutiquam eſt huic ſimilitudinis accommodationi inconueniens. Poſtea edifferam.) Malim, differam, quod eſt in volumine Vormacienſi. Eis laboris etiam nouum pro proportione iniungi.) Lege, Eis laborem etiam nouum proportione iniungi. Solidum te ſtipendium annuum accipere? Expunge dictionem annuum, quam neſcio quis hîc infulſit, quum ea nil ſit opus. At nos tanquam cum ciuibus agere volumus.) At quoque particula præter autoritatem manu ſcripti codicis eſt ſuperaddita. Authores fuēre contrarius gentium. Genitiuus gentium, non eſt in archetypo Vormacienſi. Et abeſſe poteſt, quando quidem ſubauditur. Gloſſæ nomine in contextum irrepſit. Quis dubitet illos non cupiditate ſolùm vlciſcendi.) Vetus lectio. Quis dubitet illos non à cupiditate ſolùm vlciſcendi. Vbi à particula non eſt ſuperuacanea. nam cauſam ſignificat, non inſtrumentum. Per tantum ſpatium duxerunt.) Repone, Per tantum ſpatiū duxerunt. Et talium oppugnandarum vrbium apparatum.) Senſus expoſcit, vt pro talium ſcribatur alium: hoc modò, Quid vineas teſtudinesq; & alium oppugnandarum vrbium apparatum loquar?) Vtrum tandem finitimi populum Romanum eſſe putent.) 151. I. In ſcripto codice ſuperadditus eſt accuſatiuus eum, populum Romanum eum eſſe putent. Tu adde. Aſſueſcitis audire.) Scribe, aſſueſtis. Sed quia in exemplari vetuſto ſcriptum fuit qui audire, cogitandum an legi debeat, Aſſueſtis æqui audire. Neglectum Anxuri præſidium vagationibus militum.) Non contemnendum erratum hic eſt. Legendum, vacationibus militum, hoc eſt, immunitatibus. Obtinuerant enim à duce ſuo, dato videlicet commeatu, vt abeſſe poſſent. Hoc verbo etiam aliàs Liuius vtitur, vt libro ſepti mo. Et quum quod per magnos tumultus fieri ſolitum erat, iuſticio indicto delectus ſine vacationibus habitus eſſet. Infrà eſt, Capenatum atque Faliſcorum. Arcere iam vim.) 154. F. Particula iam, non eſt in veteri codice. Infrà eſt à Calend. Octobribus. Et Romæ ſimul de delectu, ſimul de tributo conferendo laboratum eſt. Antiqua lectio, Et Romæ ſimul delectu ſimul tributo conferendo laboratum eſt. Quanto autem augebatur militum numerus.) Scribe, Quantum autem augebatur militum num. Hæc per ſe grauia indigniora q; vt viderentur.) Emenda, Hæc per ſe grauia, indigniora vt viderentur. Quæ nunc etiam vectigalis.) Quidam eraſis hîc aliquot literis in veteri libro ſcripſit, quinetiam vectigalis ad vltimū facta ſit. Is quod petiſſent q. p. a. r. t. t. m. expugnaſſe.) Ad hanc priorem ſententiam, vltima clauſula refertur per longum hyperbaton ſequens, id fraude patr. ſ. ac p. c. pactum arguere. Sciendum tamen, non legendum iuxta fidem vetuſti voluminis, Et eò deuolui rem, ſed reuolui rem. Vt intelligas futurum quod & antea factum eſt. Vt nullo bello veniretur ad exitum ſpei.) Vetus lectio, ad exitum rei. Nullo bello, hoc eſt, abſque bello. M. Furio in Faliſcis & Cn. Cor.) Scribe, à M. Furio in Faliſcis & Cn. Cor. in C. a. h. e. r. m. inuenti. Ad collatum obedientor.) 156. I. Particula at, præter authoritatem exemplaris Borbetomagenſis addita eſt. Paulò pòſt non refert an legas ex patricijs candidatis, an ex patricijs candidatus locum tenuit. Infrà eſt, quibus eam opem dij tuliſſent, vinciri. M. Furium Camillum tertiùm.) 157. D. Antiqua lectio habet iterum. Mox eſt in ſcripto libro: Prodigia interim multa nuntiauēre, Fortè legendum nunciata fuēre. Virum haud in tacti religione animi.) 158. F. Volumen vetus monet legendū, Vir haud intacti religione animi accuſatus, &c. vt intelligas eum religione motum ſenem ſe ductum apprehendiſſe. Si opere illi eſſet, conſulere velle.) Sic ſæpè loquitur Liuius, vt libro proximè ſuperiore, Neque conſulibus, inquit, cùm tot populorum bella imminerent operę erat id negotium agere. Ad fanum Vulturnæ.) 159. A. Et hic, quemadmodum ſuprà & infrà libro ſexto habet Vormacienſe volumen. Ad f. Voltumnæ. Infrà eſt voluntate ad id bellum eant. Rei maximè in hoc tempus vtilis. Magis placet vt legatur quemadmodum eſt in archetypo noſtro. Rei m. in h. tem. vtili. Vt concordiæ dictum ſit dandi caſu. Vires corporis effœtæ.) Vide quale flagitium commiſerit, qui effœtæ hîc auſus eſt ſcribere. cùm legendum ſit, Vires corporis affectæ. Sic infrà. Modò quæ res, inquit, poſt prodigium Albani lacus niſi inſtauratio ſacrorum, auſpiciorumq; reuocatio adfectæ Veienti bello reipub. remedio fuit? Affectam vocat, debilitatam. Iterū libro ſexto, Quorum legati opem rebus adfectis orātes, quum ſenatum adiſſent. Et libro nono, In corpore tamen, inquit, adfecto vigebat vis animi conſilijq;. Ibidem mox: Iam animum quoq; patris, inquit, conſenuiſſe in affecto corpore rebatur. Vt ſegnior ſit prædatur, vt quiſque laboris periculiq; præcipuam petere partē ſoleat. Exemplar vetus tantùm habet, vt ſegnior ſit prædator, quiſq; laboris, periculiq; præcipuam petere partem ſoleat. Opinor ſcripſiſſe Liuium, Quū ita fermè eueniat, vt ſegnior ſit prædator fortiſsimus quiſq; laboris periculiq; præcipuam petere partem ſoleat. Et eſt inſignis ſententia.

Nemo ſe à ſtationibus Romanis mouiſſet.) 161. A. Antiqua lectio, Nemo ſe à ſtationibus Romanus mouiſſet. Infrà ſequitur operæ pretium eſt. Item, quod poſt paucos accidit annos, cladem. Cùm iam humanæ opes aſportatæ, egeſtæq; à Veijs eſſent.) 162. F. Subolet mihi participiū aſportatæ addititium eſſe. Nam in volumine manu ſcripto dūtaxat habetur: Cùm iam humanæ opes egeſtæ à Veijs eſſent. Mox eſt: Dein quum quidem ſeu ſpiritu d. Item cùm ſibimetipſe prædam æſtimaſſet. Quòd verò ſequitur: Cæterùm partem plebis, partem ſenatus deſtinabant habitandos Veios. Quid ſi legas: Cæterùm parte plebis, parte ſenatus deſtinabant habitādos Veios. Aut, Cæterùm partim plebi, partim ſenatui deſt. h. Veios. Eius partem decimam Apollini ſacratam eſſe.) Scribe, ſacram eſſe. Sed rogationi tribunitiæ aduerſarius quærebatur.) Repone: Sed largitioni tribunitiæ ad. q. Prima luce aliquando ſuperioribus ſe oſtendit.) 164. G. Omiſſus in Aſulanica editione eſt ablatiuus locis, aliquanto ſuperioribus locis ſe oſtendit. Niſi fortuna imp. r. ſ. & cog. r. b. v. ſpecimen maturam victoriam deciſſet.) Legendum, ſimul & cognitę rebus bellicis virtutis ſpecimen, & maturam vict. deciſſet. Ea in conſpectu erant poſita in plano.) 166. H. Antiqua lectio: Ea in conſpectu erant. Suſpicor ſimpliciter ſcribendum, in conſpectu erant. Quòd interceſſione ſublata tribunitiam poteſtatem euertiſſent.) 167. A. In exemplari Vormacienſi non eſt quod. Conjicio ſimpliciter legendum ſuſtuliſſe, interceſſione ſublata tribunitiam poteſtatem euertiſſe. Et victricem patriam victa mutari.) 167. C. Vetus volumen habet: Et victrice patria victam mutari. Idem videtur ſenſus. Infrà, Caius Iulius cenſor deceſſit. Caius non eſt in veteri libro. Aduentante fatali vrbi clade.) 168. H. Malim fatali vrbis clade. Et habet antiquum exemplar ſ, literam ſuperadditam. Et in uexiſſe in Galliam vinum illiciendæ gentis cauſā Aruntem Cluſinum.) Hoc loco perperam diſtincta eſt editio Aſulanica. Ego ſanè malim: At inuexiſſe in Galliam vinum. Certè quod in ſcripto codice pro &, vt legitur, particulam at ſuprà ſcriptam habet. Tum ſic diſtingue: At inuexiſſe in Galliam vinum illiciendæ gentis cauſa, Aruntem Cluſinum. Et quæ ſequuntur. Cui tutor is fueratipſo præpotente iuuene.) Sequenda vetuſti libri lectio. ſic q; diſtinguenda ſententia: Cui tutor is fuerat ipſe, præpotente iuuene. Mox eſt in codice veteri: Ante Romanum imperium, non, Romanorum. Item, Et in vtrunque mare vergentes, Inſuper, fortunaq; ſua, tum publica. Is quod cùm ex populis abundabat. 169. B. Scribe: Is quod eius ex populis abundabat. Quod eius, id eſt, partem quæ abūdabat ex populis eius, hoc eſt, Ambigati regis auunculi. Ab Salluuiorum gente oppugnari.) Antiqua lectio: Ab Saluium gente opp. Opinor Liuium ſcripſiſſe: Salyum. Nam iſtam gentem Salyes appellant authores cæteri. Maſsilienſes erant in nauibus à Phocide profecti.) Hæc verba ſi legiſſet Liuio maſtix ille Caius Cæſar, non ſolùm hîc Patauinitatis arguiſſet Liuium, ſed etiam ſolœciſmi. Quis enim vnquam Latinè ſcientium dixit, profectus ſum in nāui, & non potius, Profectus ſum nauī? Sic paulò antè: Profectus in gentibus peditum equitumq; copijs. Non dixit cum copijs. Igitur ſcribe & diſtingue germanam hoc loco lectionem reſtituturus, Maſsilienſes erant ij, nauibus à Phocide profecti. Librarius oſcitans, non rectè diſtinguendo verba, quū non intelligeret, quid ſibi vellet ij nauibus, ſcripſit in nauibus. Ipſi per Taurinos ſaltuſq; Iuliæ alpis tranſcenderunt.) M. Antonius Sabellicus libro ſecundo de vetuſtate Aquileiæ, propterea quòd hîc mentio fit alpis

Iuliæ dubitat, an Taurinorum nomine Liuius Tauriſcos intelligat illos, qui Noricis & Carnis vicini fuere. Et tandem affert argumenta, quibus clarum euadit per proximas Alpes, non ita procul à Maſſiliẽſibus Gallos in Italiam tranſiſſe. Putatq; Iuliam Alpem appellatam à foro Iulij, quod ſubiectum à parte quæ Galliam ſpectat commemoretur. Cæterùm ego nõ arbitror id temporis vllum oppidum fuiſſe hoc nomine, quum nullus dum Romanorum Alpes tranſiſſet. Et apparet ſic dictum forum Iulij, quemadmodum appellatum eſt forũ Cornelij, forum Sempronij, forum Neronis, & quod nobis propinquius eſt, forum Tyberij ſupra Auguſtam Rauricam ad Rhenum vergens, vnumquodque conditoris ſui ſiue præſidentis vocabulo. Itaque dicturus mihi fuiſſe Liuius videtur, ſaltusq; eius alpis, quam nunc Iuliam appellãt, ſicut mox dicit, vbi nunc Brixia ac Verona vrbes ſunt. Proinde fieri poteſt, vt iam olim ſcriptura vitiata fuerit (nam conſentit Vormacienſe exemplar cum vulgatis editionibus) ſic ſtante ſynceriore lectione: Ipſi Taurino ſaltu, inuias alpeis tranſcenderunt. Sequitur enim: Eodem ſaltu fauente Belloueſo quum tranſcendiſſet alpes. Non dixit, Iiſdem ſaltibus. Et præceſsit: Nulla dum via ſuperatas. Coniecturas quibus adducor vt librarium hallucinatum putem, dum maiuſculas literas vetuſtiſsimorum exemplarium partim non agnoſcit, partim agnitas perperam connectit, referre piget. Cognomine Inſubribus pago Heduorum.) Subauditur, exiſtente. Sẽſus eſt: Apud Heduos quoq; pagum fuiſſe, qui Inſubrium diceretur: Mox habet vetus codex, Mediolanium. Elitouio duce.) Antiqua lectio: Etitouio duce, & aſcripſit in margine quidam, Eciouio. Vbi nũc Brixia ac Verona vrbes ſunt, locos tenuere ibi: conſidunt) Locũ priſtinæ lectioni reſtitueris, ſi legas & diſtinguas: Vbi nunc Brixia ac Verona vrbes ſunt, locos tenuere Libui, conſidunt. Poſt hos Salluuij: qui propè antiquam gentem Læuos, Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apẽninum.) In his verbis errata complura latent. In primis neſcio an pro Salluuij qui ſcribendum ſit, alij Libui. Vetuſtum exemplar habet: Poſt hos Salluuij qui. Deinde habet non propè, ſed præter. Poſtremò duntaxat habet, circa Ticinum amnem Pœninon. Vt ſatis liqueat verbum petiere poſtea additum ab aliquo qui voluerit ſententiæ corruptæ ſuccurrere. Ego dictionem Pœninon quoque, ex veteri codice eradendã puto. Nam indubiè parum peritus aliquis librarius pro dein Boij ſcripſit peninon. quod in archetypo fortaſsis erat peniuoij, v litera pro b poſita. Mox verſum eſt in Apenninum, & adiectum verbum petiere, vt conſisteret ſententia. Quare ſic lego: Poſt hos Salluuij, præter antiquam gẽtem Læuos, Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Dein Boij Lingonesq; tranſgreſsi. Subauditur verò verbum: Poſt hos Salluuij. ſcilicet tranſcenderunt alpes. Porrò ſcio nominari Pœninia iuga apud Tacitum, & vallem Pœninam, quæ vulgò Valleſia dicitur, in veteri inſcriptione. Sed locum hîc ea vox non habet. Cum multitudinem, tum formas hominum inuſitatas cernerent.) Arridet vetus lectio, cum multitudinẽ, cum formas hominum inuſitatas cernerent. Quod verò ſequitur: Legati tres M. Fabij, vocabulum tres non eſt in codice vetuſto. Item eſt, accipere velle, non, ſe accipere velle. Inſuper, vt nuntia domum poſſent. Tribuni militum conſulari poteſtate in ſequẽtem annum crearentur.) 170. H. Scribe, In inſequentem annum. Cuius impatiens eſt gens.) 170. I. Repone: cuius impotẽs eſt gens. E Cruſtuminis montibus.) Scribe: Qua flumen Allia Cruſtuminis montibus p. defluens alueo, haud multum infrà viam. Non, haud multò. Item paulò pòſt: Ne circumueniri multitudine hoſtium poſſent. non, à multitudine. Nec ſupereſſe quenquam.) 171. D. Antiqua lectio: Romani quũ pars maior ex acie Veios petiſſet, quàm Romam, nemo ſupereſſe quenquam præter eos qui Romam refugerant, crederẽt. Rogantium q; viros.) 172. G. Legendum, Rogitantiumque viros. Item: In arcem perſecutæ ſunt. Inſuper, ferũt via. Tametſi refragrante vetere ſcriptura. Item, Vt in fortunæ priſtinæ. Ne quis in diſsipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret.) Repone: Ne quę vis in diſsipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret. Seu non omnibus delendi vrbem libido erat.) 173. A. Huic ſententiæ nihil deeſt. Sed quia manuſcriptus codex habet delendę, planè credo ſcriptum à Liuio fuiſſe, delendæ vrbis libido erat. Nam huiuſmodi conſtructio gerundij in di doctis non eſt ignota. Charitate ædium ſuarum.) Vetus lectio charitate ſedum ſuarum.

Non mentibus ſolùm concipere.) Vtcunque hîc conſentiant cùm ſcripta, tum typis excuſa volumina, niſi nihil video, legendum eſt: Non mentibus ſolùm concidere, id eſt, concidebant, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant. Sic in fine decimi libri 3. Decad. Aſdrubal loquitur: Illo enim, inquit, vulnere concidimus. Infrà debet eſſe, Nec vllum erat tempus. Item: Ad omnes aditus ſtationib. firmatis. Quod his exigua reſiſtitur manu.) 174. G. Legendum: Ex arce Capitolioq; his exigua reſiſtitur manu. Infrà: Primæ noctis ſilentio. Melior iucundiorq; compoſitio eſt in vetuſto volumine: Primæ ſilentio noctis. Item, Hetruſciſne etiam, à quibus bellum Gallicum in ſe auertiſſent, ludibrio eſſe clades ſuas? Ad id faciẽdum C. Fabius, dorſum gabino ritu cinctus, ſacra manibus gerens.) 175. B. Borbetomagenſe volumen habet: Ad id faciundum, C. Fabius Dorſuo gabo cinctus, ſacra manibus gerens. Diu me torſit hic locus quem interpollatum videbam in vulgatis editionibus, quónam pacto germanæ lectioni reſtitueretur. Lego, C. Fabius Dorſuo Gabino cinctu, ſacra manibus gerens, cùm de Capitolio deſcendiſſet. Porrò cinctus ſubſtantiuè pro veſtitu vſurpatur. Deſcribuntq; Gabinum cincti eſſe togam ſic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata, hominem cingat. Liuius noſter lib. 8. Ipſe cinctus, inquit, cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit. Iam vides quod illis impoſuerit, qui ante me caſtigauerunt Liuium. M. Fabij Dorſuonis fit mentio lib. 7. his verbis: Hos conſules ſecuti ſunt M. Fabius Dorſuo, Ser. Sulpitius Camerinus. Cæditius negare ſe commiſſ.) Deeſt particula &, quam addere debes, Et Cæditius negare ſe commiſſurum. Infrà debet eſſe: Lex curiata lata eſt. Ac paulò pòſt eſt, victu ſuo fraudans. Tum vigiles eius loci, quos fefellerat aſcendens hoſtis.) 176. G. Mẽdoſa dictio eſt, quos. Scribe, quà fefellerat aſc. hoſtis, Vt referatur ad præcedentes duos genitiuos, eius loci. Ob nocturni periculi memoriam.) Codex Vormaciẽſis habet: Ab nocturni periculi memoriam. Lego, memoria. Sicq; dictum erit ab nocturni periculi memoria, vt ab re male geſta, & ab rebus ſecundis, & quod hîc mox ſequitur, ab incendijs torrido. De quo loquendi modo ſuprà admonuimus. Et cum ſtationibus procederent.) 176. I. Mendoſus locus eſt. Emenda: Et cùm ſtationes procederent. Item quacunque pactione poſſet. Repone, poſſent. Iuſſumq; & templum in Noua via allocutio fieri.) 177. D. Antiqua lectio: Iuſſumque templum in Noua ia locutio fieri. Lego: Iuſſumque templum in Noua via Locutio fieri. Videte quid inter nos ac maiores interſit.) 178. K. Scribe: Et videte quid int. n. ac m. interſit. Mox eſt, Lauinioq;. Quanta piacula committantur.) 179. A. Incorrupta lectio: Nónne in mentem venit quantum piaculi committatur? Ex qua eas nihil vnquam.) Expunge pronomen, eas, & ſcribe: Ex qua nihil vnquam, præterquam vrbs capta mouit. Et Flamen peregrè habitando in ſingulas noctes quantum ſibi reiq; p. piaculi cõtrahet?) Repone; tantũ ſibi reiq; publicæ piaculi contrahet. Quia piget reædificare.) Antiqua exẽplaria habẽt: Quia piget ædificare. Sicut & mox, ędificare incẽſa piget. Infrà eſt in veteri, quã meę calamitatis.

IN LIBRVM SEXTVM ANNOTATIONES PER BEATVM RHENANVM.

IVm quòd perraræ per eadem tempora literæ fuere.) 180. K. Habet vetus lectio: Tum quòd paruæ & raræ per eadem tempora lit. fuere. Dictio paruæ multos offendit. Nam illam in altero exemplari, quod nobis ex Vormacia cõmunicauit Dn. Reinhardus à Reielpur primarij templi Decanus, vir pietate & eruditione iuxtà ſpectabilis, quidam diſpunxerat. In vulgatis editionibus vides in perraræ commutatum, &, copula ſublata. Atqui ſciendum, aliquando literas inſcriptionem apud Liuium ſignificare, vt quũ infrà dicit, Tabulaq;, ſub eo fixa monumentum rerum geſtarum ijs fermè inciſa literis, id eſt, hoc epigrãmate. Proinde hîc quoq; intellige, paruas & raras per eadem tempora fuiſſe literas, hoc eſt, breues inſcriptiones modò, quæ non ſatis rẽ explicarent, easq; fuiſſe raras. Infrà eſt tãtùm, poſteriore clade Allienſem appellarunt. Et mox in altero exẽplari manuſcripto legitur, inſignemq; rei nulli publicè priuatimq; agendæ fecerunt. Nec, niſi antequã omnia præripiant.) 183. E. Et hîc ſcribendum præcipiant, id eſt, prius capiant. De quo verbo ſuprà quoq; ſemel atque iterum admonuimus. Et eandem exhauſtam impenſis.) Hîc fortè miraris aliquid deſiderari. Itaq; ſcito ſermonem elegantiſimũ Liuij vitiatum eſſe. Reponendum iuxta fidem archetypi Borbetomagenſis, & eodem exhauſtam impenſis. Eodẽ, ſubauditur ędificando. Nam præcedit, propter ædificandi curam. Id quod non vidit is qui locum depraua uit. Porrò non eſt tam inops verborum Liuius, vt amphibologiam committat, quum dubium ſit quid accuſatiuus eandem referat, plebémne, an curam. Infrà eſt in altero codice: Tromẽtina. Iuuentutem ſummiſiſſe ad id bellum. Collegam facimus.) 184. K. Emenda: Collegæ facimus, vt ſit ſenſus: Te Sergi Corneli, præſidem huius publici cõſilij, cuſtodem religionum, comitiorum, legũ, rerũ omnium vrbanarũ, ego & collegæ mei, de quibus toties iam dictum eſt, facimus. Sed turba hoſtiũ & fuga impediebatur.) 185. D. Scribe: Sed turba hoſtium & fuga impediebat. Mœnib. Satricis ſe includunt.) Non contemnendum erratum eſt. Lege: Mœ-

ge: Mœnibus Satrici ſe includunt. Ne tanquàm Veios oppugnatus in opere longinquo ſeſe terrerent. Nec hîc mediocris lapſus. Reſtitue, Ne tanquam Veios oppugnantes in opere longinquo ſeſe tererent. Ex parte altera interceptis itineribus.) 186. F. Emiacula locum ſcribens, interſeptis itineribus. Sic obſepire iter, dixit libro nono. Hæc, inquit, plebi ad curules magiſtratus iter obſepſit. Mœnia egredi iubet. 186. G. Legendum, adgredi iubet. Infrà eſt in antiquo volumine, L. Papyrio Curſore II. trib. conſ. pot. Item mox, bellum ab Volſcis. M. Furio recuperari patria non potuerit.) Scribe: A M. Furio recuperari patria non potuerit. Alliciendo ad ſe plebeiam auram.) Adulteratus indubiè locus eſt. Habet lectio vetus: Alliciẽdo ad ſe plebem iam auram. Lego & diſtinguo ſic: Criminando patres alliciendo ad ſe plebem. Iam aura non conſilio ferri. Significat aura aſpirantem vulgi fauorem. proinde elegantiſsimè dictum eſt, Iam aura non conſilia ferri. hoc eſt, ferebatur. Aſsiduè bella cum Volſcis geſta.) Syncerior & antiqua lectio: Aſsidua bella cum Volſcis geſta. Siqui diȝ, vatesq; eorum in futurum vident.) 187. D. Scribe, Si quid diȝ vatesq; eorum in futurum vident. Sed obnoxios vos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere.) O pudẽdum lapſum. Repone: Sed obnixos vos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere. Ab obnitendo. Sic libro 7. Stant, inquit, obnixi Samnites. Tum terrorem equeſtrem occupatis alio labore infer.) pro labore, ſcribe pauore. Senſus eſt: Territos, adhuc terre. Et fluctuanti ſimilis erat. Non abſurda manuſcripti codicis lectio, quæ habet, Et fluctuantis ſimilis acies erat. Nam cum genitiuo conſtructum ſimilis, ad mores refertur, autore Donato. Mox vbi legitur, Dein poſtquã cadentibus primis, iam ad ſe quiſque peruenturam cædem cernebat, video diuerſam lectionem in veteri volumine fuiſſe, nempe credebat. Et additum, Alibi cernebat. Illi ſe deuouere corporis vitaq; ac ſan. q.ſ.) 188. I. Pronomen, ſe, expungi debet. Nam mox præcedit, Ab illo ſe habere. Quod hîc ſubauditur. Addita alia commodioris ad omnia turbanda conſilij res.) Fœdè vitiatus locus eſt. Scribe: Addita alia commotioris ad omnia turbanda conſilij res. Et conuenit hoc vocabulum ſeditionem molienti. Siue quod & ipſe in parte prędę ſis. 189. B. Rectè habet volumẽ Borbetomagenſe: ſiue vt & ipſe in parte prædæ ſis. Nec erat opus mutare. Porrò & ipſe M. Manlius è patribus vnus erat. infrà eſt: Quin eam diducitis. Eſt autem diducere, in diuerſas partes ducere. Quod verbi hic locum habet. Oblataq; vani furti inuidię.) Sic hîc dicit oblatam inuidiam, quemadmodum Terentius vitium oblatum, ſtuprum oblatum, & incendium oblatum, ac oblatam mortem. Cicero: Quæ omnia per vim & inuictis facta intelliguntur. Elegantiſsima locutio eſt. Et iam magis infigiis & ſordibus & facie reorum turba Manliana erant.) 190. H. Prius &, in exemplari veteri diſpunctum eſt. Vt ſit ſenſus, infignis ſordibus &, id eſt, facie reorum. Tot nunc aduerſus vnum hoſtes eritis.) 191. C. Scribendum, aduerſus vnum hoſtem eritis. In tot, ſubauditur clientes, vel ſimile quippiam, puta milites, ſeu viri. Infrà eſt ſatis planum. Ab accuſatoribus obiecta ſunt reo.) 192. H. Scribe obiecta ſint reo. Ad hoc ſeruatos ex hoſtibus ciues produxerit.) Suſpicor verbum produxit ab exponente poſtea additum. Quod tamen ſubaudiri poteſt aptius, quàm verbum protuliſſet, quod inanimatis rebus conuenit. Alioqui melius legatur produxiſſe cohærente oratione. Quod verò ſequitur precatumq; eſſe aut ſubaudiendum aliud verbum, puta aiunt ſiue ferunt, aut ſcribendum precatusq;. Extra portam frumentariam.) 192. K. Syncera ac vetus lectio: Extra portam Flumentanam. Sunt qui duumuiros.) Ex voluminibus manu ſcriptis antiquius habet & emendatius, Sunt qui per duumuiros. Quare ſic lego & diſtinguo: Sunt qui per duumuiros, qui de perduellione anquirerent creatos, authores ſint damnatum. Tribuni de ſaxo Tarpeio deiecerunt. Senſus eſt Liuij. Quidam dicunt damnatum ab ipſo populo, quidam à Duumuiris. Hoc verò conſtat, quòd tribuni illi de ſaxo Tarpeio deiecerint. Infrà eſt in ſynceriore codice, M. Furium Camillum VI. Tr. mil. creauere. Comitijsq́ue iurare parato in verba excuſandæ valetudinis ſolitæ conſenſus populi reſtiterat.) 194. G. In antiquis libris legitur valetudini. Conijcio ſcripſiſſe Liuium in verba excuſandæ valetudini ſolita. id eſt, quibus ſolebat excuſari valetudo per iuramentum. Quibus ſolis conſideret.) Antiqua lectio, quibus ſolis conſiderent. Subaudi, hoſtes ipſi. Infrà eſt, cum ætate & ingenio, tum mult. Item, rapere ſit ſolitus. Rurſum, cum vitæ ſatis, tum gloriæ. Item, Senſit ergo euentus virtutis enixæ opem. Et Volſci quà modo ſimulato metu ceſſerant: eunt in veram fugam effuſi.) 195. D. Mendumhîc eſt planè pudendum. Nam eà aduerbium quiſpiam in verbum eunt mutauit, ignorãs aduerbialiter eà dici ſicut eadem, ac referri ad quà. Proinde ſic ſcribe & diſtingue ſententiam: Et Volſci quà modo ſimulato metu ceſſerant, eà in veram fugam effuſi, magna pars & in ipſo certamine, & poſt in fuga cæſi. Infrà eſt: Cùm in exercitu, tùm Romæ. Non præripiam gratiam publici beneficij.) Scribe: Non præcipiam. Quod verbum Liuio peculiare eſſe multis iam locis monuimus. niſi quando à vobis proque vobis arma acceperimus.) Repone: Niſi quando. Interim tribunos plebis fama ipſa irritauerat.) 197. C. Caſtiga, fama ea ipſa irritauerat. Infrà debet eſſe: Satis ſcire eum eſſe.

IN LIBRVM SEPTIMVM ANNOTATIONES,

SIGISMVNDI GELENII.

VAE exordia poſtea appellata.) 208. G. Vetuſti codices: quæ inde exodia. L. Manlius perinde ac rei gerendæ, ac non ſoluendæ religionis gratia creatus eſſet.) 208. I. Melius antiqua lectio perinde ac Reipubl. gerendæ, ac non ſoluendæ religione gratia creatus eſſet. Quadragenariæ VIII. cohortes, lecta robora virorum ſcribuntur.) 210. K. Legendum quadringenariæ, atteſtantibus priſci characteris codicibus. Speculatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum.) 213. A. Exemplaria Germanica ſanè perquàm vetuſta, quorum fidem atque authoritatem libenter ſequimur, habent ſpectatores, non ſpeculatores. Lentius id aliquantum bellum quàm parti vtrique placebat, fuit.) 214. G. Lege, aliquanto. Qua fœditate ſuppliciȝ aliquanto ignominia P. R. inſignior fuit.) 216. G. Inſignitior fuit, habet antiqua ſcriptura, conſequentibus inter ſe archetypis. Quod cum Tarquinienſibus iuuentus eorum militauerat. 216. H. Lege: Quod & cum Tarqui. vt ſit geminata coniunctio & paulò pòſt: in acie operam nauaturos, non in aciẽ ac mox poſt hæc verba: emãcipandoq; filiũ fraudem legi feciſſet, non admodum aptè cohærebant ſequentia, nempe hæc: Prohibitum deinceps per tribunos plebis leges in caſtris ferri. nec dubium eſt per inſcitiam ſcribæ è margine in contextum tranſlata. Paulò pòſt: Etiam dictaturam in promiſcuo eſſe.) 217. B. Lege addendo: Etiam dictaturam iam in promiſcuo eſſe: quemadmodum habent manu ſcripta exemplaria. & mox: populatores agrorum vagos palantes oppreſsit abſque coniunctione. & proximè ſequenti verſu: ex agro Romano addita præpoſitione ex. Rurſus in ſequenti verſu: Nec per dictatorem plebeium, nec per Popilium conſulem.) Melius vetus lectio: nec per conſulem. vt plebeium vtroque referas, tam ad conſulem quàm ad dictatorem. Popilium primò aliquis inter lineas adſcripſit, explanandi cauſa, deinde in contextum ea vox, vt ſæpius fit, irrepſit. Poſtremò victa perſeuerantia coss. plebe eò dolor erupit.) 218. F. Syncera lectio: victæ perſeuerantia conſulum plebis. Paulò pòſt, (Nec patricios ambos conſules.) Vetuſti codices & hic & alibi conſtanter habent ambo in accuſatiuo quoq; caſu, vt ſit κατ' ἀξιωμάτων, vox indeclinabilis, quẽadmodum Græcis ἄμφω. Gratius eſt quod aliquanto pòſt ſequitur. Vt Romanos florentes ea ſui miſericordia caperet, quæ ſe rebus afflictis quondam populi Romani cepiſſet.) 219. B. Ardelio neſcio quis non aſſequutus eius vocis elegãtiam, rebus affectis mutauit in afflictis. Poſt aliquot verſus: Ij meriti æquitate curaq; ſunt.) 219. E. Ij redundat. Mox: C. Sulpitius Peticus, & T. Quintius Pœnus. quidam Cęſonem cognomen Quintio adijciunt.) Vetus lectio: quidam Cæſonem, alij Caium, cognomen Quintio adijciunt, vt intelligamus triplicem varietatem, quibuſdam hunc Titum, Cæſonem alijs, alijs Caium appellantibus. Porrò cognomen eò maluit dicere, quàm prænomen, vt opinor, quòd prænomen non temerè alibi quàm in grammaticorum ſcriptis reperiatur. & pro Potito in manu ſcriptis perpetuò Peticus legitur, duntaxat in Sulpitia gente, nec dubito quin rectius. nam Potitorum familia, Valerię gentis eſt. Eum qui mutauit, offendebat vox non intellecta: atqui eadem ratione mutanda eſſent non pauca alia in hoc genere vocabula, quorum nemo eſt hodie qui ſignificationem dicere queat, quum paſsim apud Liuium alioſq; hiſtoricos occurrant. Sequitur. Cuius lentæ tabis ſenio.) Lege addendo, lentæ velut tabis. & ſic legitur in vetuſtis ac emendatis codicibus. Cùm ipſa cũctatio & in his animos minuiſſet, & auxiſſet hoſti.) 221. A. In redundat. Mox pro materi, vetus habet matari. & aliquanto pòſt pro muſitantes, muſsitantes. Imperare duumuiris vt libros Sibyllinos inſpicerent.) Legendum decemuiris. Paulò pòſt, ab ædilibus dicta dies eſſet, non dictæ eſſent. Cum robore iuuentutis ſuæ occiſo.) 224. I. Acciſo eſt in archetypis, non occiſo. Agros, delubra deũm humanaq; omnia.) 226. H. Lege addendo: diuina humanaq; omnia. Mox, Luxuria ſuperbiaq; clarus, non potentiaq;. Superbiæ Campanorũ crebra mentio fit apud Latinos ſcriptores. In vallem infimam dimitteret agmen.) 228. K. Scribo demitteret. In eundem lapidem & alibi non ſemel impegerunt ſcribæ.

Nec tu mihi plus quàm vnius legionis principes haſtates dederis.) Antiqua ſcriptura: Ne tu mihi plus quàm vnius legionis principes haſtatosq́ dederis. Paulò pòſt: Ad ſubducendum agmen, non ſeducendum.

Samnites dum huc illucq́ ſigna vertunt, vtriuſque rei omiſſa occaſione, neque conſequi.) 229. A. Vetuſti codices: Samnites dum huc illucq́ ſigna vertunt, abſque coniunctione. & inſequi habent pro conſequi. Singulis bobus binisq́ tunicis donati.) 230. I. Illic legitur binisq́ priuis tunicis. & proximè ſequenti verſu coronam obſidialem, quod nihil erat neceſſe mutare in obſidionalem. Sueſſanorumq́ auditæ legationes, precantibus datum.) 231. E. legendum: Precantibusq́ datum. Paulò pòſt: alios graues iam ætate eſſe, eſſe redundat. Per ſpeciem militarium vſuum magna pars ablegati.) 232. H. Lege addendo: Per ſpeciem etiam militarium vſuum, cùm alij aliò mitterentur, ablegati. Atteſtantur manu ſcripti codices. Quem autem ab domo poſſe acciri) 252. K. Ab Roma, illic legitur, nón ab domo. Aliquanto pòſt. Aut vbi reſtitaret.) non reſtaret. Vt mihi de vobis concordiæ partam gloriam.) 233. B. Partæ non partam legendum, Non multo pòſt: Ac ſi cui gens, non gens. Qui maximè ſuis militibus placeret.) 234. F. Syncera lectio: Qui maximè vobis ſuis militibus parceret. Sed id propter P. Salonium.) Sed redundat. Proximè ſequenti verſu melius in vetuſtis codicibus legitur primipili, quàm in vulgatis editionibus primipilum.

IN LIBRVM OCTAVVM ANNOTATIONES,

SIGISMVNDI GELENII.

INTERREGES fuerunt M. Valerius ac M. Fabius. Creauerunt Conſules. 136. H. Lege creauit, videlicet poſterior interrex Fabius. Sequenti verſu eſt in Italiam, cum præpoſitione, contra quàm in vulgatis editionibus. Si ſocialis vllus exercitus ijs eſt.) 136. K. Vetus lectio, Si ſocialis illis exercitus is eſt. Paulò pòſt c c. annorum morem ſolueremus, non ſoluerimus. Sed hoc leuius, quàm quòd mox præpoſitio intercidit, niſi conſcientia virium, cùm veteres codices indicent ſcripſiſſe Liuium, niſi à conſcientia virium. Rurſus. Ego ipſe audiente non populi Romani, Lege addendo, en ego ipſe. Ac mox, Iure gentium tutus loqueretur, non iu. gen. loq. Senatus partem æquam ex vtraque parte eſſe.) Melius vetus, ex vtraque gente. Hæccine fœdera Tullus Rom. rex cum Albanis patribus veſtris Latini, hæc L. Tarquinius vobiſcum poſtea fœdera fecit?) 237. E. Quorſum attinebat hîc repetere hanc vocem, fœdera? Species viri maioris, quàm humano habitu.) Maior hîc iniuria, quàm pro numero literarum, elegantiſsimo ſcriptori facta eſt. Extat in manuſcriptis ſyncera lectio, maioris quàm pro humano habitu. Placuit ad auerruncãdam deſim iram victimas cædi.) Et hîc mutatam Liuij linguam indicant ijdem codices, vbi legitur, auerruncandæ deſim iræ. Aliquanto pòſt habent, Spatio quod vacui interiacebat campi. non parui campi. Ignarus fati futuri, quæ laus an pœna merita eſſet.) 239. A. Malui ſequi veterem lectionem, nempe ſic: Ignarus facti futuriq́, laus an pœna merita eſſet. Scribebantur hę quatuor ferè legiones.) 240. G. Lege, ſcribebantur autem iiii. Mox, Tum nec vexilla tum redundat: & quod paulò pòſt ſequitur, haud procul à radicibus Veſuuij, rectius in manu ſcriptis legitur, haud procul radicibus. Item aliquanto pòſt, funusq́ par morti, melius quàm compar. Quem velit ex legione Romana ſcriptum ciuem.) 241. E. Nec hîc erat cur ſcripta in ſcriptum mutaretur. Affirmando communem fore Martem belli.) Antiquior ac dubio procul ſyncerior lectio habet, communem verè Martem. Non hoc ſolùm loco ex lectione Liuiana apparet, cõmunis Mars equè fuiſſe celebratum Romanis, ac Græcis illud κοινὸς ἐνυάλιος. Sumptum eſt autem ex Homerico verſu: κοινὸς ἐνυάλιός τε καὶ τὸν κλαίοντα κατέκτα. Bina in Latio iugera.) 242. I. Latino lege, & ſubintellige agro. Nam mox ſequitur, terna in Falerno. Paul. pòſt: Pecunijs pœnaq́ pro cuiuſque merito perſolutis) 242. K. Quis non videat rectius legi, præmijs pœnaq́? Pedani eodem iure quo Lanuuini ciuitatem adepti.) 244. H. Non admodum diſcrepat quantum ad ſenſum attinet, vetus ſcriptura: eodem iure, quo Lanuuini in ciuitatem accepti. Sed priuſquam Conſules ab vrbe (iuſſerat enim ſenatus defendi Auruncos) exercitum educerẽt, fama affertur Auruncos oppidum deſeruiſſe) Vetus lectio, Sed priuſquam Conſules ab vrbe (iuſſerat enim ſenatus) defendendi Auruncos exercitum educerent, fama affertur Aurũcos metu oppidum deſeruiſſe. At mox.) Dictus C. Claudius, nõ dictus eſt Claudius. Bibere iuſſæ, vt ſe falſum commentatum arguerent.) 246. I. Antiqui codices commentam habent, non commentatam. Fugam magis retro, quàm prælium aut hoſtem expectante milite.) 247. A. Spectante miljte, legi debet. Bona Semoni Iano cenſuerunt conſecranda.) 247. E. Quanquam idem ſit Sangus Sabinis qui Romanis Ianus, nihil tamen erat neceſſum hîc pro Sango Ianum ſupponere, reclamantibus antiquæ ſcripturæ codicibus. Honoris etiã cauſa fuit, tribunatuq́ plebis proximis comitijs abſens petẽtibus præfertur.) 248. I. Exemplaria noſtra rectius. honoris etiam ei cauſa fuit, tribunatuq́ plebis proximis comitijs abſens præſentib⁹ præfertur. Vitióne creatus eſſet, in diſcuſſionem venit.) 249. D. Rectius in diſquiſitionem venit. Mox, Publicè priuatimúe, non priuatimq́. Et, Quid in caſtris vitij obueniſſet, non eueniſſet. Ibidem: quòd plebeius dictator ſit dictus: dictus redundat, nec eſt in antiquis codicibus. Deinde eſt, Alia de cauſa, non alia cauſa. Paulò pòſt, incurſiones in omnem partem, nõ excurſiones, & ſi id leuiuſculum eſt. Illud maioris aliquanto momenti, quòd mox Sotimus in Sotinium deprauatus erat. quidam Lucanorum pretio acciti.) 251. E. Pro acciti, ambo exemplaria habent, aſciti. Cui cum ſenatuſconſulto Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet, quem ætas formaq́ ad miſericordiam elicere poterãt, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt.) Syncera lectio: Cui cùm ſe C. Publius ob æs alienum paternum nexũ dediſſet, quæ ætas formaq́ miſericordiam elicere poterant, ad libi. &c. Paulò pòſt eſt, tergum oſtentabant, non oſtendebant. In rabiem atque iras imperatorum vertitur.) 253. A. Hic quoque ſicut ſæpè aliàs, ſeu ſcriba, ſeu caſtigator, vertit, deprauauit in vertitur. Proximè ſequenti verſu pro auſpiciũ petendum, auſpicium repetendum legi debet. Item pro, miſſoq́ repente ſenatu, miſſo itaque repente. Quin tu reſpondeas.) 254. H. Scribo: quin tu reſpondes? Cum omni principum mag. æqu. cùm aſcendiſſet.) 255. G. Legendum: Cùm omni agmine principum. Licentia ſola qua ſe vbi velint exauthorent.) 256. G. Qua redundat. Et mox detracta erat vna dictio. Legendum enim iuſſu iniuſſu imperatoris. Tepentes tribunos.) Quid (malum) tepentes? Stupentes lege. Pòſt aliquot verſus. Qui caſtris præerat.) 256. K. non in caſtris. Deinde, Animi multo prius militum.) non multo plus. C. Sulpitio, Q. Aemylio (Aulum quidam annales habent) coss. 257. D. Aulium lege. nec enim de prænomine Q. ambigitur, ſed de nomine gentili, Aemyliúſne an Aulius dictus fuerit, Mox eſt, Sulpitio Samnites, Apuli Aemylio, non Apulia. Nec quenquam ex Pollia tribu candidatum fermè datum, Papyriam fermè ſolitum.) Vetus lectio ſyncerior: nec quenquam fermè ex pollia tribu candidatum Papyriam ferre ſolitum. Deinde pro locum caſtris communiri, illic eſt, locum caſtris demetari. Sequenti verſo pro, Itaque cum, Itaque vbi. Item proximo, pro inſtruuntur contra, inſtruunt contra. Poſtremò pro & hercule, at hercule. Et clamor inde nouus accedens.) 258.) K. Imò accidens. hoc erratum & alijs locis aliquoties occurrit. Et quocunque progrediebantur, magis magisq́ turbatos hoſtes cernebant.) Elegantior antiqua lectio: Et quicquid progrediebantur magis magisq́ turbatos hoſtes cernebant. Pedeſtres reſtantes ac circumuentos cædunt, ab equite fugientium ſtrages eſt facta) Scriptura vetus habet: Pedes reſtantes ac circumuentos cęcidit, ab equite, &c. Sed cęterarum rerum irrita fuit deditio.) 359. C. Sed redundat. Mox pro nec diſcrepant, manu ſcripta exemplaria habent, nec diſcrepat, & quidem paulò latinius.

IN LIBRVM NONVM ANNOTATIONES

SIG. GELENII.

CIRCA Caudium caſtra quá poteſt occultiſsimè ducit.) 260. H. Quis vnquá legit caſtra ducit? Legendum, caſtra locat. Altera propter oram ſuperi maris.) 260. I. Præter oram, lege. Sequenti verſu, pro alti ſyluoſiq́, lege addendo alti, anguſti, ſyluoſiq́ue. Caſtra prope aquam vallo circundant. Hic potius propter aquam legi debet, atteſtantibus archetypis. Mox.) Conſultantes nox oppreſsit, non conſulentes. Et, per annos iam prope triginta vincimus, rectius quàm vicimus. His inuicem ſermonibus tanquam quietis immemores nox traducta eſt,) 261. B. Hæc locutio ſolœciſmo non caret. Sequuti noſtra exemplaria reſtituimus ad hunc modum: His inuicem ſermonibus qua cibi, qua quietis immemor nox traducta eſt. Ita fermè locutus eſt.) 261. D. Lege, locutus eſſe, vt referas ad verbum præcedens, dicitur. Quicquid iſtud præſens neceſsitas intulerit.) Inuſſerit

uſſerit habent vetuſti codices, magno inter ſe cõſenſu. Idem ſequenti verſu habent: Herennius domum è caſtris eſt auectus: non, Herennius domum aduectus. Mox lege addendo, vti prouocarent ad pugnam.

Quæ ſi pro ſeipſis ad mortem ruere volũt.)262. G. Antiqua ſcriptura: Quæ niſi pro ſeipſis. Deinde pro, Hic omnis ſpes opesq; ſunt: ſcribo, Hic omnis ſpes opesq; ſunt. Spoponderunt coſſ. præfecti, legati.) præfecti non habentur in archetypis. Et legimus quidem præfectos non Romanorum, ſed ſociorũ auxiliorũmue, ſed illos in ordine Liuius nõ antepoſuiſſet legatis, quæ ſumma ſecundũ conſules imperatoréſue in caſtris Romanis dignitas erat. Sibi nequicquã animos datos.) Lege addẽdo: ſibi nequicquã arma, nequicq; vires, nequicquã animos datos. Hoc ſcribę oſcitanti imputandũ. Deinde: tantã in ter eos qui paulò antè. Lege, inter ipſos, qui. Et aliquãdo pòſt, pro ſuper mœrorem pudor quoq; pudor quædã habent manuſcripta volumina. Paulò pòſt: Ex alto animo, pro ex alto animi, & ſi parum intereſt. Sed tanquam reum tam infelicis belli, quàm ignominioſæ pacis.)264. I. Quid offendebat caſtigatorem in hac lectione? qua infelicis belli, qua ignominioſę pacis? an ſic Latini ſcriptores, aut ipſe Liuius, nunquam loquuntur? Ne quid diuini aut humani obſtet) Malim veterem ſcripturam: ne quid diuini humaniúe. Atqui non indignitas rerum ſponſioni vinculum leuat. Si quid eſt, in quo obligari populus poſsit, in omnibus poteſt.)265. C. In Archetypis legitur hoc modo. Atqui n. ind. re. ſponſionis u. leuat. Si quid eſt, in quo obligari populus poſsit, in omnia poteſt. Arma cuncti ſpectant, & bellone vnquam futurum.)266. G. Mutata eſt & hũc lectio, ne dicam deprauata. Illic legitur: Arma cuncti ſpectant & bellum, en vnquam futurum, &c. Omnia ira militaris prope veſano ordine egit.)267. D. Ridiculũ erratum. Reſtituimus ex fide veterum codicum, prope veſano impetu egit. Aliquantò pòſt, ſigna inde ferre iuſsit: pro ſignum inde ferri. Item, apud infenſos ob interpellatam dulcedinem iræ, non interpollatam, quæ vox Latina quidem, hìc tamen locũ non habet. Et proximo verſu lege addendo, conſules odio in hoſtes ceſsiſſe. Omnia patienda priuſquam perderetur ſalus tot principum.)268. K. Proderetur haud dubiè legendum. Nam prius legas an potius, non ita multum refert.

Portas etiam conſuli aperuerunt.)269. D. Addendum: Armatosq; clam hoſte in vrbem acceperunt. Acceptum ab vno pauorem plures per vrbem fecerunt.)274. K. Non diſplicet vetus lectio. Plures per vrbem ferunt. Paulò pòſt eſt, occultæ principum coniurationes factæ: non, patefactæ. C. Menenius dictus.)275. E. C. Mænius. Hæc plebeia gens fuit, illa patritia. Etſi omnes antè actæ vitæ.) Legendum: Et omnes. Ac mox: Procul ab his coitionibus, non concionibus. Intentiores eſſe ad reſpectum caſtrorum, ne qua eò vis fieret cùm ad prælium ſtarẽt, aciem peditum tutam fore.)276. K. Incorrupta lectio: Intentiores ad reſpectum caſtrorum, ne qua eò vis fieret, quã ad prælium ſtarent. Aciem pediti tutam fore. Ac mox: Aut ad circumeundos hoſtes, aut ne ipſi circumuenirentur.) Alia lectio nihilo deterior: Ne ipſi circumirentur. Samnitium omnis multitudo, & Nolani agreſtes.)277. B. in manuſcriptis eſt, & Nolana agreſtis, videlicet multitudo. Minturnæ & Caſinum vt deducerentur coloniæ. Senatuſconſultum factum eſt. triumuiros creauere.)277. C. Vera lectio: Et in tertiã Caſinum vt deducerentur coloni Senatuſconſultum factũ eſt. ſed triumuiros, &c. Religionem afferre facilè poſſet.)277. E. Reſtituimus: religionem facere poſſet. Item, pro claſsis ordinandæ, ornandæ legendum eſt. Et In Samnio Cluuiam, non Cluuiani. Vbi in diſtinguendo etiam peccatum erat.

Repentè adortus cum clamore ac tumultu inuadit)278. K. Antiqua lectio: Repentè exortus cum clamore ac tumultu incautos inuadit. Paulo pòſt lege addendo, vno animo omnes inuadere.

Virtutem in ſuperbia, audaciam in cõtemptu deorum hominumq; ponis.)281. B. Antiqua lectio, Virtutem in ſuperbia, in audacia, in contẽptu deorum hominumq; ponis. Aliquantò pòſt, In ſyluam Ciminiam penetratum, non penetrant. Tum ex ijs qui aderant, conſulis fratrem M. Fabiũ, Cæſonem alij, C. Claudium quidam matre eadem qua cõſulem genitum, tradunt ſpeculatum ſe iturum profeſſum.) Vetus ſcriptura: Tum ex ijs, qui aderant, conſulis frater (M. Fabium Cæſonem alij, C. Claudium quidam matre qua conſulem genitum tradunt) ſpeculatum ſe iturum profeſſus. Paulò pòſt, lege addendo, Agreſtibus telis, falcibus geſisqúe. Et, Samnitium bella extollit, non bellum. Ob hęc etiam aucta fama & (vt ſolet) ingens terror patres inuaſit.)283. D. Et, redundat. Aliquantò pòſt. Et ne nudentur pugnatoribus ſigna, legendum propugnatoribus. Sequitur ridiculum erratum. Galeatę criſtæ, pro galeæ criſtatæ. Item legendum ad Peruſiam, quę ipſa, non quæ & ipſa.

IN LIBRVM DECIMVM ANNOTATIONES SIG. GELENII.

IAmen ne prorſus imbelle gererent annum.)290. F. Rectius vetus, imbellem agerent annum. Quã ſatis lato ſpatio equi præmitti poſſent.)292. G. Scribo, quã ſatis laxo ſpatio equi permitti poſſent. Conſulem ex dictatura factũ M. Valerium.) Lege, Conſul ex dictatura factus M. Valerius. Certamen iniectũ.) 292. I. Melius, quàm incœptum. Et Rogationem promulgarunt, abſque coniunctione. Vti rogaſtis, iubendam cenſeo.)294. G. Legẽdum, Vti rogata eſt. Ad populãdos hoſtium fines intendit.)296. G. Lego, incedit. Et ſequenti verſu vaſtum non vaſtatum. Rurſus aliquantò pòſt: Quid ergo attineret, non attinet. Deinde, quantæq; in hanc aut illam prouinciam copiæ ſatis eſſent, eſſent redundat. Samnites deſperantes improuiſo tumultu.) 297. B. Deſperato rectius. Obteſtandoq; prope reſiſtentes conſules in concionem pertraxerunt.)300. F. Vetus lectio habet reſtitantes, nõ reſiſtentes. Item pro, At hic ego tibi templum voueo, Illic eſt, Aſt ego templum tibi voueo. Ob hæc etiam appetebat tempus comitiorum, quorum cauſa L. Volumnius conſul Romam reuocatus.)302. F. Syncera lectio, Ob hæc, & iam appetebat tempus comitiorum cauſa, &c. Tum quod ex concordia conſulum bona.)302. H. Lege, tum quæ. Poſt aliquot verſus: è patrib. enupſiſſet, non nupſiſſet. A Capena portа ad Martis ædem, ac mox, ad Cereris ędem.) Vtrobiq; ędem ſcriba benignus de ſuo adiecit. Ne ad omnia ſimul adire & obire vnus non poſsit.)304. H. Vetus ſcriptum, Ne ad omnia ſimul obire vnus non poſsit. Fabius Hetruria rebellante.) 308. F. Adde præpoſitionem, Fabius in Hetruria rebellante. Voluntatem ſibi ac fauorem conſentientis populi pro omnibus iuſsis affutura.)312. F. Antiqua lectio, Pro omnibus iuſsis eſſe ac futuram. Additæ aræ in medio victimęq;.)312. I. Additę redundat. Aliquantò pòſt. datum hoc forſan. Hic quoq; redundat forſan. Deinde: Exeunti iam fortè in aciem. Rurſus fortè ſcriba adiecit de ſuo. Vox etiam ad hoſtes accederet.)313. I. Accideret, de quo aliàs monuimus. Sequenti verſu, priuſquam gloria alterius exercitus fieret, non foret. Incolumi vix ex tẽta trepidatione Bouianum peruentum.)316. H. Antiqua ſcriptura, vt ex tanta trepidatione. Vt pauore admodum plures caperentur.)317. B. Exemplaria vetera, vt paruo admodum.

Pedites equitesqúe inſignes donis tranſire, ac tranſuectis multæ ciuicæ coronæ vallareſq; ac murales conſpectæ.) 317. C. Lege & diſtingue: pedites equitesqúe inſignes donis tranſiere ac tranſuecti. multæ ciuicæ, &c. Aeris grauis tranſuecta vicies centum millia, & auri 30. millia. id enim redactum ex captiuis dicebatur.)317. D. Beauit ærarium ſuo mendacio ſcriba. Syncera lectio, Aeris grauis tranſuecta vicies centum millia, quingenta triginta tria millia, id æs redactum ex captiuis dicebatur.

FINIS.

IN FRAGMENTA LIBRI XXVI. ANNOTATIONES.

QVod nos nacti fuimus è Spira Liuianum exemplar, ex fragmentis vetuſtiſsimorum codicum ſaltuatim deſcriptum videbatur, præſertim in hoc libro ſexto tertiæ decadis. Nam initiũ voluminis fecerat librarius à particula, quam nos vix tandem in medio libro reperimus, abruptis verbis. Cum ea cohærebat aliquot paginis intermedijs omiſsis, libri finis. Deinde quum ſeptimum librum conferre cœpiſſemus, iterum particulam inuenimus, quæ ad ſextum librum pertinebat, vide miram confuſionem. Nos in ijs annotationibus excuſorum codicum ordinem ſequimur. Sacra fracta, ac ſpoliata deſum delubra.) 477. E. Pro ſex iſtis dictionibus, nos tantùm quatuòr repoſuimus, Et refracta deſum delubra. Caſtigator quia connexis ſyllabis ſcriptum reperit & refracta, ſubſtituit ipſe, ſacra fracta. Deinde quum ſupereſſent duæ dictiones, deſum delubra, ne nullus

eſſet ſenſus, adiecit has voces, ac ſpoliata. Iam ſubſtantiuè ſacrum vſurpare magis poeticum eſt, vt apud Perſium: In ſacro quid facit aurum? Itaque potius ſacraria fracta dixiſſet Liuius, vt de proditis bacchanalibus libro nono Decadis quartæ. Deinde purè lautum in ſacrarium deducturam. Et mox: Ancillam ſe ait dominæ comitem id tum ſacrarium intraſſe. Nam ſacrum ipſum eſt ſacrificium, vt ibidem: Quę in ludo ſimili bacchanalibus in ſacro noctur no ſolerent fieri. Porrò refringendi verbum ſæpe apud Liuium comperias, vt hoc libro ſexto ad finem: Et porta intus foriſq; pariter refringi cœpit. Et lib. 7. Deinde proximè refracta porta. Ita vt ne nudo quidē ſolo, reliquis direptis, al.) In veteri codice eſt, relijs direptæ fortunæ. Repoſuimus nos, reliquijs di. for. Intelligenda aūt per appoſitionem ſententia, nudo ſolo, ſubaudi agrorum ædificiorumq;, quæ erant reliquiæ direptæ fortunæ. Hoc tametſi leuiculum non animaduerſum caſtigatorem decepit. Saltem quę comparent.) Non poteſt vlli dubium videri legendum eſſe compareant modo potentiali, etiamſi ſcriptus liber nullus monuiſſet. Maneant, inquit Marcellus.) In exemplari manuſcripto legitur. Maneant imò, inquit Marcellus, Neq; eſt hîc ocioſa confirmantis particula. Sed nō quid ego fecerim in diſcu.) Poſt hæc verba omiſſa erat ſententia, quam nos in contextum inſeruimus, nempe hæc, quem quicquid in hoſtibus feci, ius belli defendit. Tametſi illic deprauatè ſcriptum erat defendi. Ingentem ſaltum hoc loco fecit librarius, quemadmodū paulò antè meminimus. Auſpicijs, ac per.) 496. G. Repoſuimus ex ſcripto codice, auſpicijsq; & per n. Breui tempore, hinc o.) Prodigiosè corruptus eſt hic locus. Legendum quemadmodum caſtigauimus, breui extorre hinc omne Punicum nomen, vt breui ſit aduerbium. Significat extorris exulem, velut qui extra terram ſiue patriam ſit pulſus. Rurſum Liuius lib. 7. Extorrem agro Romano, procul terrę cōtactu alto mergendum. Libro quinto primæ Decadis coniungit exulem & extorrem: Ne exulem extorrem, inquit, populū Romanum ab ſolo patrio, ac dijs penatibus in hoſtium vrbem agerent. Diſtinguenda autem verba hoc modo: Animus quoque m. m. m. a. h. t. u. præſagit, noſtram Hiſpaniam eſſe: breui extorre hinc omne Punicum verbum, maria terrasq; fœda fuga impleturum. Trifariam exercitus in diu. r. diſtraxere.) Exercitus vertimus in exercitum (ſic enim eſt in veteri libro) vt intelligas ex vno exercitu tres factos. ſibi pecuniæ.) Vetus habet, ibi pecunia. Et ſequitur paulò poſt: Hic pecunia omnis hoſtium. Et neſcio an vnam Hiſpaniæ oram, quæ noſtro ad m.) Hæc verba nullo ſenſu dicta ſunt. Repoſuimus ex veteri libro, & neſcio an vnum in Hiſpaniæ ora quâ noſtro adiacet mari. Eſt autem quâ aduerbialiter hic legendum. Vt eodem tempore exercitus oſtenderet.) Hunc locū mutilū integrum fecimus, aſcriptis verbis ex antiquo volumine quæ deerant, hoc modo: Vt eodem tempore Scipio ab terra exercitum oſtenderet, claſsis portum intraret. Expunximus enim coniunctionem, quæ vltimam clauſulam connectebat, qua nihil hic eſt opus. Porrò huic loco non fruſtra aſteriſcum appoſuerat Aſulanus. Nullum obiectū vallum.) Exemplar ſcriptum habet tantum, nullum obiectum. Perpenſa ſententia legendum opinor hunc locum ſic: His ab tergo, nam frons natura tuta erat, vallum obiectum. Senſus eſt: A tergo caſtris vallum obiectum, ne obruerētur: à fronte verò minimè, quum illac natura locus munitus eſſet. Aſsignat iterum rationem paulò poſt cur à fronte nullum vallum oppoſuerit: Vnde, inquit, quum tam parui operis munitio eſſet, non obiecit vallum imperator Romanus. Cæterùm ſita Carthago ſic eſt.) 497. A. Caſtigaui: Et enim ſita C. Nā reddit causā non obiecti à frōte valli. Paulo plus.) Paululo plus. Patulū, & ad ſept.) Caſtigauimus, paul[illegible]etiam ad ſept. hoc eſt, modicè. Ex antiquo. Vtcunque exæſtuat mare.) Adiecimus clauſulam quæ deerat, Vtcunque exæſtuat aut deficit mare. Circumuectuſq; claſſe.) Scripſimus claſſem. Et mox pro interim, intenti. Ex veteri. Quod ad vrbem potiſsimum oppugnandam bello orſus eſſet.) Quatuor inſignes mendæ ſunt in hac breui oratiuncula, & ſenſus eſt inuerſus, imò prorſus nullus. Sic autem Liuius ſcripſit, quòd ab vrbe potiſsimum oppugnanda bellum orſus eſſet. Mox gerundium hortando quod ſequitur, debebat eſſe cohortando. In ditionē noſtrā tradēt.) Noſtram aliquis adiecerat. Hic tormenta, arma.) Omiſſum fuit hic vocabulū armamenta, hoc modo: Hic tormenta, armamenta, arma. Sic deerat mox particula, &, qui ſimul vos inſtruet, quū deberet eſſe, qui ſimul & vos inſtruet, & hoſtes nudabit. Et hic deerat pagina, aut amplius in exemplari manuſcripto. Intentis omnibus ad opem ferendam.) 498. I. Legendum ad opem eo ferendam. Vt nemo ſentiret antè à tergo cap.) Vt nemo ſenſerit antè à tergo capt. Vtrinq; ancipitem hoſt. h.) Repoſuimus ex veteri codice: Et vtrinq; ancipitem hoſt. h. Porrò non eſt hic ſuperuacanea connectens particula, &. Et porta intus foriſq; pariter refringi cœpta.) Emendaui cœpit. Ex manuſcripto. Neque enim affectauit Liuius figuram ſimiliter cadentis. Partem ipſe ad arcē ducit.) Induximus & dictionem partem, quæ non eſt in codice veteri, non alia de cauſa additam hic à caſtigatore, quàm quòd non putarat abſolutè ducendi verbum à Liuio vſurpari. Cataphltę maximę fermè centum viginti.) In veteri codice eſt maximæ formæ. Et hîc vbique certos numeros appoſitos habet. Libręfermè omnes pondo.) Non libræ legēdum eſt, ſed librales. At naues on.) Deleuimus at particulam, non ex antiquo libro, ſed aliunde adiectam. Et nauali alia materia.) 499. C. In codice ſcripto mendosè legitur, nauali materia, Opinor duntaxat legendum, nauali materia. Vt de lignis intelligas. Inter tantas opes bellicas Car.) Reſtituimus: Inter tantas opes belli captas Carthago ip. f. Et in capienda vrbe.) Diſpunximus præpoſitionem in, quâ elegantius ſubaudias. Feſſosq; milit. omnibus vno die belli operibus) Caſtigauimus operis, authoritatem ſequuti voluminis manuſcripti, quæ vox huic loco maximè quadrat. Significat autem opera actionem ipſam cuius finis eſt opus. Opera militaria ſunt munitiones caſtrorum, vt quū de Marcello paulò pòſt dicit, & opere perfecto extemplò in aciem legiones ducebat. Et rurſum: caſtra inde ponentem vndiq; munito res operibus prohibet. Libro quinto primæ Decadis: Ad opus, inquit, milites traducti. Operum omnium longè maximum ac laborioſiſsimum, cuniculus in arcem hoſtium agi cœptus. Eodem libro paulò pòſt: Operibus tamen, inquit, nō vi expugnata eſt. Item libro nono ſignificantiſsimè de Gallis: Quando nec foſſa valloq;, inquit, ab ignauiſſimo ad opera ac muniendum hoſte clauſi eſſent. At operæ ſunt ipſi labores & officia militum, vt in dimicando decurrendoque & reliquis exercitijs. Nec conſtant opera ſine operis. Liuius noſter libro quinto primæ Decadis: Nuſquam, inquit, nec opera ſine emolumento, nec emolumentum fermè ſine impenſa operaeſt. Pretium tamen muralis coronæ decus eius eſſe.) Docuit hunc locum ſic emendandum liber vetus, præcipuum muralis coronæ decus, eius eſſe. Q. Tyberilius centurio.) Legendum: Q. Trebellius centurio. Socijs C. Lælius claſsicis. Legionarijs M. S.) Volumen ſcriptum habet, Lælius q; toctus claſsis. Proinde legendū eſt indubiè: Socijs C. Lælio Prefectus claſsis, legionarijs M. Semp. Tuditanus aderat, quemadmodum & nos in contextu caſtigauimus. Intelligit autem per ſocios, ſocios nauales, vt nihil fuerit opus addere claſsicis. Adiuuat noſtram emendationem quod paulò pòſt ſequitur. Ante omnes C. Lælium præfectum claſsis, &c. Cornelium Claudium.) Vetuſtus codex docet legendum, P. Cornelium Caudinum. Tantæ indignitatis non tam aduocati.) Emendaui, amoti tantæ dignitatis. Per omnes deos apparatos iurare magis.) Legendum eſt iuxta antiquum volumen paratos iurare, hoc eſt, promptos. Apparatus ad cultum refertur. Quod verò paulò pòſt ſequitur, ad concionem aduocauit, illic eſt vocauit, & comperiſſe non compertum habere.

Ac XXX. bobus donauit.) 500. G. In ſcripto codice eſt viginti bubus d. Porrò mira varietas in nūmeris eſt. Non de pondere auri argentiqúe & redactæ pecuniæ conuenit.) Volumen antiquum habet: Non de numero auri atque argenti, & redacta pecunia conuenit. Si aliquibus aſſentiri neceſſe eſt.) Exemplar vetus habet: Si aliquis adſentiri n. Niſi ſit aliquis pro aliquibus. Poſſet etiam legi alicui, ſubaudi ſcriptorum prodentium illa. Media ſimillima veris ſunt.) Arbitror Liuium ſcripſiſſe quemadmodum eſt in veteri, media ſimillima veri ſunt. Quid autem opus fuit ſimillima veri mutare in ſimillima veris? quum Latinè & eleganter dicamus ſimile veri. Quàm triſti ſub. ſeru.) Lectio vetus, quàm à triſti ſubiectas ſeruitio. Nec vacat à particula ſignificans ſubiectionem quam pariat triſte ſeruitiū. Sic libro ſeptimo: Scipio auidior etiam certaminis erat, cum, à ſpe quam ſucceſſus rerum auge bat, tum quod. Sic enim locum emendauimus, quum priūs legeretur, cum ea ſpe. Inter hæc è media turba.) In exemplari ſcripto tantùm eſt, media turba, vt ſubaudire poſsis, è vel in media turba. Cùm Scipio nihil profecto) Vetus. Quum Scipio nihil deſuturum iſs profecto diceret.

Alia mihi cura.) In antiquo volumine legitur: Alia me angit cura ætatem harum intuentem. Animum ſtimulat.) Hæc verba non ſunt in libro manuſcripto. Stabant ætate & forma) Sic proculdubio Liuius ſcripſit, quemadmodum manuſcriptum volumen docet: Simul ætate & forma florentes circa eam Indibilis filiæ erāt, aliæqúe nobilitate pari. Cæterū quādo ſimul inſtimulat verterat caſtigator, opus erat verbū aliquod infulcire. Adiecit itaque de ſuo verbum ſtabant. Nec minorem arguit, vel ſcribæ vel caſtigatoris ſupinitatem, quod hactenus in vulgatis exemplaribus pro alięqúe nobilitate pari, legimus eæqúe nobilitate pari. An ſi ſorores erant, non erant pari nobilitate? Suſpicatus fortaſſe eſt ſcriba non fuiſſe germanas. Ne quid quod ſanctum vſquam eſſet apud vos, violaretur.) Deprauata & hæc ſententia. Legendum enim hoc modo diſtinctis verbis, ne quod ſanctum vſquam eſſet, apud nos violaretur. Sic enim eſt in manuſcripto codice. Q. D. Turpe eſſe violari apud Romanos quod apud vllos Barbaros ſanctum ſit. Dignitasq; facit.) Facit non erat in libro veteri, ſed ſupernè quidam verbum monet, adiecerat. Veſtra quoque virtus dignitasqúe monet. Quàm ciuium coniuges.) Legendum quàm hoſpitum coniuges, iuxta vetuſtum librum. Deſpōſatam eam eſſe.) Deſponſam eſt in veteri. Cui Luceio nomen erat.) Hic & paulò pòſt exemplar ſcriptū habet:

habet: Allucio, non Luceio. Et mox à domo non ab domo. Minor ſit inter nos.) Tu ſcribe veteris libri fidem ſecutus, quo minus ſit huius inter nos ſermonis verecundia. Vult autem Scipio nullam verecundiam eſſe eius ſermonis, qui de caſto amore ſit inſtitutus inter iuuenes præſertim. Cùm ſpõſa tua vocata à militibus n.) Pro vocata reponi debet, capta. Quia ipſe, ſi f. l. ludo æt. præſertim illecto & lęto legitimoq; amore.) Hic locus multorum calamis deprauatus eſt, dum pro in recto alius ſubſtituit illecto, alius & lęto. Sic autem legi debet: Et forma faceret fidem, quia ipſe ſi frui liceret ludo ætatis, pſertim recto & legitimo amore & nõ reſpublica, &c. Tuo, cuius ſponſa eſt, amori faueo.) Legẽdum ex fide codicis vetuſti: Tuo, cuius poſſum, amori faueo. Fuit ſponſa tua.) Sic diſtingue. Fuit ſponſa tua apud me, eadem qua apud ſoceros tuos parentesq; ſuos verecundia. Seruata tibi eſt, vt iuuiol. Adoleſcens ſimul pudore, gaudioq; perculſus.)501. D. Sic caſtigauimus ad exemplar vetus, Quum adoleſcens ſimũl pudore & gaudio perfuſus: dextram Scipionis tenens, deos omnes inuocaret ad gratiam illi pro ſe referendam, q. ſ. n. ſ. f. pro ſuo a. atq; illius erga ſe merito eſſet, parentes inde cognatiq; virginis appellati. Mira hîc partim ſcribæ, partim caſtigantis negligentia accidit, vt ex vna ſententia geminam fecerit, quum particula ſublata, & verbo inuocaret in inuocare mutato. Quid autem opus fuit pro perfuſus ſupponere, perculſus, quod ad metum & terrorem refertur? Vt nihil dicam quòd ablatiuus merito, omiſſus fuit. Vt id ab ſe donum acciperet.) Pro ab ſe quidam, in exemplari vetuſto ſcripſerat ipſe. Satis omnibus compoſitis.) Emendauimus in veteri, rebus omnibus compoſitis. Captiuis Magone, & quind.) In ſcripto legitur: Captiuis, cum Magone & q. Vt intelligas & alios captiuos præter Magonem, & quindecim ſenatores, naui impoſitos. Præpilatisq; miſſilibus.) Codex antiquus habet hîc, pilatisq; miſsilibus. Suſpicor ſcribẽdũ, pilatisq; miſsilib⁹. Remigio claſsis ciues, militesq; trãquillo.) Vitiat⁹ locus eſt, quũ p Remigiũ ſcriptũ ſit Remigio, & pro claſsici q, claſsis ciues. Legendũ aũt atteſtãte vetuſto volumine: Remigiũ, claſsicisq; milites trãquillo in altũ euecti. Porrò ſic vocat Liuius Remigiũ ipſam multitudinem remigum, quẽadmodũ Horatius dixit in Epiſtolis: Remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei. Reſpublica ipſa ſtrepebat apparatu belli. Fabris omnium generum in publica officina incluſis data cuncta, quam pari cura ſubibat.) Et hæ clauſulæ miris modis interpolatæ ſunt. Nec lectio veteris libri prorſus benè habet, quæ eſt huiuſmodi: Vrbs ipſa ſtrepebat apparatu bellicam officinam incluſis. Dux cuncta pari cura obibat, nunc in claſſe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat, nunc operibus aſpiciendis temp. dabat. Porrò ſuſpicor legendum, Vrbs ipſa ſtrepebat apparatu belli, publica officina incluſis. ſubaudi opificibus ſtrepebat. Nam de illis loquitur, de quibus ſuprà dixit: Deſtinauit opifices, ad duo millia hominum erant, eos publicos fore cum ſpe propinqua libertatis. Iam vide quomodo interpolatus ſit iſte locus. Primùm pro vrbs ipſa ſubdidit caſtigator Reſpublica ipſa, quaſi Reſpublica ſtrepere poſsit. Deinde hæc verba: Fabris omnium generum fortaſsis adiecit de ſuo clauſulamqúe elegantem, Dux cuncta pari cura obibat; ipſe ſic mutauit, data cuncta, quam pari cura ſubibat, vt de officina intelligamus. Poſtremò omiſit oratiunculas, nunc in claſſe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat. Refectisq; quos quaſſauerant, muris.) Vetus exemplar habet: Refectisqúe quæ quaſſata erant muri. Cuius rei tam paruo præmio.)502. H. Apparet ex ſcriptura libri vetuſti, legi etiam poſſe: Eius rei tam paruæ præmio.

IN LIBRVM XXVII. ANNOTATIONES

PER BEATVM RHENANVM.

IN Italia autem Conſul.) 502. I. In veteri codice non eſt autem. Prædæ aliquantum eius militi fuit cõceſſum.) Exemplar manuſcriptum habet, præda, & aliquantum eius fuit militum conceſſa. Arbitror legendum, Prædæ aliquantum. Vſui militum conceſſa. Vt ſit ſenſus: Prædæ aliquantum ſubaudi captum eſt. Vſui militum conceſſa ſ. fuit præda. Nã ſequitur infrà: Ibi ad quatuor millia hominum capta, & cæteræ prædæ aliquantum. Tantum gaudij.) Vetus: Tantum gaudium. Pari audacia Romanus.) Emendauimus: Par audacia Romanus. Nam ſequitur, conſilio & viribus impar. Et ſic eſt in libro ſcripto. Et ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt.) 503. A. Poſuimus: Et ſexta alacriter pugnam inierunt. Nam mox meminit ſextæ legionis & quintæ.

Occiditq; principes.) Hoc verbũ videtur aliquis adieciſſe. Mihi magis arridet vetuſti codicis lectio cũ participio perẽpti, quod in margine quidã aſcripſerat hoc modo: Principes qui cum Fuluio colloquia occulta habuiſſe comperti ſunt, perempti. Semiermes.) Scriptura vetus ſatis oſtendit non ſemiermes, ſed inermes legendum eſſe. Et Romæ q. cùm luctus ex p. tum.) Video potius ſcribendum iuxta volumen antiquũ: Et Romæ quidem quàm luctus ex p. tam timor in f. e. In multum diei.) Caſtigaui in multum diem ex veteri. Aduerſus prodiit.) Prodit illic legitur, ſicut paulò antè, dexteræ alæ ſiniſtra ſubit. Non ſubijt. Locauit autem omne ſrumẽtum.) 503. E. Deprauata clauſula. legendum atteſtante vetuſta ſcriptura: Locauit autem omnem frumento, ſubaudi, agrum, vt videlicet frumentum perciperet. Sibimetipſis tecta militariter c.) Scribe ſibimetipſos, vt ſint duæ dictiones. Stramento intecta, omnibus velut de induſtria alimentis ignis.) Hic locus cùm mihi diſpliceret propter ablatiuum omnibus, inſpexi vetus exemplar, & reperi illic ſcriptum non omnibus ſed omne. Verùm nec ſic videbam Liuianum conſtare candorem. Itaque diutile expenſis non ſolùm verbis ſententiæ cohærentis, ſed ipſis etiam elementis depranari vocabuli, hoc ſum adductus, vt putem à Liuio ſcriptum fuiſſe, non omne ſed omnia, ſic ordinanda ſiue diſtinguenda ſententia: Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta omnia, velut de induſtria alimentis ignis. Vt videlicet ablatiuus alimentis referatur ad priores ablatiuos, cratibus, tabulis, arundine & ſtramento. CLXX. Campani.) Scribendum Capuani, ſicut paulò antè: Ne deeſſet materia in Capuanos ſæuiẽdi. Non Campanos. Nam Capuæ res hæc accidit, de qua hic loquitur. Sunt tamen Capuani & Campani, quòd in Campania ſita ſit Capua. In Heturiam legati.) In exemplari ſcripto legitur: In Actoliam legati. Ne aut cõſulem Marcellum.) Expunximus Marcellum. Quæ proſpera prælia.) Repoſuimus quæ is proſp. Ex veteri. Quàm Romano.) Vetus habet, Quàm Romanis eſſe affirmabant. L. Geminum.) In antiquo eſt, Genutium. Pateram ex quinque pondo auri factam.) Ex ſcripto codice legendum: Pateram auream ex quinque pondo factam. Subauditur autem auri.

Ijs quoque quæ darentur, portata, togæ pr.)504. I. Videtur antiqui libri lectio eſſe: Ijs quoque quæ darentur portata, togæ prætextæ.

Multa ea ętate.) Vetus. Multa ętate quã hæc f. peruenijſſet. In veteri, veniſſet. Et mox: Ibi de ſuis rebus. Non, vbi. Neminem Siculum, qui metu inde fugati abfuerint, eſſe.) Hæc verba ſignificant, nullum ex Siculis qui aliquando fugerint, eſſe in Sicilia. At M. Valerius conſul contrarium hîc Romano ſenatui perſuadet. Legendum igitur quemadmodum caſtigauimus ex ſcripto codice: Neminem Siculum, qui fugati metu inde abfuerint, non eſſe. Subaudi in Sicilia, hoc eſt, in Siciliam redijſſe.

Honores omnibus ad exoluendam fidem à conſule habiti.) Hoc ſatis obſcurè dictum eſt ad exoluendam fidem: nam oportet aliquid ſubintelligere, puta ſenatus ipſius, aut alterius cuiuſpiam. Clarius autem loqui ſolet Liuius. Proinde magis mihi probatur lectio manuſcripti codicis, quæ ſic habet: Honores omnibus ad exoluendam fidem conſulis habiti. Vt intelligas Regulis iſtis habitum honorem à ſenatu, quo liberarent fidem conſulis M. Valerij, qui fidem ſuam illis obſtrinxerat, futurum vt ſi Romam venirent, honoribus aſſicerentur. Quo ordine vel.) Hæc verba non ſunt in antiquo codice. Sed tantùm, vt ſciret quo in ſtatu res Africæ eſſent: Quare diſpunximus adiectitiam clauſulam. Sed dictatorem comitior. hab. dici, & extemplò.) Quid opus fuit hîc mutare Liuij verba? procul dubio non conſuluit veteres libros, qui deſcriptum ab hinc annis centum Liuianum exemplar caſtigare eſt aggreſſus. Melius & elegantius in ſcripto volumine legitur, nempe ſic: Vt non expectanda comitia conſulis cenſeret, ſed dictatore comitiorum habendorum cauſa dicto, extemplò in prouinciam redeundum, quemadmodum & nos caſtigauimus in contextu.

Eodemq; iure vocatæ reliquæ inclinaſſent.) 505. E. Volumen ſcriptum non habet reliquæ, ſed tantùm eodemq; iure vocatæ inclinaſſent. Porrò, eodemq; aduerbium eſt, & iure ſeptimo caſu dictum, vt & ſorte.

Itaque ſi ſuum nomen dictator acciperet.) In exemplari vetuſto, ſi ſuum n d. exciperet legitur. Vnde conijcio ſic hunc Liuij locum caſtigandum. Itaque ni ſuum nomen Dictator exciperet. Cũ Flaminius.) Indicãt veſtigia ſcripturæ veteris, tametſi mẽdoſa, deeſſe hîc prænomẽ Flaminij, puta C. aut P. Plebemqúe ſciſſe.) Eſt in ſcripto, iuſsiſſe. Sed neſcio an mendoſè, ſicut & ſuprà, quem populus iuſsiſſet dictatorem. Exemplumqúe ea in re.) Repoſuimus ex antiquo libro, exempláque. Nam ſubdit, vetus L. Poſthumij, recens Q. Fabij. Sic enim legi debet: Non recensqúe Q. Fabij. Patribus id tempus Reipublicæ, In margine vetuſti codicis aſcriptum erat, verbum intereſſe.

Hi censores.)506.H.Castigauimus:Sed hi cēsores. Et mox pro Republica scripsimus publicæ rei. Sic enim antiquus liber habet. Et sic est legendum.Pro temporis huius copia magnifici apparatus.)Vetus habet:Pro temporis eius copia magnificè apparatos.Ab Scipione gestas supplicationes.)Scripsimus à P.Scipione gestas supplicationem. Et paulò post pro, Quod mihi minus,sed mihi minus.Ex volumine scripto.

C.Calpurnius præesset.)Emendauimus præfuisset.

Quem Q.Fuluius habuisset.)Hanc sententiam in vulgatis exemplaribus transpositam ex veteri libro sic suo loco restituimus:Capuam exercitumq; quem Q.Fuluius habuisset,T. Quintius obtineret.Exercitumq; qui tum iam Armini erat.) Sic videtur legēdum iuxta scriptum exemplar: Prouinciam exercitumq; (Arimini erat)acciperet. His quoque est.) Huiusmodi lectionem indicat vetustus codex. His quoq; enim prorogatum imperium) in Sicilia Cannensis exercitus datus. Nam sequitur infrà: Et in Sicilia ita diuisæ res. Sex. Cęsari Cannensis exercitus est datus.C.Aurun.eædem in Sardiniam.)507.B.Scripsimus in Sardinia.Hic vnam paginā transilire coacti fuimus ob defectū qui erat in exemplari manuscripto, quod ex Spirensi bibliotheca nacti fueramus. Idem socios consensisse omnes.) 509. A. Sic distinximus. Idem socios.Subaudi facturos.Consensisse omnes. Quæ officio decessissent.) Miror cur hîc libuerit castigatori supponere decessissent,quum in veteri codice sit decesserint. Tetatis prius aliarum col.)Castigauimus ex veteri libro,Pertentatis pr.al. col.animis.Aliud autem est,tentatis,aliud pertentatis.nimirum hoc posterius absolutam diligentiam arguit. Sequi in Senatum eos iuss.)Expunximus accusatiuum eos,qui elegantius subauditur.Nam præcedit merito eorum, & collaudari eos.Nec est in scripto codice. Signini fuere & Nolani. In Spirensi volumine non est Nolani,Venusinorum verò vocabulum quod omissum erat in vulgatis editionibus,in seruimus post Nucerinos. Nec est illic Firmiani, quum oppidum Firmum appelletur non Firmium. Est & Spoletini non Spoletani.Et ad populum actæ.)Vetusti codicis lectio:Et apud populum actæ.Quod in scæ.ad vlt.casus seruabatur.) Liber scriptus habet seruaretur.Sic autē & infrà loquitur Liuius.Non eas,inquit,solùm quæ remis agerentur.Non agebantur.Censores vt agrum Camp.fruendum loc.)509. E. Castigauimus: Duo censores.Porrò sic dicit hic eleganter,vt agrum Campanum fruendum locarent, quemadmodum suprà dixit: Simul vt cum agro tecta vrbis fruenda locarentur. Et his T. Manlius.)Expunximus particulam &. Et ius liberum.) Pro &,hic substituimus,ei datiuum. Qui equo mereri deberent.) Emendauimus,merere. Ne remorandi quidem cau.) Antiqua lectio:Ne morandi quidem. Et quia in animum induxerat.510.I.Addidimus vocabulum ita: Et quia ita in animum indux. Prægressum eum assequitur.) Pronomen eum quum non sit in codice scripto,& elegantius subaudiatur, submouimus.Non castra ponere pati. Hunc locum mutilum ita supplemus & ordinauimus ex libro vetusto. Non iter quietos facere,castra non ponere pati. Dextera alia.) Castigauimus: Dextera ala.

Dum alij trepidi cedunt.)Ex veteri libro scripsimus,trepidè.Nam sequitur,alij segniter. Et victos sequendo priori ætate absumpsistis.) Legendum priorem ætatem absumpsistis.Sic autem sæpè Liuius loquitur. Vt infrà. Primum diem quo fines hostium ingressi sunt, populando absumpserunt. Et rursus,Cùm hyemen totam reconciliandis Barbarorum animis,partim remissione obsidum captiuorumq; absumpsisset.Et iterum: Ipse reliquum ætatis recipiendis in fidem Hispaniæ populis absumpsit. Et cuius ipsius pudere ac pœnitere vos oportet,referam.)511.B.Hanc sententiam castigator quispiam additis dictionibus interpollauit.Nec enim est: Et cuius,aut verbum referam in exemplari Spirensi.Sed,Cuius & ipsius pudere ac pœnitere vos oportet:nempè equis manibus.Suspicor verò pro ipsius scribendum ipsos. Cuius & ipsos pud.ac pœni. vos op. Et est initium nouæ sententiæ. Nec opus est verbo referam, quum cohæreant alioqui quæ sequuntur. Nam sensus est, Cuius & ipsos pudere ac pœnitere vos oportet,hoc ipsum est,quod equis manibus hesterna die diremistis pugnam.Cum exercitu meo eloqui videor.)Quid illi venit in mentem, qui hîc eloqui pro verbo loqui suppo-suit,quod legitur in codice scripto? Districtis gladijs discinctos destituit.)Obscura lectio simul & mendosa.Vetus exemplar habet:Destrictis gladijs cinctos destituit. Non dubito quin scripserit Liuius,destrictis gladijs cinctu destituit. Vt ea ignominia affectos intelligas, qua malè se gerentibus in prælio militibus & gladij à lateribus auferuntur: & ipse cinctus siue Cingulum, vt discincti & soluti incedant. Vsurpatur substantiuè cinctus.Vnde Virgilianum illud: Cinctuque Gabino.

Ita concio dimissa,fatendo iure ac m.) Pro fatendo scribendum est fatentium. Ordinati armatiq;.) Spirense volumen habet,armati ornatiq;. Indicant autem sequentia nondum ordinatos fuisse.Et intellige ornatos post stragem proximam ex qua laceri redierant. Sic libro nono ac huius Decadis: Diemque ijs,qua equis armisque instructi atque ornati adessent,edixit. Viribus quoque sufficerent.) Expunximus quoque.Neque enim est in libro scripto. Copias educit.)Scripsimus & copias educit.Hortator testisq; præsens firmabat.) In veteri codice hæc appositiuè leguntur sine particula que: Hortator testis præsens firmabat.Et partim conculcatis.)Reposuimus antiquum vocabulum quo Liuius vsus est,quemadmodum testatur exemplar scriptū, nempe occulcatis. Est autem occulco pro obculco, ab ob & calco. Et tam conferta turba.)Vetus mendosè habet,& eum conferat turba. Opinor scribendum, & in conferta turba. Consternatas agit quàm insid. m.imperio reguntur.) 512.H. Restituimus ex Spirensi codice, consternatam agit, quàm insid.m.imperio regitur,Subaudi belluam. Qui prosequerentur agmen.) Antiqua lectio,sequerētur agmen.Recepti sunt.) Scripsimus accepti,deleto verbo sunt. Tu intellige clementer acceptos, Clementer tractatos:Quam lectionem & editio Romana cōtinet.Ad cætera inopem,se recepere.) Vetus codex habet, cōcessere.quem & nos secuti sumus. Atq; inter populares tum honorati.) Exemplaris antiqui simul & Romanæ editionis lectio,tam honorati.Transfuga iussus.) In Spirensi volumine legitur profuga.Nos castigauimus perfuga,sublata præpositione pro,quæ in vulgatis editionibus malè recepta est. Simul à portu & à nauibus quæ ab aperto mari.) 513.C. Scripsimus & à portu & à nau.quæ aperto mari.Nam sic habet antiqua lectio.Qui præfectus classis fuerat.)Inseruimus vocabulum antea classis fuerat.Et pro illo loco præpositus, scripsimus illi loco præp.

Vt captæ vrbis interdum excitatur clamor.) Excitaretur castigauimus,quemadmodum & Romana habet editio. Et mox pro signaq; inferri scripsimus, ac signa. Accedebat sonus.)Vtrobiq; legitur accidebat in codice vetusto. Itē quum ex temporis.Non quum & ex temporis spatio. Qua Brutiorum præsidium esse agitatæ proditionis conciliator nunciauerat.) 513.C. Hæc mendosa lectio non solùm in Romana editione,sed & in cæteris omnibus quæ inde propagatæ sunt inoleuit.Antiquum volumen habet:Qua Brutiorum cohortem præsidium agitare prodit.conci. nunciauerat. Tametsi deprauatè scriptum est illic cogitare pro agitare. Porrò librarius casu cohortem accusatiuum omiserat. Et castigator non inspecto codice vetusto,quum verbum agitare non admodum quadraret,adiecit aliud verbum,nempe esse,& agitare vertit in agitatæ, vt coniungeretur cum genitiuo proditionis.Nos locum restituimus in contextu. Inde & proxima ref.) Scripsimus: Deinde proxima ref.porta. Nam sic habet volumen scriptum. Prius penè quàm confere.)Vocabulum penè expunximus.Et mox,pro ex equo præcipitatum esse scripsimus præcipitasse.Sic Liuius infrà: Quum in Italia ad Thrasimenum & Cannas præcipitasset Romana Respublica.Item libro sexto primæ Decadis: Ipsi,inquit,in insidias præcipitauere ibi. Hoc verbum vsurpat absolutè. Vt Syracusarū ornamenta æquauerint.)Fecimus ex æquauerint,æquarēt.& pro,sed & maiore,scripsimus,sed maiore.Cursum agmine facto.)514.F. Corrupta verba sunt.Legendum, attestante veteri libro: Cursim agmine acto, In editione Romana,& ea quam proximè nobis Colonia Agrippina dedit, curante Ioanne Sobio viro optimo rectè legitur, cursim. Verùm in altero vocabulo dormitatum est.Impunita ijs priora fore.) Sustulimus datiuū ijs. Et infrà pro,dolo inuictus fuisset,scripsimus,esset.

Tantis augescere incrementis.)Legendum iuxta veterem scripturam, tacitis augesc.incrementis. Et mox, quà cepissent ruerent. Non quà cœpissent,fluerent, quemadmodum reposuimus. Demiror & Venetos & Colonienses nō dignatos inspicere editionem Romanā, in qua posterius vocabulum rectè habet.Cum ea spe.)Legendum:Quum à spe, quam suc. r.augebat, hoc est, propter spem. Porrò mirè elegans est,à, particula in hoc significatu. Cum ijs copijs.) Quid opus fuit hic addere copijs quum præcedat, copias auxerat. Et mox, terrestribus copijs.Huiusmodi dictiones à professoribus inter enarrandum adduntur, quum verba authoris exponūt. Et deinde à parum attentis recipiuntur in contextum. Iam enim & Lælius.) Spirense exemplar huiusmodi lectionem videtur continere. Ab Tarracone egressus (& Lælius redierat ab Roma sine ɔ.n.m.r.m. volebat.) Tametsi lacunula erat post vocabulum egressus.Quam glorianti eam velut primam ocasionem raptam.)514. K. Mendosus locus est.In manu scripto legitur, qua gloriāti ea velut primam occasionem rapta. Suspicor sic scripsisse Liuium, quam glorianti ea sua primam occasionem rapta. Nisi quis malit legere, velut ad primam. Neque enim se reprehendere nomen hominum, si tam anceps od.) Sic in editione Veneta legitur, sed deprauatè, quam nos cum exemplari manuscripto contulimus, propter authoritatem officinæ Asulanicę.Vetus codex amorem hominum habet,minus à germana Liuij lectione aberrans.Debet autem esse morem non amorem. Et mox,si tam non,si tamen. Minimè fefellit hoc Iacobum Sobium admiratorem Liuij singularem,cui Colonienſem editionē cęteris

casti-

caſtigatiorem debemus. Quales ex hac die. Scripſimus, ex ea die. Et mox operæ eorum pretium faciat, pro faceret. Inſuper in cõſpectum eius (ſcilicet Indibilis qui pro vtroq; loquebatur) pro, in conſpectũ ijs. Liberiq; lachrymantibus præ gaudio redduntur.) Vetus exemplar tantum habet, lachrymantibus gaudio rebus, abſq; præ. Frequens autem eſt apud Liuium caſus ſeptimus. Sic paulò pòſt. Quum effuſis gaudio lachrymis capere vero diceret. Gaudio, hoc eſt, ob gaudium. In hoſpitium adducti.)515.B. Vbi in excuſis codicibus eſt adducti, plerunque in ſcripto abducti legitur. Nec malè quadrat. Nam qui adducuntur, etiam abducuntur ab eo loco in quo ſunt. Et fluuius.) In ſcripto tantùm eſt, Fluuius. Armorumqúe.) Scripſimus, aut armorum. Sicut mox, quas cepiſſent, hoſtes. quas cepiſſent hoſtibus, aliter diſtincta ſententia. Præterea per quam defertur amnis, pro deferretur. Ex libro veteri. Per aſpera primum nihil aliud, quàm via impediti iere:) Antiqua lectio, per aſpreta. Et cum cæde magna in ac. altiore.) Scripſimus, Et cẽde magna in aciem altiori. Paulò pòſt adiecimus particulam, &, quæ deerat, Locuſqúe ad euadendum & medijs datus eſt. Et cædes fierent ſcripſimus, pro cædes fieret. Circumfuſa inde omnis multitudo.) 516. G. Omnis, non erat in Spirenſi codice. Et pro, Romæ intolerabile eſſe, erat intolerandum, quemadmodum & nos caſtigauimus. Vt confeſtim Aſdrubalem cõſequeretur.) 516. K. Legendum perſequeretur. Aut in vltima Hiſpaniæ amoti.) Vetus habet, moti. Quod verò mox ſequitur: Simul & Hiſpanos, ſcripſimus vt pro &, Simul & Hiſpanos. Nec cum Romanis.) In ſcripto libro legitur: Nec cum Romano, ſubaudi, exercitu, quemadmodum & nos mutauimus. Ingenio magis quàm virtute. Repoſuimus, aſtu magis quàm v. Demiror quid caſtigatori in mentem venerit, vt hîc aliam vocem ſupponeret. Aſtus eſt quem in hominibus damnamus. Venuſiam in tecta milites abduxiſſet.) Hic tecta legunt omnes, propterea quòd ſequitur, bis cæſum exercitum eius æſtiua Venuſiæ ſub tectis agere. Exemplar manu ſcriptum habet, in exta. Proinde malim legere in ſtatiua. Quemadmodum de Nerone conſule dicit circa finem huius libri: Citaciore quàm inde venerat, agmine die ſexto ad ſtatiua ſua atque ad hoſtem peruenit. Marcellꝰ Romã rediret.) Ex fide vetuſti codicis ſcripſimus hic, veniret, pro rediret. Et mox abſente ipſo ageretur. Item, accuſauit tribunus. Et diutius ibi. Vtriſque conſulibus.) 517. K. Scripſimus: Vtrique conſulum. Et mox, duo conſulum prioris anni exercitus, pro conſulares. Et quæ ſenatus cenſuiſſet.) Videtur ex æquè mendoſa codicis ſcripti lectione legendum: Ex quo ſenatus cenſuiſſet. In qua & T. Quin. Pr. fuerat.) Authoriratem ſecuti manuſcripti voluminis, hanc clauſulam deprauatam ſic reſtituimus: Quæ T. Quintij prætoris fuerat. italiæ, Sicilię, Sardiniæqúe.) 518. G. ſcripſimus, Italiæ, Siciliæqúe ac Sardiniæ. Et mox pro, & in Sicilia ita diuiſa res eſt. Et in Sicilia ita diuiſa res. Eo anno peſtilentia grauis incidit in vrbem agroſqúe, quæ tamen magis in morbos longos, quàm in perniciales euaſit.) In primis certum eſt non eſſe legendum, in vrbem agroſqúe, quemadmodum vulgò legunt omnes, ſed, per vrbem agroſqúe. Sic enim eſt in veteri volumine. Caſtigatori non eſt viſa ſatis Latina locutio, incidit per vrbem, quare mutauit, pro perſcripſit in. At quid dicemus de dictione perniciales quæ ſequitur? Perniciоſus legimus, verùm pernicialis non reperitur apud authores, Subeſt, ni fallor, mendum. Scriptum exemplar habet, impernitiales. Diu me hic ſcrupus occupatum habuit. Et tandem quum cogitarem non eſſe tam ineptè loquacem Liuium, vt quum dixerit magis in longos morbos, præpoſitionem in ſtatim repetat & dicat, quàm in perniciales, deprehendi vnum eſſe vocabulum & indubiè legendum, interniciales. Dictum autem eſt internicialis, ea forma qua dicimus exitialis. Significat interniciale quod necem affert, Sanè poteſt pernicioſum eſſe ſiue perniciale, vt vulgatum errorem ſequar, quod tamen non ſit letiferum. Accipitur enim pernicioſum etiam pro damnoſo ac periculoſo. Quo ſenſu longi & diuturni quoque morbi ſunt pernicioſi. Proinde voce hic opus erat quæ plus ſignificaret. Atque vt hoc vocabulo vteretur hic, in cauſa eſt, quod paulò antè dixit, exitiabilis prodigiorum euentus. Notum eſt quid ſit internecio & internecinum, vbi præpoſitio inter auget. Porrò non dubito quin eruditi albo quod aiunt, calculo meum ſint probaturi iudicium. Nolui tamen lectionẽ receptã, eradere, ne quis me temeritatis argueret. Sufficit hic doctos eſſe admonitos. Certe nihil clarius dici poterit, quàm ſi ſic legas: Eo anno peſtilentia grauis incidit, per vrbem agroſq;, quæ tamen, magis in longos morbos, quàm interniciales euaſit ante diẽ III Non. Qu.) Scripſimus, ad III. Non. Quint. Et mox accipere. Cui traderet, Nõ, & cui traderet. Biduum ad conſiderandũ tempus) Vide num legendum ſit biduanum ad conſiderandum. Hoc. n. magis placeret quã bidui. Et vetus codex, biduum habet. Tribunis militũ præfectisq; ſoci. & centurionib.) 519. A. Caſtigauimus Tribunos militum præfectosq; & centuriones. Cautiq; cum cura. Has duas voces, cũ cura, expunximus, q̃ non eſſent in exemplari Spirenſi. Et pro intenſius ſcripſimus intentius. Alijs ſententijs notantibus præfectum. Mendæ poſtquam ſemel fuerint in libros receptæ, ſic germanæ lectioni immixtæ latent, vt etiam à doctis vix ſentiãtur. Quis putaret in iſtis verbis aliquid eſſe vitij? Et tamen eſt hîc erratum prodigioſum. Quum hunc locum legerẽ primum, non placebat vocabulum ſententijs, quod tamen ſe primo caſu dictum videri poterat, pro per ſententias. Sed quid opus erat voce pluratiua? Inſpexi Spirenſe exemplar, & reperi ſcriptum, alijs ſocijs notantibus. Videbam & hoc mendoſum eſſe, ſed ſperabam ex aperto mendo germanam lectionem me facilius addiuinaturum. Deprehendi itaque à Liuio ocij fuiſſe ſcriptum, quod primùm aſcita proximè præcedentis dictionis vltima litera ſcilicet, deprauatum eſſet in ſocij, mox ob conuenientiam caſuum vtrinque cohærentium in ſocijs foret mutatum. Id poſtea caſtigator non conſiderans, ſed aliò properans ac nimium fidens ingenio ſuo, vertit in ſententijs. Sic accreſcunt in monumentis authorum mendæ. Facilius autem ſit ex primis librariorum erratis ſynceram lectionem reperire, quàm ex poſteriòribus nonnunquam eruditorum caſtigationibus. Proinde ſic leges hæc Liuij verba: Alijs ocij notantibus præfectum. Ita legendum quoque docet ſequens ſtatim clauſula, quòd eius ſocordia tarentum proditum hoſti eſſet. Nam otium progignit ſocordiam, hoc eſt, deſidiam & ignauiam. Coniungitur autem elegan-
ter, Notare cum genitiuo, quum reprehendere ſignificat. Notionem de eo.) Antiqua lectio: Notionem. Arbitror ſcribendum cognitionem. Hoc enim magis placeret quàm notationem. Quod negabant vnam cellam duobus rectè dedicari.) Reſtituimus ex codice ſcripto: Quod neg. v. cellam amplius q̃ vni deo rectè dedicari. Reditum eſt) Expunximus eſt, quòd non ſit in veteri libro. In quo mox Annibal redit legitur. Nõ redijt. Subiecta res oculis noſtris) 520. H. Expũximus, noſtris. Et mox pro conſentiente, ſubſtituimus, abſentiẽte. Auctum etiam viſum in capite) Simile exiſpicium deſcribit Lucanus ijs verſibus, in primo:

Quod q̃ nefas nullis impunè apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem.
Alterius captis, pars ægra & marcida pendet.
Pars micat & celeri venas mouet improba pulſu..

Caput extortum eſt iecur. Et in iecore duo capita conſtituebant aruſpices. Caſtra caſtris collata crederet.) Scripſimus diceret. Et mox, vt ſi collis, deleuimus particulã, vt. Deleuimus quoque ea pronomen in ſequenti verſu: Exiguum campi ante caſtra erat. Deinde pro, poſſet excipere caſtigauimus, poſſent excipere, Et pro, ab tergo includerent viam, intercluderent viam. Poſtremò pro, nec̃q euadere poſſent in iugum, neque euaderent in iugum, eraſo verbo poſſent. Ad fidem omnia vetuſti codicis. Interfecti A. Manlius.) 520. K. Subuenimus huic loco, quẽ in editiõe Aſulanica alteriſco notatum reperimus. Nam legẽdum eſt: Interfectus A. Manlius. Nec deeſt quicquã. Vocabulum pluratiuum interfecti, ſcrupulum antè iniecerat. Equitum tres.) Scripſimus, Equites tres: Et mox.) pro, Et tumultuatum in caſtris, Tumultuarum & in caſtris. Tam improuidè iſſet, collegamq́e.) Reſtituimus deprauatum locũ, pro iſſet ſcribentes ſe, Tam improuidè ſe collegamq;, & prope totam Rempublicam in præceps dederat. Alteram ſcriptã laudatione filij, qui geſtæ rei interfuit.) Authoritatem manu ſcripti voluminis ſecuti, repoſuimus: Alteram ſcripta laudatione, qui rei geſtæ interfuerit. Ne cui dolus necteretur.) Legendum ne qui dolus. Sic enim in libro veteri legitur. Porrò Liuius vſurpat qui pro quis. Id quod & Cicero ſæpè facit. Vt pro Cecinna, *Si qui familiam meam de fundo meo deiecerit.* Si qui mihi præſtò fuerit cum armatis. Idem peculiare eſt Septimio Tertulliano, quemadmodum indicauimus in noſtris annotationib. quas in illum ſcripſimus. Porrò res hæc non animaduerſa corrumpendis authorum locis infinitis anſam dedit. Venit nunc in mentem vnius loci, qui deprauatè apud Ciceronem legitur, in libello cui titulus eſt, De ſenectute ſiue Cato maior. Habẽt enim ſic exemplaria typis excuſa, quæ vidimus hactenus: Omnia quæ curant, memi nerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, quibus ipſi debeant. Quum indubiè Cicero ſcripſerit, qui ſibi q̃i ipſi debeãt. pro quis ſibi. Nam eam germanam lectionem continet exemplar Ciceronis manuſcriptum, quod nos Sletſtadij inuenimus apud diuum Ioãnem. Sed de ijs aliàs. Si qua opera eorum opus eſſet.) Emendauimus: Si quò opera e. opus eſſet. Id eſt, ad aliquem locum. Rati occaſionẽ ſupplicij petere, miſſo retrò nũtio.) Vitiatum locum ſic reſtituimus: Rati occa. ſupplicij peti. remiſſo retro nuntio. Participium miſſo, mutilatum erat, & auctum ineptè præcedens verbum. Fortaſſe motiit caſtigatorem, quod dicit remiſſo retro: cui alterum viſum ſufficere, puta aut remiſſo, aut miſſo retro. Verùm ſic & infrà loquitur Liuius: Venuſiam, inquit, retro quibus venerat itineribꝰ repetit. Alij è turri eius portę muriſq;.) 521. D. Pro duabus dictionibus, turri eius, ſubſtituimus ex ſcripto codice, turribus. Opinor ſcriptum fuiſſe turribus relicto ſpaciolo medio inter priores duas ſyllabas & vltimã. Idib. caſtigator mutauit in eius. Nã præcedit, circa portã qua venturũ hoſtẽ rebantur. Edito è ſpeculis ſigno.) In Spirẽſi codice tantũ eſt, ſpeculis. Non è ſpeculis.

Venuſiam adducere iuſſit.) Scripſimus abducere. Et aliquantò pòſt pro, & magnum luctum, magnum & luctum, vt

videlicet

videlicet magnum accuſatiuus etiam ad metum referatur: Mox pro,exercitum Venuſiam miſerunt.)Repoſuimus: Exercitum Venuſianum miſerunt. Tutaſq; circa ſtationes.)522. F. Circa non eſt in exemplari ſcripto. Et poſtea legitur: Profectus ipſe cum paucis equitum leuis armaturæ. Non cum paucis equitum,leuisq; armaturæ. Sulpicius ab Naupacto.) 523.B. Addidimus literam prænominis. P. Sulpitius. Et mox, iuſsis ſubſequi peditibus ſcripſimus, ſe, pronomine deleto. Item, nihil tale metuerent,pro metuerant. Et ad naues pro in naues. Quantęcunque de Romanis tum victorię. Pro tum repoſuimus tanquam. Senſus eſt, Quantęcunque victoriæ, quia tamen non de quibuſlibet, ſed de Romanis erat. Item pro,purpuraq;,purpura, particula,que erasa. Per maritas domos.)Inſigne erratum hic eſt. non enim quemadmodum vlmos maritas dicimus,quibus coniunctę ſunt vites,ſic & domos maritas vocamus, in quibus degunt matrimonio copulati. Spirenſe exemplar habet, per maritum aſdomos, Legendum eſt: Per maritimas domos, hoc eſt,domos ad mare ſitas. Et intelligit domicilia tenuiorum. Captabat autem loca minus celebria ac parum frequentia. Nam ſequitur: Quo minus conſpectus,eo ſolutior. Porrò ſunt & hodie principes,qui Philippi licentiam imitentur, non per domos ſemper maritimas, ſed maritatarum diſcurſantes cum vno aut altero comite:adeò ſubmittendo ſe in priuatum faſtigium, vt morionum cultus non pudeat. Vni etiam principi Achæorum Arato. Hunc Aratum miris laudibus ornat Strabo libro octauo,tradens illum ciuitatem ad libertatem reuocaſſe & adeptum regnum ab vltrò offerentibus,quod longè lateq; poſtea ampliarit. Prolapſum in caput regem effudiſſet.)524. F. Iuxta ſcripturam veterem pro in, repoſuimus per. Caderentq; circa eum multi & vulnerarentur.) Liber ſcriptus tantùm habet, multi vulnerarentur abſque particula connectente,&. Suſpicor Liuium ſcripſiſſe: Caderentq; circa eum multi,multi vulnerarentur. Neque eſt in fine fugit,ſed fuit. Raptus à ſuis atque alteri equo iniectus fuit. Et ſenſus eſt integer. Quod Pyrgum vocant. Erasimus quod,fidem ſecuti manuſcripti codicis, vt reliquam clauſulam per Parentheſim legas(Pyrgum vocant) dixit. Fuerunt autem quatuor millia hominum,pec.) Antiqua lectio: Quatuor millia peditum hominum. Suſpicor legendum, deditorum hominum. Nam præcedit,primo ſtatim terrore aduenientes cepit. Igitur, vt veriſimile eſt,dediderunt ſe. Poſt profectionem ex Achaia regis.)524. H. Repoſuimus Philippi,loco regis. Nam ſic eſt in ſcripto libro: Et mox præcedit, famam interfecti regis vulgauit. Qui tum ædilis curulis erat.) Legendum iuxta authoritatem exemplaris vetuſti,tum ædilis curulis erat. Nam ſolet huiuſmodi clauſulis per parentheſim interiectis vti Liuius. Sicut modò monuimus,Pyrgum vocant. Ac ſeruida in genia imperatorum fuiſſent.)524. K. Repoſuimus fuiſſe.

Et omni cœtu careret hominum.) Liber vetuſtus habet, caruerit. Et mox,non præ ſe referens, ſed tantùm præferens in vultu habituq;. Quemadmodum & nos caſtigauimus. Quid ita malè credito priore conſulatu.) Hanc clauſulam hæc verba præcedere debent,in excuſis exemplaribus hactenus deſiderata: Si noxium comperiſſent, quid ita malè credito priore conſulatu', alterum crederent? Patriam pulſum ſede ſua reſtituiſſe.) Vulgò legunt omnes pulſum, & ad Furium Cam. referunt. At codex ſcriptus habet patriam pulſam. Quæ ibi gererentur.)Inſeruimus vocem res. Quæ res ibi gererentur: Et mox,ſua omnia ijs,expunximus ijs,ſcriptū vtrobiqui ſecuti volumen. Et præſciſcere quam quis eorum prouinciam.) 525. D. Ex veteri repoſuimus quiſque eorum. Pro Tarento Capuam,legio vna data eſt,cui.) Repoſuimus: Pro Tarento Capuam mutauerunt: Legio vna data, cui Ful. Ita per prouincias diuiſa, vt binæ conſ.)526. H. Caſtigauimus,diuiſa. Binæ conſulum eſſent,vt,expuncto. Nocte portam ingreſſus.)Nocte non eſt in codice Spirenſi. Nec eſt hic neceſſarium, quum ſequatur, vigilem laniauerat. Et ex decreto pontificum iterum nouendiale ſacrum.) Quemadmodum ſuperabundat prima particula, &, ita ante nouendiale deeſt aduerbium, inde nouam auſpicans ſententiam, vt ſic deinceps legamus: Et ſupplicatio diem vnum fuit ex decreto pontificum. Inde nouendiale ſacrum. Purè caſteque.)Pureque & caſtè. Nam ſic habet liber vetus. Per manus reſte data.) Scripſimus:& per manus reſte d. Et mox, in cliuum publicum, In cliuum Publicium. Et infrà, earumque coloniarum, Et earum col. Item eodem verſu, pernoctaturos ſe eſſe extra mœn. Et duo millia de legionibus militum, equitum mille octingentos.)527. D. Sic reſtituimus. Ad duo millia de legione militum, equitum mille octingentos. Et mox, nauibus adduxiſſe, ſcripſimus, aduexiſſe. Deinceps q; aliæ Gallicæ, atq; Alp.

Vocabulū aliæ non eſt in volumine ſcripto, nec eſt neceſſarium. Non ipſum ſolum ea oppugnatio impediit.)528. G. Hūc locū ſic reſtituimus: Non ipſe ſe ſolum ea oppugnatione impediit. Plenū ad huc ira.)Vetuſtus liber habet ire. Nec refert. Verūm hoc ad rem magis pertinet, q; mox habet pronoſſet, cognoſſet: Et paulò pòſt in ,puincia peruenirent.)528. K. Quam lectionem & nos recepimus. Vt ſterni obteriq;, priuſquam inſtruantur,poſsint)529. D. Vetus ſcriptura ſic habet: Vt ſterni operiq́ue. Pro hoc poſteriori caſtigator ſuppoſuit obteriq́ue. Nec eſt alienum verbum. Ego tamen non dubito Liuiūm ſcripſiſſe: Vt ſterni opprimiq; priuſquā inſtruantur poſſint. Quod verbum huic loco magis conuenit. Et circā Romanorum ſocior.)529. D. Aſteriſcum hîc habet editio Aſulanica. Et certè locus ſyncerus non eſt. Nec quicquam præſidij ab exemplari ſcripto. Quòd ſi quis coniecturam ſequi volet,pro circa leget tres,hoc modo: Et tres Romanorum ſociorumq́ue ductores ceciderunt. Hanc lectionem deprauatæ dictionis veſtigia mihi ſuggeſſerunt. In aciem copijs ductis)Scripſimus,eductis. Et mox, quæ pars caſtrorum,pro qua pars caſtrorum.

Et ne paucos quidem,qui pri.) In ſcripto codice legitur: Et ne paſſus quidem,Id paſſus, quidam mutauit in paucos,quæ lectio vulgo recepta eſt. Ego tamen malim ipſos. Et ne ipſos quidem qui prima luce obamb. Paulò pòſt pro diſcurrerent repoſuimus diſcurrunt. Poſtquam à Placentię obſidione abſceſsit) Volumen manuſcriptum habet, Poſtquam ad Placentiæ obſidionem acceſsit. Quam lectionem miror cur quiſquam auſus fuerit mutare. Quaſi non potuerit Aſdrubal ad obſidionem Placentiæ accedens, quam nō putabat longi negotij futuram, præmittere equites cum literis ad fratrem. Simul & ipſos patres conſcriptos quid pararet,edocet) Scripſimus exemplaris conſcripti fidem ſequendo, ſimul & ipſe patres conſcriptos quid paret, edocet. Demiror quid hæc caſtiganti in mētem venerit,vt quæ latiniſsimè dicta ſunt,melius dicere voluerit. Præmiſi inde per agrum Lar.) Repoſuimus: Præmiſi item per agr. L. Et paulò pòſt. Sex. millia peditum,& mille equites, expuximus,&. Quod floris fuerat)530. K. Antiqua lectio, quod floris fuerit. Quæ cùm melior ſit,& nos eam ſecuti ſumus. Qui ducem inde atque exercitus partem abeſſe ignoraret) Scripſimus, abiſſe. Nam ne antè audiretur)531. B. Scribe audiatur. Inter vota & preces.) Inter vota ac preces. Item liberorumq́ue, pro & liberorum. Deos deasq́ue precabantur) Repoſuimus: Deos omnes deasq́ue. Et felix pugna,pro felixq́ue pugna. item damnarenturq́ue, pro & damnarentur. Et fatigare precibus) Volumen ſcriptum habet, ſtagitare precibus. Nec diſplicet ea lectio. Fatigare infrà vſurpat, quum inquit, Matronæ per omnia delubra vagæ ſupplicijs votiſq́ue fatigauere deos. Melius viſum eſt) Melius nō eſt in codice veteri, nec eſt hîc neceſſarium, ſufficit enim: Nocte clàm ingredi viſum eſt. Vt tribunus tribunum.) Tu lege vice verſa, vt trib. vnum tribunus, centurio centurionem. Nam huiuſmodi variationem amant authores. Facilis futura erat.) Scripſimus, facilior futura erat. Et nox nihil fermè. Et paulò pòſt: & quingentos inde fermè paſſus Aſdrubal aberat. In tentoria adducti.) Antiqua lectio, abducti. Nec multum refert. De quo aliàs monuimus. Tempus pugnæ differretur.) Repoſuimus, tempus pugnandi differretur. Et paulò pòſt, nec ad ſequendum ſe iter. deleuimus ſe. Delere exercitum Aſdrubal. Antiqua lectio, delere, ſubaudi, ſe. Et vt attendant) 532. H. Correximus, & attendant, ſubauditur enim, vt. Item, vna M. Liuij, addita litera prænominis. Et infrà.) Cum quo caſtra collata haberet. Vbi hactenus lectum eſt, habuerit. Signa efferri iuſsit. Antiqua lectio: Signa ferri iuſsit. Duces parum intenti iter aſſeruare.) Vitiatus locus eſt: Legendum autem,duces parum intentè adſeruati. Quod verò mox ſequitur, iam inde ante animo. deleuimus particulam inde. Cum errore voluēs haud multum proceſsiſſet vbi prima lux tr.o.) & hunc locum proculdubiò mendoſum hactenus oēs prēterierunt. Nec ſuccurrit codex ſcriptus. Quis autem nunquam abſolutè legit vſurpatum verbum voluere: vt hîc participium voluens? Ego puto legendum obiens pro voluens. Deinde verbum proceſsiſſet diuidi debet in proceſsit,& vt ſic legamus: Et per tortuoſi amnis ſinus flexusq́ue cum errore obiens, haud multum proceſsit. & vbi prima lux tranſitum opportunum oſtendiſſet, tranſiturus erat. Porrò obiens mirè huc quadrat,pro circumiens. Nec improbabūt meam coniecturam qui Latinè norunt. Tædioſum verò ſit, narrare quid ſcribam deceperit. Nos ad cætera feſtinamus. L. Portius.) Litera prænominis non eſt in ſcripto volumine. Nec Nero habet.

Non itineri modò)Hactenus hunc locum perperam intellexerunt omnes, veluti ſenſus eſſet: Non iter ſolùm, ſed etiam ad conſerendum extemplò prælium Liuij coſ. copias fuiſſe inſtructas. At modo nomen hîc eſt. Et legi debet: Non itineris modò, hoc eſt, proficiſcentium ritu, qui plerunque arma ſua geſtant ab humeris ſuſpenſa. Vide quàm variat ſenſum vnica litera omiſſa. Sic rurſum Liuius libro octauo, ſignis repentè ſublatis, fugæ magis, quàm itineris modo penitus ad Oceanū & Gadeis ducit. Ante ſigna elephantos collocat.) 533. A. Scripſimus locat, ex fide vetuſti codicis. Et vbi maximè.) Caſtigauimus, & ibi, ſententia per parentheſim incluſa, hoc modo:(& ibi maximè in vetere milite ſpem habebat.)

Et ſigna mouerant loco.) Scripſimus etiam ſigna. Mox verò corruptum locum, impotentes iam regi inter duas acies verſari, ſic caſtigauimus, impotentius iam regi,& inter duas acies verſari. i. impotentius iam regebatur,& inter duas acies

verſa-

verſabantur. Hic nobis egregiè ſubuenit volumen ſcriptum. Vt cùm oſtendiſſent, ſe ab latere, mox in terga iam pugnare. Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ac tergo, trucidantur Hiſpani Liguresq;. Exemplar vetus habet pro ab latere, in latere, & pro trucidantur, trucidarentur. Hoc verbum facit vt putem totam periodum ſic legendâ: Vt quum oſtendiſſent ſe in latere, mox in terga depugnarent, ita vt omnib. partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidarentur Hiſpani Liguresq;. Et ad Gallos iam cæd. p. Habes nunc perfectam ſententiam quæ antè mutila erat & lacera. Mirè autem placet verbum depugnarent, quod ex veſtigijs ſcripturæ reponendum arbitror pro iam pugnarent. Vix armâ humeris geſtabant.) Eſt in ſcripto gerebant. & quid fuit opus hoc mutare? Vbi regendi ſpem vi viciſſet.) Legendum vbi regendi ſpē viciſſent, ſubaudi elephāti. Quia mox præcedit bellua, quidam in editione Aſulanica mutauerat id in viciſſet. Ne ſupereſſet tanto exercitui ſuum nomē ſecuto.) Caſtigauimus, ne ſuperſtites tanto exercitui ſuum nomen ſecuto eſſet. Cędiſq; ceperat ſatietas) 534. G. Indicat codex Spirenſis Liuium ſcripſiſſe, nō ſatietas, ſed ſatias. Quo vocabulo veteres vſos fuiſſe docet Nonius Marcellus Accium citans, & Varronem, Lucilium & Lucretium. Salluſtium quoque ſic ſcribentem hiſt. libro ſecundo. Tum externorum agros inuaſere, frumentiq́ue ex inopia graui ſatias facta. Et Terentium in Eunucho: Nam vbi me fortè ſatias cepit, commuto locum. Gaudet autem antiquis interdum vti vocabulis Liuius, qualia fortaſsis ſint aſpreta & internicialis, quorū antè meminimus. Die ſexta.) Scripſimus, die ſexto. Et mox: Nemo enim, pro quia nemo. Item narrariq;, pro enarrariq;. Et ciuitas fuerit, pro ciuitas fuerat. Vix vt cōpotes mentium præ gaudio eſſent.) In antiquo volumine tantùm eſt gaudio, hoc eſt, ob gaudium. Sic ſuprà Liuius: Effuſis gaudio lachrymis. Aut populus è foro.) Deleuimus præpoſitionem è, quæ elegantius ſubauditur. Et mox pro fatigare deos, ſcripſimus fatigauere deos. Eæ literæ per forum ad tribunal perlatæ.) Legēdum, ad tribunal prætoris latæ, quemadmodum & nos caſtigauimus. Traherenturq; à percunctantibus vociferantibusq;, vt in roſtris priuſquam in ſenatu literæ recitarentur. Tandem cum ſummoti, & coerciti à magiſtratibus fuerunt: diſperſariq; lætitia inter impotentes eius animos potuit.) Hic multæ dictiones additæ ſunt, vna tantùm aut altera mutatæ. Codex ſcriptus ſic habet: Sed cunctantibus vociferantibusq; vt in roſtris, priuſquam in ſenatu literæ recitarentur. Tandem ſummoti & coerciti à magiſtratibus, diſſertariq; lætitia inter impotentes eius animos potuit. Iſta verba ſic legenda mihi videntur, vt cohæreant cum ſuperioribus, hoc modo: Tantoq; certamine ac tumultu populi ad fores curiæ cōcurſum eſt, vt adire nuncius non poſſet præ cunctantibus vociferantibusq;, vt in roſtris priuſquam in ſenatu literæ recitarentur: Tandem ſummoti & coerciti à magiſtratibus, ſubaudi ſunt. Vixq́ue ſeruari lætitia intra impotentes eius animos potuit. In ſenatū primum. d. Porrò, nunc vides quantum aberrarint qui ante nos ſententiam iſtam inſtaurare ſunt conati, dum traherenturq; verbum aſſuunt, & pro, ſed cunctantibus, ſcribunt percunctantibus, q; id verbum poſtea ſequatur, quum inquit, quæ acta ſint percunctarentur: dumq́ue particulam quum & verbum fuerunt infulciunt, & pro diſſertariq; reponunt diſpenſariq;. Cæterùm noſtræ diuinationes magno nobis labore conſtiterunt, non remittentibus animum donec germanam, vt ſperamus lectionem reperiſſemus. Sanè hic propriè vſus eſt participio cunctantibus, de multitudine loquens apud curiam manente. Cunctantur enim quæ ſic manent, vt difficulter moueri poſsint. Et pro cuiuſq; ingenio, alijs iam certum gaudium, alijs nul. an.) Antiqua lectio: Et pro cuiuſq; ingenio certum gaudio alijs. Fortaſsis legendum: Et pro cuiuſque ingenio, certatum gaudio. Alijs nulla ante futura fid. erat. Currere obuij.) Scripſimus, obuiam. Et poſtea, quæ acta ſint percunct. pro, quæ acta eſſent. Itera poſtea peruenirent, pro peruentū eſſet. Inde introducti in concionem.) 535. A. Legēdum eſt, traducti, quemadmodum nos caſtigauimus. Introducti enim ſunt legati primùm in curiā & ſenatum, traducti poſtea in concionem quæ erat foris & in publico. Ipſe planius.) Hæc duo vocabula neſcio quis hic inſulſit: Quaſi verò Liuij ſententia quicquam tale expoſcere videatur. O temeritatem. Quid autem huic orationi deeſt? L. Veturius literis recitatis, omnia quæ acta erant expoſuit. Argentum creditum ſoluendo.) Exemplar ſcriptum habet: Argentum creditumq; ſoluendo. Quid ſi legas, ſignatum creditumq́ue ſoluendo, Vt intelligas de rebus conteſtatis conſignatisq;. Paulò pòſt, vbi vulgo legitur. Captiuoſq́ue Afros victos, vt erant, eſt in ſcripto, vincti vt erant, vtrunque ſtare poteſt.

IN LIBRVM XXVIII. ANNOTATIONES

PER BEATVM RHENANVM.

QVum tranſitu Haſdrubalis quantum in Italia declinauerat belli.) 535. D. Loquitur hic de Haſdrubale Amilcaris F. qui vt præcedenti libro narratum eſt, Alpeis tranſcendit coniuncturus ſe fratri Hannibali. De hoc nimirum tranſitu Liuius intelligit. At quid formidoloſius accidit Italię, quid magis extimeſcendū, quid vnquā rebus Romanis certius exitium afferre viſum eſt, quàm cùm in Italiam per Alpeis tranſiret Haſdrubal? Per huius enim aduentum duo bella Pūnica facta, duo ingentes exercitus, duo prope Hannibales, vt Liuij verbis vtar. Quomodo ergo declinaſſe bellum in Italia tranſitu Haſdrubalis videri poteſt, quod tū eſt maximè auctum? Sic enim in omnibus exemplaribus excuſis, quæ nobis videre contigit, legitur: Quum tranſitu Haſdrubalis quantum in Italia declinauerat belli, &c. Cupiam hic audire profeſſores hunc locum exponentes. Mihi libet cogitare in verbo declinauerat ingens eſſe mendum. Habet & vetus volumē depraua tam lectionem, nempe, inclinauerat ſiue indauerat, adeò ſunt ambiguæ literæ. Ego verò ſcribendum arbitror, inunda uerat, quòd verbum hic mirè quadrat. Franciſcus Petrarcha aut Victorinus Feltrenſis prò illo indauerat: fortaſsis primū ſubſtituit, declinauerat. Id poſtea Laurentium quoque Vallam virum in literis prorſus incomparabilē fallere potuit. Nam aiunt hunc in reſtituendo Liuio multum operę ſumpſiſſe. Porrò libet hoc erratum propemodum alicui monacho tribuere, qui pro indauerat ſuppoſuerit hic declinauerat, quòd tranſitum acciperet pro interitu. Nam Chriſtiana pietas tranſitum diuorum vocat, mortē intelligens. Huic mendoſo loco mederi conatus eſt doctus aliquis in editione Eucharij Ceruicorni ſcribens, quantum in Italiam declinauerat belli.

Et id fermè quod roboris erat.) 536. G. Hæc clauſula pronomine, quod expuncto, (neque enim in veteri volumine habetur) per parentheſim eſt legenda, hoc modo: Hanc iuſtam legionem. (& id fermè roboris erat) in prima acie locat. Leuem armaturam.) Repoſuimus cæteros, leuem armaturam. Appoſitiuè. Id ad cædem eos. Hæ duæ voces, id ad, erant omiſſæ in exemplari Spirenſi, defectum indicabat lacunula vacua. Fortaſſe melius eſſet reponere, & ad cædē eos. Quod mihi magis probaretur. Pœnus cum caſtra tum forte.) Authoritatē ſecuti manuſcripti codicis ſic reſtituimus. Pœnus quum caſtra ſua fortè in Betica ad ſociorum animos continendos in fide haberet: Cæterùm quoad continuiſſet exercitum, propoſitum bello ſe fore ratus, antequam freto Gades traijceret, exercitum omnem paſsim in ciuitates diuiſit.) 536. K. Si quis hunc mihi locum expoſuerit, illum Oedipū vocabo. Quid enim ſequitur, quod ad iſta verba attineat, quoad continuiſſet exercitum? Multum miror cur ita veteribus illis, nempe Victorino Feltrenſi, Petrarchæ, Alerienſi pontifici, quoties locum aliquem non ſatis aſſequerentur, de ſuo quidvis addere libuerit. Et quamuis hic decem dictiones inſulſerint, nihilominus mutila adhuc eſt ſententia. Hic itaque locus aſteriſco notandus erat, non is qui paulò pòſt ſequitur in editione Aſulanica ea nota ſignatus, quum benè habeat. In volumine ſcripto tantùm legitur: Cæterùm quoad continuiſſet exercitum omnem paſsim in ciuitates dimiſit. Dicam quid mihi tandem in mentem venerit, quum diu hic hæſiſſem. Suſpicor iſta verba, quoad continuiſſet prorſus eſſe deprauata, ac ſcribendum prò illis, quod aciem renuiſſet, Nam ſic conſtabit ſententia: Cæterùm quod aciem renuiſſet, exercitum omnem paſsim in ciuitates dimiſit. Senſus eſt: Aſdrubal detrectabat confligere cum Scipione, & ideò paſsim exercitum in ciuitates dimiſit. non diuiſit. Conſidera lector, quantum ſibi quidam permiſerint in authoritus reſtituendis, imò depraua dis. Non ſufficiebat hic mendū exemplaris ſcripti, niſi plura aſſuerentur, ὅτε γῆς ὅτε ὑφανῦ ἀπτόμενα, quemadmodum Græcis eſt in prouerbio. Hæc licentia Plinianos quoq; libros nobis perdidit, quos mēdoſiſsimos hactenus fuiſſe quibuſdam perſuaderi non poteſt. In Meleſſum finib. eſt ſita). Hic verborū ordo eſt in codice vetuſto: Sita in Meleſſum finib. eſt. Ea arx fuerat Aſdrubali.) Repoſuimꝰ iuxta fidē antiqui voluminis: Ea arx fuit Aſdrubalis ad excurſiones circà in mediterraneos populos faciendas. Quæ particula in, hactenus deſiderata fuit in exemplaribus vulgatis. Corrector accepit circa, hîc vt eſſet præpoſitio, quum ſit aduerbium, hoc eſt, in circuitu. Et propterea particulam in expunxit. Dupliciq́ue vallo circundata vrbe in treis partes exercitum diuiſit.) Codicem veterem ſequendo ſic caſtigauimus & diſtinximus: Dupliciq́ue vallo circundat vrbem. In treis partes exercitum diuidit. Paulò pòſt, pro & iam bis ſcripſimus etiam, in vnum ſe colligeret.) 537. B. Addidimus accuſatiuum locum, qui eſt in libro ſcripto. An dolus aliquis ſuſpectus fuerit.) In volumine veteri non eſt aliquis,

quis ſed aliqui. Sic autem Liuium loqui & cæteros authores ſuprà docuimus. Legionarij cæteras parteis peruadunt, direptione & cæde obuiorum, niſi qui armis ſe tuebantur, abſtinuerunt.) Repoſuimus ad fidem exemplaris Spirenſis: Legionarij cæteram partem vrbis peruadunt, direptione & cæde obuiorum, niſi qui armis ſe tuebantur. Senſus eſt: Legionarios reliquam partem vrbis diripuiſſe, & obuijs quibusqúe cæſis graſſatos fuiſſe, præter eos qui armis ſeſe periculo eximebant contra hoſtium vim vitam ſuam defendendo. Quid igitur opus fuit hic verbum abſtinuerũt infulcire, & ſenſum Liuij inuertere? Nos id audacter eraſimus. Romanorũ haud amplius.) Scripſimus haud plus. Et poſtea diſtinximus, cæteroq; exercitui. Speciosum aduentum. In citeriorem Hiſpaniam omnes ſuas copias reduxit.) Nos repoſuimus veterem ſequentes lectionem: In citeriorem Hiſpaniam recipit exercitum. Mox autem: Ipſe Tarraconem conceſsit, ipſe non eſt in codice ſcripto. Sicut paulò pòſt nec que poſt decem. Sed tantum decem & ſeptem naues. Tuto inde mari pulſis hoſtium nauibus.) Non eſt hæc abſurda lectio. Verùm nos maluimus ſequi Spirenſe exemplar, quod habet: Toto inde mari pulſis hoſtium nauibus. Cùm ob Romanam ſocietatem.) 538. F. Antiqua lectio: Ab Romana ſocietate. Haud procul Argiuorũ fine.) Repoſuimus Argeorum. Græci ἀργεῖοι dicunt, authore Stephano. Quę pericula terra mariq; potendebantur. Scripſimus portenderẽt. Similis locus eſt libro præcedenti: Quod in ſanctiore ærario ad vltimos caſus ſeruaretur. Vbi quiſpiam ſcripſerat, ſeruabatur. Valloq; intercludi ab Aetolis nuntiabant.) Legendum eſt, nuntiarant. Prout tempus ac res ſe daret, omnibus laturum ſe auxilium.) Sic Liuius ſcripſit: Prout tempus ac res ſineret, omnibus laturum auxilium. O aſinum, qui pro ſineret, ſuppoſuit ſe daret. Huiuſmodi loquendi formulas imitamur poſtea, nondum ſatis repurgatis exemplaribus, quæ res periculo nõ caret. Tum præſidium vbi mit.) Non ſatis video quid ſibi hîc velit aſteriſcus quem habet editio Aſulanica. Nam quod ſequitur: Vnde allatum erat, idem eſt, quod nunciatum, & depopulatum, participium eſt, non ſupinũ. Scotuſam copias reduxit.) Scripſimus reducit. Et mox ſeſe recipit, pro recepit.

Nec pertinaciter prælio iterato.) 538. K. Legendum eſt, prælio inito. Ad Demetriacum Phthiotidis expoſuit.) Scriptum exemplar habet, ad Demetrium thiotidis, Vbi poſterius vocabulũ mutilum eſt. Legendum enim ad Demetriũ Phthiotidis. Eſt autem Demetrium locus circa Theſſaliam, ceu ſcribit Stephanus. Græci δημήτριον vocant. Eodem authore: φθία πόλις καὶ μοῖρα θεσσαλίας, hoc eſt, oppidum & pars Theſſaliæ. Vnam ſanè ex quatuor Theſſaliæ partibus: Strabo θεσσαλίαν φθιῶτιν appellat. Quare hic in Phthiotidis ſubauditur, Theſſaliæ. At ὁ ſupinam quorundam negligentiam in reſtituendo Liuio. Non puduit illos, Demetrium in Demetriacum vertere. quòd paulò antè Demetriaci ſinus ſit facta mentio. Sed nemo vult laborare. Quicquid in mentem primùm venit, id infulſimus. Deinde niſi manifeſtus ſit ſolœciſmus, huiuſmodi lectionem omnes ſequuntur. Sic legit Beroaldus, inquiũt, ſic Sabellicus, ſic Baptiſta Pius. Et quis amplius dubitat? Equidem fuerunt viri celebres & literati, ſed qui mallent omnia interpretari quàm intelligere. Fidebant ingenio ſuo, fidebant eruditioni. Nec putabant opus eſſe ſcripta conſulere exemplaria. Id quod rarenter admodum faciebant. Quin erant contenti authoritate & opinione nominis, quã apud omnes ſibi pepererant, vt iam propemodum ſufficeret illud ἀυτὸς ἔφα. At alia res eſt caſtigare veterum authorum libros. Eget enim non ſolùm eruditione, ſed & pertinaci ſtudio, labore & diligẽtia, ac cùm primis acri iudicio. Speciem intuenti.) Caſtigauimus, vt ſpeciem intuenti primo gemini portus in ora duo verſi præbuerit. Subitiac procelloſi deijciunt. Opinor ſcribendum, decidunt. Quæ fluxa & vana apud Oreum fuerãt.) Scripſimus, fuerat. Nam refertur ad fidem. Et impari tum maritimis vrbibus.) Tum particula non eſt in codice ſcripto. Mox verò: Ita re per cunctationem omiſſa, ad Chalcidis auxilium. Sic reſtituimus & diſtinximus: Ita res per cunctationem omiſſa. Subaudi, eſt. Ad Chalcidis auxilium, vbi. ſ. a. i. eſt motus. Deinde quod ſequitur, terraq; aditum faciliorem, expunximus que. Nam elegantius ſubintelligitur. Et gaudet Aſyndeto Liuius. Sicut mox, deiecto præſidio, fuſis Aetolis, non fuſiſque Aetolis. Sic enim intelligi debet, deiecto præſidio, quòd erant Aetoli. Et dicit deiecto, quod eſſent in montibus & ſaltibus Thermopylarum, vbi anguſtæ fauces coarctabant iter. Cùm Romana claſsis eò ſe recepiſſet. Attalus igitur ignarus.) Repoſuimus ex ſcripto volumine: Romana claſsis Oreum ſeſe receperat, & Attalus ignarus ad Ph. Non enim vult dicere Liuius quomodo ſit captum Oreum, quod antè expoſuit. Sed quid interim fieret cùm à Romanis tum ab Attalo rege. Magnam quorundam temeritatem vides, qui Liuij verba ad ſuum ſenſum inuertere auſi ſunt. Quale etiam eſt, quòd paulò pòſt pro curſu effuſo mare ac naues petit, ſcripſerunt, curſus effuſus. Et molientibus ab terra naues Philippus ſuperuenit.) Sic dixit, molientibus ab terra naues, quemadmodũ infrà, quàm Pœni anchoras molirentur. Et in oratione Scipionis, qua Q. Fabio reſpondet non procul à calce huius libri: Audietis hinc molientem Hannibalem. Et rurſum poſtea: Et anchoras ne in moliendo mora eſſet, præcidunt. Porrò non eſt, ſuperuenit in ſcripto codice, ſed aduenit. Quod verò cohæret, tumultumqúe etiam ex terra nauticis præbuit, debet eſſe, metumq; etiam ex terra nauticis præbuit.

Omiſsis Romanis) 539. D. Ex veteri codice, rebus ablatiuũ adiecimus. Et mox, claſſem recipit ſcripſimus, pro recepit. Profugi à Thebis Phthiotici) Nouem ſunt oppida quibus nomẽclatura Thebarum olim tributa eſt. De quo hîc fit ſermo, Stephanus tertium facit, τέτη, inquit, θεσσαλίας τῆς φθιώτιδος. Eſt autem Phthia Theſſaliæ pars, ceu antè diximus. vnde φθιῶτις θεσσαλία, Straboni, & Phthiotici hic gẽtile nomen. Cùm in fidem Aetolorum perfugiſſent.) In codice ſcripto, peruenisſent eſt. Opinor autem pro fidem ſcribendum, finem. Nam vſurpare ſolet Liuius finem pro finibus, vt ſuprà: Haud procul Argeorum fine poſitis caſtris terrebat. Vrbis vaſtatæ ac deſertæ priore eiuſdẽ Philippi bello.) Repoſuimus veterem librum ſecuti. Vrbis vaſtę, ac deſertę priore quidem Philippi bello. Vrbs erat vaſta Torone, ergo magnum populum capere poterat. Sic rurſum aliquantò pòſt. Et infrequentes ſe vrbes, agrum vaſtum ac deſertum habere.

Cum expedito agmine) In exemplari legitur, quam expedito. Fortè ſcribendum, perquam expedito agmine. Et iam cũ Eream veniſſet, audit Machanidã ſ. a. ſ. t. r. L. Aegiumq; ſe ad con.) Hîc ſe doctus quiſpiam infeliciter exercuit. Nam cùm in exemplari reperiſſet, audita, ſcripſit, audit, & non cohæren te eo quod ſequitur. Aegium ſe ad c. A. recepit, adiecit particulam que, vt eſſet nouæ ſententiæ initium. Tu ſic caſtiga locũ, Et iam quum Eream veniſſet, audito, Machanidam fama aduentus ſui territum refugiſſe Lacedæmonem, Aegium ſe ad concilium Achæorum recepit. Ad hanc loquendi formã pertinet, quod infra ſequitur: Quidam quas diſceptando controuerſias finire nequierant, aut noluerant, pacto inter ſe, vt victorem res ſequerẽtur, ferro decreuerunt. Pacto, id eſt, vbi pepigiſſent, ſic hic audito, id eſt, vbi audiſſet. Sed vix rationem inire poſſe.) Lectio vetus: Sed id rationẽ iniri poſſe. Scribẽdum opinor, ſed haud rationem iniri poſſe. Mox ſequitur, an fugatius, quod illic legitur, quàm fugatius. Nec eſt, à Chalcide, ſed tantùm Chalcide, ſubauditur autem præcedens prepoſitio, ab. Si modò congreſſus cum hoſtibus ſis.) Quum eleganter hîc dixerit Liuius, ceu non dubito, congreſſus cum hoſte ſis (nam præcedit ab hoſtibus, & ſequitur, cõfeſsionem hoſtium) tamen aſinus auſus eſt ſupponere ablatiuum pluratiuum, hoſtibus. Idem mox addidit de ſuo datiuum ſibi, nequaquam pares eſſe eos ſibi, quum tamen illo expreſſo nõ fuerit opus.

Deſcenſionem fecit) 540. G. Codex ſcriptus habet, exſcenſionem fecit. Ipſe ab Oenotrijs præter terram Atticam ſuper ſinum nauigans inter medias prope hoſtium claſſes Chalcidem peruenit) Quomodo in Italia ſubitò Philippus ex Corintho? Nam Oenotria eſt Italia. Videtur mihi planè quiſpiam lectores ludere voluiſſe. Sed mirum eſt hactenus hoc à nemine perceptum. Oportet hîc ingenuè dicere quod veriſimum eſt, nimia ſecuritate fidunt ſtudioſi quibuſdam typographicis officinis, vt in Italia Aſulanicæ, quaſi verò caſtigatiſsima ſint omnia, quæ ex illis prodeunt. Quibus hactenus credendum erat, vt rem iudicio prius & collatione exploraremus. Interim ſtudioſi meritas ſuæ credulitatis pœnas ſæpè luunt. Reſtituimus hunc deprauatiſsimum locum iuxta ſcriptum archetypum, hoc modo: Ipſe à Cenchreis præter Atticen per Sunium nauigans, inter medias prope hoſtium claſſes Chalcidem peruenit. Vide per Muſas in paucis verbis ingentia errata. Cenchrearum ciuitas de qua hîc loquitur Liuius, apud Corinthios nauali ſtatione fuit inſignis. Atque eadem eſt, cuius & diuus Paulus meminit in fine epiſtolæ quam ad Romanos ſcripſit. Sunium verò promontorium eſt Atticæ. Cæterũ vſurpauit forma Græca Atticen, vt nihil fuerit opus emenda re terram Atticam. Quod mox ſequitur, flexiſſet eorum animos, ſcripſimus flexiſſent. Et paulò pòſt, primò ad opẽ ferendã. Q. Fabius Maximus Pr. Prætor nõ eſt in codice Spirẽſi, nec vocabulum patres, quod paulò pòſt ſequitur. Nec itẽ poſtea coniunctio quoque: Vno quoque tempore. Quare & nos expunximus. Quod eorũ opera incolumis.) Antiqua lectio, eorum ope. Sed magis placet opera. Et paulò pòſt, fortiter fideliterq; adminiſtrata. Sic & infrà: Quam forti fideliq; duorum præcipuè legatorum opera vſi eſſent, Ita conuenit, vt quoniã & in prouin.) Mihi magis hîc probatur lectio vetuſti voluminis, quæ videtur antiquã aliquã formulã referre, neq; enim eſt illic, vt particula, nec & cõiunctio ter reperita. Sic autem habet, ita conuenit: Quoniam in prouincia M. Liuij res geſta eſſet eo die quo pugnatum foret, eius fortè auſpicium fuiſſet, exercitus Liuianus deductus Romam veniſſet, Neronis deduci de prouincia non potuiſſet, vt M. Liuium. Hic tandem ſequitur, vt. Ad iſtum modum ſingula caſtigauimus in contextu. Vnius equo per vrbem.) 541. B. Scripſimus vno equo.

Nam

Nam præcedit, multiꝗ iugis equis. Et sic habet liber vetus.

Neroniq́; etiã si pedes incedat, vel parto eo bello, vel spreto triumpho, gloriam memorabilem fore.) Quo sensu dictum est, vel parto eo bello. Nos istam sententiam ex vestigijs veteris scripturæ sic restituimus: Neronemq́;, etiamsi pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Pecuniam in ærarium tulerũt.) Castigauimus: Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertiûm tricies octoginta millia æris.

Sub aduentu eius.) Legendum, sub aduentum, id est, paulò antè quàm veniret. Item, & ludi Romani, particulam & expunximus. Et Q. Cæcilio Metello coss. ambobus, vt cum Annibale bellum gererent, prouincia decreta.) Cur hic asteriscum non apposuerunt, deest enim nomen prouinciæ. Reposuimus nos ex manuscripto codice. Et Q. Cæcilio Metello Coss. Brutij, ambobus vt cum Annibale, & quæ sequuntur. A. C. Terentio proconsule.) Opinor scribendum proprætore. In veteri codice mẽdosè est, pro publica re, quas voces indoctus scriba semper supposuit quoties scriptum repperit, Propr. Vestalis virgo.) 542. H. Scriptus codex tantùm habet: Vestalis. Professor aliquis inter exponendum dixit: Vestalis: subaudi virgo. Id postea receptum est in contextum. Et supplicationem ab Vestæ aram habere placuit.) Qui hic insulsit accusatiuum aram, non fuit admodum Latinè doctus. Legendum est, ad Vestæ, & subauditur, templum, aut aram. Horatius: Ventum erat ad Vestæ. De quo sermonis genere sæpè monuimus in prima Decade. Moniti ab senatu sunt.) Scripsimus, admoniti: Et in sequenti versu. Et posse sine metu. Agrum vastatũ ac desertum habere.) Agrum vastum reposuimus. Sicut suprà vrbis vastæ ac desertæ priori quidem Philippi bello. Et paulò pòst, Atque Placẽtini essent, ante certam diem.

In saltu angusto à Brutijs, iaculatoribusq́; Numidis turbati sunt.) 542. I. Audi hìc mi lector rem ridiculam, quid librarium deceperit, vt synceram scripturam deprauaret, disturbati, à disturbor, aris. fortè scriptum erat priore syllaba à cæteris per spaciolum aliquot distante, hoc modo, dis turbati. Placuit vocabulum turbati, dis scriba fragmentum alicuius dictionis esse putauit: ipse syllabam nouam adiecit, vt fieret mundis. Et quum hæc vox locum hic non habeat, doctus aliquis scripsit iaculatoribusq́; Numidis, adiecto quæ ad finem dictionis prioris. Sic autem indubiè Liuius scripsit: In saltu angusto à Brutijs iaculatoribus disturbati sunt. Cùm magnam partem iuuent.) Scripsimus: Tum magnam partem iuuent. Et mox, inter latrocinia, nõ per latrocinia. Tantæ se fore parem multitudini.) Fore verbum additum videtur. Nos induximus. Neq; enim est in vetusto.

Inde ad Betulam vrbem progressus.) 343. D. Scripsimus, processum, subauditur est. Impersonaliter dictum. Plures & integri. Hic deerat vsque dictio quam inseruimus, Plures vsque & integri, scilicet, subirent. Terga haud dubiè vertunt Pœni. Numidæq́; primo turm.) Hunc locum deprauatum sic restituimus: Terga haud dubiè vertunt Pœni Numidæq́;. Et primò turmatim.

Tamen nunquam aliquot in sequentes dies.) Exemplar scriptum habet. Tamen nunquam prælio quod insequentis dies. Ex qua mendosa lectione conijcio fuisse scriptum: Tamen nunquã per aliquot insequentes dies. quemadmodum & emendauimus. Castellorum procul speciem visu præbebant.) Vocabulum visu quispiam insulsit. nos exemimus. Cùm raptim pransi essent.) Hic nugator aliquis se exercuit. Liuius scripsit: Vt ante lucẽ viri equiq́; pransissent aut pransi essent. Ille adiecit, cùm raptim pransi essent. Nec ordine solito quicquam in acie struenda muta.) 544. H. Debet esse: Nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat: Subauditur autem: in. Equitum iamdiu a. p. fuit. nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis (quod prope inuicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat.) Miseret me planè optimorum quorumq; authorum, qui indignissimè passim tractati sunt à castigatoribus non sat diligentibus. Qualem hominum temeritatem cùm alibi, tum hìc insigniter expertus est T. Liuius. Antiqua lectio sic habet: equitum iamdiu anceps pugna erat. nec quia pulsis quod prope inuicem fiebant in aciem peditum tutus receptus erat. Hanc mendosam lectionẽ quum non intelligerent castigatores, adiecerunt multa de suo, Liuijq́; sensum inuerterunt. Nos tamen benè fortunantibus Musis ex ista deprauata germanam indicabimus: nempe hâc Equitum iam diu anceps pugna fuit, nec depulsis (quod prope inuicem fiebat) in aciem peditũ tutus receptus erat. Sensus clarus est, quòd equites vtriusque exercitus, quum inuicem depellerentur, sicut nunc Romani Pœnos, nunc vicissim Romanos Pœni depellerent, nam hoc sibi vult interiecta clausula, quod prope inuicem fiebat, in aciem peditum tuto recipi non poterat. Nam sequitur postea: Signo receptui dato Scipio, patefactisq́; ordinibus, equitatum omnem leuemq́; armaturam in medium acceptam, diuisamq́; in partes duas in subsidijs post cornua locat. Confer nunc quod nos castigauimus cum vulgata lectione, & vide quale piaculum commiserint, qui eo quod legebant quia pulsis, quod nos castigauimus, depulsis siue perpulsis, hanc clausulam de suo adiecerunt. Nec ipsa per se decerni poterat, conspurcantes Liuij sensum inuertentesq́;. Sed vbi non similia acciderunt in hoc authore? Acies inter sese diuisæ aberant.) Quasi non satis Latinè diceretur, haud plus D. passus acies inter sese aberãt, quidam inseruit diuisæ. Ipse è dextro cornu.) Liuius omittit plerunq; præpositiones, quæ elegantius subaudiũtur quàm exprimuntur. Castigatores priores nusquam non insulserunt. Ipse dextro cornu omittit, subauditur à dextro cornu. In sinistram partem quemadmodum se tendentem ad dextram vidissent.) Codex scriptus habet, in sinistra parte. Proinde non dubito scripsisse Liuium, in sinistra parte quemadmodum se tendentem à dextra vidissent. Sic & nos reponere sumus ausi. Et cùm ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quòd turba Balearium tyronumq́; Hispan.) Hic in primis notandum est, quod in volumine veteri pro turba Balearium, scriptum est, turba balirum, vt suspicer ba syllabam librarium perperam repetijsse. Quid si legas, lixarum tyronumq́; Hispanorũ? Deinde sciat lector sic esse exponenda Liuij verba. Et quum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum subaudi, haudquaquã pugna par erat, quòd turba lixarũ tyronumq́; Hisp. Romano Latinoq́; militi obiecta erat. Id quod quum non animaduertissent olim Liuiani castigatores, particulam &, quæ sequitur, & procedente, temerè eraserunt, coniungentes tum procedens cum hac oratione, procedente iam die. Verùm nos & particulam hic necessariam de postliminio inseruimus. Nam Liuius duas præcipuas causas assignat imparis pugnæ. Vnam quòd lixæ & tyrones à partibus Pœnorum, fortissimis militibus erant obiecti. Alteram, quòd exercitus Punicus deficere cœpisset ob inediam. Cornelius incurrerũt.) Scripsimus, concurrerunt. Et mox, vt prius æstus, reposuimus, ita vt prius. Cùm proximus quisque hostem cæderet. In exemplari vetusto legitur, proximi. Proinde video sic quoque verba stare posse: Quum proximi quiq; hostem cæderẽt. Inde vt inferri impigrè signa viderunt.) 545. A. Scripsimus deinde. Et paulò pòst: Vt vix in castra sua reciperent se victores: quosdam etiam religio ceperat. Vbi vulgata lectio habebat, receperit & ceperit. Item infrà citato agmine ducti sunt, pro educti. Et mox: Ducibus est creditum, particula sed expuncta. Cùm hostis nequicquam subire, id est, asc. conatus esset. Emendauimus ad lectionem veterem: Quum hostes nequicquam subire iniquo ascensu conati essent. Cæterùm quemadmodum hic singularem numerum in pluralẽ mutauimus, sic mox pluralem vertimus in singularem. Itaque transitiones ad hostem fiebant. Ad vitandam cacophaton. Astipulatur autem nobis liber vetus. Paulò pòst scripsimus, mille equites reliquit Syllano. Procõsulis Scipionis.) 545. E. Nos scripsimus, P. Scipionis. Nam vbique librarius pro P. litera prænominis, hoc est, pro Publio proconsulem scripsit. Mox reposuimus duas dictiones, quæ deerant. Quintò postquàm P. Scipio prouinciã & exercitum accepit. Paulò pòst, in exemplari Spirensi legitur, cum multis nobilibus captis. Pœnis autem in Italia aduersæ.) Particulam autem expunximus. Et paulò pòst, ad Scipionem redit scripsimus, pro redijt. Opulẽtissimus eius terræ.) Hic deerat vocabulum rex, quod inseruimus. Opulentissimus eius terræ rex. Et mox, ꝑ quà freto exiguo dirimuntur, reposuimus, ꝙ freto exiguo dirimũtur, subaudi fines. Paulò pòst prænominis literam Syllano præfiximus, alio loco iuuante vento scribentes, pro adiuuante. Sequimur enim vbique, quatenus licet, authoritatem manuscripti codicis. Quam Pœni anchoras molirentur.) Sic suprà. Et molientib. ab terra naues Philippus aduenit. Nec vltra tumultum edere quisquam in regio portu audebat.) Antiqua lectio: Nec vltra tumulatum agere quisquam in regio portu audebat. Ex ijs corruptis verbis hanc germanam Liuij lectionem erui. Nec vltra tumultum agere quis quicquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Asdrubali.) In antiquo libro legitur: Ita in terra prior Hasdrubal. Subaudire poteris verbum, fuit. Magnificumq́; id Syphaci, nec erat aliàs visum.) Volumen Spirense non habet aliàs sed aliter. Qui nobis hunc Liuij locum deprauauit, aliàs pro, aliter supponendo, in hoc lapsus est, quod visum ordinabat cum aliter aduerbio, quæ cùm illi parum Latina videretur oratio, aliter vertit in alias. At visum postrema vox referẽda erat ad primam magnificumq́;, & ea posterior clausula per parenthesim legenda, hoc modo: Magnificumq́; id Syphaci (nec erat aliter) visum, quemadmodum nos in contextu restituimus. Et quoniam fors eis sub. Et particula, non est in codice scripto. Nec mox contrahere ad colloquium, sed in colloquium. Illud magnopere cõtend.) 546. E. Melius hic placuit vulgata lectio, quàm ea quæ est in veteri libro. Siquidem habere videtur. Illuc magnoperè tendente rege. Nos tamen aliter distinximus sententiam. Paulò pòst: Et eodem etiam lecto, particulam & deleuimus. Sibi conciliaret, mirabilioremq́; sibi eum virũ.) Scripsimus sibi conciliaret. mirabiliorem sibi eum. coniunctione que & accusatiuo virum, dispunctis. Sic postea pariculam tam erasimus. Regnumq́; eius in Romanorum esset potestate.

Sed potiundæ Africæ spem affectantem.) Affectare spem vt

cunque grammaticè dicitur. Verùm non ſatis intelligo quid ſibi velit quod dicit, potiundæ Africæ ſpem affectantem. Certè Scipio ſpem magno emit, ſi tantis periculis nihil aliud aſſequi in animo habebat, niſi vt affectaret ſpem Africæ obtinendæ. Ego opinor locum eſſe vitiatum. Codex ſcriptus habet, ſpe adſectantem. Si quis diuinationem noſtram recipere velit, leget, ſed potiundæ Africæ pretia ſectantem. Quæ ſententia Liuio digna erit. Scriba mutauit pre in ſpe, & cia in ad. Ea poſterior particula cum ſequenti participio connexa, conſtituit adſectantem. quod alius poſtea vertit in adfectantem, quum ſpem pro ſpe ſcripſiſſet. Et pleriſque ſæuis in alto iactatus ventis.) Scripſimus, & plerumque ſæuis. Illiturgum & Caſtulo.) Legendum Illiturgi & Caſtulo erant, ſuffragante codice vetuſto. Plinius, Illiturgi, quod forum Iulium. Deſinunt autem pleraque vetera Hiſpaniæ oppidorum nomina, in i, vt Ipaſturgi, Aſtigi, Virgi, Sexi, Oſsigi, Tuati, Attubi, Aloſtigi, & ſimilia. Caſtulonenſes cùm proſperis rebus ſocij fuiſſent, poſt cæſos cum exercitibus Scipiones defecerant.) Antiqua lectio, Caſtulo cum proſperi rebus ſocij fuiſſent, poſt cæſos cum exercitibus Scipio. defecerant. ad Pœnos. Nec dubito ſic ſcripſiſſe Liuium. Caſtigatorem offendit verbum ſocij pluralis numeri. Scelus etiam defectioni addiderant.) Hæc verba, ſcelus etiam defectioni, non ſunt in exemplari vetuſto, ſed tantũ, addiderant. Pro quo verbo fortaſsis ſcribendum, perfidi erant, hoc modo: Illiturgitani prodendis qui ex illa clade ad eos perfugerant (ſiue profugerant) interficiendis{que}, perfidi erant. Nam ſequitur infrà: Ab ijs perfidiæ. & crudelitatis, & ſceleris pœnas expetendas eſſe. Non tamen reprehendo lectionem vulgatam. nam & hic ſceleris ſcriptum eſt. Meritò magis quàm vtiliter ſæuitum foret.) Miror in Liuio tot loca prodigioſè corrupta reperiri, quanto omnium ſtudioſorum manibus aſsiduè teritur. Certè hîc tam eſt vitiata lectio, vt totam ſententiam cohærentem obſcurarit perdideritq{ue}. Nec quicquam profuit codex ſcriptus. Deprehendi poſt longam expenſionem ſenſus, legendum hîc, increpitos magis, quàm vt aliter ſequitum foret, pro eo quod eſt, meritò magis quàm vtiliter ſæuitum foret. Quibus verbis reſtitutis facilè eſt inſtaurare totam ſententiam antè malè diſtinctam, nimirum hoc modo: In eos populos primo aduentu, quum dubiæ Hiſpaniæ eſſent, increpitos magis, quàm vt aliter ſæuitum foret, tunicam (ſic enim eſt legendum, quod tamen mendoſè in Spirenſi volumine eſt, tunicam) tranquillis rebus quia tempus expetendæ pœnæ videbatur veniſſe, accitũ ab Tarracone, L. Martium, cum tertia parte copiarum ad Caſtulonem oppugnandum mittit. Hic habes verbum, huiusq{ue} procurrente ſententia. Ipſos claudendis portis indicaſſe Hiſpanos.) Repoſuimus claudendo portas. In veteri legitur, claudendos portas. Paulò poſt, cum illis ſine ira prope, ſic ordinauimus, cum illis prope ſine ira. Et pro, euenisse tempus, ſcripſimus veniſſe tempus. Sed ſua ipſorum conſcientia culpæ metu ad def.) 547. D. Hanc depranatam clauſulam ſic reſtituimus. Sed ſuus ipſorum ex conſcientia culpæ metus ad defendendam impigrè vrbem hortatur. Non libertas ſola agebatur.) Quis vnquam dixit libertas agitur, & non potius libertatis negotium agitur? Antiqua lectio: Non liberata ſola alebatur. Ex mendoſa ſcriptura ſynceram venabimur. Prima ſyllaba verbi alebatur, ſumpta eſt à fine præcedentis dictionis. At lebatur nihil ſignificat. quid ergo fuit? fuit lædebatur. Id à litera accedente factum eſt alledebatur, pro quo ſemidoctus ſcriba ſuppoſuit alebatur. Tu lege: Non libertas ſola lædebatur. Poſtea ſcripſimus, haud ſatis decoro prælio trepidarit, pro trepidaret. Veritúsne vanis tot conatibus ſuorum hoſtibus creſceret animus.) In exemplari Spirenſi duntaxat eſt, veritus ne vanis tot conatibus creſceret animus. Fortaſſe legendum eſt: Veritus ne vanis tot conatibus decreſceret animus, & ſegnior miles fieret. Sic benè haberet ſententia. Sibimet conandũ ad partem periculi capeſſendam eſſe.) Emendauimus, ac partem peric. c. eſſe. Lælius inſtat. Tum victa oppidanorũ vis, deiectisq{ue} propugnatoribus occupantur muri.) Antiqua lectio: Lælius inſtitit. Tum victa oppidanorum exercitui propugnatoribus occupantur muri. Mendoſus locus eſt. Caſtigator quum non poſſet ſe explicare, ſenſum vtcunque reddidit. Diu luctatus ſum cum depravato vocabulo, exercitui, priuſquam germanam, vt ſpero, lectionem deprehenderim, quam arbitror huiuſmodi fuiſſe: Tùm victa oppidanorum extrema vi, ab oppugnatoribus occupantur muri. Mox ſcripſimus, quæ inexpugnabilis videbatur. pro qua inexp. Scalis mœnia) Hæc duo verba quiſpiam inſeruit. Quaſi verò non benè dictum ſit, & Romanis ſubeuntibus, qua adire poterant. Nos ſummouimus. Quæ rupe prærupta tegebatur.) Legendum eſt qua rup. p. teg. Et infrà: Primi inſequenteis extrahentes. Et mox, Qui præ ſe irent, non qui prærirent. Item paulò poſt legendum videtur, prædæ memor. Non prædæ memor eſt. Nam id elegantius ſubauditur. Quod poſtea ſequitur ex diſsipata paſsim fuga, ac in veteri eſt, & diſsipata paſ. fug. poteris legere è vel ex diſsipata paſsim fuga. Terror{que} deinde, ac deſp.) 548. G. Scripſimus: Terror{que} inde ac deſperatio. Quod verò eſt infrà. Martius inde in barbaros. & vetus liber habet: Martius dein barbaros, vide num legendum ſit: Martius deinde in barbaros. Illic etiam, Munus{que} gladiatorum, & gladiatorum ſpectaculum legitur. Seruorum delectu ac libertorum.) Antiqua lectio, ſeruorum de cauſa ab liberorum. Dij boni quæ portenta hæc ſunt. Doctus aliquis qui olim Liuium caſtigauit, non diu ſeipſum torquens, pro de cauſa ſtatim ſcripſit, delectu, & pro ab liberorum, ac libertorum. Ego ſuſpicor ſcribendum, ſeruorum cenſu haud liberorum, qui (ſubaudi ſerui) venalem ſanguinem habent. Paulò poſt, prouocatiue, ſcripſimus prouocati{que} haud abnuerent. Pacti inter ſe.) Emendauimus, pacto inter ſe, vt victorem res ſequeretur, ferro decreuerũt. Sic ſuprà de Philippo Liuius: Et iam quum Eream veniſſet, audito, Machanidam fama aduentus ſui territum refugiſſe Lacedæmonem, Aegium ſe ad concilium Achæorum ſe recepit. Sic enim nos illic caſtigauimus, cùm antè legeretur, audit. Pacto, id eſt, cùm pepigiſsẽt, ſicut illic, audito, quum audiſſet. Hoc quum falleret eum qui locum emendauit, pro pacto, ſcripſit pacti. Alterius imperio ſubigeretur.) Repoſuimus ſubijceretur. Et mox: quod ab tanta rabie dirimi nequirent. Et infrà, in deditionem accipit. Quàm quod extra neceſsitates belli præc.) Mẽdoſam me hercule veterem lectionem, quàm quod neceſsitates bella (ſic enim in ſcripto codice legitur) reſtituere conatus doctus aliquis, ſcripſit, extra neceſsitates belli. Suſpicor legendum: Quàm quod vel ceſſante bello, præcipuum in Rom. gerebant odium. Paulò poſt ſcripſimus, pro & mercatores, aut mercatores. Et deinde pro interfecerunt, interfecerant. Neque erat vlla ſatis firma ſtatio oppoſita.) 549. C. In codice ſcripto, non eſt firma. Quod ſi ordines aduerbium ſatis cum participio oppoſita, benè habebit oratio. Paulò poſt, ad id ipſum emiſſa, legẽdum opinor, ad id emiſſa. Mox ſequitur, qui primus hoſti ſe obtulerat. Nos repoſuimus, qui primum ſe. Infrà, vt neminem cedere. In ſcripto volumine eſt, vt nem. cedere, ſuſpicor ſcribendum, vt non cedere. Paulò poſt vetuſtus liber habet, imbellem, inermem, ſine particula que. Quid autem ſi quis legat in fine, inijcerent, pro iniecerunt, vt tota ſententia cohæreat. Correpti alij flamma ſunt.) Exemplar Spirenſe tantùm habet correpti. vbi ſubauditur verbum ſunt, alij ambuſti adflatu vaporis. Mox inſeruimus duas dictiones quæ deerant, ab tergo. Quum receptus primis vrgente ab tergo ingenti turba non eſſet. Paulò poſt, quòd in ea vrbe eſſet, diſpunximus ablatiuum, vrbe. Et transfretum ex Africa ora, & ex.) 549. E. Antiqua lectio, Et transfretum Africæ ope & ex. Tu ſcribe, Et trans fretum Africæ oræ, & ex proximis Hiſpaniæ locis. Rati forent.) Legendum eſt, rati fore. Nam ſequentia cohærent, nec ſunt ſeparanda, quemadmodum in vulgatis editionibus factum videmus. Præterea non eſt in ſcripto codice: & ſignum ab eis petebant, ſed & tantùm ab eis petebant. Quia tamen infrà ſequitur: Signum ab ijs petitum eſt, probo vulgatam lectionem. Nec eſt in ordinem ibât, ſed ordine ibant. Sic autem integra ſententia legi debet: Forma tamen Romanorum caſtrorum conſtabat vna ea ſpe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principijs ſinebant, & ſignum ab eis petebant, & in ſtationes ac vigilias ordine ibant. Paulò poſt, ſcripſimus, C. Atrium Vmbrum, non Vmbrium. Et mox, delatum om. conſ. imperium eſt. Suis tergis ſuisq{ue} ceruicibus.) Particulam que, deleuimus. Sic enim hîc dixit Liuius: Suis tergis, ſuis ceruicibus, vt ſuprà. Turbam fœminarum puerorum{que} imbellem, inermem. Et ſubtrahentes ſe quoque.) 550. I. Archetypon Spirenſe habet, & ſubtranteſſe habet, quoque. Lego: Et ſubiraſcentes quoque. Nam ſequitur, vt credidiſſe potius temerè quàm finxiſſe rem talem, videri poſſent: quæ clauſula velut per parentheſin interiecta legi debet. Senſus eſt, & ſubiraſcebantur vt temerè credidiſſe, non finxiſſe viderentur. Non quòd ſe ſubduxerint. Hic locus hactenus nõ fuit intellectus. Quòd verò ſequitur, ſua ipſi inſignia, faſces intelligit & ſecures. Horrebant. Qui ab ipſo Scipione ſunt miſsi.) Caſtigauimus, Ab ipſo Scipione miſsi. Et mox, exaſperati animi, non animo. Quo ſcelus Iliturgitanũ extitiſſet.) Scripſimus Iliturgitanũ extitiſſet. De quo ſuprà habes. Mox, poſt duorum imperatorum duorum{que} exercituum ſtragem. In Spirenſi libro tãtùm eſt, poſt duorũmque exercituum ſtragem. Si non eſt illic aliquid omiſſum librarij incuria, fortaſsis legendum, poſt duorum quidem exercituum ſtragem. Præter vnum tutiſsimum à malis conſilijs receptum.) Non ſemper tutus eſt iſte à malis conſilijs receptus, dum ad Ducis clementiam confugitur. Nec adeò rebellibus iſtis militibus tutus fuit. Nam poſtea ſequitur, deligatos ad palum, virgis{que} cæſos, & ſecuri percuſſos fuiſſe ſeditionis authores. Itaque non lego præter vnum tutiſsimum, ſed præter vulgatiſsimum à malis conſilijs receptum. quod autem vulgatiſsimũ eſt, non eſt propterea tutiſsimum. Hinc illuſtratur elegantia Liuiana. Quid enim elegantius dici poteſt, quàm committere ſe tandem vel inſtæ iræ, vel clementiæ principis aut magiſtratus, vulgatiſsimũ eſſe à malis conſilijs receptum? In archetypo Spirenſi legitur, præter enim autiſsimũ. Mihi ſanè magis placet vulgatiſsimum, quàm vel notiſsimum, vel nouiſsimum, quæ duo tamen tolerari poſſent.

ſent.Sed lætitiam ingentem fecit.)551.D.Scripſimus: Sed lætitiam ingentẽ fecit.Et paulò pòſt,Sub ipſam profectionem, pro,ſub ipſa profectione.Et mox,corpora curant,non curẽt. Nam & hæc poſtrema clauſula à ſuperioribus pendet,quemadmodum nos diſtinximus.

Cuius ſimulabatur iter.)Legendum,cui ſimulabatur iter, id eſt,à quo.Deinde repoſuimus,concurrunt, pro concurrerunt.In tribunal conſcendit,pro aſcendit. Item, qualem ne in acie quidem,pro ne in aciem quidem. Fama mortis meæ non accepta ſolùm,ſed etiam expectata eſt.552.G.Antiqua lectio,ſpectata eſt. Expende num ſperata legi poſsit. Nam infrà ſequitur:Horret animus referre,quid crediderint homines, quid ſperauerint.Hoc nimirum eſt,quod hîc dicit,accepta & ſperata.Ita aut tranquillũ,aut procellæ in vobis ſunt, & cauſa atque origo.Locus hîc mirè vitiatus eſt,etiam in exemplari ſcripto.Variant in hoc tantùm editiones vulgatæ,quòd ad uerbium ita adiectum habent. Fide mihi lector hîc, non te decipiã. lege ſic & diſtingue:Sed multitudo omnis, ſicut natura maris per ſe immobilis eſt, vt venti & auræ cient, aut tranquilli aut procelloſi. Et cauſa in vobis atque origo omnis furoris penes authores eſt. Porrò genitiui tranquilli & procelloſi, referuntur ad maris, quod præcedit. Paulò pòſt ſcripſimus,ſub quibus militaſtis,pro militatis. Cuius imperium ablatum)Repoſuimus,quum imperium ablatũ. Nam ſequitur,quum eo ipſo non contenti.In foro Romano.)Scripſimus in foro Romæ.Et mox,Atrium Vmbrum. Nec eſt in ſcripto codice,ſed illi tamẽ. Verùm, ſed illi primum Atrium Vmbrũ. Et mox nec Samnitibus.Subintelligitur,cum,præcedẽs,quare nos eximimus.At mox inſeruimus particulam, &, & conſilia communicaſtis, & arma conſociaturi fuiſtis. Tuſcis veteribus cultoribus.) In volumine veteri tantùm eſt,Tuſcis veteribus.Inter prælegendum vocabulum cultoribus aliquis ſuperaddidit. Nec eſt illic, Sic tum Rhegium. Sed duntaxat,ſic Rhegium. Maioris certè omnes pretij.)Hic Scipio blanditur militibus, timens eos ſcilicet. Locus mendo non caret. Archetypon habet minoris certè omnes pretij. Porrò nihil dubito legendum hîc eſſe, Albius & Atrius, non Vmbrius,quemadmodum antè dixit: In prætorio tetenderunt,Albius & Atrius. Sunt enim propria nomina Albius & Atrius quæ conunguntur, Calenus & Vmber, cognomina. Ne iſtud Iuppiter Optimus Maximus ſinat.) 553. B. Germanam Liuij lectionem Archetypon Spirenſe continet:Ne iſtud Iuppiter Op.M.ſierit. Quam & nos in contextu reſtituimus, cum ob ſingularẽ elegãtiam,tùm ob vetuſtatũ. Nam ſi quippiã in tota oratione Scipionis verborum eſt,quib. ipſe fuerit vſus,fortaſsis hæc clauſula eſt quam vſurpauit alicunde Scipio.Liuius ex annalibus aut aliquo vetuſto ſcriptore retulit. Porrò dictum eſt iſtuc pro iſtud, & fierit pro fuerit à ſino. Craſſus aliquis id non intelligens,vertit in ſinat. Flaminio, Paulo Aemylio,Graccho.) Aemylio non eſt in veteri codice, quare & nos diſpunximus. Simplicia nomina ſunt: Flaminio,Paulo,Graccho.Mox ſcripſimus, tot tam claris imperatoribus pro præclaris.Meo vnius funere elata Reſp.eſſet.)Repoſuimus ad fidem exemplaris ſcripti:Meo vnius funere elata populi Romani eſſet Reſpublica? Tametſi illic mendosè elati pro elata legitur.Quid optauerint.)Hæc clauſula non eſt in libro vetuſto. Paulò poſt:Atrocemq; vobis viſam orationem meam,deleuimus meã,nam ſtatim ſequitur: dicta mea. Mox,& me quę feciſtis,ſcripſimus,& me ea quæ feciſtis.Item deinde,Et Atrius Vmber,non Vmbrius. Cùm ex præparato ſimul omnium terror oculis.)Mutilus locus hic erat. Nos repoſuimus,ſimul omnium rerum terror,oculis auribusq; eſt offuſus. Neque enim ſignificare vult Liuius omnium militum rebellium oculis terrorem offuſum: ſed ſimul omnium rerum terrorem obiectum, puta crepitũ gladiorum, vocem præconis citantis damnatos,ſontiũ nudata corpora,ac apparatum omnem ſupplicij ſimul expromptum, quemadmodum ipſe mox exponit. Gadeis ſine certamine per deditionem recipiendi.) 554. G. Archetypon habet, per ditionem. Nos repoſuimus proditione recipiendi, id eſt, per proditionem.Sequitur enim:Sed patefacta immatura proditio eſt. Et ſuprà ſic loquitur Liuius:Per eos ipſos dies, inquit, perfugæ à Gadibus venerunt pollicentes, vrbem Punicumque præſidium quod in ea eſſet, & imperatorem præſidij cum claſſe prodituros eſſe.Spem ad irritum redactam.) Antiqua lectio, Spem innum redacta.Lege,Spe in irritum redacta. Contractiſq́ue etiam quæ ante habuerant auxilijs.)555.A.Quid opus fuit hîc adjicere particulã etiam? Nos eraſimus. Scipio cum fide ſoluendis,pariter omnibus noxijs innoxijsq; ſtipendijs, vultu ac ſermone.)Hunc locum deprauatum ac mutilum ſic reſtituimus: Scipio cum fide ſoluendi pariter omnibus noxis innoxijſq́ue ſtipendij, tum vultu ac ſermone in omneis placato.Et quæ ſequuntur.Scipionum nomini auſpicijſq́ue.) Exemplar ſcriptum habet,nomini, auſpicijs,ſine que. Et ſic loqui ſolitum Liuium alibi indicauimus. Quod ad expeditionem attineat.)Scripſimus:Quod ad expeditionem eã attineat.Ad irritandam ferocitatem barbarorum.)555.D. Repoſuimus,feritatem. Quòd verò paulò pòſt ſequitur,deinde emiſsis leuibus telis, in ſcripto volumine eſt tantùm, deinde miſsis telis. Itaque ne pulſi viderentur.)Imò pulſi iam propemodum erant.Sic ineptit Liuius? Tu ſcribe,itaque ne perculſi viderentur. Et paulò pòſt, obliquo conſtituerunt colle, ôbliquo conſtiterunt colle. Equitem nec poſſe circumdare cornibus in tam a. ſ. & h. q. cum pedite eduxiſſet.) Hic locus mutilus ſic eſt reſtituendus:Equitem, nec ſe poſſe circundare cornibus in tam anguſto ſpatio,& hoſti quem cum pedite eduxiſſet,inutilem. Præter reliquam prædam.)Scripſimus, præter cæteram prædam. Nihil tutius in afflictis rebus.)556. H.Legendum:nihil tutius afflictis rebus,vt afflictis rebus da tiui ſint caſus. Quod ſi quis ablatiuos eſſe contenderit, ſubintelligetur in præpoſitio.

Mox ſcripſimus.)Sed caſtra Romana,dictione quoque deleta.Aut ſeruati bis vni debitã vitam.) Archetypon Spirenſe habet, aut ſeruatibus vni deuitam pro eo in p. deuoueant. Lego:Aut ſeruati bis vni debitum pro eo in p.Vt referatur ad ſpiritum. Erit enim nunc ſententia planior, Vt aut,ſi ita videatur,reddant ſpiritum Proconſuli Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut ſeruati, bis vni debitũ,pro eo in perpetuum deuoueat, ſubaudi ſpiritum. Caſtigator olim hîc ſe torſit. Nam quum non quadraret debitam fœminini generis,addidit vocabulum vitam.Et erat alioqui debitam ſcriptum,vt pro poſito, deuitam. Spem poſitam habere.) Emendauimus,ſpem repoſitam habere. Mox verò: Cùm quo nec fœdere, nec æquis legibus iungerẽtur amicitia. placet antiqua lectio,quæ habet,iungeretur amicitia.Et obſides accepti, armatq; adempta & præſidia.) Treis particulas connectentes hic ſummouimus,quibus non eſt vſus Liuius,vt indicat volumen ſcriptum. Illos quidem merito perijſſe ipſorum maleficio.)Fortaſsis etiam legi poſſet,illos quidem meritò perituros fuiſſe ipſorum maleficio. Paulò pòſt repoſuimus,ſe libera arma relinquere,pro,ſe liberè arma relinq. Atque eiuſdem dextra fidem ſancire.) Scripſimus, atque eius dextra f. ſancire.Et paulò pòſt: Ad hoc equitem. Item ad depopulandos prox.Hiſp.agros. Subſtituerat q; animo.)Antiqua lectio, ſubſtituerat atque animo. Tu ſcribe: Præſtiterat q; animo ſpeciem quoque corporis amplam ac magnificam. Velut renouatus flos iuuentæ faciebat.) 557. B.Archetypon ſcriptum habet:Velut renouatus iuuentæ faciebat. Conijcio ſcribendum,vel renouata iuuenta faciebat. Non ſine cauſa erectam ante vrbem ſtationem.)Caſtigauimus,electam. Hanc lectionem ſcripti codicis confirmaut ea quæ mox præcedunt. Ad duo millia armatorum inuentã.558.F.Narrat Liuius claſſem fugiſſe. & vnde nobis iſti bis mille armati qui poſtero die ſunt inuenti? Codex ſcriptus habet,armorum. Haud procul à Gadibus.) Scripſimus: Haud procul Gadibus. Et paulò pòſt, purgantibus ijs,ablatiuum ijs deleuimus,qui ſubintelligitur,aut ſimilis,puta.Gaditanis.Vbi notandum eſt inſeſtæ genitiui caſus eſſe, & referri ad præcedentem genitiuũ multitudinis.Duæ ſunt Baleares inſulæ.)558. G. Vocabulum inſulæ diſpunximus,nam mox antecedit:Pœnis in Baleares inſulas.Paulò pòſt ſcripſimus ceu ſebat,pro credebat.

Spondebant q; animi.) Legendum eſt deſpondebant animis,quemadmodum caſtigauimus. Semidoctus aliquis qui legerat, deſpondere animum, pro abijcere, mutauit hic deſpondebant,in ſpondebant. Deſpondebant animis, hoc eſt, conſtituebant,deſtinabant. Hoc verbo in hac ſignificantia Cicero quoque vtitur,quam alibi velut exponit, Quum, inquit,cui me præripere deſponſam iam & deſtinatam laudem valde eſt iniquum.Vt conſulatum inierunt.) 558. K. Nos,vt, particulam eraſimus. Sic enim conſtat lectio, P. Cornelius Scipio,& P.Licinius Craſſus conſulatum inierunt.Nominatæ conſulibus prouinciæ ſunt. Deleuimus & infrà,que,coniunctionem. Suſceptumq; quartum decimum annum tam p.geritis.Velut ad colligendas reliquias naufragij noſtri miſiſtis.Archetypon Spirenſe habet,velut ad conciliandas reliquias naufragij noſtri.Lege ad concinnandas reliquias naufragij noſtri.Quod vocabulũ hic mirè quadrat. Vtitur enim metaphora nauis fractæ,cuius partes concinnantur dum nauis inſtauratur.Eſt autem concinnare,aptè componere. Cæterùm an non reliquias Saguntinorum naufragij concinnarunt Romani,dum illis oppidum reſtituerunt, hoc eſt,reparârunt? Vulgata lectio ſatis ad ſenſum facit,ſi quis ad diſperſos ciues, opera Romanorum poſtea conquiſitos reſpiciat. Verùm quando me veſtigia ſcripturæ veteris huc duxerunt, non ſtudium nouitatis, vt putarem aliter legendum, volui id lectorem latere. Vt optabilem eam.) Pronomen eam,diſpunximus. Perdit enim ſententiam. Et infrà ſcripſimus,videmus,pro videmus. Mox,rurſum particula que,deleta,ſpẽ, opem,ſalutem noſtram. Neque enim,vt ſæpè diximus, coniunctionum amans eſt Liuius, quum illis nihil opus eſt. In Hiſpania atque in Italia geſsiſtis. Quid fuit opus alterum,in, addere? Nos expunximus. Quà terrarum vltimas finit Oceanus.)Hic ſe exercuit ſciolus aliquis.Liuius ſcripſit,quemadmodum atteſtatur archetypon Spirenſe: Quà terrarum vltimus finis Oceanus,Subauditur eſt. Quid enim clarius Liuij ſenſu, ſi ita legas: Vt Hiſpaniam non Ibero amne tenus,ſed quà terrarum vltimus finis Oceanus,domitam armis habeatis.O caſtigatorem. Neque aliter id fieri poſſe.) 560. F.Reſti-

tuimus, Neque id aliter finiri posse. Et mox exercitum transportasset, pro transportaret. Ibidem primoribus patrum cõscriptorum. In exemplari scripto tantùm est, primoribus patrum. Alteram dictionem aliquis adiecit. Non senatorem modò.) Dictionem modò quispiam hîc insulsit, putans ista verba, non senatorem, referri ad id quod mox præcedit, senatum ludibrio habet. quum respiciant verbum superius peccare. Consulem peccare arbitror, non senatorem, qui de quo consulitur l. f. dicit sententiam. Duarum rerum subeundam opinionem esse.) Liuius scripsit opinationẽ. pro hoc elegantissimo verbo doctulus aliquis suppositit, opinionem. Sic ad ulterantur optimorum authorum scripta. Infrà, ætas saltem liberet, scripsimus, liberat. Item, aut ad populum audiuit.

Egregiam istam palmam belli Punici peracti petis?) 561. A. Scripsimus patrati. Nam sic in vetusto codice legitur. Et habuimus paulò antè, Penes C. Luctatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit. Si alterutra victoria nobis consulibus relinquenda est.) Reposuimus, nouis consulibus. Siquidem scriba videtur b pro v posuisse. quod identidem facit. Intellige nouos consules, cõsules alterius anni, siue insequentium annorum. Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? Archetypon nostrum habet, quid periculi tandem. Et victor Annibal ire ad vrbem pergat.) In scripto volumine tãtùm est victor Annibal. Vt sit, Quid? si victor Annibal. Dies me deficiet.) Scripsimus deficiat, modo potentiali, hoc est, deficere posset. Et paulò pòst, at nobili, pro atque nobili. Quod procul externus metus est.) 561. E. Reposuimus, quia procul. Item: Et exercitum alienigenam. Et populi Rom. imperio euenerẽ.) Pro his verbis substituimus, ac reipublicæ in imperio euenere. Aduersa casibus incertis belli, & fortunæ legare.) Volumen antiquum habet relegare. Quid si legas: Aduersa casibus incertis belli, subaudi assignare, & ad fortunam relegare. Paulò pòst, 562. G. pro istic scripsimus hic. An hic tuo collegæq; exercitu coniuncto. Vbi genitiuum tui, pòst, collegæq; sustulimus. Iterum postea, pro, Quod consilium est? scripsimus: Quod istuc con. est. Item, ac graui militia fessum. Relinquere Italiam paras.) Vetus lectio, Tu cum Annibal in Italia sit, aliò paras. Suspicor scribendum: Tu cum Annibal in Italia sit, aliò properas. Hoc videretur mihi simplicius, quàm legere, aliò ire paras. Paulò pòst, duæ literæ P. C. non sunt in codice Spirensi. Ego, P. Cornelium Reipub. Haud satis purgata est.) Reposuimus, haud sanè purgata est. Et mox, tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit. Scripsimus, quoque. Nam est à quisque ablatiuus. Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit.) In Archetypo scripto non est pronomen illud. Et tamen est, animi sit. Nam nihil ambigo, scribendum, in minores, nõ in minoribus. quemadmodum etiam in editione Colonien si legitur. Nec est mox, inuiderimus, sed inuidebimus in libro scripto, & in fine est, non sit.

Si Africam traijcere velim.) Scripsimus, si in Africam traijcerem.

Quin ego minus in Africam.) 563. C. Emendauimus, qui ego minus in A. vt sit qui pro quomodo. Quot defecerunt post Cannensem pugnam.) Volumen scriptum non habet, quot. Elegantior erit oratio si omittatur, quod citra incommodum sensus fieri potest, hoc modo: Non sperauerat Annibal fore, vt tot in Italia populi ad se deficerẽt. Defecerũt post Cannensem pug. Habet autem maiorem vehementiam.

Carthaginenſi nihil ciuilis roboris est.) 563. E. Lego, Carthagine, hoc est, apud Carthaginem. Quorum ego fidei ita innitar, vt bene tutus à perfidia sim.) Archetypon scriptum habet, vt bene tutus perfidia sim. Hic semidoctus omnia bene habere putaret. Mihi locus est multum de mendo suspectus. Nam quando verbum imitar, futuri temporis est, Liuius non dixisset, vt bene tutus à perfidia sim, sed vt bene tutus à perfidia futurus sim. Quòd si scriptum esset: Quorum ego fidei ita innitor vt bene tutus à perfidia sim, nullus esset mihi scrupulus. Proinde quando à, præpositio non est in codice vetusto (quæ res nobis ansam cogitandi dedit) non dubito, quin ita fuerit scriptum à Liuio: Quorum ego fidei ita innitor, vt veriturus perfidiam sim. Quæ sententia cùm est arguta, tum mirè conueniens huic loco. Refellit enim Scipio quod à Q. Fabio dictum est suprà, An Syphaci, Numidisque, credis? Satis sit semel creditum. Non semper temeritas est felix. Et fraus fidem in paruis sibi præstruit. & quæ illic sequuntur, Quasi dicat Scipio: Non sum adeò stupidus, vt ita regibus Afris credam, quasi fallere me aut nolint, si queant, aut nequeant, si velint. Vnde paulò antè dixit, Afros Numidasq; leuissima fidei mutandæ ingenia, hoc est, ad fidem mutandam. Hic appello doctos qui Latinè callent, quos astipulaturos mihi nihil dubito. De sciolis non sum magnoperè solicitus. In castigationibus Plinianis expertus antè sum, quàm sint hebetes in iudicando, & planè quòd Græci dicunt, ὄνοι πρὸς λύραν. Non venit.) Reposuimus, Nõ veniat. Nondum enim sortiti erãt. Et dissuadet, ne veniat in sortem tam longinquæ prouinciæ, hoc est, Africæ, eò quòd sit Pontifex Maximus, cui sacrorum causa semper in Italia manẽdũ erat. Paulò pòst scripsimus, ne hoc credi, pro non hoc credi. Item toties Africam nostris exercitibus & class. oppugnatam, à, præpositione expuncta. Præterea certatur, pro certetur. Requiescat aliquando tandiu vexata Italia, vratur, euasteturq;. Lectionem scripti codicis secuti sumus: Requiescat aliquando vexata diu Italia, vratur populeturq;. Pro vltimo verbo quidam inseruerat, euasteturq; quòd putaret, populari passiuè non dici. Dicimus actiuè populo, cuius passiuum est populor. Dicimus & populor deponentaliter. Et x. pondo argenti facti.) 565. A. Lectio vetus: Et simulachra spoliorum ex mille pondo argenti facta. Neque magnopere tetendisset.) Videtur vsurpasse tetendisset, pro contendisset. Sic Maro:

Ille simul manibus tendit dissoluere nodos.

Paulò pòst, Lintea ad vela. Scripsimus, in vela. mox illic est Millium quadraginta summam, non quinquaginta. Item tritici centum viginti mil. mod. sine &. Præterea abietem in fabricandas naues, non abietes. Vmbriæ populi, & præter hos Nursini.) Antiqua lectio, Vmbriæ populi, Nurciniq;. Qui hũc locum mutauit, exposuit que coniunctionem, pro, id est, Et vitiatum locum putans quòd Nursini & Reatini non sint in Vmbria, sed in Sabinis, adiecit ipse dictiones istas, & præter hos. O errorem dignum qui magna cura fuerit vindicatus. Nos veterem lectionem reduximus. Infrà scripsimus, quàm ex syluis materia detracta erat, pro esset. Vbi cuique ex S. C. liceret habitare, ibi habitarent.) 565. D. Ex fide vetusti voluminis emendauimus: vbicunque ex S. C. liceret, habitarent. duobus verbis, habitare, & ibi sublatis. Quòd verò mox præcedit: & Cn. Seruilio prætori vrbis, in veteri codice est: P. R. vrbs. (debebat esse V R B.) mallem prætor vrbanus, quàm prætor vrbis. Non hîc solùm, sed & alijs apud Liuium locis. In stationem ad præsidium relictis.) Scripsimus, In statione. Et mox, eò traiecturum esse, expuximus aduerbium eò. Reposuimus etiam, montanos instituit oppugnare, quod instituit corruptè legitur in vulgatis editionibus. Sic de Macello Liuius libro septimo: Vestigijs institit sequi. Ea literis cognita Sp. Lucretij.) Verbum huius periodi non est accenderunt ceu vulgò legitur, sed accendit, in volumine scripto. Quare non ambigo scripsisse Liuium: Ea res literis cognita Sp. Lucretij, ne frustrà Asdrubale cum exercitu deleto biennio antè forent lætati, si par aliud inde bellum duce tantùm mutato oriretur, curam ingentem accendit patribus. Captiuos Carthaginem portantes, tradit.) Hîc participium captas defuit, quod nos inseruimus, portantes, captas tradit. Supræ morbum etiam fames afflixit.) Castigauimus: Super morbum, id est, præter morbum. Sic Suetonius in Othone, Instigante super animi dolorem, etiam magnitudine æris alieni. Idem in Domitiano: Super ingenij naturam, inopia rapax.

IN LIBRVM XXIX. ANNOTATIONES PER BEATVM RHENANVM.

FLORENTES ætate & virium robore inermes circa se habebat.) 566. I. Quia sequitur, ignorantes quem ad vsum neque centuriati, neque arma ti seruarẽtur: ausus est quispiam pro insignes, inermes supponere. Fuit in causa quòd verba perperam distinxisset, nimirum sic: Florentes ætate & virium robore, insignes circa se habebat. Nos verò sic legimus & distinguimus: Florentes ætate, & virium robore insignes circa se habebat, astipulante codice veteri. Paulò pòst scripsimus, arma equosq; ostenderunt, & particula disjuncta. Malle eos sibi tunc fateri.) 566. K. Reposuimus, malle eos sibi iam tunc fateri. Et mox, vtrũ vellet, pro velit. Conciente Ilergetes Indibili.) Vetus lectio, cõciẽte Ilergete Indibili, subauditur bellũ, quod præcedit. Itẽ Romani haberent, pro Romani habebant. Quod sequitur: Et inconditã inde turbam tyronum esse, sub mouimus dictionem inde. Et distinximus, nec in vicem his, aut illis. Ne gliscęret primo negligendo bellum.) Vide quantulum erratulum hîc totum sensum perturbet. Legendũ est: ne gliscęret, prima negligendo, bellum. Iuxta illud Nasonis, Principijs obsta. Cornu dextrum Ilergetes.) 568. F. Emẽdauimus, cornua. Sic ordina, cornua tenebãt, dextrum Ilergetes, læuum ignobiles Hispani populi. Equites per patentes in hostium aciẽ vias permittere equos iubeat.) Accusatiuus aciem lectori nebulam offundit. Docet vetustus codex esse scribendum acie, auferendi casu. Pro permittere verò, scribo immittere. Nam sequitur: Simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos clauserũt. Sic sententia clara euadet, quæ fuit obscurissima. Locata prona erat.) Quid opus fuit hîc addere vocabulum prona, quod non est in volumine scripto quum præcedat,

præcedat, cedenti d. legioni. Si enim cedebat, indigebat firmamento. Sic mox infulfiſſe videtur quiſpiá has dictiones, ex ſubſidijs. Neque enim ſunt in archetypo noſtro. Porrò, quia ſequitur: Ac ſubſidia quibus res poſtulabat locis inducentem, prælector aliquis inter exponendum legionem ducit, adiecit ex ſubſidijs. eam gloſſulam alius in contextum retulit: Ibidem ſcripſimus, venit, indicat, non venit, indicatq. Vbi in veteri libro mox legitur, Cornelium Seruium. Itaque omiſſa pugna equeſtri ad pedeſtrem Hiſpani deſcenderunt.) Antiquum volumen: Itaque commiſſa pugna equeſtri ad pedes Hiſpaniæ reſcenderunt. Reſtitue ſic germanam lectionem: Itaque omiſſa pugna equeſtri ad pedes Hiſpani equites deſcenderunt. Nõ diſcrepat ſenſus vulgatarum editionum, niſi quòd alia verba ſuppoſita ſunt. Cum equitibus ad pedes digreſsis.) Caſtigauimus, degreſſus. Degrediendi verbo Liuius in hoc libro nono rurſum vtitur, haud procul à calce. Cum quingentis, inquit, haud amplius peditibus, ducentisq; equitibus degreſſum iugis Maſaniſſam perſecutus. Cęterùm ad pedes, rurſum hic eſt, ſicut paulò antè: Ad pedes Hiſpani equites deſcenderunt, quemadmodũ nos legendum monuimus. Verſo marte.) Quis hic quicquam ſcrupuli habeat? Nemo eſt qui non putet hoc optimè dictum. At depraua ta ſcriptura archetypi Spirenſis, in quo legitur, verſos arte, ad eruendam germanam lectionem, anſam mihi præbuit. Scribo, verſa ſorte. Et arbitror primùm fuiſſe ſcriptum, verſas orte: deinde quum vocabulũ orte nihil videretur ſignificare, per tranſpoſitionem vocalium literarum a & o, verſos arte. Elegans & aperta ſententia erit: Tantum fortunam mutaſſe, vt qui modò ipſi exercitũ ante mœnia Romana habuiſſent, &c. ij verſa ſorte, Africæ populationes, & obſidionẽ Carthaginis viſuri forent. Pro tot cæſis exercitibus ſoboleſcentem.) 569. A. Mihi non diſplicet hic lectio voluminis ſcripti, ſuboleſcentem. ob propriam ac notam vim præpoſitionis, ſub. Iam regem Syphacem.) Emendauimus ad fidem archetypi ſcripti, Iam reges. Syphacem poſt colloquium cum Scipione alienatum, Maſaniſſam aperta defectione infeſtiſsimum hoſtem, &, particula ante accuſatiuũ Maſaniſſam expuncta. Similem hominem paulò ſuperius habuimus, Cornua dextrum ſiergetes, lævum ignobiles tenebant Hiſpani populi. Vbi quidam cornu ſcripſerat, ſicut hic regem pro reges.

Octingenti equites, & ſeptem elephanti.) 569. C. Lege, abſque &, connectente particula. Continenter, ſequitur: Ad hæc mag. pe. Vbi ſciendum eſt, quotieſcunque in vulgatis editionibus, ad hæc legitur, in veteri codice eſſe, Ad hoc ſicut & vrbem Romanam ferè ſemper, vbi vulgò ſcriptum eſt, vrbem Romam. Quod & hic mox ſequitur. Ad Lælium prædas ingentes ex ag.) Nos hic aliam induximus lectionem præſidio freti voluminis vetuſti. hanc videlicet: Hæc Carthagine parabant agitabantq́ue, quum ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præſagentem Maſaniſſa f. r. c. c. c. e. p. venit. Inter Albigaunos, Ligureſq; Alpinos Genuam acceſſerunt.) Exemplar ſcriptum. Inter Albigaunos Ligures Genuamq; acceſſerunt. Vt intelligas intermedio loco inter Albigaunos qui Liguriæ populi ſunt, & vrbem Genuam acceſſiſſe. Et ſequitur in ijs locis. Principio ab Numidis facto, & Brutijs nõ ſocietate magis Punica.) 570. G. Lectio vetus, principio Numidis non ſocietate magis Punica. Cæterùm principio hîc aduerbialiter accipitur. nam ſequitur, poſtremo. Quod non intellexit, qui facto participium cum præpoſitione ab infulſit. & quia in Brutijs res latrocinijs geri narrantur, præterea adiecit, & Brutijs. De hoc multum miror, cur pro ablatiuo promptis, ipſe ſuppoſuerit congruentibus. Nos totam ſententiã ſic diſtinximus, & caſtigauimus, pro, Quod latrocinijs ſcribentes, Quia Latrocinijs hoc modo: Quia latrocinijs magis quàm iuſto bello in Brutijs gerebantur res, principio Numidis nõ ſocietate magis Punica, quàm ſuopte ingenio promptis in eum morem, poſtremo Romani quoque milites, & quæ ſequuntur. Qui pulſi ab aduerſa factione quæ Annibali Locros tradiderat. Rhegyum ſe contulerant.) Hic rurſum alia verba quiſpiam inſeruit, quum ſcripſerit Liuius: Qui exulabant Rhegyi pulſi ab aduerſa factione, quæ Annibali Locros tradiderat. Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.) Exemplar vetuſtum, ad editã altitudinem. Poſtremo certiores, alijs excitantibus alios, iam pro ſe quiſque ad arma vocabat.) Sic caſtigauimus & ordinauimus. Poſtremo certior res, alijs excitantibus alios. Iamq; ad arma pro ſe quiſq; vocabat. Sed prope libenti videri poſſent.) 571. D. Verbum videri additum eſt præter authoritatem archetypi ſcripti. Nam auaritia ne ſacrorum q.) Scripſimus, Iam auaritia ne ſa. q. vt ſit initiũ nouæ ſententiæ. Item, pro quam aſportabant, extulerant. quam aſportauerant, extulerunt. Furorem iniecit.) Repoſuimus, furorem obiecit, iuxtà veterem ſcripturam. Paulò pòſt legi poteſt, quàm ipſe ab Rhegyo abduxerat. Sic enim eſt in codice ſcripto. Primo iurgium, deinde clamor quoq.) Hic aliquis ſe exercuit præter cauſam, quum Liuius indubiè ſcripſerit, quemadmodum eſt in codice vetere, & nos in contextu reſtituimus, iurgium inde, & clamor, pugna poſtremò orta. Militumq; implorabant auxilium.) Emendauimus, militumq; fidem implorabant. Quòd verò continenter ſequitur, repentè frequentes milites feroces, vocabulum frequentes, non eſt in archetypo Spirenſi, nec ſolet ita duo adiectiua cum vno ſubſtantiuo connectere Liuius. Ibidem mox fuſtulimus aduerbiũ quum. Legendum enim eſt, ſuffragante exemplari ſcripto: Velut aduerſus hoſtes ad arma conclamatum eſſet, concurrerunt. Scipio poſt paucos dies Locros aduectus.) Vetus lectio: Scipio poſt paucos dies Locros hexeri aduectus. Et qui antea per libidinẽ.) Scripſimus: Et quæ antea per libidinem atque au. Nec ſiſti potuiſſe.) Legẽdum eſt, nec ſubſiſti potuiſſe. Item paulò pòſt: Exercitum Q. Cæcilij, que particula diſpuncta.

Si matris Ideæ Peſimunte numen Romam aduectum foret.) Quia non ſtatim apparebat quid ſcripſiſſet Liuius ob depraua tam ſcripturam, iſta verba quidam in cõtextum inſcripſit. At nos ex veſtigijs veteris ſententiæ, germanam Liuij lectionem exculpſimus, nempe hanc: Si mater Idæa à Peſinunte Romã aduecta eſſet. Itaque quo maturius fatis omnibus oraculisq; portendentis ſeſe victoriæ compotes fierẽt, id cogitare, quæ ratio tranſportandę Romam deæ eſſet. Nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populus Romanus.) 572. K. Hic rurſum locus abundè doceat, quantum eruditi viri, prout tunc erat ſeculum, Franciſcus Petrarcha, Victorinus Feltrenſis & alij, quum in Liuij ſcriptis verſarentur, quoties nodoſior locus aliquis occurriſſet, ſibi licere putabant, vt ſenſum modò reſtituerent, non vt curarent de verbis. Sanè doctus fuit, quod negari non poteſt, qui hunc locum inſtauravit. Arbitror Laurentium Vallam fuiſſe, quem Thaddæus Vgoletus emendando Liuio operam impẽdiſſe ſcribit. Sed vt melior, ſic & laborioſior eſt caſtigatio, quà non ſolùm ſenſus, ſed & ipſa authoris verba reſtituuntur. Efficimus hic aliquid diligenter conſiderando locum, & veſtigia veteris ſcripturæ expendendo. Ea ſic habet: Itaque quo maturius factis omnibus oraculisq; portendæ Romam de e eſſet nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populum Romanum. Tu pro factis omnibus, ſcribe fauſtis omnibus, & pro portendæ Romam de e eſſet, portanda Romam dea eſſet, habebisq́ue germanum Liuij ſenſum Germanis redditum verbis. Itaq; quo maturius fauſtis omnibus oraculisq; portandę Romam dea eſſent, nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populus Romanus. Dixit autem Liuius nullas dum, pro nullas ad eum diem. Porrò nunc vides quantum peccarint, qui non modò tantam verborum congeriem de ſuo adiecerunt: ſed & pro quo, quoniam, & pro factis, quod fauſtis eſſe debebat, auſi ſunt ſcribere fatis. Et poſtremò, nullas dũ mutare in nullas tum, vt eſſet alterius ſententiæ principium. Præmiſſus ab legatis M. Valerius.) Legendum eſt: Remiſſus ab legatis M. Val. Nam ſequitur infrà, M. Valerius vnus ex legatis regreſſus. ſic enim ibi ſcribendum eſt, non prægreſſus, quemadmodum vulgatæ editiones habent Romano, cui vni fidebant, auxilio.) 573. C. Nos ſic ſcripſimus, deſertos ab Romanis, cui vni fidebãt auxilio. Partlienoſq;.) Et hic & infrà reposuimus Parthinos. Sic. n. Plinius appellat, & Strabo. Cęterùm Parthinos inter Liburniq; populos Plinius recẽſet. Itẽ ſcripſimus, Dimallumq; oppugnari. Cum Romanis quoq.) Et, particulam adiecimus, Et cum Romanis quoq. Pro ſi minus, ſubſtituimus ſin minus. Item, Neq; enim ipſius, ne, particulam negatiuam inſeruimus: Neque enim ne ipſius quidem regis abhorrebat animus. Mox Derda legitur in exemplari ſcripto, non Darda. Hæc conſcripta modo conſignataq́ue.) Miror quiſnam dictionem modo hic inſulſerit. Non enim eſt in codice ſcripto. Quia auerſo in Africam bello.) Legendum eſt, quia verſo in Africam bello. Paulò pòſt adiecimus literam prænominis. P. Sempronius pace facta. Quod verò ſequitur: deceſſit ſubaudi, ex Macedonia.

P. Scipioni proconſuli.) Exemplar vetus, Proconſuli Scipioni cum eo ex. Video ſcribendum tãtùm: P. Scipioni, non, P. Scipioni proconſuli. Nam Librarius vbicunq; P. literam reperit, ſcripſit proconſulem, id quod alibi etiam indicauimus. Nec eſt mox, cumq; ea claſſe, ſed tantum, cum ea claſſe. Et rurſum, vt Brutios duabus legionibus obtineret. De Hiſpaniæ imperio, quod in eam prouinciam.) 574. H. Scripſimus quos in eam prouinciam duos proconſ. mitti placeret. Et faciem ſtellæ ſepties ab ortu Solis.) Legendum, Et faciem Setiæ ab ortus Solis in occidentem porrigi viſam. Eſt autem Setia Volſcorum oppidum, quod hîc additum eſt, ſicut mox Tarracinæ, Anagniæ, & Lanuuij. Porrò cum Setiæ vocabulum putaretur mendum eſſe, pro illo ſuppoſuit alius ſtellæ, alius, ſepties aduerbium. M. Valerius vnus ex legatis prægreſſus.) Antè docuimus hîc legendum: Regreſſus, cum moneremus ſcribendum, remiſſus pro pręmiſſus. Veram certè victoriam eius rei ſibi quiſq; mallet, quàm vlla imperia.) Hæc oratio tametſi integra, valdè mihi tamen eſt de mendo ſuſpecta. Nam germanam Liuij lectionem non videtur mihi reſtituiſſe, quiſquis deprauatum in ſcripto codice locum caſtigare eſt conatus. Legitur illic: Veram certè victoriã eius rei ſibi quiſquam vlla imperia. Nec eſt ibi verbũ mallet, quod certè eruditus aliquis infulſit, ſubuenire volens corruptæ & mutilæ ſententiæ. Ego diligentius inſpectis vitiatis ſcripturæ veſtigijs, nõ dubito quin ſic ſcripſerit Liuius, Veram certè victo-

riam eius rei cupias, quàm vlla imperia, honorésue suffragio seu patrum, seu plebis delatos. Subauditur autẽ in verbo cupias aduerbium potius vel magis. Qui loquendi modus oppidò quàm elegans à Græcis sumptus est, apud quos huiusmodi eclipticas orationes frequentius reperias. Qualis est illa βέλω τύχης σαλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. Patres cõscripti P. Scipionem. Non sunt in libro scripto duæ istę dictiones, aut duę saltem literę earum loco P. C. Sicut traditum à proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus.) Archetypon Spirense, sicut proditum memoriæ à proximis temporum illorum scriptoribus, Libens posteris tradiderim, ita meas opiniones coniectando rem vetustate obrutam, non interponã. Neq; suum delectum.) 575. E. Lego, delictum. Nam præcedit: Nihil sequare perire meritò deberẽt admisisse. Sed si pereundum etiam foret. Quia verò hic de delectu agitur, facilis lapsus fuit. Tam atroces atque indignas iniurias.) 576. G. Duæ istæ voces, atque indignas non sunt in exemplari scripto. Paulò pòst, quiq; omnium nob. nec illic est quiqúe. Fortasse sic legendum, qui Locros recepit, omnium nobis retẽtè perperamqúe factorum testis, subauditur existens, agatur. Posset etiam legi, vt coram P. Scipione. o. n. r. p. factorum teste. Multa fœda & indigna à præfecto prælidij Amilcare.) Castigauimus: Multa fœda, indigna, & à præfecto præsidij Amil. & ab Numidis Afrisqúe passos esse. In discrimine est nunc humanum genus.) Deerat dictio omne, humanum omne genus. Paulò pòst scripsimus, cum maximè, pro quàm maximè. Nã hoc aduerbio ἐχρῆτο Liuius vtitur, ceu alibi quoq; monuimus. Ad recipiendos à Carthaginiẽsibus Locros.) Antiqua lectio, ad recuperãdos à Carthagin. Locros. Eam & nos secuti sumus. Paulò pòst, præter habitum vestitumq;, & sonũ Latinæ ling. quia vocabulum vestitumq; non est in veteri codice, & nos submouimus. Submouimus & que particulam, quam accusatiuo libidinem quispiam adnexuerat. Constuprant matronas, fiunt in virgines ingenuas raptus ex cõplexu parentum puerosq;.) 576. K. Hîc mirè quispiam fuit occupatus in mutandis Liuij verbis. Nos veterem & proinde synceram lectionẽ ex veteri volumine restituimus, in hunc modum: Constuprant matronas, virgines, ingenuos raptos ex complexu parẽtum, quotidie capitur vrbs nostra. Porrò qui mutauit, videtur legisse raptus pro raptos. Hinc retexẽda fuit illi tota oratio. Miretur qui sciat.) Antiqua lectio: Miretur qui nesciat. Nec quicquam incõmodi habet sermo. Libidinis ac auaritię superesse, quod in eorum vllo qui pati potuerint.) Scripsimus libidinis, auaritiæ superesse, quod in vllo qui pati potuerit. Et mox, exitiabilis tyrãnus, pro exitialis. Et rursum cũ maximè, pro quàm maximè. Itẽ, & coniuges edidit, pro cõiuges q; edidit. Vbi statim sequitur in scripto codice: & soluere rempublicam vestram religione, non exoluere. Qua tandem clade edoctus, tandem deos esse superbissimus agnouit rex, pecuniamq; omnem conquisitam.) Infeliciter instauratus locus est. Archetypon Spirense sic habet: Qua tanta clade edoctus, tandem deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem inquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit. Nec erat opus hîc conquisitam scribere, propterea quòd infrà legatur: Pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinæ sublata esset, conquiri. Sanè nimis multa passim sunt in Liuio mutata, dum ex præcedentibus sequentia, aut ex sequentibus vicissim præcedentia castigantur. Quasi verò idem semper eodem modo lit dicendum. Dein verberibus affectos, seruilibusqúe omnibus supplicijs trucidatos cruciando occidit.) 577. E. Iuxta fidem manuscripti codicis reposuimus. Dein verberatos, seruilibusq; omnibus supplicijs cruciando occidit. Ego tamẽ malim, seruilibus omnibus supplicijs sine que. Nisi quis velit legere cruciatos. De absente, in dicta causa.) Inseruimus duobus locis particulam, vt: vt de absente, vt in dicta causa. Paulò pòst, pro post paucos dies scripsimus, intra paucos dies. Item, è templo, pro ex templo. Q. Fabius natum eum.) Accusatiuũ eum deleuimus. Et mox reposuimus per seditionem militũ, pro, seditione militum. Item, sententiam deinde æquè trucé, sustulimus æquè. Quòd sequitur: Quæ Locrenses quererentur, & in scripto codice est, fererent, cogitándum an scribendum sit, assererent. Mox pro decessisset, suppositum decesse rit. nam archetypon habet decesit, mendosè. Et deleuimus pronomen eas, Eas neque senatum.

Et sacrum piaculare fieri, ita) 578. H. Has quinque voces hic temerè insertas quod infrà sequatur: Ac piaculare sacrum secerũt, nos distinximus. Est enim etiam sine istis incolumis sententia. Scripsimusq;, aperti, violati essent, pro, violatiq; essent. Et aduersus Scipionem.) Hæ tres dictiones præter autoritatem scripti codicis sunt insultæ. Nam quanto magis principum orationibus lacerabatur Scipio, tanto magis aliorum studia sunt in illum accensa. Hoc vult dicere Liuius. Paulò pòst, crepidisqúe inambulare in gymnasio, libellis etiam eum, deleuimus etiam accusatiuum eum. Qui de cæteris maximè assensus.) Legendum est: Maximo assensus. Intelligit Q. Fabium Maximum. Ducemq; recepta ab hostibus Hispania.) Hanc periodum totam aliter distinximus, transpositá clausula in suum locum reducta, hoc modo: Qui enim conuenire, quem modò ciuitas iuuenem admodum, vnum recuperãdæ Hispaniæ delegerit ducem: quem receptam ab hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finẽ creauerit consulem: spe destinauerit Hannibalem ex Italia retracturum, Africam subacturum, eumq; repente tanquam Q. Pleminium, indicta causa, prope damnatum ex prouincia reuocari? Porrò neminem hîc offendat quod scripsimus, retracturum (sîc enim est in codice scripto) quum infrà alio loco legatur, ex Italia detracturum. Neq; enim, vt antè monuimus, ijsdem semper vocabulis vtitur Liuius. Vt compararent inter se.) Emendauimus: Aut compararent inter se, subauditur, vt. Tum vocatos ad concionem.) Antiqua lectio, in cõcionem. Paulò pòst, Sine omni mora, deleuimus dictionem omni. Si quis Pleminium aliúmue accusare vellet.) 579. D. Scripsimus, Si qui Pleminium aliúmue quem ac. vel. Est si qui, pro, si quis. Item postea, quàm inimicum malint esset. Et alios triginta homines.) Reposuimus, & ad duos & triginta homines. Item comperta oculis perferrent Romam, pro, referrent. Et sese parauit, pro, sẽ præparauit. Præterea terrestrem naualemq; exercitus, pro, terrestres nauales q; exercitus. Traijcere, & spei conceptæ.) 580. F. Lego, traijceret, & spei. c. q. d. i. o. c. p. c. d. p. q. t. compotem populum Romanum faceret, subaudi, vt. Molliebantur irę.) Scripsimus, molliebatur ira. Item, pro memoriaq; absentis Scipionis facilius eos ad vulgum conciliabat. mortuus est tamen prius in vinculis, quàm iudicium de eo populi perficeretur, ita nos reposuimus: Memoriaq; absentis Scipionis fauorem ad vulgum conciliabat. mortuus tamen prius in vinculis est, quàm iudicium de eo perficeretur. In veteri codice Faborem legitur, b pro v posito, pro hoc vocabulo quidam duas dictiones, facilius eos, introseruit. Sequitur postea, & tribuni classem eam. nos deleuimus accusatiuum, eam. Ipse legeret.) Castigauimus, eligeret. Et mox: Dum hæc apud Romanos geruntur. Item, ad eam rem confirmandam, pro consummandam. Et, Iam enim nubilis erat virgo, &, particula dispuncta. Præterea, initæ regi societatis, hoc est, à rege. quod prius erat regiæ. Ibi mox legitur in voluumine veteri, paruulum vinculum. Auertit à vero falsis elicitas præoccupando mentes hominum.) 581. B. Quid hîc facit participium elicitas? Impedit sensum, non illustrat. Non est in Archetypo Spirensi. Proinde & nos induximus. Paulò pòst, & regno suo posset consulere, scripsimus, ac regno posset consulere. Item postea, quas legiones potissimùm quantum militum numerum, & coniunctione expuncta. Item circum oram maritimam misit.) Accusatiuus omnem deerat, quem nos inseruimus. Item, circum oram omnem maritimam misit. Quod verò inferius aliquanto sequitur: sed in vrbibus etiam oppugnãdis, submouimus prepositionem, in. Non paruo numero inter authores discrepat.) Antiqua lectio: Non par numero inter authores discrepat. Lego: Non pari numero, inter authores discrepat. Hoc est, eo quod numerus apud illos par non sit. Ibidem mox legitur in veteri libro, sedecim millia. non quindecim millia. Alibi parum plus dimidio rem auctam.) 581. E. Emendauimus, Alibi parte plus dimidia rem auctam. Mox, poni malim, pro malui. Et paulò pòst, nauibus ante conscendere coactos continuit. Vbi prius legebatur: In naues ante con. c. continuit. Item, M. Pomponio cura data, non, curam dat. Vbi mox in antiquo volumine legitur, triginta quinque dierum. Et tamen sequitur: aquam dierum quadraginta quinque in nauibus esse. Expunximus illic accusatiuum necessariam, nam archetypon Spirense sic habet: Si aquam hominibus, iumentisq; in totidem dies, quot frumentum, imposuisset, hoc est, in vsum hominum iumentorumq;, siue pro hominibus iumentisq;. Eoq; abundans omni copia rerum est regio.) Scripsimus, omnium copia rerum. Et mox, priusq;, pro, prius quoque. Quanquam si magnitudine classis æstimaretur. Emendauimus: Quanquam si magnitudine classes æstimares. Sic autem legendum docent sequentia. Ingentis ad incrementa gloriæ.) Reposuimus ingenti, sicq; distinximus, partim suapte fortuna quadam ingenti, ad incrementa gloriæ celebratus. Paulò pòst, in portum, castigauimus, pro in portu. Quæ ad prosequendum Scipionem.) Restituimus hîc particulam, &, quæ deerat, Quæ & ad proseq. Scip. Ad hoc legiones.) In exemplari vetusto plerunq; legitur, Ad hoc, quod in vulgatis editioni bus est, Ad hæc. Hic non fuisse mutatum à castigatoribus equidem miror. Dij deæq;, inquit, maria terrasq; qui colitis.) 582. I. Vetus lectio: Diui diuæq;, inquit. Diuos perpetuos esse Varro tradit, qui propter sui execrationem timentur, vt sunt dij Manes. Diuos pro dijs reperias & apud Plautum. Nec est mox in scripto codice, maria terrasq; qui colitis, sed qui maria terrasq; colitis. Vti quæ in meo imperio gesta sunt.) Dictionem, vti, nescio quis hic insulsit, quæ elegantius subauditur. Porrò non habet antiquum volumen, gesta sunt, verùm, acta sunt. Item, mihi, populo, plebiq; Romanæ, non mihi populoq;, & plebi Ro. Bene vertant.) Exemplar Spirense expressè hîc habet, bene verruncent. quod tamen illic geminatum legitur errore librarij. Cæterùm veteres verruncare pro vertere vsurpasse docet verbum auerrũcare, quod auertere significat, quemadmodum annotauit Nonius Marcellus. Nihil igitur opus erat hîc pro bene verruncent, scribere,

bene

bene vertant, quãdo hæc tota Scipionis precatio vetuſtatem ipſam refert. Præda onuſtos.)Hæ duæ dictiones non ſunt in codice Spirẽſi. Quod verò ſequitur, mecum domos reduces ſiſtatis, expẽdendum num legi debeat, domo. Vti mos eſt in mare porricit.)Antiqua lectio: Vti mos,in mare proiecit. Et ſequitur verbum præteriti temporis,ſignum dedit. Mox ſcripſimus, celeriter conſpectu terræ ablati ſunt, è præpoſitione expuncta.ſtatim ſequitur in exemplari ſcripto: Et à meridie nebula occœpit,non occœperat.Haud ita multò pòſt T.Poſt humius gubernator.) Archetypon noſtrum habet tantùm, haud ita multò pòſt gubernator Scipioni ait. Proinde apparet præpoſitionem poſt,dediſſe occaſionem,vt aliquis inſulciret gubernatoris nomen T.Poſthumius. Et vento eodem ferebantur.) Caſtigauimus : Vento eodem ferebantur, particula, &, deleta, quam debemus finali ſyllabæ verbi præcedentis,iubet. Inde ægrè correptum curſum.)In antiquo volumine legitur,inde ægrè correctum curſum. Aberrarant enim.qui error non citra difficultatem correctus eſt & emendatus. Quibus deſcenſiones in agros marit.factæ erant.)583. C.Archetypon quod penes nos eſt,exſcenſiones habet. quod etiam alibi in eodem codicẽ ſcripto lectitatur. Octo millia liberorum capitum ſeruorumq́.)Genitiuus capitum à quopiam inſertus eſt.Nam in ſcripto volumine tantùm eſt:Octo millia liberorum ſeruorumq́. Cæterùm cum magis iure gentis, quàm authoritate inter ſuos, aut viribus obtineret regnum.)Sic caſtigauimus ſecuti fidem manuſcripti codicis: Cæterùm quum magis iure gentis, authoritate inter ſuos, quàm viribus obtineret regnum. Senſus eſt : Obtinerat illi inter ſuos authoritas,ea magis quàm viribus obtinebat. Vrbem Maſaniſſa primo impe.capit.)584.H.Addidimus particulam,&, duobus locis: Et vrbem Maſaniſſa primo impetu capit,& ex regijs alios tr.ſe recepit. Deinde ſcripſimus,quo primum intenderant iter, pro, primo intenderat iter. Item, & incitabãt iuuenem.Nam & ipſe cum exercitu.) Repoſuimus, Nam & ipſe eum exercitum, quo Capuſam vicerat, & ex receptis poſt cædem regis aliquot habebat. Item tantum peditum equitumq́ habens. Quia ſibi aduerſus Syphacem.) Emendauimus, Quia ſibi cum Syphace. Deinde deleuimus pronomen,eum,futurum eum in eodem honore. Quod verò ſequitur ibi, quo apud Galam & Deſalcem quõdam fuiſſet,ingẽs erratum eſt.Scribẽdum:Quo apud Galã & Deſalces quondã fuiſſet. In mediũ regnum eundẽ,aut ſine certamine conceſſuros in ditionem.) 585. A. Antiqua lectio: In medium regni eũdum.Itẽ mox,perſecuti ſunt regem. Pluresq́ quàm iuſtò ſæpè in prælio.)Scribi debet,in bello. Nam prælium ipſam pugnam & hoſtium congreſſionem ſignificat.Mox ſcripſimus,Carthaginienſium,pro Carthaginienſes. Et alioqui ſtatim ſequitur Carthaginienſes. Deinde repoſuimus, præmiorumq́ ingentium ſpe.pro,ingenti ſpe.Poſtremò pronomen is deleuimus. Nam in fine poſitum eſt verbum, à quo totus circunductus pendet. Bochar ex præf.reg.& cæteracõpellit. Sed copijs etiam aliquanto maioribus.) Inſeruimus particulam,vt, Vt aliquanto maioribus. Sequentibus ſeſe abripuit.)Scripſimus,ſequentibus ſe eripuit. Et mox,ita circumdedit,pro,circumuenit. Item,Omnes ad vnum interfecerit. Inter virgulta vlterioris ripæ emerſerunt.)Legi debet, cum eo virgulta interioris ripæ tenuerunt. Dij boni quid fingi poteſt impudentius illis, qui vlterioris ſubdiderunt, pro, interioris:pro,tenuerunt, emerſerunt. Deinde quo cohærerent verba potius quàm ſenſus, adiecerunt præpoſitionem inter. Paulò pòſt, redit ſcripſimus,pro redijt. Patiq́ poſſe eſt viſa iactationem.) Ad fidem manuſcripti codicis caſtigauimus: Patiq́ poſſe viſus iactationem, vt de ipſo Maſaniſſa intelligas,non de cicatrice. Haud plus XL.equitibus collectis.) 586.F. Archetypon Spirenſe habet: Haud plus triginta equitibus coniectis. Habet deinde, Atque non in poſſeſſione modò. Inde irritato ad bellum Syphace.) Vocabulum inde,non eſt in volumine ſcripto. Mox repoſuimus, in iugis opportuniorum ad omnia montium. Maiorem igitur eam rem iam Syphax rex ratus, quàm vt per præfectum ageret.) Duas dictiones iam & rex deleuimus, & præfectum mutauimus in præfectos.Sic enim in antiquo codice legitur. Imperat,vt circunducto agmine in ſe intentum hoſtem ab tergo inuadat.) Locus eſt corruptus & licenter mutatus, quum nihil opus eſſet.Inſeruimus pronomen illum quod deerat,& ex fide Spirenſis exemplaris ſic caſtigauimus: Illum circunducto agmine in ſe intentum hoſtem ab tergo inuadere iubet. Mox expunximus accuſatiuum eum,ex occulto aggreſſurus eum erat. Syphax autem interdiu.) Vetus lectio: Syphax tum interdiu. Deleuimus paulò pòſt aduerbium primò. Vbi primò tempus viſum eſt. & pro leui cliuo ſcripſimus, leni cliuo. Itẽ pro tum multitudine,cum multitudine. Itaque cæteri peditesq́ equitesq́ cæſi aut capti.) Scripſimus: Itaque cæteri equites peditesq́ cæſi. ſublata poſtrema clauſula,aut capti. Fides ſit penes archetypon Spirenſe. Altera pertinacior in repugnando.)Vocabulum altera non eſt in codice veteri. Stat verò ſenſus eleganter ſine illo. Duæ turmæ hæſere. altera metu dedita hoſti pertinacior in repugnando telis obruta & confixa eſt. Vbi ſubauditur altera. Porrò magis placet vt legatur telis obruta, quàm cæteris obruta, quod in ſcripto codice eſt cæteris obruta. nam ſequitur,& cõfixa eſt. In alia atque alia flectendo itinera ludens.) Emendauimus, eludens. Et mox,abſiſtere à ſequendo, deleuimus à præpoſitionem, quæ ſubintelligitur. Ipſe cum LXX.equitibus.)Antiqua lectio,Ipſe cum decem equitibus.Cederet paulatim.)586.K.Scripſimus, cedere paulatim,ſubauditur ſupetius verbum,iubet.Deinde qui peropportunè circa viæ flexus ſuppoſiti erant, ſic repoſuimus : Qui peropportunè circa viæ flexus oppoſiti erant. Cum timoris ſimulati ſpecie audaciam hoſti faceret.) Lectio vetus, cum timoris ſimulati audaciam h. f. Ego non dubito quin Liuius ſcripſerit:Quum timore ſimulato audaciam hoſti faceret.Hannoni Afriſq́ pugnando ac ſequendo feſſis ſe.) Sic emendauimus & diſtinximus:Et recentibus equis (Hannonæ Afriſq́ pugnando ac ſequendo feſſis)ſe circumfudere. Quòd verò ſequitur,qui primi agminis fuerãt. etiã legi poſſet, qui priores agminis fuerant. Nam codex ſcriptus habet, qui prius agminis fuerãt. Quibus haud facilis receptus fuerit.) Deerat hic vt particula, quam de poſtliminio reduximus in contextum.Vt quibus haud facilis receptus fuit. Paulò pòſt, inter eos ſatis conſtabant, ſcripſimus conſtabat. Id quod in editione Romana,& ea quam Colonia Agrippina dedit rectè legitur. Ad prædam alteram repetendam ſeſe veniſſe.) Accuſatiuus repetendam non eſt in volumine ſcripto. Subauditur,is aut ſimilis potius,puta vehẽdam. Nam præceſſit,quæ prædam in Siciliam vexerant. Prout cuiuſque opera fuerat: Antiqua lectio: Quorum opera fuerant. Quid ſi legas quorum opera fuſi erant? Simul & terreſtris exercitus ad imminentem propè ipſis mœnibus tumulum eſt admotus.) 587. D. Caſtigauimus, ab imminente propè ipſis mœnibus tumulo eſt admotus. Siquidem huiuſmodi lectionem habet exemplar vetus. Et quid opus fuit mutare quod eſt elegantiſsimè dictum? Non intellexit virtutem præpoſitionis ab, quiſquis is fuit qui id auſus eſt. Eadem temeritate mox, &, particula verſa fuit in etiam, Machinasque etiam aduexeret ſecum,quum Liuius ſcripſerit (ſic enim ſolet) Machinasq́ & aduexerat ſecum, & ex Sicilia cum commeatu miſſæ erant. Paulò pòſt, tria equitum confeciſſet, in veteri volumine eſt, effeciſſet. Abſcederet inde irrito cœpto,quando codex Spirenſis habet, abſcederet inderito incœpto. Etenim hyems inſtabat caſtra hyberna.) Sic emendauimus & diſtinximus: Et (iam enim hyems inſtabat) caſtra hyberna,&c. communit. Mox & naualium caſtra amplectitur, exemplar vetuſtum habet, & naualia caſtra.In littus ad Septentrionem verſum ſubd. naues.) Hic locus miſerè ſuit interpollatus addita præpoſitione in, propterea quòd librarius in fine dictionum equitatus omiſiſſet. Nos id vocabuli repoſuimus,in, præpoſitione ſubmota, & verbis ſic diſtinctis : Littus ad Septentrionem verſum ſubductæ naues nauales q́ ſocij tenebant, meridialem vallẽ, ad alterius littus deuexam,equitatus,ſubaudi,tenebat. Comparari,aut mitti poſſet.)Caſtigauimus,comp.ac mitti poſſet: Item XII.millia tunicarum miſſa,&, particula deleta. In agro Crotonẽſi.)Debet eſſe,in agro Crotonienſi. Paulò minus trecenti viri capti,& equi XL.)Lectio vetus,Paulò minus trecẽti viui capti,equi quadraginta.Mox ſcripſim°: Annibal Crotonẽ exercitũ abduxit.Princeps iterũ delectus Q.Fabius Maximus.)588.I.Repoſuimus,lectus ,p delectus. Cenſa cũ ijs CCXV. millia hominum.) Exemplar vetus: Cenſa cum ijs ducenti ſexaginta quinque millia hominum:Legendum ducenta.

IN LIBRVM XXX. ANNOTATIONES

PER BEATVM RHENANVM.

VTER Hetruriam ac Liguriã prouinciã haberet.)590.F.Scripſimus,ac Ligures. Et ſequitur mox, in Hetruria ac Liguribus decretum. Et ad populum ſuadendi ac diſſuadendi locus eſſet.)In codice manuſcripto nõ eſt gerundium diſſuadendi, ſed tãtùm, & apud populum ſuadendi locus eſſet. Nec erat opus illud hîc addere. Nam ſuadet etiã qui diſſuadet. Quod in Brutijs prouincia.)Exemplar vetus mẽdoſam hîc lectionẽ continet, nempe hanc: Cuĩ in Brutijs prouincia eidem in Etru.ac Liguribus decreta. Opinor ſcriptũ fuiſſe: Quæ in Brutijs prouincia eadem in Hetruria ac Liguribus decreta. Et Lucretio prorogatum imperium eſt,vt Genuã. In codice ſcripto ſic legitur, Et Lucretio prorogatum imperiũ,Genuã oppidum à Magone P.d.exædificaret. Sine particula,vt. Similis locutio mox fœcſit,M.Cornelius nouæ cõſuli tradere exercitum iuſſus, ipſe prorogato

imperio Galliam prouinciam obtineret. Quod poſtremum verbum ineptè quiſpiam mutarat in obtinere. Quod roboris ea prouincia habuerat.) Non eſt in archetypo noſtro hæc clauſula, nec vſque adeò neceſſaria. Stat enim ſenſus ijs verbis: Et quia ne qua claſsis ex Africa traijceret, & cætera. Amplexus eſt.)596. K. Suſtulimus verbũ eſt, quemadmodũ mox præpoſitionem in. Campeſtri agro, pro campeſtri in agro. Item rum expunximus verbum eſt, ſicut antè dictum. Armaq́e & omne genus com.) Caſtigauimus ex veteri libro: & arma etiã ex Sicilia, & omne genus commeatus eò portabantur. Item mox, ex animo miſerat, ſcripſimus dimiſerat. Spes vlla deſiturum afferebatur.) Legendum eſt deſciturum, à verbo deſciſco. Loquitur de Carthaginienſibus relinquendis, cum quibus aduerſus Romanos fœdus inierat Syphax. Ab hoc fœdere modica ſpes erat futurum vt ille deſciſceret deficeretq́e. Hoc planius faciunt ea, quæ ſequuntur, & aſtipulatur codex vetuſtus. Mox ſcripſimus Antias Valerius, ſecuti videlicet fidem lectionis veteris. Quod elegantiæ cauſã Liuius vſurpauit. Poſtea aut cauſa probabilis viſa commeandi foret in caſtra hoſtium.) Cum lectione vulgata conſentit exemplar ſcriptum, niſi quòd poſteà aduerbium quiſpiam hîc inſulſit. Cæterùm auſim affirmare ego, pro participio viſa, legendum ſuis, hoc modo: Primò has conditiones imperator Romanus vix auribus admiſit. Vt cauſa probabilis ſuis commeandi foret in caſtra hoſtium, mollius eadem illa abnuere. Miſit enim exploratores in hoſtium caſtra Scipio per occaſionem colloquij, qui ſingula ſpecularentur. Nec verò quicquam addubito, quin eruditi mecum ſint hîc ſenſuri. Peruicacibus nihil ſatisfacit, & nihil intelligunt ſtupidi. Certè participium viſa, nihil ad ſenſum pertinet. Dedit occaſionem errori, quòd præcedens dictio probabilis in s, deſinit. Vnde librarius omiſſo s, altero vis ſcripſit, pro ſuis. Alius caſtigare volens, a literã adiecit, vt fieret viſa. Porrò mox legitur in ſcripto libro, vltro citroq́ agitantibus rem, conuenturum. Item, Hybernacula Carthaginienſibus, non Carthaginienſium. Hybernacula Carthaginienſibus lignea erant, hoc eſt, Carthaginienſes habebant hybernacula lignea. Vetitos ſe reuerti ad imperatorem aiunt.) Caſtigauimus iuxta fidem ſcripti voluminis, ab imperatore. quæ verba reſpiciunt participium vetitos, non autem infinitiuum reuerti, quod non animaduertit, qui mutauit. Sic mox illic legitur, ad comparanda quæ in rem opus erant. Et ſtatim, quia nimis. Ex archetypo Spirenſi. Tantum diligenti expleant cura. & ſe Aſdrubalem.)593. G. Vitiata verba ſunt, pro vnaq́e aduerbio quiſpiam nõ aſſecutus loci intelligentiam, ſuppoſuit cura &. Sic autem legenda ſententia eſt: Tantum diligentia expleant. vnaq́ ſe Haſdrubalem Puni cãq́ caſtra aggreſſurum. Quis hîc nõ clamet in profeſſores, quos exemplaria vetuſta conſulere piget ac pudet? Multos in ipſis cubiculis ſemiſomnes hauſit flamma.) 592. H. Scripſimus, cubilibus, intelligit lectos, aut id quod illis vice lectorũ erat. Nam hoc ſignificat cubile, cùm cubiculum locus ſit, in quo eſt cubile. Porrò in hybernaculis Pœnorum, quẽadmodum à Liuio deſcribuntur, apparet nulla fuiſſe cubicula. O aſinum, qui pro cubilibus cubicula ſuppoſuit. An ex trepidatione nocturna eſſet confuſus.) Opinor ſcribendum, confuſis ſenſum veri adimebat dandi caſu. Quod vocabulum infrà hoc eodem libro rurſum vſurpat de Maſaniſſa loquens: Ex prætorio in tabernaculum ſuum confuſus cõceſſit. Dein per continua ſerpens vno repentè omnia incendio hauſit.) Exemplar manuſcriptum duntaxat habet: Dein continua incendio hauſit. Demiror quis præpoſitionem per adiecerit, & tres alias dictiones, ſerpens vno repente. Obruebant itinera, portarum.) Scripſimus, veterem lectionem ſecuti, obruerãt itinera port. Et mox, pro die vna, clade vna. XX. mill. peditũ.) In codice Spirenſi legitur, diro millia peditum. Cum paucis Afrorum.) Vetus lectio: cum paucis equorum. Mallem Pœnorum. Suſpicor autem Liuium ſcripſiſſe, cum paucis ſuorum. Id quum ita fuiſſet ſcriptum, cum paucis suorum, ſciolus aliquis volens caſtigare locum, ex uorum additis duabus literis fecit equorum. Paulò pòſt loco munito conſedit, nõ loco munito conſ. quemadmodũ & nos ſcripſimus. Simul vtroq́ cornu)593. D. Mihi magis arridet lectio vetus: Simul vtraque cornua. Quæ diutinæ obſidioni tolerandæ ſunt neceſſaria, ex agris conuehit.) Hic ſciolus quiſpiam germanum Liuij ſermonem audacter vitiauit. Nam quũ ille ſcripſerit: Quæ diutinæ obſidioni tolerandæ ſunt, ex agris conuehebat, quemadmodum cõtinet Spirenſe volumen, auſus eſt aliquis adijcere vocabulum neceſſaria, minimè neceſſarium hoc loco, ſed ſuperuacaneum. Sic libro ſecundo Decadis primę Liuius dixit: Vt tam eminens area, firmaq́ templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Rurſum alibi: Satis fretus tolerãdo certamini legatum eſſe. Item, P. Scipionem proconſulem deũm benignitate & rempublicam eſſe gratiæ referendæ. Quo loquendi modo Cicero quoq́ vtitur, & alij authores. Vt feliciſſimè gerantur res.) Caſtigauimus, vt feliciſſimè geratur res. Nec improbatur mox vetus lectio, qui tueantur. Occupat relictum fuga cuſtodum Tuneta. Abeſt ab Carthagine 12. millia fermè paſſuum: locus tũ operibus, tũ ſuapte natura tutus.)594. G. Hanc ſentẽtiam ſic caſtigauimus & diſtinximus: Occupat relictum fuga cuſtodum Tuneta (abeſt ab Carthagine 12. millia paſſuum) locum quum operibus, tum ſuapte natura tutum. Ne naues in terram ad obſidionem.) Placet vetus lectio, in terram & obſidionem verſæ. Et aut in onerariarum vſum verſæ.) Hæc clauſula non eſt in exẽplari ſcripto. ſed tantum, torm. machinasq́ portantes, & aut ita adpulſæ muris. Vnde conĩcio particulam & repetitam à librario per errorẽ, propter finalem ſyllabam es præcedentem. Et ſic ſcripſiſſe Liuium, tormenta machinasq́ portantes, aut ita appulſæ muris, vt pro aggere ac pontibus præbere aſcenſum poſſent. Sic enim legendum docet archetypon Spirẽſe, non acceſſum. Vt in nauali certamine ſolet.) Scribendum eſt, contra, quàm in nauali certamine ſolet. Nam quis vnquam ſic ad naumachiã inſtrui naues vidit, vt inter ſe colligentur? Velut vno inter ſe vinculo illigatis compreſsit, tabulasq́ ſuper inſtrauit.) Tu lege, comprehendit, hoc eſt, complexus eſt, copulauit, tabulasq́ ſuperſtrauit. Vt peruium nauium ordinem faceret.) Vetus lectio: Vt peruium in totum ordinem eſſet. Nos emendauimus: Vt peruius in totum nauium ordo eſſet. Porrò nõ ſolet Liuius idem verbum ſtatim repetere, vt hîc faceret & fecit. O miſerè tractatum Liuium. Ita parati inſtructiq́) Quæſo te per muſas, ſic loquitur Liuius? Quid aliud eſt inſtructi, niſi parati? Legendum eſt, Ita parati intentiq́. Significat enim Romanos attentè Carthaginienſium aduentum expectaſſe. Omnia permiſta turba trepidantium primo impetu oppreſſiſſent.) Dij boni, quanta eſt ſciolorum temeritas, mutantiũ ſtatim quod non aſſequuntur. Scripſit Liuius: Omnia permixta turba trepidantium primo impetu deprendiſſent. Quod non intelligens aliquis, pro deprendiſſent, ſuppoſuit oppreſſiſſent. Sed eo maior.)595. A. Vetus lectio, Sed eo gratior. Paulò pòſt in ſcripto codice tantùm eſt ad regem deſideratum, non, diu deſideratum. Item, ſtimulabant. Quod ſequitur, per multos florentes annos, caſtigauimus, florentis, vt referatur ad genitiuum regni, qui præcedit. Cùm aut vincẽtibus ſpes.) Expende lector num legi poſſit, vrgentibus. Nam in volumi ne ſcripto vigentibus habetur. Et opponuntur inter ſe, vrgere & pelli. Præterea ſpes magis competit vrgentibus, hoc modo videlicet victoriam conſecuturis, quàm iam vincẽtibus. Omnem poſtremò vtrinq́ equitatum) Germana Liuij lectio ſic habere debet: Omnes vtrinq́ poſtremò equitum certaminis ſtudium effudit. Præceſſit autem, primo pauci equites. Nunc dicit, omnes, ſubaudi equites. Porrò loquendi modus per duos genitiuos, vt hic equitum certaminis ſtudium, Liuio familiaris eſt, & optimis quibuſque authoribus. In codice ſcripto mendosè legitur, vtrunq́ pro vtrinque. Intranti veſtibulum in ipſo veſtibuli limine.)596. H. Genitiuus veſtibuli inter prælegendum additus ab exponente, pòſt irrepſit in contextum. Nos ſubmouimus. Id indicat liber manuſcriptus. Idem accidit paulò pòſt in accuſatiuo me. Neq́ me in cuiuſquã Romani ſup. Et in, vt particula, me morte vt vindices. Nos item expunximus. Infrà legitur: Ne quid relinqueretur integrum aut Lælio. Et, Maſaniſſa recipit. Item, quantũ quiſque plurimum poſſet. Prẽterea fameq́ gentis, & infra perductus eſt. Hoc non omittendum, quia paulò ſuperius in libro vetuſto legitur, ad arbitrium, non, vt arbitrium, eam ſententiam ſic quoq́ legi poſſe: Victus deinde precibus Maſaniſſę orantis, id arbitrium, vtrius regum duorum fortunæ acceſſio Sophonisba eſſet, ad Scipionem reijceret. Vbi non citra elegantiã ſubauditur vt. In alloquendo victorem.) 597. D. Vetus lectio, in alloquendo victore. Et mox, quum arma aduerſus populum Rom. cepiſſet, non, recepiſſet. Quod verò ſequitur, ſibi hoc in miſerijs ſolatij eſſe: & in ſcripto volumine eſt, ſibi in miſerijs ſolatij eſſe: poterat etiã legi, ſibi in miſerijs ſolatio eſſe, aut ſolatiũ. Neq́ prudẽtiorẽ neq́ cõſtant.) Codex manuſcriptus tantùm habet, neq́ conſtantiorẽ Maſaniſſam quã Syphacem eſſe, iam ab iuuenta incautiorem. Poſſet legi: Neq́ conſtantiorẽ Maſaniſſam, quàm Syphacem etiam ab iuuenta incautiorem. Sequitur in exemplari Spirẽſi, certè ſtultius eam, quã ſe duxiſſe. Proinde miror quis iſtas tres dictiones, illum atq́ intemperantius, admiſcuerit. Hanc non hoſtili modò odio, ſed amoris etiam ſtimulis armatam apud æmulum cernere ſe cùm dixiſſet.) Hunc locum nullus crederet infeliciter interpollatum eſſe & planè corruptum, niſi qui vetuſtũ exemplar inſpexerit, in quo ſic legitur: Hæc non hoſtili odio modo, ſed à nouis etiam ſtimulis, amatam, apud æmulũ cernens cùm dixiſſet. Etiam eo fœdiora hæc videbantur.) Scripſimus. Et eo, ſic enim in ſcripto codice legitur. Hæc ſecum voluenti.) Antiqua lectio: Hæc ſecum volutãti. Et mox in ſeruimus, &, particulã, Et benigno vultu excepiſſet, & egregijs laud. f. p. celebraſſet. Sic enim Liuius loqui ſolet. Propter quã appetendus t. v. f.) Scribe propter quas. Nam præceſſit genitiuus virtutum. Et ſequitur temperantia & continentia libidinum. Mox legendum eſt, qua ego, non, in qua. Paulò pòſt ſcripſimus, periculi. Qui eas ſua temperãtia frenauit: multo maius decus, maioremq́ victoriã ſibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus.) 598. G. Exemplar manuſcriptum ſic habet: Qui ſe temperantia ſua frenauit ac domuit, vt multo maius decus, maioremq́ victoriã ſibi ceperit, quàm nos Syph. v. hab. Suſpicor hoc potius modo fuiſſe reſtituendam ſententiam

tiam iſtâ: qui ſe temperantia ſua frenauit ac domuit, ne multo maius decus maioremq; victoriâ ſibi cœperit, quàm nos Syphace victo habemus. Vt ſit næ Græcum, pro certè, quod facilè potuit in vt, verti, ab eo qui fortaſsis putabat, negatiuam eſſe particulam, quæ planè ſenſum turbabat. De ſe particula non dubito. De verbo cœperit habes teſtimonium codicis Spirenſis. Regnum, agri, oppida.) Legendum, ager, non agri. Significat ager totum territorium. Sic poſſemus dicere: Hoc anno maligne frumenta proueniſſe in agro Gallico, in Alſatico vina. Is fuit quo hæc ſcribebam M.D.XXIX. Et tamen dicimus ager Argentoratenſis, ager Sletſtadienſis. Hoc non intellexit qui hîc ſcripſit agri, propterea quòd ſequatur, oppida. Quo facilè à circumſtantibus tabernaculum exaudiri poſſet.) Scribendum eſt, quòd facilè. Non enim in hoc gemebat ſuſpirabatque Maſaniſſa rex vt audiretur. Sed tanta erat ſuſpiria, vt facilè exaudiri poſſent. Vide quàm contrarium ſenſum inuehat vnius literæ abiectio. Paulò pòſt ſcripſimus. Nec ingratum. Quòd temeritatē temeritate alia luerit.) Vetus & ſincerior lectio: Quod temeritatem temeritate aliâ luerit. ſubauditur, temeritate. Eadem habet, quàm neceſſe fuerit. Sella curuli eburnea.) In archetypo Spirenſi, nō eſt eburnea. Quod verò ſequitur: Neq; triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe, legitur illic: Neque triumphantis. quæ lectio mihi probatur. Subauditur autem in genitiuo triumphantis accuſatiuus ornatum. Hæc puerilia, fateor, admonere cogimur, quòd appareat quoſdam in errorem inde deductos. Paulò pòſt illic ſcriptum eſt, Scipio Lælio, non C. Lælio.

ANNOTATIONVM BEATI RHENANI IN XXX. LIBRVM T. LIVII FINIS.

IN LIBRVM XXXI. ANNOTATIONES

SIG. GELENII.

Iulius Apulus.) 618. G. Hunc & in præ tura, & pòſt in conſulatu P. Villium Tappulum ſcripti codices conſtanter appellant, hominem plebeium, & nihil ad gentem Iuliam pertinentem. Sed magis mirum quod mox Sulpitio Galbæ conſuli prænomen mutatum, & ex Publio Seruius factus, cùm non ſolùm Florus Publium vocet, ſed etiam in nominibus typis excuſis editionibus is ipſe Galba vbique præterquam in conſulatu Publius prænominetur. Munera deinde legatis in ſingulos quina millia L. æris ex S. C. miſſa.) 620. H. Legendum, quinūm millium æris. minutiora alia nec hic nec alibi commemorabo. Paulò pòſt mutilata lectio ſic reſtituta: Legatos itē mittendos in Africam cenſuerunt, eoſdē Carthaginem, eoſdem in Numidiā ad Maſaniſſam Carthaginē vt nunciarent, &c.

Indignè paſſus ſenatus non ceſſari ab ſacrilegijs.) 622. F. vetus lectio, ab ſacrilegis. Mox equuleus cum quinq; pedibus, non, equus. C. Claudius Centimalus.) 622. K. Cento, nō, Centimalus, quod Fuluiorum cognomen eſt. Mox, contraxerant autem ſibi. ſupereſt ſibi. Paulò pòſt: beneficiorū primum in ciuitatem ſociam. legendum, ſuam. Ibidem, capeſſendū bellum, non capeſſendi belli. ac mox, naues longas quatuor in portu Athenien. in portu, de ſuo aliquis adiecit. Ibidem, virtutis ergo, non, gratia in ſequenti verſu: Rhodij Ceam ab Aegina, non, etiam ab Aegina. Et, parumq; & Cythnum, non, Scyrum. Et paulò poſt: Doriſcon & Serrheum, non, Nympheum. Serrheum in eo tractu præter alios etiam Thucydides collocat. Equites cc. Numidæ, cum daret accepti.) 625. A. Reſtituimus: Equites M. Numidæ, cum IMM. daret, accepti. rationem mutatæ lectionis, non eſt viſum paſsim adponere. Docti facilè diſcernent, vtra lectio alteri præſtet: indocti conſenſu veterum codicum contenti eſſe debent.

Et erant Atticæ tres aptæ naues.) 626. H. Scribe, apertæ naues. non multò pòſt, qua in frequentiſsima ædificia vrbis ſunt. ædificia, ſuperuacuum eſt. Deinde, curſu properè Chalcidem contendit: vetus lectio potior, Curſu prope. & ibidem, nec quicquam aliud, non, nec ad quicquam aliud. Sed Cynoſarges, & Lucus, & quicquid ſancti.) 627. D. Reposuimus: Sed & Cynoſarges, & Lyceum. Sequitur non longè inde: qui translato ab Achæis imperio à Philopœmene. ſuſtulimus, ab Achęis. Lilybeū indicitur concilium populi Romani.) 629. E. Pro populi Romani, lege prætor, hoc modo: Prætor Romanus conuentus agit. ac mox, Rhegium Tarentum; Capuam, finitimasq;, Vetus lectio, Capuam, ne finitimas nominem. Ibidē, Monumentū Campani populi, elato & extorri ejecto ipſo populo. nō, Campano populo data extorri & ejecto. Niſi in Panætolico & Pyrrhiaco cōcilio.) 631. E. Pyſaico legendū, à Thermopylis quæ & Pylæ dicuntur. Nam qui haſtis ſagittisque & lata lanceis, lege, & rara lanceis. Aliquantò pòſt, Caſtra ad Atabolum mouit. pro quo exemplaria ſcripta Octolophū habent. LXXX. admodum ornati equis ſpolijsq; ſimul armorum relictis, abducti) 634. I. Syncera lectio: Equi, ſpolijs ſimul armorum relatis, abducti. Anguſtis faucibus vnde ex continenti iter eſt.) 635. E. Lege, vnum ex continenti. Mox, coſ. in loca pacata ad Apolloniam, vnde orſus bellum erat. Non, iā pacata, neq; ortum. Ibidem. Aetoli & Athamanes. Nam Acarnanes partium Philippi erant. Aliquantò pòſt, vniuerſi ſexcentorum ægrè. vbi vniuerſi dictio interciderat. Item, terniſue ſummum, nō, ad ſummum. Sic enim Liuius loqui ſolet. Neq; in ijs quicquam poſtea poni dedicariq́ue placere eorum, quæ in loco puro poni dedicariq́ue fas eſſet.) 637. E. Hæc ſententia prius dimidia ſui parte truncata fuit. Ab Andro Scyrum traiecerunt.) 638. G. Cythnum, lege. Idem error qui ſuprà. Qui verò Tanticeris, pro Atticæ is locus eſt, ſcripſit, non legit apud Strabonem Praſias vnū ex maritimis Atticæ Demis eſſe, ad Euboeam verſum. C. Aurelius coſ. cùm ex prouincia Romam comitiorū cauſa veniſſet, vt id nouit, quod animis præceperat.) 640. I. Vetus lectio: Nō id quod animis præceperat. Paulò pòſt: Neq; ex eo exercitu, qui cū Gallis pugnauerit, militē vnū ſaltē fuiſſe. Legendū: Ecquē ex eo exercitu, qui cū Gallis pugnauerit, ſi nō militē, lixā ſaltē fuiſſe. Mox.) Maſſaliota eſt Terentij cognomē, & Acilius Glabrio, nō, Attilius.

IN XXXII. LIBRVM ANNOTATIONES

SIGISM. GELENII.

T Veliterni, Apollinis & Saturni ædes.) 641. E. Pro Saturni Sangi repoſuimus. Eſt autem Sangus, Sabinorū numen. Ibidem, equuleum cum quinque pedibus, non equum. Poſt aliquot verſus. Ea militum fuit, qui ex Africa.) 642. H. Syncera lectio: MM. militum fuere, &c. Et mox.) Thaumaſtos eo tempore Philippus. Thaumacos habent ſcripta exemplaria. Sic etiam Stephanus appellat. Philippum, quantum ab aſsiduis laboribus itinerum pugnarumq́ue laxauerat animi.) 642. K. Legendum, laxauerat animum. Deinde: maximè idoneum locum credidit eſſe præter amnem Aoum. Adiecimus duas voces, maximè idoneum ad muniendum locum. Mox, equos CCXXX. non, equites. Item, venalicium Capuæ, nō venalium. M. Portius Cato, C. Aelius.) 644. H. Vetus lectio. C. Heluius. Paulò pòſt: Ne aut ipſe prouincia decederet.) 644. I. Scribendum, Vetitusq́ue aut ipſe prouincia decedere. Item aduerſus Philippum communem hoſtem vti. populo Romano gratum eum facturum & ſenatui, ſi Antiochus regno. Scribe, & diſtingue ſic: vti populum Rom. gratum eum facturum ſenatui, ſi regno, &c. Mox pro Sueſſæ aruſpices, repoſuimus: Sueſſæ Auruncæ. Pauſanias & Hipſelus ex Alexandri Magnetis equitibus.) 645. D. Vera lectio: Pauſanias prætor, & Alexander magiſter equitum. Sic enim reddidit Strategum & Hipparchum. Poſt aliquot verſus, vbi legebatur antea: Genus armorum ad amplum præliū gerendum: contrà illis loca. ſcripſimus. genus armorum erat, aptum vrgendis regijs, pro hoſte loca. Cæterūm quia duarum vocum, ſcilicet vrgendis regijs loco, veſtigia magis literarum quàm literæ apparebant in exemplari vetuſto, veriti ne quantum ad eas voces attineret, non ſatis aſſecuti ſimus germanam lectionem, aſteriſcum apposuimus. inſpiciat locum, cui ſcripti codicis copia dabitur. Alterum exemplar (nam duobus vſi ſumus) hîc nihil adiuuit, quod in eo primus & ſecundus libri, atque initium tertij, deſiderarentur. Acceſsit etiam fortè res) 649. D. Lego, fortuitares. Deinde, nec ſtationem procul à mari. Lege, neq; rationem. Ibidem. Relicta obſidione, pro reiecta. Et mox.) Daulis, pro Daculiſia. Item, poteſtas dicendi facta eſt, non, data eſt. Et ñ fuere atrociſsimè. Sociorum Philippi maritimæ etiam vrbes.) 651. E. Dele etiam.

Et magnis recentibus colligatis beneficijs.) 653. B. Lege, obligatis. Paulò ante, pro neq; morāte vllo, vetus lectio eſt, neq; mirāte. Pertinacius Quintius à Miſniepio perſtabat.) 653. E. Reſtituimus, in incepto perſtabat. Deinde, velut ominis cauſa, non honoris cauſa. Mox, Aenefidemus Dimæus, non Elimeus. Sequitur, qui idem quod Macedones ſentirent. non ſolis quidem. Et huius rei tam fœdæ indicium, non fœdum.

Iuſsiq; circumire eā.) 655. B. Eas lege, vt ad vigilias referatur. Aut ſi qua in re occaſio fuiſſet, adiuuarē Romanos.) 657. B. Vetus lectio: aut ſi qua etiā occaſio fuiſſet. Sequitur, Carpē-

ta ſuprà

ta ſupra c c.millia.ſatis erat,ſupra c c.Paulò pòſt,ſumma vi vt tenderent,non vt obtinerent.

Et Achæorum exules,& vir inſignis Cycliadas.)658.F.Lege,& Achæorum exul,vir inſignis Cycliadas. Item)658.G.Vt nulla fides ſit.non,vt in nullo fides ſit.Ibidem,ſimplicem ſuam orationem eſſe dixit.verbum dixit,aliquis adiecit de ſuo. & non regis præſidia,ſed regi lege.deducenda regi eſſe. Item, audiri poſtulata verum eſſe, non æquum eſſe. qua locutione & alibi Liuius vtitur. Mox,Rhodij Pyrrheam.Perçam legendum,& vetus exemplar, & verba per parentheſin addita ſatis declarant. id mendum & alijs aliquot locis inoleuit. Præterea,& in Helleſponto,Seſto atque Abydo,vbi in,præpoſitio deerat.

Ipſius enim Aetoliæ Græcos.)659.A.Agræos ſcribo,nõ Greços.Paulò pòſt)ijs ne vrbibus decedere. Vetus lectio:vtrum, ijs ne vrbibus,&c.Item) cum Appio Claudio Tr. mil.non,cũ A.Claudio præfecto.Mox)659.E. Prolittus Athonium,lege, littus ad Thronium. Eſt enim in eo ſinu huius nominis oppidum.Cæterùm eorum oratio}Cætera,non Cęterùm.Poſt aliquot verſus : traderet vbi vellet, vrbem, Philocli ait,ſic nocte.)660.K.Syncera lectio:tradere vbi vellet,vrbem,Philoclẽ iuſsit.nocte,&c.Mox:poſteaquam in poteſtate Nabidis,Argiuorum ciuitas erat. Hæc vox Nabidis,non eſt in archetypo, & abſque ea ſatis conſtat ſententia.Ibidem)quas ijs fortè diebus.Adiecimus pronomen ipſis,vetus exemplar ſecuti.ijs ipſis.idem exemplar habet:haud procul vrbe Mycenyca, non, Hyecenica.Ibidem.)inermes item regi,non inermibus. & in fine libri)661.B.Sed poſtremò veſtem quoque,non,ſed & poſtremò veſtem.

IN LIBRVM XXXIII. ANNOTATIONES SIG. GELENII.

IN tempore & ad ipſum.)662.I. Ad id-ipſum, lege. Paulò pòſt: Dardanos tranſgreſſos fines ab contentu conceſsit cum regni.)663.C.Hę voces,ab contentu conceſsit cum, planè hic ſuperfluunt. Deinde pro, omnibus vicis alijsq;, ſcriptum eſt, omnibus his alijsqúe. Cum Luſcinone fidas vrbes Cardonem & Bardonem.)664.I.Scriptum exemplar quod vnicum extat, habet:Cum Luſcino validas vrbes. Quòd verò editio Magũtina hic & alijs locis degenerarit, in cauſa fuit priſcus character,nec hoc ſeculo cuiuis lectu facilis. ibidem eſt pro mutauerat,nudauerat.Satis iam ante diuidere eſſe.)Hæc verba nõ ſolùm deprauata,ſed etiam non ſuo loco poſita,initium ſunt orationis Antiochi ad legatos Romanos,vt indicabitur,cum ad eum locum ventum fuerit. Bellũ in Hiſpania quinto pòſt anno exortum eſt,quàm ſimul cum Punico bello fuerat finitum)666.G.Hic duas voces,exortum & fuerat,typographus per incuriam omiſit.Perinde atque ab ipſo hi& non à Quintio & Romanis dati eſſent.)Vetus lectio:Perinde atque ipſi id à Quintio & Romanis datum eſſet.ibidem. Et comitijs proximis Bœotij ceu nullam aliam.ſcriptũ habet:Bœotarchen nullam aliam.nam prætorẽ caſtigator addidit de ſuo, ſicut paulò pòſt, præpoſitionem de.quidnam de ſe futurum eſſet.Obuiam eundo impendentem.) Lege,impudenter.Et mox,pro eo ipſo rem,eo ipſo timore.item,ad agẽdam rem fuerit, rem redundat.Deinde pro efferauerat cædes, efferauit ea cædes.Ibidem,pro,ac varios commeatus vſus, legendum cõmeantes. & pro, egredi auſus miles, egredi caſtris miles. Euaſtatis prius agris,quàm ab Elatia.)667.E. Quà, non,quàm.Sequitur,Euromo Piſidisq; & Bargilis.vbi Padaſſo,non Piſidis,lege.Soli Aetoli id decretum decem clamium ſanies carpebãt.) Non erat opus afteriſco,ſi quis primæ editioni præfuit, acrius oculos in characterem non ſatis notum intendiſſet: vidiſſet ſynceram lectionem,nempè hanc: Decretum X.legatorũ clam muſitantes carpebant. Eadem cæcutientia mox.) 668. H.Intertio verſu pro liberantur legit libenter,& Eretriã omiſit vbi ſcriptum eſt,Oreum cum Eretria & Demetriade. Rurſus poſt tres verſus, quod tẽpora reipub. poſtulaſſent,deprauatum in quo tempore P.R.poſtulaſſet. Ac paulò pòſt,præſidij Romani in pop.Rom. & Iſtmiorum ludicrum in Nemeorum.Quàm quòd vniuerſi homines acciperent.)Vniuerſum homines caperent debet legi. Nõ multò pòſt)vbi legitur:adeò vnum gaudium præoccupauerat omnem aliorum ſenſuũ voluptatem.temerè ab archetypo diſceſſum eſt, quod habet præoccupauerat omnium aliarum ſenſum voluptatum. Itẽ, ſine fide rerum iactata,iactantibus legẽdum.Sequitur:Theſſalorum gẽti Phthiotæ dati.)669.E.Achæi Phthiotæ lege.)Sic & Strabo hos vocat. Præterea pro Phocæam & Eretriam,Oreum & Eretriam.lege:pro L.Thermus,L.Stertinius.Aetolorum principes alij queſti ſunt.)670.F. In archetypo eſt interqueſti,ſicut interloqui dicimus.Aliquantò pòſt.)670.D. Pro, proſpera pugna nequicquam oppugnatum eſt, legendum,à proſpera pugna,& pro,ne moti ſe inde pellerent.)ne moti ſemel pellerentur.Item)pro,in Boijs negligentius, Boij negligẽtius.& ad certamen deſtinatis, pro deſtinati. Romanos tam inquirere regi Antiocho faciendum,aut quouſque terra mariq; progrediendum fuerit.Ipſos non cogitare.Aſiã nihil,&c. 672.G.Hanc orationẽ non acephalon ſolum, ſed alioqui etiã vitiatã,ſic reſtituimus & diſtinximus. Satis iam ante videre ſe,Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendũ:at quouſque terra mariq; progrediendum fuerit ipſis, non cogitare: Aſiam nihil & reliqua quinque primas voces, ſuprà non ſuo loco poſitas, huc repoſuimus,vt antè dictũ eſt. Cypri nihilominus)672.K.Cyprum nihilominus tendens. legitur in archetypo:Et ſeditione remigum,nõ regum.P. Manlius Nobilior.)Hîc omiſſæ ſunt aliquot voces. Integra lectio ſic habet:P.Manlius, P.Porcius Lecca. Aediles curules M. Fuluius nobilior,&c.Sequitur.)673.C.Quo die magiſtratum inierũt: non,quidem magiſtratum.ibidẽ, lege & quinque millia, nõ, ex quinque millibus.&)ab tergo Liguribus,non, Libuis.Mirantibus iam vulgo,Minutium quòd Hiſpania mouiſſet bellum negligere.) Vera lectio: Mirantibus iam vulgò hominibus, quòd Hiſpania mouiſſet bellum negligi. Mox) Nabin nunc Lacedæmoniorum, non, tyrannum Lacedæ. & tenere Argos,non occupare.

Eam rem rati maturatam, dilatámue non magni momenti ad ſummam rem populi Rom. eſſe.) 674.G. Sine cauſa hîc quoque mutata lectio: nam in manuſcripto ſic eſt: eam rem eſſe rati,quę maturata delatáue non magni momẽti ad ſummam rem populi Rom. eſſet. deprauatius etiam eſt quod ſequitur)Marceſcere otio tum queri ciuitatem eum:id ſic reſtitutum eſt:Marceſcere otio ſitũq; ciuitatem queri eum.

Per vnum illum tam geſti quàm moti.) Paulo elegantius ſcriptum eſt in archetypo,non magis geſti,quàm moti.Mox, pro tam potenti regno,tam impotenti,legendum : vt alia minutiora hîc diſsimulem. Illud paruũ videri non debet, quod paulò pòſt) ordinarij reipublicæ vſus deprauauit neſcio quis inordinati. Aetoli quoque eodem tempore alienati ab ſocietate Romana & Aminander,quorum,&c.)675.E.In Mogũtino legitur: Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab ſocietate Romana animi ſunt,quorum,&c.

IN XXXIIII. LIBRVM ANNOTATIONES SIGISM. GELENII.

AVthoribus vobis M. Fundanio,& L. Valerio.)677.B. Vocatiui ſunt Fundani & Valeri, ſicut ſequenti verſu, tribuni,non tribunis.eodem verſu pro, nobis ſic,vobis ſi,repoſitũ eſt: ſequenti,pro ſicut,ſi vt. Aliquantò pòſt,pro) 677.D. Per quæ quanque, per quæq; ſubiecerint viris. Stantes in publico inueniſſet eas quæ acciperent.Eas redundat.Poſt aliquot verſus legendũ) 678.K. Ipſis vinculis ſicut fera beſtia irritata,deinde emiſſa. Vbi aliquis participium,vinculis ſolutis, addidit,cum nihil opus eſſet.Niſi quid in vtraque re vani ſit.)679. D. Reſuperest.Sequitur locus egregiè vitiatus ſcioli alicuius opera. In eadem die deerant pecuniæ,frumentum,& cætera.)679.E.Syncera lectio:In eandem diem frumentum, & cætera. In eandẽ diem,hoc eſt,poſtquam debellatum eſſet. Magiſtratib. in colonijs municipijsq; togæ prætextæ habendæ ius eſt.) Deſunt aliquot voces.Integra lectio hæc:Magiſtratib. in colonijs municipijsq;,hîc Romæ infimo genere magiſtratus vicorum, togæ prætextæ habendæ ius permittemus.Ibidem. Nullam æmulationem inter eas ſingularem. lege, inter ſe ſingularem. Paulò pòſt.)680.K.Et malle patres,non mallent.Item,Brutorum ianuas,non tribunorum:&)portum Pyrenæi,non,Pyrenem.Et agrorum exigere fructus.)681.C.Exhibere lege.Nã Græcii illi nullos agros habebant. Deinde.) cauſa negati triũphi fuit.Vetus lectio potior:cauſa triumphi negandi ſenatui fuit.Et pro,præſidium Romani miſſiſſet.) In veterib. legitur, præſidio Romanus miles eſſet.tria millia,&c.Paulò pòſt,pro) nullis periculis ſe motos,nullis terriculis. nec malè. Conſul

vbi id

vbi id ſatis quod in ſpeciem fuit, oſtentatum eſt.) 682. I. Pro quo in vulgatis editionibus, in ſpem, legitur. Aliquanto pòſt: Et ipſe inter equites ſparo percutit.) 683. D. Lege interequitans, Prætereà.) Ipſis caſtris exuti, non ipſi. Quos omnes appellatos benigne domos dimiſit.) 684. F. Vetus lectio plus habet: appellatos benignè, vinoq; & cibo curatos. Item.) donum conſuli, non domum conſulis. grauius erratum quod ſequitur. Bergiſtanorum ciuitates ſeptem & aliquot caſtella. Et mox. Ap. Claudij Neronis, non à P. Claudio: Cæteri omnes in vicos.) 686. F. In manuſcriptis legitur: Cæteri omiſſo bello in vicos, &c. Quintius conuentum Corinthũ omnium ſociarum ciuitatum legionibus in diem certam edicit: ad quam vbi frequentes vndique principes conuenerunt, ita vt in ea ne Aetoli quidẽ abeſſent, tali oratione eſt vſus, ad quam & in ea redundat. Nam Liuius ſcripſit conuentu edicto, vt ſit continua oratio. Paulo pòſt.) 686. H. Liberatæ Græciæ, non libertatis: nec incenſos Aetolos legendum. Sequitur: Efferatioribus quàm vlli barbari immanes belluæ viuunt.) Vehementius eſt quod in manu ſcriptis exemplaribus legitur, quàm vlli Barbari, immò quàm rapaciſſimæ belluæ vtũtur.

Inde potiſſimum ordiendi belli.) 687. E. Melius, ordiendum bellum. Aliquanto poſt, pro, tam ſuſpectis & incertis, noſtra archetypa habent, tam ſuſpenſis & incertis. Die poſtero ad Sellas ſuper Eurotam.) 688. I. Scripti codices habent: Die altero ad Sellaſiam ſuper Oenunta. Sic hunc fluuium & Polybius nominat.

Ingentem terrorem ac tumultum coniecerunt, nihil tale expectantibus.) 688. K. reſtituimus iuxta fidẽ archetyporum: In terrorem ac tumultum coniecerunt, nihil tale expectantes. Deinde quæ minus infida ac trepida.) Vbi hęc vox, in fida, intercíderat. E tribus concitata claſſibus.) Scribẽdum, contracta. Itẽ, pro, vt diſcederent ab apertiore loco, vt diſtenderent. Et accepi vrbẽ cum Philippi partiũ.) 690. H. dele vrbem. Eodem verſu: tempus autem me: lege, Tempus autem eo me. Ac mox, iam feceram hæc.) 690. I. Pro nam receram. Et non dico quid, pro, non dico quod. Item: per æquationem fortunæ ad dignitates, lege, ac dignitatis. Et, pluribus me ipſe egiſſe.) pro, me peregiſſe. Aut ad ſummum trium in ea re nouitatis culpam eſſe.) 691. A. Syncera lectio, aut ſummum trium in ea re non ciuitatis. Paulò pòſt: Hoc tu dicas liberantibus Græciam ſocijs, qui vt) potior lectio: Hoc tu dicas liberantibus Græciam? hoc ijs, qui vi, &c. Sequenti verſu, pro populi Rom. non violaui, lege, propriè non violaui. Item, pro, Vtrum non à te factum eſt.) Vtrunq; à te factum eſt. Nõ tantummodo obſeſſam, ſed iam captam vrbem Lacedæmonem eſſe.) 694. K. Syncera lectio, tantùm non iam captam Lacedęmonem eſſe. Sequitur. Lateri adhærens tyranni,) lege, & lateri adhærens tyrannus. item, Nabidis dominantis ſatellitem factum tribunum mil.) 695. B. Lege: Satellitem factum populum Romanum.

Inter Cal. Martias & Idus Maias. 696. F. Vetus lectio: Et pridie Cal. Maias: vt ſint duo integri menſes. Mox.) Templum L. Cornelius Merula. Archetypa: L. Cornelius Meruſia, & C. Salonius. Nihilominꝰ tertius collega intercidit. Bigati CXXII. millia, oſcenſis auri D. X L. pondo Militibus C C C C. millia ex præda diuiſit.) Rectius manuſcripti codices, nempe ſic: Bigati CXXII. millia, oſcẽſis DXL. auri pondo M. CCCC. Militibus ex præda, &c. Ibidem Boior x, non Boiorum res: & locis idoneis non locis apertis. Mox, Tertio vi ſubiere. vi redundat.

Fuſi inde Romani, & qui imperio conſulis parere noluerant, ſuo pauore ac terrore caſtra repetunt.) 697. G. Vetus lectio: Romani quæ imperio conſulis noluerant, ſuo pauore, &c. Omnibus circà ciuitatibus metuendum. 697. E. Secuti fidem veterum codicum addidimus hærentem viſceribus nobiliſſimæ ciuitatis. Ibidem: Et nunc cum aliter: dele, &.

Ac Corinthum ipſis extemplo,) 698. F. Lege, Acrocorinthum ipſis. Sequitur: Salubrem eis & ſingulis ciuitatibus. Reſtituimus, ſalubrem & ſingulis & ciuitatibus. Ibidẽ: ipſis qui habeant, non ijs qui habeant. Paulò pòſt, ac munus ſuum bene poſitum, non, hinc munus ſuum. Mox.) 698. H. Pro portione, lege diſiunctim, quòd in proportionem aliquis decorauauit. Ibidem, ab Acrocorintho deſcendens: non à Corintho diſcedens. Triumphusq; meritus ab annuentib. decretus.) Antiqua lectio, ab lubentib. decretus. Mox.) Tubero. Tr. pl. tulit ad plebem. illic legitur: Tr. pl. ex S. C. tulit. Ita ab Antiocho Græcas Aſiæ vrbes liberare. 701. E. Veruſta lectio paulò elegãtior. Ab Antiocho Aſiæ vrbes, quæ Graij nominis ſint, liberare. Aliquanto poſt pro.) 702. H. Ariſtonem quendam Tyrium natum Epheſi, illic legitur, natus Epheſi. Et paulò pòſt,) pro, deinde tertia vigilia, ſcripſimus, de tertia, conſentientib. veteſtis codicibus. Item, demptæ, non, ademptæ.

Maſaniſſa poſteaquam & infames Carthaginenſes, & inter ſe ipſos diſcordes principes propter colloquia Ariſtonis ſenſit, ſenatũ propter indicia ipſius Ariſtonis populo ſuſpectũ.) Germana ſcriptura ſic habet: Maſaniſſa poſteaquam & infames Carthaginienſes, & inter ſeipſos diſcordes ſenſit, principibus propter colloquia Ariſtonis ſenatui, ſenatu propter indicium eiuſdem Ariſtonis populo ſuſpecto, &c.

IN LIBRVM XXXV. ANNOTATIONES.

SIG. GELENII.

QVod inde reuectum eſt, militi diuiſum.) 704. I. Effectum eſt, legi debet, non reuectũ. Poſt aliquot lineas.) 704. K. Tertium in Hiſpania adieciſſe, non allegiſſe. Pręterea.) necdum noto ſatis inter ſe, vt vix fidere alij alijs poſſent, vix redũdat. Et M. Martius tribunus.) 706. F. Repoſuimus ſecuti archetypa: Et M. Genũtius, & M. Martius tribuni. Paulò pòſt.) 706. I. Feralia legitur in antiquis codicibus, non fœneralia. Ibidem: libero fœnore, non liberos. Nam & in vnum locum tenebãt patricij ambo.) 707. E. Antiquior lectio: in vnum locum petebant ambo patricij. Ad Martis aram, qua in campos iter eſſet) 708. G. In campum ſcribendum eſt, nam de campo Martio intelligi debet. Paulò pòſt.) Nihil primo contemptius. lege, primo aſpectu con. Itẽ.) Impotentes regendi equi inuitos, non equos inuitos. nominatiuus enim melius quadrat. Adiuncto Antiocho, ſocijs Aetolis.) 709. B. Addidimus particulam ei, ſic: Ei adiuncto Antiocho, &c. Item.) 709. E. Piſidas qui circa Sicam. Selgam non Sicam. Mox, Pergamum aſcenderunt, ſcripſimus. Nam ad mediterranea aſcenditur, non deſcenditur. Vt procul ab ſe honore.) 710. I. Scribo, per honorem. Poſt aliquot verſus, vectigales factas in antiquum ius repetit. Item, eo ſpe gratiæ maior. ſpes non ſpe. Omnem præſenti in ſtatu ſpem cuique nouandi res ſuas blandiorem eſſe.) 711. D. Syncera lectio, omni preſenti ſtatu, &c. Deinde, huc veniã toto orbe.) 712. G. Veruſta ſcriptura, inueniam toto, &c. Ibidem creſcenti quàm ex me. quã redundat. Et, Odi odioq; ſum, legi debet, non odioque quod ſim. Ac mox, in id conſilium alium cum quo deliberes.) Vbi vox alium intercíderat. L. Quintio Gallia.) Repoſuimus ex fide archetyporum, Gallia & comitia habenda. Mox, vt duo millia.) ſcribo, vt ei duo mil. & Romæ prouincia, non Roma. Prætérea.) 713. A. Seruari aliq; aruſpices iuſſerunt, nõ aliquot aruſpices. Quina ambobus equeſtria arma, & vaſa argentea C. pondo.) 714. F. Antiqua ſcriptura, Equi duo, bina equeſtria arma, & vaſa argentea C. pondo, & aurea XX. pondo. Aliquãtò pòſt.) 714. K. Lege, lembos priſteisq;, non, lembos treis isq;. Et Patrenſis Tiſo, non, Piſo.

Vt diſſimulem quòd Philopœmenes vbiq; contra fidẽ veterum codicum legitur.) 715. B. Quum Philoppœmen legendum ſit.

Illud maioris momenti, quòd paulò pòſt.) 715. C. Tegeam in Telegam neſcio quis deprauauit. Sed etiam in pace ſe ad id maximè exercuerat) veteſta ſcriptura: Sed etiam in pace ad id maximè animum exercuerat. Item, quo turbam inermẽ traiceret. Reijceret illic legitur, non traijceret.

Eurotam amnẽ, qui prope ſub ipſis affluit mœnibus.) 717. A. Subauditur redundat. Zeno ex principibus vnus Magnetum.) 718. G. Magnæ lege. Nam ſequitur, authoritatis. Paulò pòſt.) Abſciſa res erat, non abſciſſa.

P. R. cum Antiocho, imminiſtis Aetolis, nõ ſine motu magno generis humani, & pernicie Græciæ dimicare.) 710. B. Tres literulæ deprauatæ totum ſenſum corrumpunt. Scripti codices habent, Laniſtis Aetolis dimicare. Nimirum metaphora à gladiatorib. ſumpta. Nam cùm idipſum poſceret decretum T. Quintius, nõ veritus maieſtatem viri, primò aliud in preſentia, quod magis inſtaret, præuertendum ſibi eſſe duxit.) Diuerſum legitur in veteribus archetypis, hoc modo: Nam cùm idipſum decretum poſceret eum Quintius. Prętérea hęc vox primo, hîc plane ſuperflua, in neutro inuenitur. Perpaucorum turba ex cuſtodibus vitæ.) 720. K. Scribo iuxta fidem archetyporum: Et ſpectatorum turba, &c. Et mox, ſimul indignitas rei, ac ſimul contemptus.) 721. A. Ac redundat. Rurſus.) Pro Herodorum mercatorum, Herodorum Cianum mercatorem legendum. Qui hîc vnam vocem detraxit, mox vt damnum compenſaret, aliam de ſuo adiecit, naues onerarias, cùm abſolutè onerarias legendum vetus ſcriptura indicet: quemadmodum aliquantò pòſt.) 722. F. Quid morę eſſet, non, quid moræ cauſa eſſet. Prætérea in Chalcidis Eurypo, non Chalcidem: &, oſtium portus, non ad hoſtium. De Villio iam dictum eſt. Prima vt ſors duæ peregrina vrbanaq;, & inter ciues ac peregrinos.) 723. A. Peregrina redundat.

Et aliquantò pòſt.) 723. D. Accipientem prægrauatura, non pergrauа-

pergrauatura legẽdum:Rurſus,poſt aliquàm multos verſus.) 724.H.Verecundiam faciendam Ro.nõ inferendam. Ad Chę roniam occurrunt,& decem roſtratis nauibus ſecuti ſunt.) Conſtratis nauibus legitur in manuſcriptis,magno conſenſu.eas alibi tectas vocat. Item, Ad hæc Mictilo.)725.A. Mictio conſtanter vbique ſcribitur. Ac mox.)pro indultam nuptijs, inclytam.Dahæ item,non Dacæ.) qui Græcis Δάαι ſunt. Ibidem Sidetæ,non Hidetæ. Ac multò pòſt.) 727.B.Ante Salganea ad Hermeum,nõ Herinium.Minus quatuor inde millium proximus in Eubœam eſt maris traiectus.) Antiquior lectio, minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ eſt mari traiectus. Pleraque videntur caſtigatores obvitandos hiatus data opera mutaſſe, cùm tamen ab eis Liuius non admodum abhorreat.Sequitur.)727.D. Cuſtodię cauſa loci cõmuniebant,non locũ. Caſtellum cõmuniebant loci cuſtodię cauſa.Poſtremò,híc quoq; tamẽ.non,hi quoq; iam,legendũ.

IN LIBRVM XXXVI. ANNOTATIONES SIG. GELENII.

NE ſupra quinque millia numerum.) 728.G. Ne ſupra quinque millium,lege.Aliquantò pòſt.)729.C.Cũ de Philippo conſulerentur, hæc decreuiſſe, nihil referre ipſi coram, an præſidio nunciaretur.Vetus lectio, Cũ de Phi. conſulerentur,decreuiſſe,nihil refer re,ipſi coràm an ad præſidium. Mox) XX.M. pondo argenti, non M.XX.ac poſt aliquam multos verſus.) 729.D. Eandem orationem exorſus,non eadem oratione. Hoc ergo adiũcto quid dubitare.)731.A.In noſtris archetypis legitur, ego:&,qui,non quid. Item) ille quidem vt feræ.vt redundat. Nam mox illic legitur cupienti,non cupientes.Dum in futurum minus cauti & prouidi eſſent.)723.H.Antiqua lectio,nimis cauti.Et 733.C. ſocer Antiochi Cleoptolemus conſtanter ſcribitur,non Neoptolemus. Vbi allegando legitur,rectius quàm ablegando:& grauioris fortunę conditioni, quàm gra uiori fortunæ conditionię: & oblitus quantas, quàm quas tum:Sequitur:Menippum Macedonem magiſtrum Aetoliæ) 733.D.Stratum neſcio quis in magiſtratum deprauauit,quẽadmodum verſu proximè ſequenti Calidonem in Chalcidẽ, & paulò pòſt,non ſemel Tyrrheum in Pyrrheum. Rurſus ali quantò pòſt.)735.C.Proernam in Pernã, Thaumacos in Taumaſtos. Satis fidens nunquam eà viam Ro.exercitum facturum.)736.G.Vetuſti codices habent,vim facturum,non viã. nec erat opus mutare.Deinde pro, multo & numero maior.) 736.K.Illic legitur,illẽ & numero.Aliquantò pòſt.)737.D.Pro quæ loca vſque ad mare,quà loca,&c. Pro grandinis & ſagittas,glandes;& ſagittas.Pro Carpeiam,Scarphiam,vt alia minutiora diſſimulem.Item)738.K.Ariſtoteles,pro Criſtoteles. Ad regionem à Mallea.) 739. C.Moguntinus & Spirenſis codices aliter habent,hoc modo.A ſinu Maliaco, quæ aditum,&c. Verſu eodẽ;ab altero amniculo,non amnis latere.Paulò pòſt pro)non iaculis ſolùm, vt ſolet,non laqueis, vt ſolent.nõ minus erratum quod ſequitur.ex ratione temporis, deprauatũ erat in,expectatione temporis.

Pars vigilantes ad hunc ſtrepitum.)740. G. Vetus lectio aliquanto melior,nempè hæc:pars vigilantes adhuc ad ſtrepitum pugnantium in tenebris currunt. Proximo verſu pro tranſcendere muros conantur: illic tantùm tranſcendere conantur,legitur,idq; rectius.Pars vna,quà progreſsi erãt.) Lõgè aliter in noſtris exemplaribus legitur, hoc modo: Pars vna in qua ædificia extra vrbem erant,&c. nec eſt: Partim per eruptos,partim ſcalis per integros.) Sed, partim per ſemiruta,partim ſcalis integros muros tranſcẽdere. Inde diuerſi ad duas ſimul oppugnandas vrbes profecti ſunt,iter ſeptem millium fermè paſſuum.)Antiquior lectio melior,profecti. Interſunt ſeptem millia fermè paſſęquè deprauatus eſt & proximè ſequens verſus.Et quia Lamia poſita in tumulo eſt, tum regionem maximè eò deſpectat oppido.) Reſtituimus ex fide archetyporum,hoc modo: Et quia Lamia cùm poſita eſt in tumulo,tum regionem eà maximè deſpectat oppidum, quà, &c.Mox)poſt paucos dies,lege pro ad paucos poſt dies.Et ſuppliciter agentibus ijs profuturum.)741.G. Scribo,& ſe ſuppliciter agentibus ijs ad futurum.Ac mox, in quo id diſertè,pro in id quod. Paulò pòſt) ingemuerunt conditioni, quemadmodum & illacry mari conditioni dicimus. Tum ergo vexato exercitu.)742.I.Scribo,tum quoque vexato. Paulò pòſt) 743.B. Pertinaciam increpitabant, pro, increpabant. Te militesqúe tuos nondum tot vrbes, quot Philippum gentes.)744.G.Vetus lectio,nondum duas vrbes, Philippum tot gentes.Fortuna veſtra facit,vt & iræ meæ,& orationi tempora euenerint.)Reſtituimus ad exemplaria ſæpè iam memorata in hunc modum:vt & iræ meæ,& orationi temperem.Euenerunt quæ prædixi euentura.Non multò pòſt illic eſt) de exulibus Lacedæmoniorum,non Meſſeniorum:& perfecta res, non perfecta ſunt. Quia ſuæ gratiæ reſeruari ea Achæi per ſe ipſi.)Hic quoque noſtra exemplaria ſecuti ſumus: Quia ſuæ gratiæ reſeruari eam Achæi:Elei per ſe ipſi, quàm per Ro.maluerunt.Achaico contribui concilio.Paulò pòſt. ædem faciẽdam M.Liuius.)745.B.,adde, ex S. C. Itẽ,& omnia cum maiore religiõe)lege,& eo omnia,&c.Rurſus pro edixiſſent X.viri, illic eſt, edidiſſent X.viri. & pro,Vbi in numero.)745.E. Vbi vt in numero.Itẽ) 746.I.Spẽ pro re ferentes,non,ferentibus.

Vnus vera & prouidè & fideliter prędicere)747.A.Antiqua lectio:Et prouidere & fideliter prædicere. Paulò pòſt,pro,Liuium deliberantem aliquot.)Liuium Deli per aliquot. Ita numero nõ fermè impares futuros,ipſum cæteris omnibus ſuperiorẽ eſſe)Vetuſta ſcripturaita numero non fermè impares futuros ſẽ,cæteris omnibus ſuperiores.Sequitur, cæteræ apertæ minores omnes fermè erãt.lege,minoris formæ.Itẽ) 748.F.Ciſſuntem,non,Ciſſontem. Aliquantò pòſt)remos detergunt,non,defringunt.Sequenti verſu)cõpari marte,non, pari.Mox,claſſes quoque vndique, non, claſſes vndequaque. Et)749.B.Tandem ſubſtiterunt,non,abſtiterunt. In fine libri)duo prætores deprauatè legebantur: M.Fuluius,pro,M. Tuccio.C.Antiſtius,pro,C.Atinio.

IN XXXVII. LIBRVM ANNOTATIONES, SIGISM. GELENII.

APud Africanum erant,virum ſicut ad cætera regium.)753.A. Egregium habent vetuſti codices. Mox.) Bellicoſio res ea tempeſtate erant Gallogræci. non,Gallogræci,ſed Gallicos lege.Nã ea vox cum ſequentibus cohæret,ad hunc modum.Gallicos, nondum exoleta ſtirpe gentis ſeruantes animos. Paulò pòſt)in portum Achæorũ claſſem aduertit,non auertit. Rhodiæ naues cum duabus Cypris effugerunt.)755.B. Vetus lectio:cum duabus Cois.Sequenti verſu,pro,iunctis enim binis,legitur, contis enim binis. Ibidem) Et Cymæ aliæq;,non,Cymæ Eleaqúe.vt præteruehens, ſi quas aberrantes.)755.E. Lege,vt præteruehentis claſsis,ſi quas aberrantes, &c. Portum Phœnicunta ad maritima vix tutum)757.C.Legendum, portum Phœnicunta à maritima vt tutum. Non quod milites ſolùm aliquot,ſed quod L.Apuſtius.)Vetus lectio:Neque milites ſolum aliquot,ſed L.Ap.Mox,in Bargyllam & Icoſon deſcenſionem.)Lege,in Bargylletico ſinu excenſione. Plurimum terroris feciſſet Gallis mercede conductis,quatuor millia erãt) 758.G.Syncera lectio:Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millibus erat.Sequentiverſu milites redundat.Coequitauerãt autem ſex M.equitum.) Quid iſtuc verbi eſt coequitare?legendum, cum equitatu (erant autem VI.M.equitum)Paulò pòſt,Philopœmenis ſummi omnium) 759.A.Lege,ſummi tum omnium.Aliquãtò pòſt.)759.E. Pro Aphrodiſias & Priene,vetus lectio habet. Aphrodiſias crene. XIII.ſuis nauibus, & vna Coa quinqueremi ad terram Gnidiorũ,vt ibi in ſtatione eſſent, profecti ſunt.) Antiqua lectio: Vna Coa quinqueremi, altera Gnidia. Rhodum, vt ibi,&c. Quãquam ne vulgata quidem lectio abſurda videtur.Verior habenda in quã plures manuſcripti codices cõſentiunt.Portum,quem Megiſton vocant)760.H.Archetypa, Megiſten habent.Et geographi Megiſtes inſulę in hoc tractu meminerũt, quæ fortaſſe eum portum efficit.Mox,vt in obuio claſsi, nõ, vt obuij.Audiunt ad Aſpendum iam hoſtes eſſe.)In manuſcriptis legitur:audiũt ab Aſpẽdijs ad Sidam iã hoſtes eſſe. Paulò pòſt.)Pro,nam Eudemus in altum,nam nec ſic in altum. Et) Locum poſt ſe quæq; venienti,non quoque.Aliquantò pòſt.) 760.K.Includerentur,non intercluderentur:ac rurſus.) Magiſten. Item) In Hiſpania reges,non Hiſpanię.Circũuecti ab vrbe aduerſa inſulæ)762.K. Ad auerſa inſula legendũ,quẽadmodum habent manuſcripti codices. Paulò pòſt)in acutum cacumen,non acumen.Sequens quę que verſus vitiatus eſt,à mari rupes exeſæ fluctibus ſuperclaudunt.Reſtituimus,à mari exeſæ fluctibus rupes claudunt.Aliquantò pòſt.)763.E.Noſcere aut adire,non audire.Minutius eſt,quod mox ſequitur, primus

primus è portu,non primum portu,ſicut vulgatæ editiones habent. Virtute militum Romani longè regios præſtabant, regiæ naues.) Hunc locum videtur aliquis data opera corruppiſſe. Legendum eſſe Rhodios præſtabant:Rhodiæ naues,&c. ſatis declarant quæ ſequuntur. nam vt donem agilitatem nauium,artem gubernatorum, ſcientiam remigum nõ minus rectè tribui regijs quàm Rhodijs,populo in re nauali tum excellentiſſimo: certè ignes ad Panormum Rhodijs ſaluti fuerant,non regijs, atteſtantur & ſcripta volumina. Mox lege, metu ignis aduerſi,nõ aduerſę.Nec erat cur paulò pòſt.) 764. I. Anchorale in anchoram mutaretur, & debilitatam.) In debilitate.Anchorale dixit,quemadmodum dicitur haſtile. Totidem ex vtraque in arctiorem velut cuneum.) Antiqua ſcriptura: Coit deinde ex vtraque parte. Ac mox,vbi cohæret illic legitur, non vrbs. Et aliquantò pòſt.)765.C.Ad deliberandum ſumpto,non aſſumpto. Nihil ea mouerunt regem, tutã fore bellis Aſiam ratum.)767.A. Syncera lectio:Tutam fore belli aleam ratum.Poſt aliquot verſus.)Omnis fortunæ ſubſidia,non omnia:&,ſi extrahere tempus: non, dum extrahere.Paulò pòſt.)767.D. Non ſagittarij equiti intermiſti legendũ, ſed ſagittarij equites.Hos Hippotoxotas Græci appellant. Nec eſt, ex propinquo caſtris facilè, ſed, ex propinquis caſtris facili ſubſidio. Mox, & tamen per ſe,non,duo tamen millia per ſe.Hanc Gemeam vocabant.)768.K.Vetus ſcriptura,agemaeam vocabant. Item.) Ab Ariarate miſſi rege. non miſſi erant regij. Quæ nihil ad malum Romanis, eadem per incommoda regijs erant.)769.B. Vna vox fœdè vitiata eſt. Lege,quæ nihil admodum Rom.&c.Non multò pòſt.) Et eques inſequendo,non equos.Et, auxilia enim ſubſidiaria.non ſubſidiaque. Grauius erratum quod ſequitur, qui inter equites, quos appellant phalangitas, erat.) Lege, & quos appellant. Euitare impetum belluæ ex tranſuerſo.)Lege,Et vitare impetum belluę & ex tranſ.Mox.) Is quà fugam cernebat ſuorum, non ſociorum.Item qui in præſidio erant.) Non quæ in præſ. erat.Et multò pòſt.)771.E.Si nunc moratus fuerit,non remoratus.

Deſierant enim victum in Aetolia metuere.)774.G. Legendum eſt,victam Aetoliam.aliquantò pòſt.)775. A.Pro,ſibi autem tanto obligatos beneficio,lege,ipſi autem. Vſq; ad Mæandrum amnem eæ ciuitates Rhodiorum eſſent.)777.D. Vetus lectio.ea ciuitatis Rhodiorum eſſent. Deinde inter competitores cenſuræ eſt M.Claudius Marcellus.)778.I.Non Geſo.Aliquantò pòſt, pro, multa concilia habuerat: illic legitur multa congiaria. Quandoquidem taciti indignarentur nobiles homines, ideoq; nouus. Syncera lectio: quando quod taciti indignarentur nobiles homines,id æquè nouus,&c.Mox,ab vltimis orientis.)779.B. Hæc vox,partibus non additur in veteri ſcriptura.

IN LIBRVM XXXVIII. ANNOTATIONES

SIG. GELENII.

ET reſtituerent Aminandrum.)780.I. Aminandrum redundat. Deinde in noſtris archetypis eſt: foſſa ita iungere.)782.F.Non foſſa iungere.Et,Aſſerem præfringebant.)non,perfringebant.Adiunctis Achæorum quæ partis erant nauibus.)783.B.Lege patris, non partis.Mox.)783.B.ſuſpenſò futuris, non furculis. Iurgijs excepti, quod rem traherent.)784. G. Vetus lectio:Quàm diu rem traherent:ac rurſus.)784. G. Tyrrheum in Pyrrheum deprauatum.Mox)Lege,vt conditiones pacis contenirent:non,vt ad conditiones. Item,per fines ſuos, non tuos.Neque eos Aetoli recepiſſent, vel in Aetolia eſſent: eæ vrbes agriq; Acarnanum ſunto.)785. C. Antiqua lectio,ne quem corũ Aetoli recepiſſe velint.Aeniadæ cum vrbe agriſq; Arcananum ſunto.Et coronam auream x v.talentũ afferebant munus.)786.I.Legi debet:Et in coronam auream xv.talenta afferebant.Sequitur continenter: Heluius integros,nõ Manlius.Præter Cibyram,Muleum.)Archetypa Syleum habent,nõ Muleum.& Syleum apud Stephanum legitur. Mox, xx.talenta ſe confecturum,non collecturum. Deinde,ad Mandrum manſerunt.) 787. A. Exemplaria noſtra Mandrupyum habẽt, quam Mandropolin Stephanus appellare videtur.Item.) Termeſenſes, non Telmeſenſes. Nam Telmeſus maritima eſt,Termeſus mediterranea. Deinde Xylinen comen:lege,quemadmodum alibi Macran comen, & paulò ſuperius Hieram comen. præterea Lyſinoe, non Lyſione. Et) Anabura, non Antibura. Primus regum Aſiam incolentiũ.) 788. G.In manuſcriptis non eſt regum, vt non de regibus ſolùm intelligatur, ſed de dynaſtis quoque ac liberis ciuitatibus.Hi iam degeneres ſunt miſti & Galli & Græci, vnoq; nomine Gallograeci verè appellantur.)788.K.Emẽdatior lectio, Hi iam degeneres ſunt, miſti,& Gallograeci verè, quod appellantur.Nec minus deprauatum eſt quod ſequitur.

Maſſilia inter Gallos ſubtraxit aliquantulum ab accolis animorum, niſi quod ex Spartana dura illa & horrida diſciplina manſit.)Reſtituimus ad fidem archetyporum:Maſſilia inter Gallos ſita traxit aliquantulum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana dura illa& horrida diſciplina manſit? Subſidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximæ ſpei ſuis fuerant.)791.D.Antiqua ſcriptura:maximo ſæpè vſui fuerunt.Romani ardentibus animis.)794.C. Legendum,ardentibus ira animis.& ſequenti verſu, biduum natura montis exploranda abſumpſit,non naturam explorando. Paulò pòſt.)Dextra læuaq́ue prælati,non palati. Item,à porta Capena ad Martis.)795.A.Non, ad Martis ædem. præterea,timore vano quietem exuerunt. Non quidem excitauerunt malim. Iuxtà vallum pro dirupto nouum obſtruentes murum.)Scribe,iuxtà validum,hoc eſt,æquè validum.

Laconicæ oræ caſtellis,quæ omnes adepti erant.)796.F.Lege,quæ omnis adẽpta erat,videlicet Lacedæmonijs. Ac mox: Lâs vicus.)Non Lamis, à quo vaſtato Caſtores Laperſæ Græcis denominati ſunt. Item porta ex ea pecunia Megalopoli.) 797.D.In exemplaribus quorum ob vetuſtatem fidem ſequimur,porticus legitur,non porta.Ibidem. Pro, Lepidum deieciſſe tradunt,cùm Lepidum deieciſſet. Romam reduceret M.Sempronius.)798.G.Antiquior lectio, Romam reduceret M.Sempronium proprætorem. Hiſpanis legiones,&c.& aliquantò pòſt,néue minorem ex belli cauſa.) 798. G. Illic legitur,néue monerem.Quemadmodum enim trierem,ita dierem,& monerem Græci dicunt.Paulò pòſt.)800.G. Parte dimidia pecuniæ remiſſa,non dimiſſa.Et Drymuſam inſulam, non domiſſam.Et.)800.H. Phoceenſibus non Phocenſibus. Leuiculum hoc videtur, intereſt tamen non parum. Phocenſium gens in Græcia eſt. Phocenſium ciuitas vltra mare in Ionia:mox Milyada lege,non Mityadam.

Q.Minucij Thermi morte omiſſum eſt inceptum.801. C. Syncera lectio:plurimum Q. Minucij Thermi morte damni eſt acceptum. Ibidem non Geruntium ſed Zerinthium lege: atteſtantibus manuſcriptis codicibus & Stephano. Et longè pòſt.)802.K. Rectius aliquantò illic legitur: Ambracienſibus ſupereſſe,quàm non ſupereſſe: An per omnes anfractus viarum,cùm via conſiſteres.)804.F. Scribo:cùm ad biuia conſiſteres.Ac paulò pòſt:Et corpora & animi miſti ac vitiati ſunt) 804.G. Non,& corpore & animo miſti ac mutati ſunt. Et mox)804.G.Cenſuiſſet bellum,non bella.Et ſequenti verſu, nuntiaretur:ſingulariter.Sed referre etiam ſi opus eſſe videretur,parati eſſent.)Antiqua lectio: Si opus eſſet, viderentur parati eſſe:item,Nullius equidem inuideo honori:addo,P.C. Nec eſt mox.) Circa Aſiam ad omnes vrbes:ſed, circa omnes Aſiæ vrbes.Ibidem mox,vtra grauiori,non vtrum à grauiori:& emoto,potius quàm moto.At enim ſunt hæc ita: verùm etiam Delphos.)805.C. Nihilo deterior videtur vetus lectio, nempè hæc. At enim ſunt quidem iſta vera, etiam Delphos, &c.Eadem figura vſus eſt libro ſeptimo.At enim quædam ciuitates cum Antiocho ſenſerunt, & alię prius cum Philippo. Alias agro mulctatis vectigal imponitis.) Lege addendo,alijs vectigal imponitis.Mox.quieta in ſuis arcibus non partibus. Te L.Scipio appello: cuius ego imperio ſuccedens, inuicem imperij tui virtutem felicitatemque pariter non fruſtra ab dijs immortalibus precatus ſum.) Emendatior lectio: cuius ego mihi,ſuccedens in vicem imperij tui,virtutem,&c.Item, non cum Gallis bellum ſenatus.) Lege addendo, bellum his ſenatus.Ac paulò pòſt.Sed ego,non,Sed ſi ego. Et.)806.F.Eodem modo ſuper Aoum,non eo modo. Et præmia earũ, non eorum.Præterea pro,non cupiditas gloriandi:lege addendo, non cupiditas gloriandi de me. Et, tamen procoſ. triumphũ in Thracia.)Non, tamen triumphum. Deinde non,in Liternum conceſsit.)807. E. Sed in Literninum: vt ſubintelligas rus:alioqui Liternum dixiſſet,abſque præpoſitione. Et mox morbum cauſæ eſſe, non cauſam. id caſu ita ſcriptum videri poterat, niſi poſt aliquot verſus repeteretur: Cùm L.Scipio excuſet,morbum eſſe cauſæ fratri, conſentientibus vetuſtis codicibus.Antiochum,recepto eius fratre cõſorte huius gloriæ,L.Cornelius Scipio vltra Tauri iuga emouit.) Lege per parentheſin (recipit enim fratrem conſortem huius gloriæ L.Cornelius Scipio)Mox eſt.)808.H.Africani triumpho,non Africano.Quo ad primum conſulatum:ſecundo etiam ſi cenſuram adijcias.) Non ſine cauſa afteriſcus hìc appoſitus erat. Nodum diſſoluerunt codices antiquæ ſcripturæ, in quibus ad hunc modum legitur: Quid ad primum conſulatum ſecundus,etiam ſi cenſuram adijcias? nec eſt in ſequenti verſu, neceſsitas,ſed neceſsitate, ac mox: vnus præcipuam,non vnam.

nam. Item pro, quod æs in publicum.) Illic eſt, quod eius in publicum. Et aliquanto poſt. Acceſsio inuidiæ, rectius quàm acceſsione. quod non dubito data opera deprauatum ab iſtis delicatulis, qui hiatus ne in alienis quidem ſcriptis ferre poſſunt. Quem rogationem Petilij quærere vellent.) Imò rogatione Petilia. Alij hunc prætorem adeò amicum.) Lege, ad hunc prætorem: & pro, alij adeò inimicum, aut adeò inimicum: pro prodiderũt, prodiderint. Ita tota periodus pulchrè conſtabit: quam is qui bis perperam ſcripſit, alij, mirè obſcurauit. Et tamen talia vix poſſunt ſcribis imputari. Vix tempero ſtomacho, quoties in mentem venit ingeniorum tam malè auſpicatorum, tametſi nimium crebrò ſtomachandi materiam præbeant. Cæterùm mox.) 809. C.C. Furius quæſtor Aculeo cognominatur non Culeo, quod cognomen in Terentia gente fuit, non Furia. Et aliquanto poſt pro: orationes quoque aberrant inter ſe.) Rectius illic legitur, abhorrent inter ſe. Hinc enim ipſe Gracchus queritur.) 810. G. Tu ſcribe, hæc enim ipſa. Huic Graccho minorem ex duabus filiabus.) Cùm conſtanter legatur in manuſcriptis voluminibus, ex duabus filijs: videtur hoc loco Liuius contempſiſſe exceptionem Grammaticorum. Neque enim iam eſt ambigua vox, quantum ad ſexum attinet, ſi dicat duabus filijs. Si cui tamen magis placet vulgata lectio, cum eo equidem non pugnarim, contentus veterem indicaſſe. Quibus ita in publicum ſolẽne ſponſalibus ritè factis.) Cur non inter publicum ſolenne potius? quemadmodum in archetypis legitur, Et ipſi deſponſam reddidiſſe. Grande operæpretium fecit ſcilicet, quiſquis ille fuit, qui hic de ſuo adiecit coniunctionem &. Libenter iſtas minutias diſſimulo, inter annotandum duntaxat, ſed hoc maius eſt erratum, quàm primo aſpectu videtur: quod qui non ſentit, vel admonitus, is planè nihil ſentit. Et aliquanto poſt: Cauſam dici veniſſe.) 811. B. Quis intelligit hæc? & tamen non niſi vna litera deprauata eſt. Debet enim ſcribi, eam dici veniſſe. Eam, videlicet pacem. nec minus lepidum quod continenter ſequitur. Huc decem legatos ſimul arguiſq;.) Quæ malum ſunt hæc portenta? mutata vna literula errori medebitur. Hic decem legatos ſimul argui. Nam coniunctionem que quis non videt praua caſtigatorum ſedulitate tam appoſitè in fultam? Paulò poſt: expulſo eo in vltimum angulum.) Eo redundat. Hic certè vitandus erat hiatus, quod alibi parum opportunè factum deprehendimus ſæpius quàm indicauimus. Mox ſcriba quaſi liberalitatẽ ſuam reuocans, tantundem ſubtrahit, quantum de ſuo adiecerat, ſcribendo: cuius gloria prodeſſe, pro, cuius cum gloria prodeſſe. Rurſus vt hoc damni bellè compenſet, adijcit particulam id. Id vbi ergo eſſe regium aurum.) O diligentem ſcribam & laurea dignum, ſi ferula puerile præmium videtur. Et hæc minuta contemnunt magni typographi ac celebres. Nihilominus in fronte libri magnificè iactant miram induſtriam in perſcrutandis & conferendis vetuſtiſsimis exemplaribus, & alios præ ſe pro nihilo ducunt: atque in noſtram barbariem captata etiam occaſione ſibi inuehi permittunt. Paulò poſt pro, rogationem Petiliam ex S.C.) Lege & S.C.

IN LIBRVM XXXIX. ANNOTATIONES,

SIGISMVNDI GELENII.

INde Cenomani conqueſti Romę.) 813. B. Id Cenomani, nõ inde. &.) M. Aburius Trib. ple. non Amburius. Paulò poſt: quid ab eo quemquam æqui expectare? Lege addendo: quid ab eo quenquam poſſe æqui expectare? Item: & P. C. orare.) 814. F. Lege, ſe & P. C. orare. &.) Alieni momentis animi, non alienis. Tribunatum ſibi à P. R. mandatum obliuiſci pro auxilio ac libertate priuatorum. Vetus lectio: à P. R. mandatum obliuiſci, & mandatum pro auxilio, &c. Ac mox.) Neceſſum eſſet: non, neceſſarium, aliquanto poſt: ij primùm lectos æratos.) 814. H. Non, inde primùm. Argenti pondo CCXX. millia centum tria.) Omiſſum eſt auri pondus. Lectio erit integra hoc modo: argenti pondo CCXX. millia auri pondo MMCIII. Huius mali tabes ex Hetruria.) 816. F. Labes eſt in vetuſtis exemplaribus, non tabes. Vt Hiſpalam identidem ex Auentino.) Legendum: indidem ex Auentino. Sequitur. In ludo ſimili Bacchanalibus.) 817. B. Pro quo vetuſti codices habent: in luco ſimile. Opinor Semelem detorta nonnihil voce Similam tum vulgò indocto dictam, quẽadmodum Græci nonnunquam in Romanis vocibus i præſertim breue per ε reddunt Δομίτιον pro Domitio, Βεργίλιον pro Virgilio dicentes. Ebutij, qui optimè de eo ipſo meritæ talem gratiam retuliſſet.) 817. C. Maluimus & hîc fidem archetyporum ſequi, in quibus ſcriptum eſt, qui optimi in eo ipſo meriti. Paulò poſt eſt: tres in anno ſtatos dies, non ſtatutos. Cum publico nomine, quid eæ coniuratione, cœtuſq; nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent. tum priuata quiſque ſuorum vice.) 818. F. Melius legitur: ne quid eę coniurationes. Et, tum priuatim ſuorum quiſque vicem. Iam maius eſt, quàm capere id priuata fortuna poſsit.) 819. B. Vetus lectio, quàm vt capere. Vbi deorum numen prætenditur, celerius ſubit animum timor. Lege, prætenditur ſceleribus. Et, quo quiſque loco poſitus erit.) 819. B. Nõ, quo quis. Præterea, nomẽue ab ſentis detuliſſet, non de abſentibus. Multorũ delata quidem nomina, ex ijs viri fœminæque mortem ſibi conſciuerunt.) Incorruptior lectio, multorum delata nomina, quidam ex ijs, &c. Nec eſt A. Faliſcum, ſed Faliſcum L. Opiternium.

Quia multæ ſationes & res peribant.) Ridiculum erratum. Lege, multis actiones & res peribant. Paulò poſt, ſed id omittere poſſe.) Non dimittere, & dum ne plus quinque, elegantius quàm, dum ne plures quàm quinque. Perfectis quæſtionibus. Q. Marcius.) 821. B. Lege addendo: Perfectis quæſtionibus prior Q. Marcius. Aliquando poſt, in prouinciam ierat.) 821. D. Non in prouincia erat. Rurſus paulò poſt.) 822. G. Sipontum dixit non Sipontem, quemadmodum Buxentum Latinis dicitur, qui Græcis Pyxus. Tamen quia rem integram Quintius.) Lege, cùm quia rem. ac mox. Antiocho dein de bello ſuperato ad Thermopylas, regi diuiſis partibus.) Ordinem ſic reſtituimus. Antiocho rege deinde bello ſuperato ad Thermopylas, diuiſis partibus, &c.

Quod eum Aeni & Maroneæ affectare poſſeſsionem audierãt.) Vetus lectio, quod iam Aeni & Maroneæ affectari poſſent. In controuerſiam autem veniebant Philippo Polyſtricta, Phaloria & Euronome.) 823. B. Lege Philippopolis, Tricca, Phaloria & Eurymenæ. Et in parentheſi adde Aetolis (nam Philippum Aetolis ademiſſe eas conſtabat.) Alterum moleſtum, prauos mores.) 824. I. Antiqua lectio, alterum mores ſuos reſpuere. Dixiſſe finem Philippo veterẽ, regiamq; Thraciæ Paroreiam. Sub ea nuſquam ad mare ferentem deflexiſſe viam.) 824. K. Syncera lectio, direxiſſe finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam ſubeat, nuſquam ad mare declinantem: Philippum nouam poſtea deflexiſſe viam. x. legatorum decretum ſpecimen calumniæ imprudentiſsimæ prętendit, in quo maximè.) 825. C. Antiquior ſcriptura: decretum calumniæ impudentiſsimæ prætendit, quo maximè, &c. paulò poſt in integro manerẽt.) 825. D. Non in integrum. Claudius vnus ex omnibus nobilis candidatus erat.) 827. D. Nouus non nobilis. Et poſt aliquot verſus pro, non vt Claudianus.) Lege, non vi Claudiana, Poſt aliquam multos verſus vbi legitur, & Philippus quidem minimè quin rebellandũ eſſet dubius.) 828. I. Particulani quidem aliquis contra fidem veterum codicum adiecit. Sed quod Areum & Alcibiadem capitis ab ſe in concilio proximo damnatos cum legatis ſe accuſaturos videbat.) Coniunctionem ſed, & has duas voces, ſe accuſaturos, non habent vetuſta exemplaria. Quam iniquitatem conditionis ſubimus, quòd ab illa ſpe non decidimus.) 829. B. Vetus lectio paucioribus verbis tantundem dicit, hoc modo, ſubimus illã ſpe, iudicijs animo te auditurũ, &c. Et mox pro, Veſtræ enim illæ deformes notæ ſeruitutis erãt.) 830. F. Illic legitur, deformes veluti cicatrices ſeruitutis. Nego antiquas Lacedæmonijs leges Achæos ademiſſe, quas non habebant.) Antiqua & ſyncera lectio ſic habet: Ego antiquas Lacedæmonijs leges tyrannos ademiſſe arbitror: nos non ſuas ademiſſe quas non hab. &c. Paulò poſt lege addẽdo, re precaria libertas.) 830. G. Vbi re vocula interciderat. Et mox: dignitatem ſuam tenere apud Romanos non poſſe.) Apud redundat. Ibidem lege, metum iniecit, non metu iniecto. Nec ita tantùm vt cuius lingua.) 832. F. Hæ particulæ, ita vt, non leguntur in vetuſtis exemplaribus. Ibidem: Coierant apud prætorem L. Flaccum.) Legendum: conſenſerantq; prætor L. Flaccum. Quieta deinde hyberna in citeriore prouincia habuit.) 832. I. Vetus ſcriptura: & citerior prouincia habuit. Deinde XII. M. pondo argenti, XII. pondo.

Præterea: vnum ex illis miſeris attrahi iuſſum ſecuri percuſsiſſe.) 833. C. Nõ, vnum ex damnatis. Nec eſt in veteribus, vti ea quoq; deculpo. Sed decem, vt ſubintelligas millibus. Ac mox melius detergendas cloacas, quàm tegendas. Et.) Interpretatores vltimo loco non Cn. Sulpicius eſt, ſed Cn. Sicinius, qui ædilis proximo anno fuerat: quanquam illic corrupte Sicilium vulgatæ editiones habent. P. Licinius Craſſus pontifex maximus mortuus eſt: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex maximus eſt creatus. C. Seruilius Geminus P. Licinij funeris cauſa viſceratione data, ludos fecit & gladiatores CXX. pugnauerunt.) 834. G. Longè aliter habet vetus & incorrupta lectio, ad hunc modum: P. Licinius Craſſus põtifex maximus mortuus eſt: in cuius locũ M. Sempronius Tuditanus põtifex eſt cooptatus. Põtifex maximus eſt creatus C. Seruili⁹ Geminus. P. Licinij funeris cauſa viſceratio

ratio data;& gladiatores cxx. pugnauerunt. Nam P. Licinio Craſſo C. Seruilius Geminus, Gemino M. Aemylius Lepidus pontifex maximus ſucceſsit, vt ſatis apparet Liuiũ non oſcitanter legentibus. Eadem paulò pòſt, cùm vndiq; diſſerenaſſet, ſublata, defunctosq́ue fato vulgo ferebant, quòd inter fatalia vates ceciniſſent: neceſſe eſt tabernacula in foro ſtatui.) Et hîc nonnihil diſcrepant à vulgata lectione exemplaria vetera: vbi legitur. Eadem paulò pòſt, cùm vndique ſerenaſſet, ſublata: defunctosq́ue vulgo ferebant, quod inter fatalia vates ceciniſſent, neceſſe eſſe tabernacula in foro ſtatui. Ob magnitudinem priſtinæ eius fortunæ.) 836. F. Lectio vetus: obſtupuerant ad magnitudinem. Item: Sed defectionis authores, quorum in manu res erat.) Lege defectionis authores, quorum in manu Reſpublica erat. Paulò pòſt: Duarum potẽtiſsimarum gentium.) Nõ duobus. Næuius hîc magiſtratum non inĳt tribunatus plebis P. Claudio, L. Porcio coſſ.) 837. C. Antiqua ſcriptura: Hic Næuius in magiſtratuum libris eſt tribunus plebis P. Claudio L. Porcio coſſ. Mox: ita vixiſſe in tribunatu Næuĳ videtur: non, vt videretur. Paulò pòſt redundat ſe.) 837. E. Vix ſe ſui arbitrĳ fore. Præuertendos etiam animos à ſuſpicione.) Legendum auertendos. Item: in Axiũ amnem editur, non elabitur, atteſtantibus archetypis. Deinde pacem quàm incerta belli præoptantes.) Non, incertam belli ſpem. Poſtremò circa finem libri: inſulam quæ non antè fuerat.) 839. C. Pro, nondum antè.

IN XL. LIBRVM ANNOTATIONES

SIGISM. GELENII.

EXecrationesq́; quę in agminibus proficiſcentium audiri ſolent, in regem, vincente odio metũ, exaudiebantur.) 840. K. Quid opus erat hîc tot ſuperfluas voces in fulcire? an parum integrum videbatur: execrationesq́; in agminibus proficiſcentium in regem, vincente odio metum, exaudiebantur? Quoniam dies appropinquabat) 841. B. Exemplaria quorum fidem & inter ſe conſenſum libenter in hac editione ſequimur, habẽt: cùm iam appropinquabant. Aliquantò pòſt lege addendo: cętera in ſuum quęque tempus agenda differunt.) Vbi hęc vox, agenda, intercederat. Mox: Alĳ ſingulos principum, non in ſingulos. Proditorem nolo dicere, ſpeculatorẽ citius, ex quo obſes Romæ fuit.) 842. H. Hoc loco noſtra archetypa melius. Proditorem nolo dicere, certè ſpeculatorem habemus in fine: cuius ex quo obſes, &c. Nec regem ſe alium rentur habituros eſſe.) Illic legitur: nec regem ſe alium habituros aiunt. Vino & ſpirante me hæreditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improba petitis.) 843. E. Creuiſtis habet exemplar Moguntinum: quod certè magis antiquitatem ſapit quàm ſuppoſititia vox petitis. Nec patrem poteſtis pati. nihil cari, nihil ſancti nominis noſtris, cuius vice regni vnius inſatiabilis amor ſucceſsit.) Reſtituimus ad fidem veterum codicum hoc modo: Nec fratrem, nec patrem poteſtis pati. Nihil cari, nihil ſancti eſt: in omnium vicem regni, &c. Furias fraternas cogita.) 844. K. Concita legi debet non cogita. Tollatur nunc primus, vt regno fraterna cæde potior. Pater ſenex, & filio ſolus orbatus magis timebit ne iraſcatur, quàm vt filĳ vlciſci necem patiatur.) 849. D. Hic locus eſt egregiè contaminatus. Ex collatione ad manuſcripta reſtituimus ſic. Tollatur, non primus regnum fraterna cæde petiero. Pater ſenex, & filio ſolus orbatus, de ſe magis timebit, quàm vt filĳ necem vlciſcatur. Si illa criminoſa ac vana accuſatio erat.) 846. F. Incorrupta lectio: Si illa ſeparata ab hac vana, &c. Quis dies, qualis, quo luſtratus exercitus.) 846. I. Lege quid dies, &c. Prælatis omniũ qui vnquam fuere Macedoniæ regum armis, reges duo ſolito more tegentes latera pater præuecti ſumus.) Antiquior lectio melior: prælatis o. u. q. f. M. r. armis regĳs, duo ſoli tua teg. &c. Illic etiam paruo forſitan odio prouehente.) Legendum illo etiam (prauo forſitan) gaudio prouehente. Quòd ſi non interueniſſent inſidiatores, ſomno ſopiti iaceremus.) Quantò melior antiqua lectio? quæ ſi non interueniſſent, inſidiatores nos ſopiti iaceremus. quod enim dicit inſidiatores, ironia eſt. Mox addendæ duæ voces te fateri, neceſſe erit te fateri, aut ſpeculatorum, &c. Ego nec obſes Romanis vt traderer, nec vt legatus mitterer, à te petĳ, miſſus ire nõ recuſaui.) 847. D. Magis arridet antiquus ordo. Ego nec obſes Romanis vt traderer, nec vt legatus mitterer Romã, petĳ; à te miſſus ire non recuſaui. Etiam ſi à fratre caritate vincor.) 848. G. Scriptura antiqua: etiãſi caritate à fratre maiore vincor. Sed per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi.) Illic legitur: ſi per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi. Et victi perſeuerãtia Fuluĳ.) Melius quadrat quàm, vicit per ſeu. Fuluius.

Tranſlatum argenti pondo millia CCCXX. auri LXXXII. põdo, aureæ coronæ LXVII.) Quantum ad argentum attinet, exiguum eſt quod Terentius in ærariu intulit, præ eo quod ſcriba locuples de ſuo adiecit, non minus liberalis in auro coronario. Credibilior ſumma eſt in manuſcriptis codicibus. Tranſlatum argenti pondo IX. millia CCCXX. auri LXXX. pondo, & duæ coronæ aureæ pondo LXVII. Quatuor legiones cõſules, quina) 848. K. Lege IIII. legiones conſulibus, quæ quina. & naualibus ſocĳs ciuibus Romanis, non ciuium Roman. In præſentia dat ei omnia mandata.) 850. K. Omnia redundat. Aliquantò pòſt: fuga per Pœoniam præparata arguebatur.) 851. E. Non arguebant. Paulus prorogato conſulari imperio.) Et poſt aliquàm multos verſus pro, cuiuſque ad Gallicum ſinum.) Matienoq́ue cuius ad Gallicum ſinum. Mox non eſt legendum erumpere extraordinarĳs cohortibus à porta iuſſit.) 853. G. Sed, extraordinaria porta. Sic enim conſtabit quatuor portarum numerus: vt ſint duæ principales, vna quæſtoria, & quarta hæc ipſe extraordinaria. Quem ſcrutãtes antea in deuios ſaltus.) Tollenda eſt præpoſitio in. Paulò pòſt: quia creditur Pythagoræ.) 854. I. Lege, qua creditur: & ibidẽ, accommodata fide pro accommodat fidem. Ac mox: pleraque diſſoluendarum eſſe, non paulò elegantius quàm ad diſſoluendas religiones. Et non multò pòſt. Lege addendo, igne à victimarĳs facto.

Ad caſtra hoſtium ſpeculatum miſit, vt viſeret) 855. C. Plus verborum habent hîc noſtra exemplaria. Miſit proximè ſuccedere ad vallum iuſſum: vt, &c. Aliquantò pòſt legendum: caſtra amiſſa eſſe, & tum cùm maximè ardere.) Non arderẽt, vt eſt in vulgatis editionibus, diſtinctione etiam confuſa. Ibidem, clamor accidebat, non accendebat. Tria millia peditum, quibus data quinquagena iugera, centurionibus centena.) 857. A. Vetus ſcriptura: tria millia peditum quinquagena iugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. Quæ cùm ita ſint, ego tamen hæc prædico P. C.) 858. F. Antiqui codices: ego iam hinc prædico. Mox adde infinitiuum verbum ſcire eius eſſe dicere, qui ſcire poſsit: & ibidem.) Illud exploratum, non illos. Ijdem codices paulò pòſt habent, ornari prouincias, non armari. Cùm vim deditis remiſiſſet admonens.) 860. F. In archetypo eſt: cùm bis deditis rem eſſe admonens. Id qui legere nõ potuit, ob characterum formas, vt opinor, noſtro ſeculo ignotiores, malè diuinando ſenſum vitiauit: atque idem ferè ex eadem cauſa in cæteris accidit, quæ deinceps vſque ad finem libri indicabuntur. In partibus extremis iam oppugnabantur.) Iam pugnabatur, illic ſcriptum eſt. Et proximè ſequenti verſu egregiè legiones, non tertiæ legionis. Remitteret quæ ei datę ſunt à cõſule ad P. Manlium in Hiſpaniam vlteriorem milites deferri iuſsit: ad ſigna redire.) 861. C. Non erat opus aſteriſco, ſi acrius oculos atque animum aduertere non piguiſſet. Scriptum enim eſt hoc modo: Literæq́ue ei datæ ſunt à conſulibus ad P. Manlium in Hiſpaniam vlteriorem deferendæ. Milites iuſsi ad ſigna redire. Et proximo verſu eſt in eum annum, non eum annũ. Et conſuli iuſſus, non iuſsit. Duronius qui Pr. anno ſuperiore ex Illyrico cum decẽ nauibus inde, in portu Brunduſino relictis nauibus, cùm veniſſet Rom.) 861. D. Et hic ab archetypo diſceſſum eſt, quod ſic habet. Duronius, qui Pr. anno ſuperiore ex Illyrico cum decem nauibus Brunduſium redierat, inde in portu relictis nauibus cùm veniſſet Rom. Et paulò pòſt pro: recuſante quod ſibi faceret.) Illic eſt: recuſantiq́ue id facere. Pontifex in locum eius L. Acilius cooptatus Q. Fuluius Flaccus, ante pontificem maximum Aemylius Lepidus.) Archetypi ſcriptura: pontifex in locum eius à collegio cooptatus Q. Fuluius Flaccus: in põtificem maximum Aemylius Lepidus. Libro nono per occaſionem depraua tæ ſcripturæ indicauimus Seruilium hunc Craſſo in eo ſacerdotio ſucceſsiſſe. Conferlocum hunc cum illo, agnoſces vtrobique germanam lectionem. Et paulò pòſt pro, vrbem ingreſſus eſt vectus.) 862. H. Illic legitur. vrbem eſt inuectus. Ibidem non, nummũm centum ſeptuaginta tres ducentos: ſed, centum ſeptuaginta tria millia, ducentos. Neque quingeni ſunt diuiſi, ſed quinquageni. Et mox non eſt, qui à ternis ad quaternos.) Sed, qui a ternis quaternos. Et nos à vobis admoneſieri, non vos à nobis debere.) 863. B. Pro admoneſieri illic eſt, admoneri & regi. Si Gracchus maius ſibi bellum eſſet, in vltima Celtiberiæ penetraret. Mundam vi cepit vrbem, primo aggreſſos noct. Acceptis deinde ex improuiſo obſidibus, & caſtella oppugnare: præſidioq́ue impoſito deinde agros vrere.) 863. E. Hîc præter alia vitia ordo quoq; multipliciter luxatus eſt. Rectius legetur hoc modo: Gracchus, quod maiùs ibi bellum eſſet, in vltima Celtiberiæ penetrauit. Mundam vrbem primùm vi cepit, nocte ex improuiſo aggreſſus. Acceptis deinde obſidibus, præſidioq́ue impoſito,

caſtella oppugnare, agros vrere. Non diſsimulantium rebellaturos eſſe.) In archetypo eſt: non diſsimulantium bellaturos, ſi vires eſſent. Fulmina etiam ſic vndique micabant, vt lucere viderentur corpora.) 868. F. Pro lucere peti habet archetypon. Poſtremò pro tum firma retres.) Dum firmaret res, legendum.

ANNOTATIONVM SIGISM. GELENII IN XL. LIBRVM TITI LIVII FINIS.

EMENDATIONES EX CODICE THEODORICI MORELLI, VIRI ERVDITISSIMI ET DILIGENTISSIMI.

VELVT diſsidentes.) Fol. 2. F. Deſidentes, hoc eſt, peſſum euntes: à deſido deſidis. Sequitur enim lapſi ſint, & ire præcipites. Ijſq; exta apponerentur.) 6. I. Vetus exemplar habet, ijqúe exta potirentur: vt à potiendo dicti ſint Potitij. σεῦτα verò idem valet quod fames. Decreto arma petiſſe.) 10. F. Vetus exemplar habet directo, vt opponatur illi ambagio ſę petitioni, qua vel arma, vel armillas poſcere videbatur, dum paciſcitur vt id ſibi traderent, quod in ſiniſtris manibus haberent. Nunc autem planè ex verbis explicitis arma petiſſe putatur, quamobrem non auara, ſed inſidioſa eſt habita, tâquam quæ illos nudos vellet hoſti obijcere, neque tamẽ improbauerim decreto. Quiſq; cum eo equites erant.) 11. E. Vetus exemplar equis ierant. Nulla parte adiutis.) Nulla arte adiutis. Augur ad læuam eius capite velato.) 14. F. Rhodiginus lib. 20. cap. 12. ſic diſtinguit, Augur ad læuam, eius capite velato: vt intelligatur Numę caput obtectum, non auguris, citatq; Plutarchum in Numa. Quòd earum ſibi concilia.) 15. C. Quòd earum ibi concilia. Vltimum illud viſuri.) 21. C. Vltimum illas viſuri. Agedum, inquit, diuine tu, inaugura. 26. F. Agedum, inquit, diuina tu in augurio fierine poſsit, quod nunc ego mẽte concipio cùm ille in augurio rem. Seruum, ſeruaq; natum.) 31. E. Seruum, ſerua natum. Clàm quidam muſsitantes.) 33. C. Vetus codex, clàm quidem ita eum vocabãt, ſed tamen paſsim. Pugnant inter ſe, quoſdam clàm muſsitantes, & vulgò eum appellaſſe Superbum. Vulgò dicitur quod à nemine non iactatur, à quibuſdam dicitur, quod à paucis. Si tranſitum pontem.) 45. D. Si tranſitui, id eſt, ad tranſeundum. Vtcunque ceciderit.) 47. E. Vt cuique ceciderit. Tributum iniquo ſuo tempore.) 53. D. Tributum iniquum, ac non ſuo tempore imperatũ. Diſtẽderent hoſtium copias.) 88. K. Legi ſolebat diſtinerent, at Budæus legit diſtenderent. Per concionem duobus Quintijs.) 95. C. Coitionem legit Rhodiginus libr. 14. cap. 16. Appius amore ardens.) 99. D. Appius amore amens. Crimine obnoxia.) 140. G. Crimini obnoxia. Quantum victoria.) 142. K. Quam tum victoria. Germanorum.) 169. C. Cenomanorum. Circa Ticinum. ibid. citra Ticinum. Semoni Sango.) 247. E. Semoni Iano legit ex Auguſtino Rhodiginus lib. 2. cap. 3. Vide Lilium Gregorium de dijs ſyntagmate primo. Antiquæ obrogat noua. Ferrarius in Philippica Cic. dicit in manu ſcriptis codicibus legi. Antiquam abrogat noua. Diem diffidit. Budæus legit, diffudit. Vti rogaſtis.) Vti rogati eſtis. non enim populus rogat, ſed rogatus iubet. Ad Capuam liberandam obſidionem.) 474. H. Budæus legit ad Capuæ liberandam obſidionem. Ab eo miraculo Thaumaci appellati.) 642. K. Budæus legit Thaumaſti. Noxæ futurã.) Budæus legit noxiæ. Caius Terentius Iſtra. 839. C. Caius Terentius Hiſter.

IOANNIS SAXONII HATTESTEDII, AD T. LIVII HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBRVM VIGESIMVM PRIMVM, COMMENTARIOLVS.

DISSENSIO eſt inter eruditos, recténe, an ſecus, hiſtoria Liuiana in Decades, hoc eſt, decurias, ſiue denos libros ſit diſtributa. Cœlius Rhodiginus & alij quidam Itali, homines docti, exiſtimant ab ipſo authore in Decades diuiſam eſſe, hoc argumento moti, quòd vnicuique decadi ſua præfatio præpoſita eſt: nec authorem ita facturum fuiſſe, niſi ſingulis decadibus inchoandis, cùm pauliſper interquieuiſſet, & quaſi reſpiraſſet, veluti noui operis exordio ſumpto, diſtinctionẽ facere, atq; ita hiſtoriã diuidere voluiſſet. Vt enim ipſos annales in libros, ita libros eũ deinceps in decades partitũ videri. Hãc opinionem præcipuè Sabellicus (quo nemo, meo quidem iudicio, formam orationis Liuianæ, aut maiori diligentia eſt imitatus, aut expreſsit felicius) adprobare videtur: qui vt Liuius ab vrbe condita per decades, ita ab orbe condito libros ſuos inſcriptos ac denominatos, per Enneades diſtinxit. In contraria ſententia ſunt, Franciſcus Petrarcha, Petrus Crinitus, Angelus Politianus: propterea quòd neq; Florus, qui ſingulorum librorum Liuianorum argumenta ſcripſit: neq; Priſcianus Grammaticus, cùm libros Liuianos allegat: neq; alij veteres, vllam mentionem decadum faciunt, ac Liuium non per decades, ſed adſcripto librorum numero citant. Ac Petrarcha non per ipſum Liuium, ſed per faſtidioſam legentium deſidiam, hiſtoriæ in decades diſtributionem factam eſſe arbitratur. Hoc nobis quoque placet, vt credamus hanc diuiſionem factam aut à librarijs, aut ab illis qui bibliothecis præfuerunt. Præterea illud reticere in principio nõ poſſum, quin obiter dicam, mihi illos parum rectè facere videri, qui Liuium vt parum veracem in hiſtoria arguunt, ac odio quarundam gentium falſa prodidiſſe aſſeuerant. Id ego propterea credendum non eſſe arbitror, quòd ne Octauio quidem Auguſto fortunatiſsimo Imperatori, cùm bellũ ciuile Pompeianum ſcriberet, gratificandum eſſe putauerit, quædam aliter narrando, quàm vel acta eſſent, vel geſta. Itaque cùm perfectam totam hiſtoriam populi Romani ediderit, Auguſtus lecto inter cętera illo beſlo ciuili, vbi animaduertit, eum nihil offenſioni cuiuſquam aut gratiæ dediſſe, palàm pronunciauit (vt Tacitus refert) eum Pompeianum eſſe. Quare qui Imperatorem potentiſsimum, qui cum & Pompeianis eſſet infenſiſsimus, & maxima cũ illis bella geſsiſſet, vel iratus plurimũ nocere, vel fauens maxima ipſi præmia tribuere potuit, non reſpexit: neq; rerum geſtarum expoſitionem ad eius beneuolentiam comparandam attemperauerit, atq; inflexerit: eum non eſt veriſimile Gallis, aut vlli alij genti ita malè voluiſſe, vt illius cauſa à vero diſcederet, ac res à ſe fictas in illius contumeliam ac infamiam narraret. Verba Cremutij Cordi apud Tacitum, Annalium libro quarto ſunt hæc: Titus Liuius eloquentię ac fidei præclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Auguſtus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipſum Caſsium, hunc Brutum, nuſquam latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, ſæpè vt inſignes viros nominat. Hæc ille. Dignus profectò fuit Liuius, vel ob iſtam animi rectitudinem amoremq; veritatis, quẽ in ciuili diſſenſione Pompeiana deſcribẽda oſtẽdit, cui Deus lacteum illud eloquentiæ flumen largiretur, quiq; principis terrarum populi res geſtas perſcriberet. Nullus quidem certè hiſtoricus eum adhuc vbertate orationis & ſplendore ſuperauit. Illud verò dolẽdum eſt, vel præcipuam eius partem, qua tum illud Pompeij bellum, tum reliqua bella ciuilia, & Gracchorum, reliquæq; inſequutæ ſeditiones vrbanæ continebantur, interijſſe. Inter ea quæ etiamnum extãt, nullum eſt dubium, quin hæc tertia Decas ſit longè præſtantiſsima: vt in qua bellum maximum, longeq; acerrimum, cuius belli victoria tantum Romanis virium dedit, vt illis poſtea diu nulla arma vſquam obſiſtere poſſent, commemoretur: ita vt in nulla hiſtoria, quod ego ſciam, bellum acrius legatur. De cuius belli magnitudine videamus quid dicat Liuius ipſe, in principio huius libri.

IN parte operis mei licet mihi præfari) Orditur à captanda attentione, quæ propoſitionem huius totius Decadis continet: & ſeruat regulam hiſtoricam, vt in exordio attentionem tantùm & docilitatẽ, non etiam beneuolentiam captet: quæ regula extat in Luciani Dialogo de ſcribenda hiſtoria, vbi, Omnibus, inquit, iam apparatis, interdum abſque proœmio exordietur hiſtoricus, quando res non omninò poſtulat vt præparetur quidpiam in proœmio, atque informetur. Initium verò vim proœmij habebit, ſi explanet, quibus de rebus ſit dicturus. Cęterùm quando proœmio vtetur, à duabus rebus ſolis exordietur, non vt oratores à tribus, ſed beneuolentiæ loco omiſſo, attentos aut dociles reddet auditores. Attentos reddet, ſi oſtenderit ſe de magnis, aut neceſſarijs, aut proprijs ipſorum, aut vtilibus rebus dicturum eſſe.

eſſe. Dociles auditores, & perſpicua quæ ſequentur faciet, ſi antea cauſas exponat, breuiterq; complectatur capita, & ſummas rerum geſtarum. Huiuſmodi prooemijs præſtantiſsimi hiſtorici vſi ſunt: Herodotus quidem, ne res geſtæ magnæ & admirabiles, Græcorum victorias, clades barbarorum continentes, diuturnitate temporis in obliuionem venirent: Thucydides verò, cùm ſperaret etiam ipſe magnum, & maximè memorabile, & maius quàm quæ antea extitiſſent bella, fore bellum illud. Magnæ enim in illo acciderunt calamitates. Ad hæc exordia Græcorum alludit Liuius in principio.

Carthaginienſes) Carthaginienſes debere & ſcribi & pronunciari, codices Liuiani probè ſcripti aut excuſi teſtantur: tum etiam autoritate Priſciani libro quarto, de octo partib⁹ orationis, capite de denominatiuis comprobatur, ita dicentis: Si nomina, inquit, ſunt tertiæ declinationis, abijciunt s, extremam genitiui, & adſumunt enſis. vt piſtor piſtoris, Piſtorienſis: Carthago, Carthaginis, Carthaginienſis. quòd ſi cui ratio Priſciani nõ ſatis firma videbitur, is cogitet priſcos Poëtas ſic locutos eſſe, atq; inde conſuetudinem ita ſcribendi & pronunciandi apud veteres inualuiſſe. Hoc oſtendunt Ciceronis pro Cornelio Balbo recitantis verſiculum Ennij, verba iſta: Neque ille ſummus Poëta noſter, Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorum voluit eſſe:

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis. Cæterùm ipſum nomen Carthago, Phœnicum lingua ciuitatem Dei ſignificat. Nam neque validiores opibus) Hic dubitet aliquis, fuerítne plus virium atque roboris Romanis poſtea, cũ Macedoniam, Aſiam, Græciam, Hiſpaniam, Syriam, Galliã, Aegyptum, Britanniam, Germaniam ſuperiorem, Africam imperio adieciſſent. Nam ex oriente hoc bello Italiam tantùm, cum Gallia ciſalpina, eaq; non tota, & partem Illyrici nõ magnam, & Siciliam, Sardiniam, Corſicamq; tenebant. Liuius ipſe prima Decade hanc dubitationem tollit, vbi hoc ipſum admirans, indicat non multò poſt exactos reges, Romanis, paucis vicinis ſolummodò oppidis imperantibus, maiorem exercitum ex delectu ciuium Romanorum confectum eſſe, quàm ſua ætate (qua imperium maximè floruit, & latiſsimè patuit) confici potuerit. Hoc igitur loco vult dicere, non huius belli initio Romanos maxima multitudine ciuium & ſociorum abundaſſe. Aucto enim magis imperio, maior vtrorumque copia fuit: ſed inter ciues & ſocios nunquam plures bellatores, nunquam Romanos bellicoſiores fuiſſe. Hanc opinionem Liuij confirmat Polybius, qui lib. 2. ſcribit, veniente in Italiam Annibale, Romanos peditum ſupra centum millia & quinquaginta, equitum ſex millia habuiſſe: omnium autem in tota Italia, quæ (vt dictum eſt) iam tum Romanis paruit, armatorum numerum ſepties centena millia peditum, equitum ad ſeptuaginta millia fuiſſe. Hoc poteſt Polybio tutò credi, propterea quòd ille Scipioni minori familiaris, & cum eo Carthaginem obſidente fuit. Quare res Italicas ſine dubio habuit notiſsimas, & habetur ab eruditis pro hiſtorico veraciſsimo, qui vt vera de rebus Romanis ſcriberet, non tantùm tertio bello Punico interfuit, ſed etiam omnes eorũ, quas tunc habuerunt, peragrauit prouincias, atq; ſpectauit: & inſuper nauigio fretum Gaditanum, & vicinus freto inſulas ſpectatum, Scipionis ſumptibus iuit, quo vilà pleraq;, nõ audita tantùm, aut apud alios lecta, in hiſtoria referret. Eum numerum bellatorum, & talium bellatorum poſtea, quando imperium in ſummo ſtetit, non habuerunt Romani.

Et adeò varia belli fortuna) Facit lectorem docilem, oſtendendo breuiter fortunam, & præcipuas cauſas belli. Romanis indignantibus, quòd &c. Pœnis, quod ſuperbè) Carthaginienſes ad ſuſcipiendum hoc bellũ impulerunt cauſæ tres. Hic vna attingitur. Hoc enim in primis eorum animos irritauit, quòd compoſito cum Romanis primo Punico bello, cùm incidiſſent in eam calamitatem, vt per mercenarios milites, quorum opera illo bello fuerant vſi, ademptis, propterea quod ſtipendia illis non potuerunt ſoluere, omnibus præter vrbem, quæ in Africa habuerunt, vix vrbem ab illorum vi tuerentur: Romani per eam occaſionem contra conditiones pacis, Sardiniam ipſis ademerant, & ſedato tumultu Africano, conquerentes ipſos de erepta Sardinia, ſtipendio mille & ducenta talenta adijcere, ſuperbè, auarè, & iniuſtè inſſerãt, niſi bellum ſibi indici mallent. Poſt deletos igitur mercenarios milites, Carthaginienſes quando pace decem & nouem annorum vires & collegerant, & toto illo tempore in Hiſpania bellando exercuerant, conſtituerunt illas iniurias Romanorum non inultas pati. Fama etiam eſt, Annibalem annorũ fermè nouem) Nunc finito exordiolo, ingreditur in narrationem, exprimitq; ſecundam cauſam belli. Fuit autem ſecunda belli cauſa, indignatio Amilcaris incitantis Annibalem filium ad ſuſcipiendum, cùm primùm per ætatem poſſet, cum Romanis bellum. Annibal gratioſum virum: ſicut Amilcar (Hebraicè Melchior) regem illuſtrem, Mago deletorem, Hanno gratioſum, Aſdrubal (Iudaicè Eſdra & Bal) ſicut Græcè Alexander, iuuantem virum ſignificat. Hi tres fratres Annibalis fuerunt, quorum Aſdrubal ad Metaurum flumen ab Liuio Salinatore, & Claudio Nerone, Hanno in Africa à Scipione maiore cum exercitu cæſus eſt: Mago in Sardinia ex vulnere, quod in Liguria cum Romanis ſub finem huius belli dimicans acceperat, mortuus eſt.

Nam & Siciliam nimis) Nam etſi primo bello Punico cum Pœnis victa à C. Luctatio conſule ad Aegates inſulas eorum claſſe, debellatum erat mari, tamẽ Amilcar adhuc egregium exercitum in Sicilia ad Erycem montem habebat incolumẽ: cùm ea inſula Carthaginienſes conſtituerent Romanis cedere, ac ipſe cum ſuo exercitu, vt inuictus à Romanis, ex Sicilia diſceſſit. Et Sardiniam inter motum Africæ) Inter motum Africæ, id eſt, flagrante illo bello, quod Carthaginienſes, continuò poſt primum bellum Punicum, cum ſuis militib. mercenarijs (de quibus paulò antè diximus) geſſerunt. Fraude Romanorum) Contra fœdus Sicilienſẽ, ſiue conditiones primi Punici belli compoſiti, quibus relinquebatur ipſis Sardinia. Nulla iuſta de cauſa, ſed tantùm per occaſionem ſeditionis Africanæ, cùm Carthaginienſes tùm contra Romanos nihil deliquiſſent, Sardiniam Romani interceperunt.

Stipendio etiam ſuperimpoſito) Adiectis ad ſtipendium, de quo ſtipendio in Sicilia inter eos conuenerat, mille ducentis talentis, quæ auertendi tantùm belli Romani cauſa, iniquiſsimo ſuo tempore (quia propter tumultum mercenariorum militũ, tunc ſe defendere contra Romanos non potuerunt) pendere ſunt coacti. Vulgò dici ſolet, Fortior in faccum detrudit debiliorem. Quod fuit ſub recentem Romanam pacem) Quod exortum eſt ſtatim poſt ſedatum primum bellũ Punicum. Per quinquennios) Tot enim annos bellum conductitiorum militum, qui Galli, Hiſpani, Ligures, Afri, Baleares fuerunt, aduerſus Carthaginienſes duravit. Polybius tres annos id, & ferè quatuor meſes duraſſe ſcribit. Illud bellum Liuius aliàs motum Africæ, aliàs Africum bellum nominat. Ita deinde nouem annis ſẽ in Hiſpania) Tertia cauſa ſuſcipiendi huius belli, fuit felix ſucceſſus Carthaginienſium in Hiſpania. Cæterùm Liuius præceptum hiſtoricum diligenter tenet, vt non ipſam modò rem, ſed etiam quid eam anteceſſerit, & conſequutum ſit, commemoret. Ideò breuiter perſtringit res Carthaginienſes in Hiſpania, proximè ante hoc bellum geſtas, eorumq́ue in illa prouincia fortunam.

Mors Amilcaris peropportuna) Cauſæ dilati, & ſerius moti belli. Imperium obtinuit) Exercitus in Hiſpania. Ob altam indolem profectus animi) id eſt, proficiſcentis animi: hoc eſt, eius animi, qui ſubinde meliora documenta ſui daret. Factionis Barchinæ) Quæ nomen à patre Annibalis Amilcare, cui cognomen Barcha fuit, habet: & nitebatur ſtudio ac fauore plebis. Contrariæ factionis princeps Hanno fuit, cui ſtudebant optimates. Barcha idem eſt, quod Benedictus. Auſpicijs Regulorum) Authoritate regulorum. Nouis gentibus) Hiſpanicis, quibus antea amicitia cum populo Carthaginienſi nõ fuiſſet. Barbarus eum quidam) Exemplum fidelitatis ſerui erga dominum, & fortitudinis, & cruciatuum patientiæ. Eo fuit habitu oris) id eſt, vultu. Similis conſtantiã Hieronymi Olgiati ciuis Mediolanenſis in perferẽdis cruciatibus & ſupplicio, patrum noſtrorum memoria fuiſſe perhibetur. Is enim Galeatio Sfortia Mediolanenſium duce, ob ſtupratam ſororem interfecto, & cùm torqueretur, & cùm in quatuor partes diſſecaretur, quandiu loqui potuit, hilari vultu ſuum factum prædicauit. Quin prærogattuam militarem) Prærogatiua eſt prima & præcipua ſuffragatio, quæ ad ſequentem ſuffragationem præiudicij vim habet. Prærogatiuarum duo genera à Liuio nominantur: Prærogatiua iuniorum, & prærogatiua militaris. Hoc loco prærogatiua pro authoritate eius ponitur, qui prior cenſet, vt etiam ſuprà lib. 3. ab Vrbe cõdita: Ne prærogatiuam militarem vrbana comitia ſequerentur. Prærogatiua interdum adiectiuũ eſt, vt infrà lib. 26. Prærogatiua centuria iuniorum declarauit T. Manlium & T. Octaliciũ conſules. Cicero pro Plancio: Vna centuria prærogatiua. Vocabatur autem ideò centuria prærogatiua, quia prima rogabatur, & plerunque ſorte ducebatur. Cicer. Philip. 2. Sortitio prærogatiuæ quieſcit. Fauor etiã plebis ſequeretur) Plebis, id eſt, multitudinis vrbanę. Actaq; res in ſenatu etiam fuerat) Vt Annibal mitteretur in Hiſpaniam ad Aſdrubalẽ, cui nupta erat ſoror Annibalis.

Et æquum poſtulare videtur, inquit Aſdrubal) Oratiuncula diſſuaſoria Hannonis, ne Annibal adoleſcens in Hiſpaniã ad Aſdrubalem mittatur. Oritur ab ipſa propoſitione, quæ aſcipitem ironiam habet. Florem ætatis) Confirmatiuncula à turpi ſiue inhoneſto, & loquitur adhuc ironicè. Prouinciam militari rudiméto) Pro prima exercitatione militiæ, pro prima inſtitutione in re militari.

An hoc timemus) Ab inutili & à periculo, & mouet inuidiam, ac indignationem, augendo rem catachreſi verborũ. Regni paterni ſpeciem videat) Inuidioſa augmentatione imperium Amilcaris regnum, & ipſum regem, exercitum verò hæreditarium appellat: affingens vicina virtutibus vitia, quod eſt genus abuſionis. Ego illum iuuenem) Concluſio, continens repetitionem periculi. Viuere æquo iure cum cæteris) Ne quid appetat præter cæteros ciues tyrannicè, contra leges & libertatem.

Ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens exuſciter) Allegoria. Miſſus Annibal in Hiſpaniam.) Acta & geſta ab Annibale ſub Aſdrubale imperatore. Habet autem hic locus inſignem προσωποποιΐαν, id eſt, deſcriptionem perſonæ, adiuncta ἤθοποιΐᾳ, quæ figura mores cuiuſq; & ingenium ſuis depingit coloribus, vt hîc Annibalis. Hæc Latinè Notatio appellatur.

Vt patri in ſe minimum) Ei iam fauebatur magis ſua cauſa, quàm patris. Sua virtus, induſtria, dexteritas ei iam plus fauoris conciliabat, quàm memoria patris. Præficere) Exercitui, aut parti exercitus. Neq; ſilentio accerſita) Dormiebat, etiamſi circum eum (vt in exercitu fieri ſolet) ſtreperetur. Militari ſagulo) Quę erat veſtis militis gregarij, nõ imperatoris. Arma atq; equi conſpiciebantur) id eſt ſpectabantur cum admiratione, erant inſignia. Cicero in Piſonem: Vehi per vrbem, conſpici velle. De veſtitu vtiliter monet Cato:

Intidiem nimio cultu vitare memento:
Quæ ſi non noceat, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, &c.) Diſtributio. Cum hac indole) id eſt cum hiſce indicijs, ſignis: cum hoc ſpecimine, cùm appareret eum ad has virtutes, & ad hæc vitia natura propenſum eſſe. Hic concludit Liuius res geſtas Annibalis ſub Aſdrubale imperatore. Cæterùm ex quo die dux eſt declaratus) Res geſtæ Annibalis imperatoris in Hiſpania ante ſecundum bellum Punicum, eiuſdemq; meditatio inferendi Romanis belli. Habent autem bella apud Latinos nomen à deuicto rege, duce, gẽte, aut prouincia: vt bellũ Caſsij apud Cæſarem, qui ab Heluetijs cum exercitu cæſus erat: bellum Antiochi regis, infrà in Liuio: bellum Punicum, Macedonicum bellum.

Velut Italia ei prouincia decreta) Vt in ea bellum adminiſtraret, eam bello ſubigeret. Fuit autem Hiſpania ei prouincia à Carthaginienſibus decreta, non Italia. Vt patrem Amilcarem) Amilcar dignã rebus à ſe geſtis mortem obijt. Siquidẽ cum ferociſſimis hominibus, populiſq; potentiſſimis in Hiſpania belligerans, & maximis periculis audacter ſe confidenterq; offerens, fortiter occubuit: fuitq; ſuæ ætatis imperatorum conſilio atq; animo præſtantiſsimus, & vir excellens, dignusq; qui filium haberet Annibalem.

Caſus) Infortunium. Saguntinis inferre bellum ſtatuit) Occaſio ſecundi belli Punici. Quomodo differant cauſa & occaſio, docet Polybius. Oppugnatio Sagunti Carthaginienſibus occaſio, Romanis cauſa belli fuit. Saguntus hodie ab Hiſpanis Momuedro, aut Moruetrum dici putatur. Vltra Iberum ea gens in parte magis quàm in ditione Carthaginienſium erat) Illam enim partem Hiſpaniæ, quæ Carthaginienſibus cis, Romanis vltra Iberum flumen eſt, licebat Carthaginienſibus iure fœderis, quod Romani cum Aſdrubale fecerant, armis peragrare & ſubigere. Illud vetitum erat, ne alteruter rorum exercitus Iberum tranſiret. Quam in ditione) Olcadum gens nondum erat redacta in ditionem, & ſub imperium Pœnorum.

Vt non petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie, finitimis domitis gentibus, iungendoq; tractus ad id bellum videri poſſet) Iungendo, id eſt, continuandis prouincijs, præbitis ipſi ſubinde cauſis nouorum bellorum: abſolutè accipiendo hoc gerundium, ſicut interdum Græci τὸ ζεύγνυσθαι.

Carthaginem nouam) Quam condidit Aſdrubal, gener Amilcaris. Defenſa) Ellipſis verbi ſubſtantiui, familiarior Liuio quàm Ciceroni. Annibal prælio abſtinuit) Stratagema Annibalis aduerſus Carpetanos, ad Tagum fluuium. Cum prima quies ſilentiumq; ab hoſtibus fuit) Cùm hoſtes primùm poſuiſſent caſtra, aut conſediſſent. Vallo ita producto) Vallo ita remoto à flumine, vt caſtra ab illa parte fluminis, vbi vadum erat, tantùm diſtarent, vt hoſtes vado tranſire poſſent. Eques corpore armisq; liber) Liber, id eſt, extans ſupra aquam. Vel per medios gurgites) Vel per profundiora loca fluminis.

Vorticoſo amni) Rapido amni. Cæterùm iam belli cauſa certamina cum finitimis ſerebantur, maximè Turdetanis) Strabo lib. 3. ſcribit, eam regionem, quæ à Bæti flumine, Bætica nominatur, ab indigenis Turdetaniã vocari, ipſos verò indigenas Turdetanos & Turdos appellari: eosq; à quibuſdam pro ijſdem, à quibuſdam pro diuerſis haberi, vt à Polybio, qui Turdetanis Turdulos finitimos ad ſeptentrionem eſſe dicat. Sua autem ætate nulla inter eos apparuiſſe confinia. Iſtos verò agrum toto orbe terrarum excellentiſsimum habere, & inter Hiſpaniæ populos ſapientia excellere, & literarum ſtudijs vti. nominatiq; Aſclepiadem Myrleanum, qui apud eos literarij ludi magiſter fuerit. Illa regio nunc regnum Granatæ, & Bætis fluuius Hiſpanicè Guadalquebir nuncupatur.

Cum finitimis) Saguntinorum. Annibal incitauit aduerſus Saguntinos vicinos eorum Turdetanos, qui iam ipſi parebant, vt defendendis illis nanciſceretur cauſam belli. Turdetanos autem Annibali iam tum paruiſſe, probant & hæc verba Liuij: tam omnia trans Iberũ præter Saguntinos, Carthaginienſium erant. Et illa: Poſtulabatur autem, vt redderent res Turdetanis. Inde patet, Annibalem Turdetanos cum Saguntinis commiſiſſe, ſeuiſſe inter illos lites, & certamina belli cauſa. Nec certamen iuris) Vt Turdetani iure cum Saguntinis diſceptarent. P. Cornelius Scipio) Pater Africani maioris. De Republica retuliſſent) De Republica deliberationem in ſenatu propoſuiſſent, conſuluiſſent ſenatum. Sociorum populi Rom.) Saguntinorum. Alij prouincias conſulibus Hiſpaniam atque Africam decernentes, terra mariq́ue rem gerendam cenſebant) Vt bellum non in Hiſpania ſolùm contra Annibalem, ſed etiam in Africa aduerſus ipſos Carthaginienſes gereretur.

Alij totum in Hiſpaniam Annibalemq́ue intendebant bellum) Intendebant, id eſt, dirigebant, deſtinabant: accommodando hoc verbum ſine tranſlatione, tantùm ad vim præpoſitionis, vt apud Ciceronem pro Milone: Iſta omnia in hunc vnum inſtituta, parata, intenta ſunt. Expectandosq́ue ex Hiſpania legatos) Non eſſe mouendum bellum, antea quàm P. Valerius Flaccus, & Q. Bebius Pamphilus legati, qui nunc ad Annibalem, atque inde Carthaginem mittentur, ex Hiſpania domum redijſſent. Dum ea Romani) Oppugnatio Sagunti. Saguntus, autore Strabone, ſita fuit in latere orientali Hiſpaniæ, inter Sucronem & Iberum flumina.

A Zacyntho) Inſula maris Ionij. Angulus muri) Oppugnationis deſcriptio, inchoata à deſcriptione loci. Turris ingens imminebat) Imminebat, id eſt, veluti minabatur periculum ſupernè, loco edito ſita, & præterea per ſe alta. Emunitus) Per munitus. Significat. n. è perfectionẽ hoc loco, & abſolutionẽ. Ideò illa interpretatio quorundam grammaticorum, Emunio, id eſt, extra munio, non valet, quia autoritas Columellæ, quam ipſi allegant, repugnat. Dicit enim, Emunita ſola & latera horreorum prohibent curgulionem, id eſt, benè & diligenter munita. Nam ſola horreorum non muniuntur extra horrea. Micare) Neutraliter pro vibrabantur: vt Virgilius, Linguis micat ore triſulcis. Quibus tumultuarijs certaminib.) Tumultuarijs, id eſt, ſubitarijs, quibus non concurreba tur iuſta acie, ſed qua cuique proximum fuit. Vix accipientibus quibuſdam opera locis, vineę ceptę agi) Opera interdum munitiones, interdum etiam machinas, vt hic, interdum vtrunque ſignificant. Machinas etiã ſignificant in Liuio, paulò infrà vbi dicit, Stationibus ad cuſtodiam vinearum aliorumq́ue operum diſpoſitis. Et hoc loco coniunctim opera & munitiones nominat tanquã diuerſa. In oppugnatione Maſſiliæ in Cæſare, etiam opera interdum pro machinis ponuntur, vt cùm de muſculo loquens, Hoc opus omne, inquit, tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt. Idem multò clarius eodem loco paulò infrà oſtendit Cæſar his verbis: Portis ſe foràs erumpunt, ſecundo magnoq́ue vento ignem operibus inferunt. Hunc ſic diſtulit ventus, vti vno tempore agger, plutei, teſtudo, turris, tormentaq́ue flammam conciperẽt, & prius hæc omnia conſumerentur, quàm quemadmodum accidiſſet, animaduerti poſſet. Tormenta autem, quæ ille inter opera nominat, balliſtas, catapultas, & ſimilia complectuntur.

Falarica) Deſcriptio teli. Nec Annibali in tanto diſcrimine rerum operæ eſſe legationes audire) Operæ datiuo caſu, id eſt, non eſſe vtui: Græcè χρείᾳ, non eſſe operam huius temporis.

Pars altera) Factio Hannonis. Admiſſi auditiq; non ſunt) Ab Annibale. Ea quoque vana atque irrita legatio fuit) Carthaginem miſſa. Fœderis rupti) Per Annibalem, oppugnandis contra fœdus Aſdrubalis, Saguntinis ſocijs Romanorũ. Cum aſſenſu audientium) Qui non erant ex ſenatu: alioqui iſta cum illis pugnarent. Aduerſo ſenatu. & quod infrà dicit, Adeò propè omnis ſenatus Annibalis erat, infeſtiusq́ue locutum arguebant Hannonem, quàm Flaccum Valerium legatum Romanum. Per deos fœderum arbitros ac teſtes) Oratio ſuaſoria Hannonis, principio obliqua, poſtea directa, qua ſuadet bellum cum Saguntinis eſſe ſecandum, resq́ue reſtituẽdas, Annibalẽ in pœnã rupti fœderis Romanis dedendũ. Loco exordij eſt reprehenſio ſenatus, quam orditur ab obteſtatiõe. Si ex bellis bella ſerẽdo, ſuccinctus armis legionibusq́ue viuat) Helleniſmus. Græcè enim ſic efferri poſſe: εἰ ἐκ πολέμων πολέμους καταβαλλόμενος, τάτε ὅπλα φέρεβεβλημένος, καὶ τὸ στρατόπεδα διαγάγοι: hoc eſt, τοῖς στρατοπέδοις δορυφορέμενος τοῖς ἡμετέροις. vel, τοῖς ὅπλοις ἐξηρτυμένος τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς πάγμασι διατελοίη. vel magis ad verbum, οἱ τοῖς διαμέσιν ὁπλοφορέμενος τοῖς ἡμετέραις. Cicero in Verrem: Non enim Charybdim tam infeſtam, neque Scyllam nautis, quàm iſtũ fuiſſe arbitror. Hoc etiam infeſtior iſte, quòd pluribus ſe canibus ſuccinxerat, ὅσῳ πλείους κυῶας φέρεβέβλητο. vel, ὅσῳ πλείους ἐτύγχανεν ἐξαρτήσας.

Velut materiam igni præbentes) Breuis ſimilitudo. Aluiſtis ergo hoc incendium quo nunc ardetis) Allegoria. Saguntum veſtri circum ſedent exercitus) Narratiuncula de iure fœderum, & de violatorum fœderum pœnis. Vtrum hoſtẽ) Diſtributio. Legatus ab ſocijs) Argumentatur à iure gentium & ſocietatis. Ab ſocijs) A Romanis, cum quibus eſtis fœde-

fœderati. Pro ſocijs)Romanorum,Saguntinis. Ius gentium ſuſtulit) Quod iubet legatos & tutò admittere,& audire. Vnde ne hoſtium quidem legati arcentur) A caſtris Annibalis. Annibal admittit in caſtra legatos hoſtium:Romanorum verò,qui ſocij & fœderati ſunt,legatos non admiſit.

Res ex fœdere repetuntur)Sunt enim excepti Saguntini in fœdere cum Aſdrubale facto, ne illos, etſi nobis cis Iberum ſint ſiti,oppugnaremus, aut quouis pacto offenderemus. Publica fraus abſit) Romani culpam moti belli, non publicè in populum Carthaginienſem vniuerſum, ſed in vnum Annibalem conferunt.Illius vnius deditione ſibi ſatisfieri patiuntur. Argumentatur igitur Hanno ab æquitate Romanorum. Quo lenius agunt) Argumentatur à periculo impendente à Romanis,& à perſeuerantia eorundem. Romani bella perſeuerantia magis quàm impetu gerunt.

Aegates inſulas)Argumentatur ab exemplis. Aegates inſulæ è Sicilia in Africam verſæ ſunt, non procul à Lilybæo,authoribus Plinio lib.2. cap.8.& Polyb.lib.1.quorum ille Aethuſam,hic Aeguſam nominat.Erycémq;)De Eryce exponemus infrà eodem libro.Per quatuor & viginti annos)Quos duranit primum Punicum bellum. Mars alter) Metonymia, ſiue auxeſis ironica. Carthagini nunc)Subijcit rem pro re,atque hoc ipſo auguratur de euentu huius belli.Dedemus ergo Annibalem) Anthypophora, qua præmollit ſuam ſententiam. Furiam facem) Authorem, concitatorem, Auxeſes ſunt, id eſt,augmentationes.Ad piaculum rupti fœderis) Ad expiandam violationem fœderis. Ego autem ſic cenſeo) Subijcit ſuam ſententiam loco epilogi. Ex fœdere Romanis dedant) Quod ius fœderis, quod Annibal violauit, nos facere iubet. Bellum ortum ab Saguntinis) Cùm inferrent arma Turdetanis finitimis ſuis, ſocijs Carthaginienſium. Tranſlatio eſt culpæ. Ita Annibal haberet excuſationem iuſtæ defenſionis.

Vetuſtiſſimæ Carthaginẽſium ſocietati)Nam à Romanis illicò poſt Tarquinium Superbum regno pulſum, L. Iunio Bruto, M.Valerio Publicola conſulibus, factum eſt primum fœdus & ſocietas & amicitia cum Carthaginienſibus. Illud poſtea aliquoties, additis quibuſdam rebus, eſt renouatum. Quia feſſum militem prælijs operibuſq; habebat)Operibúſque, faciendis, vt fodiendis foſſis, extruendo aggere & vallo,faciendis caſtellis,turribus, vineis,pluteis,muſculis,teſtudinibus.Prædam captæ vrbis edixit militum fore)Edixit,id eſt,pronunciauit, palàm ſignificauit. Inde) Pro deinde,poſtea, vſitatiſſimum Liuio. Turris mobilis) Aliàs ambulatoria vocatur, quia impoſita rotis ad murum admouebatur. Vegetius lib.4.cap.17.de Re militari.

Omnia munimenta vrbis) Non ſolùm muros, ſed etiam turres lapideas. Catapultis)Catapultis & tela & ſaxa proijcie bantur. De ſaxis proijciendis ſic inquit Cæſar libro ſecundo, de Bello ciuili: Centones inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis latericium diſcuterent. Catapulta,noſtra ætate lingua Germanica,dici fortaſsè poſſet,ein Mörſer.

Baliſtiſq;) Baliſta fuit duplex,maior & minor. De maiore ita dicit Cicero libro ſecundo Tuſc. quæſt. Baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum,eo grauiores habent ictus,quo ſunt contenta & adducta vehementiùs. Baliſta igitur maior non mittebat tela, ſed ſaxa, aut alias res maioris ponderis: & fuit interdum ea magnitudine, vt lapides cxx.pondo iacularetur.Huc alludit Sylius Italicus libro primo:

Phocais effundit vaſtos balliſta molares.

Cæſar libro ſecundo, de Bello ciuili: Aſſeres pedum duodecim cuſpidibus præfixi, atque hi maximis balliſtis miſsi per quatuor ordines cratium in terram defigebantur. Minor balliſta tela & haſtas,vt phalaricas iaciebat.De hac ita loquitur Lucanus lib.3.

Nec enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea,ſed denſo balliſtæ turbine rapta.

Scorpio eſt, quod Germanicè, ein Armbruſt/ dicimus. Vt caſtellum in ipſa vrbe velut arcem imminentem haberent) Caſtellum,id eſt,receptaculum,profugium, perfugium,præſidium, refugium. Cicero in Piſonem: Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum,caſtellum forenſis latrocinij.Cæſar de oppugnatione Maſſiliæ: Eſt animaduerſum à legionarijs, ex crebris hoſtium eruptionibus, magno ſibi eſſe præſidio poſſe, ſi pro caſto ac receptaculo turrim ex latere ſub muro feciſſent,quã primò ad repétinos incurſus humilem paruamq; fecerunt. Hinc ſi qua maior oppreſſerat vis,propugnabant:hinc ad repellendum & proſequendum hoſtem procurrebant. Hæc verba Cæſaris ſatis oſtendunt, quid caſtellum hic in Liuio ſignificet. Affectos animos)Debilitatos,inclinatos ad deſperationem,ægros.

Conſternati) Concitati ex perturbatione. Conquiſitoribus) Eorum qui militare ſub Annibale debebant. Sic ciuis veſter) Oratio ſuaſoria Alorci. Orditur ab occaſione, & cauſa aduentus ſui. Quo nec orator Annibalis)Ego neque ab Annibale ad vos miſſus ſum, neque veni animo apud vos manendi. Veni mea ſponte ad vos, venia Annibalis, mea erga vos beneuolentia adductus, vt vobis conſulerem.

Cùm verò ille)Dilemma.Ego,ne ignoretis) Docilitas & attentio. Pro vetuſto hoſpitio)Captatio beneuolentiæ. Pacem affere)Propoſitio. Vrbem vobis)Narratiuncula de conditionibus pacis.Equidem haud deſpero) Facit cis ſpem minuendæ acerbitatis.Sed hæc patiendà cenſeo) Concluſio à comparatione ſiue euitatione maiorum malorum.Ante ora veſtra) πάθος à loco.Argentum aurumque)Exemplum fortis & miſerandi interitus. Octauo menſe) Dubitatio de tempore captæ Sagunti, & initi itineris verſus Italiam.

In hyberna rediit) Placentiam. Nam neque hoſtem acriorem) iſta quæ ſequuntur,vſque ad illa verba Liuij, Nominatæ iam antea,&c.habent vim & attentionis & docilitatis.Attentionis, quia magnitudinem & pericula futuri belli breuiter demonſtrat. Docilitatis,quia paucis perſtringunt ſummam belli imminentis.Amplificat præterea collatione. Dicit autem deſidem atque imbellem rem Romanam fuiſſe huius belli initio, propterea quòd non ſatis acrem hoſtem,illo ſpacio viginti trium annorum, quod inter primũ & ſecundum bellum Punicum interceſsit,habuerant.

Sardos Corſoſq; & Iſtros atque Illyricos) Cum his bellatum eſt poſt primum bellum Punicum, iſtaq; bella perſtringuntur à Floro Epitomes lib. 20. Cum Gallis tumultuatum magis quàm belligeratum) Verba deponentia quaſi ab actiuis deſcendentia vſurpat paſsiua voce imperſonaliter, contra regulam Priſciani & aliorum grammaticorum, qua Imperſonalia à verbis paſsiuis, communibus, deponẽtibus deriuari vetantur. Significant autem imperſonalia paſsiuæ vocis actionem in præterito,vt hic Liuius contra Grammaticos defenditur Heteroſi generum verbi, quam multis locis vſurpat. Ideò autem cum Gallis tumultuatum magis quàm belligeratum eſſe dicit, quòd Galli medio tẽpore inter priora duo Punica bella, ſæpè acrem impreſsionem in fines Romanorum fecerunt, ſed tamen ad extremum non perſeuerarunt. Scripſit alibi, primum Gallorum impetum fortiorem eſſe quàm virorum, poſtremum languidiorem quàm fœminarum.Trium & viginti annorum militia duriſſima) Totenim anni inter finem primi Punici belli, & initium ſecundi fuerunt. Hi anni ita ſunt diſtribuendi,vt quatuor tumultui Africano,quem ſedauit Amilcar, qui tamen in quintum annum productus eſt, quia Liuius ſuprà illi tumultui quinque annos aſcribit, deinde nouem Amilcaris, octo Aſdrubalis, duo Annibalis imperio in Hiſpania tribuantur. Duos enim annos Annibal imperium exercitus tenuit in Hiſpania, antea quàm contra Romanos cum copijs Iberum tranſmitteret. Iſte numerus ſummam 23.annorum conficit.

Dicendo igitur, hunc exercitum viginti tres annos belligerãdo in Hiſpania exercitatum eſſe, ſignificat Pœnos exercitum in Hiſpania habuiſſe etiam tempore tumultus Africani.

Celoces viginti deductæ)Deductę, de terra in aquam. Contrarium eſt ſubducere.Cęſar lib.5.de bello Gallico:Et longas duodetriginta inuenit, neque multum abeſſe ab eo quin paucis diebus deduci poſſent. Latum indead populum)Lata eſt rogatio ad populum:Populus eſt rogatus, ſiue conſultus. Cũ ſuo iuſto equitatu) Cum trecenis equitibus. Gallia prouincia) Ciſalpina,quæ decreta erat Lucio Manlio prætori. Verſa in Punicum bellum)Inclinata ad iuuandos Pœnos. Vana Romani)Diſceptatiuncula de iure fœderum,ſtatus iuridicialis: Vana, id eſt,inanis,ſtolida,futilis. Quod C.Luctatius conſul primo nobiſcum fœdus icit) Cùm componeretur primum bellum Punicum in Sicilia.

Itaq; aliud de integro fœdus icit)In fœdere Luctatij, quod is componendo primo Punico bello cum Amilcare in Sicilia icit,hoc inter cætera expreſſum erat, vt Carthaginienſes talenta argenti Euboica duo millia & ducenta, Romanis intrà annos viginti penderent, vtq; Sicilia excederent. Has conditiones pacis Romam miſſas populus non approbauit, verùm in Siciliam decemuiros cum poteſtate publica, qui illis de rebus ſtatuerent,miſit. Hi in Siciliam delati, hæc eatenus tantùm mutarunt,vt tempus pendendi argenti coarctarent, totumq; intra decennium exoluí, ac mille talenta ſummæ addi, vtq; Carthaginienſes non ſolùm Sicilia, ſed etiam aliis omnibus inſulis,quæ inter Siciliã & Italiam iacent, excedere iuberent. Hæc directa percunctatio,) Sententia Liuij de iure fœderum. Comparandum non erat,) Illa comparatio fœderum non valebat. Romani, quòd C. Luctatius conſul primò cum Amilcare fœdus icit, quia neque autoritate patrum, nec populi iuſſu ictum erat, negauerunt ſe eo teneri. Itaque aliud deintegro fœdus publico Conſilio ictum eſt. Si Romanos non tenent ſua fœdera, niſi vel autoritate patrum, vel populi iuſſu icta : ne Carthaginienſes quidem Aſdrubalis fœdus,quod illis inſcijs icit,obligare potuit. Ratio quare hæc allegatio comparationis fœderum nihil habeat firmitatis, ſubiũgitur à Liuio ſtatim his verbis:Cùm in Luctatij fœdere diſertè additum eſſet, ita id ratũ fore,ſi populus cenſuiſſet,in Aſdrubalis fœdere nec exceptũ tale quidquam fuerit,& tot annorum ſilentio,ita viuo eo comproba-

tum ſit fœdus, vt ne mortuo quidem autore, quidquam mutaretur, &c.

Priore fœdere) Luctatij. Ad cupidinem nouæ fortunæ erexerunt) Nouæ fortunæ, id eſt, moliendi res nouas. In concilio) In cœtu deliberantium, in ſenatu. Concilium aliàs idem eſt quod ἐκκλησία Græcis, vt apud Ciceronem de Inuentione: Hunc pater ſuus concilium plebis habentem de templo deduxit. Aliàs ſenatum alicuius gentis, ciuitatis aut prouinciæ ſignificat, vt infrà libro 36. Diaphanem concilium Achæorum extemplò ſibi præbere iuſsit. Hoc enim tale eſt, ac ſi diceret, ſenatum ſibi dari: hoc eſt ſenatum ſui audiendi cauſa conuocari iuſsit.

Aut finiendam vobis militiam) Quod vobis ingratum eſſet, propterea quòd bellicoſi eſtis, & amantes belli. Figura eſt diuiſio, cuius cùm hic duo ſint membra, alteri præfert alterum, argumento ab vtili & glorioſo. Ita enim hæ gentes) Si transferatur bellum in alias terras. Hæ gentes) Hiſpanæ. Cùm longinqua ab domo inſtet militia) Agitanda in Italiam. Longius in futurum prouidentibus deſiderium) Quanto longius & diutius à ſuis abfuturi, tanto magis deſideraturi eos erant. Ad edictum) Sicut præceperat eis Annibal, cùm commeatum inuiſendi ſuos daret. Gadeis profectus) Cum exercitu. Pro eo) Præſidio, quo Africam firmaturus erat. Pedites cetratos) Cetra ſcutum loris contextum rombi figura fuit, quo præter Hiſpanos & Afros, etiam Perſæ & Galli plerunque ſunt vſi. Ad ſolicitandos) Ad tentandos. Qua parte belli vicerant) Romani primo bello Punico, ſicut ſuprà diximus, prælio maritimo ad Aegates inſulas cum Carthaginienſibus debellauerũt. Amiſcar tamẽ copias terreſtres, quibus ipſe præfuit, facta pace, ſaluas & inuictas ex Sicilia deduxit. Ibi fama eſt) Viſum mirificũ Annibalis ſomniantis, deſcriptum per hypotypoſin. Sinereq; fata in occulto eſſe) Fata, id eſt, voluntatem deorum. Ne ſcrutaretur, aut inquireret, quid ſibi dij illo prodigio vellent. Quemadmodum differant fatum Phyſicum, Stoicum, Aſtrologicum, docent Phyſici, philoſophi. Loginquitate viæ) Nam à Carthagine noua ad fines Italiæ nouem millium ſtadiorum iter eſt. Ea ſunt ferè 230. milliaria Germanica. Annibal quia reuocare) Æſtus Annibalis in diſſimulanda defectione, & diſceſſu Carpetanorum. Metu ſeruitutis ad arma cõſternati) ἀποβάντες ὑπὸ τοῦ φόβου δουλείας τὰ ὅπλα ἔλαβον,

Hoſpitem enim ſe Galliæ, non hoſtem adueniſſe) Hoſpitem, non hoſtem, παρονομασία. In Italiam interim) Tumultus à Gallis ciſalpinis aduentantis Annibalis fiducia factus. Agrum metanteis) Agrum metiendo, ponendisq; metis diſterminantes. L. Manlius prætor) Quem ſuprà cum haud inualido præſidio in Galliam miſſum dixit. Effuſum agmen) Temerè properans, progreditq; contendens non ordine, ſed ſparſim. Acciſas res) Acciſas, id eſt, afflictas. Conſtabat acceptum eſſe magnum detrimentum. Per patentia loco) Patentia, id eſt, aperta. Romani Cannetum vicum propinquum Pado contendere) Liuius non addit hic præpoſitionem nomini vici. Huc pertinet diſputatiuncula Ciceronis libro 7. Epiſtolarum ad Atticum, epiſt. 120. Vtrum Piræeo tanquam nomini loci præponenda ſit præpoſitio, an verò vt nomini oppidi non ſit præponenda. Verba eius hæc ſunt: Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus ſum, quòd homo Romanus Piræea ſcripſerim, non Piræeum (ſic enim omnes noſtri locuti ſunt) quàm quod, In, addiderim. Non enim hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco: & tamen Dionyſius noſter, qui eſt nobiſcum, & Nicias Cous nomen rebatur oppidi eſſe Piræea. ſed de eo videro. Noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, quòd non vt de oppido locutus ſum, ſed vt de loco: ſecutusq; ſum, non dico cœcilium, Mane vt ex portu in Piræeum (malus enim autor latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur à C. Lælio ſcribi, Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeum. Et idem: Mercator hęc addebat, captam è Sunio. Quod ſi oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quàm Piræeus. Sed quoniam Grammaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſolueris, magna me moleſtia liberaris.

Tumultus repens) Repens pro repentinus, Archaiſmus. Præter oram) Legendo littus. Salyum) Salyes ſiti ſunt inter Argentium & Rhodanum flumina, ſecundum littus maris Gallici in prouincia Narbonẽſi. Eorũ vrbs eſt Arelate. Pluribus enim diuiſus) Tribus oſtijs. Trecentos interim) Occaſio paulò infrà ſequentis prælij equeſtris.) Volcarum) In his ſita eſt Auinio. Et eos ipſos) Et eam partem Vulcarum, quæ citra flumen habitauerat. Cæteros accolas fluminis Annibal. Deſcriptio apparatus Annibalis, & modi & artificij traijciendi Rhodanum. Iamq; omnibus) Stratagema Annibalis, quali quoque vſus eſt Cæſar bello Gallico & ciuili.

Circumducere agmen) Verſus caſtra hoſtium ſecundo flumine. Educunt inde) Inde, id eſt à caſtris Annibalis. Suprà paruæ inſulæ circumfuſum amnem) Supra amnem, id eſt ad amnem: Helleniſmus, ὑπὲρ ποταμὸν, id eſt ſupra flumen, hoc eſt ſuper ripam fluminis. Vtitur multis Helleniſimis ideò, quia ex Polybio & alijs Græcis hiſtoriographis iſta pleraque tranſtulit. Rateſque fabricatæ) τὰ fabricatæ deriuat à fabrico, aut vſurpat in genere communi, paſsiua ſignificatione. Sine vlla mole) Sine grauioris armaturæ pondere. In vtres veſtimentis conjectis) in vtres inflatos. Cęſar libro 1. Belli ciuilis: Hiſpanis erat præcluſe tranare flumen, quod conſuetudo eorum omnium eſt, vt ſine vtribus ad exercitum nõ eant. Ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes) Superpoſitis, id eſt, ſuper vtres poſitis: ſiue incubantes vtribus, ſuperpoſitis tergo ſuo cetris. Galli poſtquam vim facere conati, vltrò pellebantur) Vltrò, id eſt, priores. Vt quenque timentem altitudinem deſtituerat vadum.) Poſtquam pedibus non poterant contingere fluminis fundum, terebantur impetu fluminis in alteram ripam. Parte ſuperiore ripæ) Contra decurſum fluminis, aduerſo flumine vel aqua. Ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur) Hoc propriè eſt remulco trahere. Continenti velut ponte) Cum minor ratis adhuc iuncta eſſet maiori. In altum) Super profunditatem, ac ſi loqueretur de mari. Dum elephanti traijciũtur. Prælium equeſtre, prima pugna huius belli. Huic alæ equitum) Hæc ala equites quingentos cõtinet. Germanicè, ein Fahn Reuter, dici poſſet. Alioqui alarij equites, & cohortes alariæ, ad differentiam equitum & cohortium legionariarum dicuntur.

Vt ſummæ rerum proſperum euentum) Romanos ad extremum victores fore. Ancipitisq́ue certaminis victoriam) Hoc illud eſt quod ſuprà dixit, Adeò varia belli fortuna, anceps q; Mars fuit, vt propius periculo fuerint, qui vicêre. Nec Scipionis ſtare (Dubitatio vtriuſque ducis: Vtrum cœptum in Italiam intenderet iter) Intenderet iter, id eſt, proficiſceretur, contenderet ire ſicut cœperat. Liuius intendere iter dicit, vt Curtius intendere fugam. Ipſe Liuius mihi hanc formulam ſermonis exponere videtur paulò pòſt, cùm inquit: Poſtquam ipſi ſententia ſtetit, pergere ire, atque Italiam petere. Auerterat à præſenti certamine) Occaſio maturandi iter in Italiam. Libatis viribus) Libatis, metaphora, pro imminutis. Variè militum verſat animos) Verſat, id eſt tractat, afficit. Impellit eos ad pudorem, ſpem, audaciam. Sequitur oratio cohortatoria obliqua ad milites, ne metuant Alpes. Mirari ſe) Propoſitio figurata inopinatò. Non putaram vos formidaturos eſſe Alpes.

Pectora ſemper impauida) Prædicatione perſonarum & rerum antea geſtarum caſtigationem lenit. Omnes gentesq; & terræ eæ) Periphraſis Hiſpaniæ. Duo diuerſa maria) Mediterraneum & Oceanus. Velut obnoxiam ſibi dedi) Quaſi vos eſſetis ſerui, aut beſtiæ. Nam apud Romanos cùm ſeruus aut animal brutum alicuius cuipiam nocuiſſet, liberum erat domino eius nomine damnato, vel litis æſtimationem ſufferre, vel hominem aut animal noxæ dedere, vt docent iuriſconſulti ſub titulo de noxalibus actionibus: & in titulo, Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Mouet itaque his verbis odium ab indignitate. Cùm ab occaſu ſolis ad exortus intenderent iter) Intenderent iter, id eſt pergerent ire. Iberus fluuius verſus ortum ſolis ab initio Italiæ, fermè mille millia paſſuum, hoc eſt, ad ducenta miliaria Germanica abeſt. Nunc poſtquam) Facit illis animũ & ſpem à magnitudine rerum prius geſtarum, & facili. Emenſam) Paſsiuè. Quarum alterum latus Italia fit) Italia, id eſt, illa pars Italiæ, quæ tunc dicebatur Gallia Ciſalpina, hodie Longobardia nuncupatur, cuius prima pars occaſum verſus ad radices alpium, nunc eſt regio Pedemontana.

Quid aliud alpes eſſe credentes) Extenuatio periculi & difficultatis. Eos ipſos quos cernant legatos) Argumentatur ab exemplis. Romam orbis terrarum caput) A glorioſo, & à ſpe præmiorum. Cepiſſe quondam) Accendit animos militum æmulatione Gallorum. Ea quæ adiri) Alpes, & ipſam vrbem Romam. Proinde) Concluſione dilemmatica accendit Gallorum æmulatione Pœnos. Campum interiacentem Tyberi ac mœnibus Romanis) Campum Martium. Poſtero die) Iter Annibalis ex Volſcis verſus alpes, & acta in itinere. Romanum) Synecdoche. Intelligit enim ex vno plures. Agri aliquantulum amplexi) In cuius agri extremo ad confluentem ſitum eſt Lugdunum, conditum à L. Planco, Ciceronis diſcipulo. Huic campo eo nomen inſulæ inditum ſcribit Polybius libro 3. quòd ibi Arar Rhodanusq; diuerſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi cõfluant in vnum, faciantq; inſulam & figura & magnitudine ſimilem, ei quæ in Aegypto Delta appellatur: niſi quòd illic mare, cum quo duo amnes coniunguntur, hîc verò difficiles atque aſperi montes vnum inſulæ latus efficiunt atque claudunt. Hoc nos cùm per Lugdunum ex Gallia in Italiam proficiſceremur, ita eſſe vidimus. Pellebatur) Nam vtraq; pars poſitis caſtris in armis erat, atq; exercitum habebat. In Tricaſtinos) Tricaſtini, Vocontij, Tricorij, populi ſunt Galliæ Narbonenſis. Is & ipſe Alpinus amnis) Deſcriptio fluminis Druentiæ.

Saxa glareoſa) Glareoſa, id eſt habentia arenoſam ſiue calculoſam, limoſamq; terram adhærentem. Eo qui circa Padũ erat exercitu) Sub L. Manlio & C. Attilio prætoribus. Tum, quanquam fama) Primus acceſſus ad Alpes. Sequitur igitur itineris per Alpes facti, & oblatorum in illis periculorum deſcriptio. Percepta res) Sublimitas Alpium. Niuesq; cœlo propè im-

pè immiſtę)Hyperbole modeſta,conueniens grandiloquentiæ talis ſcriptoris,res tantas ſcribentis. Eſt enim vna ex legibus hiſtoriæ, hiſtoricũ debere in narrandis rebus grandibus aliquid de Poetica grandiloquentia aſſumere, modò caueat, ne in poeticum furorem prolabatur. Tecta informia impoſita rupibus.) Harum domorum in eiſdem locis nos anno 1540. vidimus quaſdam omninò carere feneſtris, ſed recipere lumen apertis foribus,ob hoc ipſum maioribus factis.Pecora iumentaq; torrida frigore) Torrida, id eſt, macilenta, Germanicè dürr / quaſi adуſta, & excocta frigore, & propter hoc ipſum horrida. Tribuit enim etiam vim adurendi Vergilius frigori in Georgicis:

Ne tenues pluuiæ,rapidiue potentia ſolis
Acrior,aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Item Tacitus libro 13. Ambuſti multorum artus vi frigoris.Erigentibus)Prima difficultas in alpibus. Ex aperto) Ex τῦ φανερῦ,id eſt manifeſtò,palàm,interdiu. Simulando aliud quàm quod parabatur) Quaſi non eſſet noctu tranſiturus illàc,vbi conſederant montani.Laxatasq; ſenſit cuſtodias)Laxatas cuſtodias, id eſt, rariores cuſtodias, remiſſas cuſtodias. Pluribus ignibus)In caſtris. Iam montano ſigno dato)Prima conflictatio cum Gallis Alpinis.Montani)Qui erant ex gente Allobrogum. Ex caſtellis) Vicus,caſtellum,oppidum,vrbs, ita differunt.Vicus caret muro.Caſtellum habet murum,ſed minus oppido eſt,ſicut oppidum vrbe. Hoc ergo loco caſtellum idem eſt quod oppidulum. Aliàs quaſi pro paruaarce, quam Germanicè,ein Blockhauß/oder ein Erdthauß nominamus,accipitur. vt apud Cæſ.de bellis ciuilib. lib. 3. Ex caſtello in caſtellũ perducta munitione circumuallare Pompeium inſtituit.Ad ſtationem ſolitam)Ad habendas cuſtodias in tumulis.Arce occupata ſua)Tumulis quibus ipſi pro arce erant vſi.Arx pro monte aut tumulo,auxeſis eſt,vel catachreſis:ſed pro quouis munimento, aut præſidio, metonymia eſt.Animis immobiles)Fecit eos quaſi attonitos. Miſceri)Perturbari.Conſternatis)Perterritis.Tendenti)Contendenti,enitenti,elaboranti.Infeſtum agmen faciebant) Perturbabant. Diruptæq;) Præruptæq;. Ne exutum impedimentis exercitum) Inter impedimenta numerabantur tormenta, commeatus, veſtes, iumenta, vaſa culinaria, & hauriendo potui idonea, mancipia,lixæ, calones, præda, & in ſumma vniuerſum inſtrumentum bellicum. Peruentum inde) Secunda conflictatio.Iugo inſuper imminenti) Inſuper,id eſt,deſuper.Firmata extrema agmina)Robore peditum. In angуſtias)In angуſtã vallem.Erupto)Perrupto. In iugum alpium) In ſummas alpes.Statiua)Caſtra immota,vno in loco manentia.Feſsis tædio) Difficultas ex niue. Occidente iam ſidere Vergiliarum) Occaſu coſmico, circiter Idus Octobris. Quid differant occaſus coſmicus, acronicus, heliacus, diſcendum eſt ab aſtronomis & poetis. Mœniaq; eos tum) Oratiuncula exhortatoria & conſolatoria.Arcem & caput Italiæ) Romam. Procedere inde)Alia difficultas ex aſperitate & præcipitio,& anguſtia & lubricitate & obſtructione viæ Quàm in aſcenſu fuerat) Alpium, hoc eſt priuſquam in iugum alpium peruenireturAffecti) Proſtrati. Huius verbi vis optimè ex illo loco Cæſaris lib.6. de bello Gallico intelligetur, vbi ſcribit,in Hercinia ſylua eſſe Alces , quæ crura ſine nodis articuliſq; habeant, easq; neq; quietis cauſa procumbere: neq; ſi quo affictæ caſu conciderunt, erigere ſeſe, aut ſubleuare poſſe. Occiderent) Procumberent,conciderent,prolaberentur,corruerent.

Tentabundus) Explorans vbi pedes vel genua figere, aut adminiculum aliquod manu prehenſare poſſet. In pedum mille admodum altitudinem) Præcipitium illud deorſum patebat ad mille pedes. Admodum) Fermè, Græcè χιλίους quæ Polybius voce in eadem ſententia exprimenda, eademq; re deſcribenda vtitur: vnde Liuius huius itineris deſcriptionem magna ex parte ſumpſiſſe videtur. Per nudam infrà glaciem)Infrà,id eſt,ſub noua niue.Labem)Humorem lutoſum & lubricum. Liqueſcentis niuis) Nouæ. In prono)Loco decliui.Ipſis adminiculis) Quæ erant manus & pedes. Dicit enim, Seu manibus in aſſurgendo, ſeu genu ſe adiuuiſſent, ipſis adminiculis prolapſi, &c. Tabidaq; niue) Tabidaq;,id eſt,& liqueſcente. Torridam incendio rupem) Torridam,id eſt,aretiactam. Molliuntq; anfractibus modicis cliuos) Demuant cliuis aſperitatem itineris , faciendo anfractus, ſiue ambitus circum cliuos.Mollis cliuus etiam apud Vergilium pro non prærupto, aut præcipite, ſed leniter accliui aut decliui ſumitur.

Anfractibus)Flexibus viæ. Locis mollioribus) Minus aſperis & montoſis. Quintodecimo die) Ex quo eas primùm erant ingreſsi. Quantæ copiæ) Quantæ copiæ Annibali fuerint tranſgreſſo primùm in Italiam. Affluxiſſe) Gallos & Ligures ad Annibalem poſt ſuperatas alpes, non adductos per alpes. In Taurinis) In quibus ſita eſt vrbs Taurinum, etiam hodierno die florens,caput regionis Pedemontanæ,Allobrogum,hoc eſt Sabaudientium Tetrarchę ſedes,regia,ac domicilium.Eam vrbẽ ſuperioribus annis pulſo Carolo Allobrogum duce, occupatam Franciſcus Gallorum rex ſumma vi communiuit,vt eam velut arcem Mediolano vicino imminentem haberet.Eo magis miror ambigi) Annibal cum de alpibus ſtatim deſcenderit in Taurinos, non eſt dubium, quin per Graias alpes tranſcenderit, propterea quòd ille tranſitus maximè vicinus eſt Taurinis. Graię alpes ideò ſic dictæ ſunt, quòd Hercules,& ipſe Græcus, & cum comitibus Græcis , ex Hiſpania abactis Gerionis bobus illàc tranſierit. Per Graias alpes Annibalem iuiſſe,etiam argumẽto ſunt infrà P.Scipionis verba hæc, Vtrum Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis,vt ipſe fert, &c. Cremonis) Glareanus,in vetuſtioribus codicibus Centronis iugum legi ſcribit. Centronum hodie caput eſt Tarentaſia,inter alpes Graias , lacum Lemanum & Geneuam ſita,in ditione Sabaudienſi. Ad Libuos Gallos)In quibus ſitæ ſunt Vercellæ.Vtiq; cùm quæ ad Penninũ ferant, obſępta gentibus ſemigermanis fuiſſent) Tacitus adiuuat ſententiam Liuij. Nam ille per Pennina iuga ex Italia in Germaniam iter eſſe narrat.

Veragri)Hinc patet vbi ſint alpes Penninæ. Nam Veragri ſiti ſunt inter montem diui Bernardi & Brigam. Per Veragros Rhodanus labitur. Eorũ vicus fuit Octodurus,qui nũc diuus Mauricius nominatur,in diœceſi Sedunenſi. Per Veragros ad montes illos, quos Cæſar ſummas alpes vocat, ex Gallia in Italiam euntibus aditus eſt. Sunt igitur ſummæ alpes Cæſari,quæ Liuio Penninæ. Hoc veriſimilius facit illud, quòd in ſummo vertice Veragros Penninum Deum colere ſcribit, ſignificando illic ſummam eſſe alpium celſitudinem. Cæterùm per Centrones via alpina prolixioris ambitus eſt, quà currus ire poſſunt,autore Straboneli.4.ex ſententia Polybij:compendioſior verò per Penninum. Illud in ſumma ex hoc loco Liuij , & præterea Polybij & Strabonis authoritate conſtat,Annibalem illo itinere,quod fert in Taurinos, tranſmiſiſſe alpes.Hoc autem iter eſt per alpes Graias,Regimunto Marliano autore, qui alpes Graias hodie mõtem diui Dionyſij nuncupari exiſtimat.Per diui Dionyſij montem nunc vſitatiſsimum eſt Lugduno in Taurinos, & deinceps Romam iri,vulgoq; homines ex Gallia, Britannia, Hiſpania,Romam terreſtri itinere proficiſcentes, illo itinere eunt, ideoque nũc Italicè la ſtrata Romana dicitur. Iſta via equites Itali,quibus nos cum alijs quibuſdam Germanis illius itineris comites fuimus, nos quoque ex Gallia in Italiam traduxerunt. Sub hoc monte in Gallico latere, in vico Luneburgo, diui Dionyſij ſtatua in foro, ſicut Cerueſti in Saxonia virginis effigies, columnæ impoſita cernitur,& à Gallis colitur, indeq; monti cognomen inditum putatur.

Peroppportunè) Res geſtæ inter Annibalem & P.Scipionem in Gallia Ciſalpina. Hunc locum orditur ab occaſione. Contracta antè mala) Concepta vitia corporum, contractos morbos in alpibus. Ocium etenim) Antitheton elegans. Aetiologia autem ſumpta eſt ex placitis medicorum, qui docent,omnem mutationem repentinam periculoſam eſſe, quam rationem ipſa experiẽtia comprobat. Ex labore) Poſt laborem. Copia)Rerum neceſſariarum, commeatus. Cultus) Cultus humanus & ciuilis,conſiſtit in eorum,quæ ad tegendum,ornandumque corpus pertinent, munditia, elegantia,copia. Cultus non complectitur victum. Ea de cauſa Cicero plerumque cultum,victumq; ſimul nominat, cùm etiam victum intelligi vult. Ex illuuie tabeq;) Poſt immunditiem & ſqualorem. Efferata) Aſſuefacta vitæ,cultui, victuiq; ferarum, & propterea horrida atque deformia , ac veluti ferinam ſpeciem præ ſe ferentia.A.Manlio Attilioq;)Prætoribus. In nouis ignominijs) Quas à Boijs acceperant ad Mutinam.

Ex ſtatuis)In quibus poſt deſcenſum de alpibus refecerat aliquot dierum quiete exercitum.Circumſpectantes)Operientes. Sicut vterq;)Mutua admiratio ducum inter ſe.Iam imbutus vterq; quadam admiratione) Diuturna admiratione adfectus. Si eum exercitum)Oratio recta, cohortatoria,generis deliberatiui. Exorditur à cauſa,cur adhortandos duxerit milites,quia ſit nouus dux apud nouum exercitum. Meis auſpicijs)Mea autoritate,meo imperio . Ego cùm conſul illi exercitui præfectus ſim, ſunt mea auſpicia, meum in illo ſummum imperium. Cn.frater quia mihi ad illum exercitum datus eſt à ſenatu legatus,meo imperio, meisq; auſpicijs rem illo exercitu gerit.Nouo Imperatori)Attentio. Ne genus belli) Narratiuncula.Cum ijs eſt vobis militesq; pugnandum, quos, &c.Capta belli præmia)Primi Punici.Erit igitur) Propoſitio: Sitis forti animo. Nec nunc illi) Argumentum à facili.Atenim pauci) Extenuatio per hypotypoſin egregiam & illuſtrem. Reliquias extremas) Hyperbole. Committere) Inchoare bellum, initium & primum impetum belli ſuſtinere. Profligare) Penè ad exitum adducere. Cicero in Epiſtolis: Profligato bello, ac penè ſublato, renouatum bellum gerere conari. Non vereor) A ſuo exemplo. Nec regreſſus ad naues erat) Hic aut mendum eſt in contextu,aut Liuius oblitus eſt , ſe ſuprà ita dixiſſe de Scipione: Ad mare ad naues rediit,tutius, faciliusque ita deſcendenti ab alpibus Annibali occurſurus , aut ita intelligendum eſt , cum quidem rediſſe ad naues, ſed non nauigaſſe , claſſem fratri dediſſe, ipſum ſuam partem exercitus Maſſilia Genuam terreſtri itinere duxiſſe, inde Piſas nauibus vexiſſe. Experiri iuuat) A prioribus victorijs. Ab Eryce) Eryx mons eſt maritimus in

latere

lateres Siciliæ propinquo Italiæ, inter Drepanum & Panormum, munitior tamen vtroq; & vicinior Drepano, magnitudine longè superans Siciliæ montes, præter Aetnam. In huius iugo, vbi planicies est, situm fuit Veneris Erycinæ fanū, sine controuersia, opibus & autoritate, eius insulæ templorum maximè illustre. Infra iugum vrbs Erycina posita, longum & arduum vndiq; adscensum habebat. Hunc montem, oppidum, & templum L. Iunius primo Punico bello, amissa naufragio classe, cupiens acceptum detrimento aliquo honesto facinore corrigere atque emendare, proditione cepit: hisq; locis duo præsidia, vnum in vertice, alterum ad radices montis, qua aditus à Drepano erat, cùm collocasset, magna diligentia ambo loca seruauit, confisus ita vrbem securè, & vniuersum mõtem in potestate habiturum. Amilcar tamen nõ multò pòst, quamuis Romani Erycem ita, & vertice, & ad radices custodirent, vrbẽ Erycinam eadem arte recepit, quę erat sita medio loco inter verticem, & eos qui castra ad radices habebant. Vnde accidit, vt Romani qui verticem tenebant, obsidionem duram, periculosamq; à Carthaginiensibus paterentur, contraq; illi vtrinque & supernè & infernè magna vi à Romanis circumsederentur: vtq; commeatus ad illos, nisi difficulter per vnũ locum, aditumq; vno à mari supportari non posset. Sed vtriq; nihilominus omni obsidendi arte & vi cõtra alteros vsi, omne genus inopiæ perpessi, nulla ratione oppugnandi aduersarios, cumq; illis pugnandi nõ tentata, ad extremum, non vt Fabius Pictor scriptum reliquit, fracti & debilitati inde discesserunt, sed vt omnis ignominiæ expertes, & viri inuicti, sacram coronam tanquam victores in templo Veneris posuerunt. Vtriq; enim se superiores extitisse putabant. Duos annos cum isto loco inter se decertassent, alio modo bellum ad exitum peruenit. Nam Carthaginienses, cùm commeatum & alias res necessarias suis ad Erycem subuehere, & Romanos, Amilcare in classem cum robore militum transire, eiq; præesse iusso, vsu maris, sicut antea quoq; fecerãt, priuare decreuissent, maximam instruxerunt classem. Ea, propter onera imposita minus idonea ad dimicandum, duce Hannone priusquàm ad Erycem, Amilcaremq; peruenirent, à C. Luctatio, sicut suprà quoque diximus, ad Aegates insulas est profligata, magnaq; ex parte capta aut depressa. Quinquaginta enim Carthaginiensium naues illo prælio depressæ sunt, septuaginta cum ipsis viris captæ. Hac igitur clade accepta Carthaginienses, quia obtinentibus mare Romanis, Amilcaris exercitum ad Erycem nulla amplius re iuuare poterant, missis celeriter ad Amilcarem legatis, arbitrium summæ rerum ei permiserunt. Ille verò boni & sapientis imperatoris officio functus, quamdiu spes aliqua vincendi fuit, nullum periculum, aut discrimen pro patria adire recusauit, ac omnes victoriæ vias bellando industriè fortiterq; est persecutus, multasq; insignes victorias de hoste illo bello reportauit. Inclinatis autem ad deteriora rebus, vbi nullam aliam rationem seruandi eos, quibus præfuit, vidit, prudenter admodum & peritè præsenti fortunæ cessit, legatosq; de pace ad Luctatium misit. Eiusdem enim ducis munus esse arbitrabatur, videre & vincendi & cedendi tempus. Luctatius quia etiam res Romanas iam accisas bello & adflictas esse sciebat, libenter ei est assensus. His itaque conditionibus primum cum Pœnis gestum bellum, est compositum, vt Carthaginiensibus & Romanis amicitia esset, Carthaginienses q; vniuersa Sicilia, insulisq; omnibus inter Siciliam ac Italiam iacentibus excederent, & nè bellarent cum Hierone rege Syracusano, Syracusanorúmue socijs, vtq; Romanis redderent omnes captiuos sine precio, & penderent præterea intra annos decem tria millia talentorum Euboicorum & ducenta, quæ summa duodecies centena octoginta millia coronatorum efficit. Talentum enim Euboicum quatuor millibus drachmarum, siue denariorum, hoc est, quadringentis coronatis, atque ita coronatis ducentis minus quàm talentum Atticum valuit.

Duodenicenis denarijs æstimatos) Hoc Liuius ex opinione Fabij Pictoris, veteris Historiographi, narrare videtur. Nam Polybius huius rei nullam mentionem facit, & reprehendit Fabium negantem, eos illinc discessisse expertes omnis ignominiæ, & vt viros inuictos. Iste Fabius & Philinus Carthaginiensis, cum vterque suorum hominum res gestas eodem ferè tempore scriberet, contraria pleraque inter se de ijsdem rebus memoriæ prodiderunt.

Itaq; vos ego) Conclusio ἀπὸ διαιρέσεως. Licuit) Prima ratio à iure, quia pro beneficijs sunt ingrati & perfidi. Impertitis) Beneficijs. Atque vtinam) A necessario. Vnusquisque se) Πάθος à periculo patriæ, coniugum & paruorum liberorum. Annibal rebus) Singularia certamina captiuorum astu Annibalis ad incitandos ipsius milites instituta. Deiecta esset in id sors) Deiecta esset in vrnã propter id sors. Excideret) Educta erat ex vrna, significans eum debere depugnare. Tripudijs) Subsultatione lætitiam indicante. Inter spectantes) Inter milites Annibalis. Si quem animum) Exhortatio est, vt magno robore animorum & contentione & magna spe prælientur. Initium orationis est propositio. Si periculi magnitudinem cogitabitis, vicimus: id est periculi magnitudo, seu necessitas cogat vos, vt acrius dimicetis.

Neque enim spectaculum) Deinde attexitur argumentum à necessitate sumptum, quæ est illustrata proposita imagine, seu exemplo in monomachijs captiuorum, quæ incurrentia in oculos admonuerunt milites de similitudine periculi, & propter atrocitatem tale spectaculum vehementer mouet animos. In alienæ sortis) Sortis, id est conditionis, fortunæ. Habentibus) Nobis. Et eadem fortuna) Argumentum à præmijs sumitur, quod amplificatur collationibus Siciliæ, Sardiniæ, Lusitaniæ, & cætera. Hic dignam mercedem emeritis stipendijs dabit) Emeritis, id est confectis. Ordinarium tempus emeritorum stipendiorum apud Romanos fuerunt anni 20. quos qui militando expleuisset, iure deinceps cogi ad militandum non potuit, nisi magnum & repentinum periculum ac necessitas ingruisset. Illud tempus ordinarium interdum in 22. interdum in 30. aut 40. annorum spacium est mutatum. Liuius infrà lib. 42. sub persona Sp. Ligustini: Viginti duo, inquit, stipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis sum quinquaginta. Tacitus de seditione Germanicarum legionum aduersus Germanicum Cæsarem, historiæ Augustæ libro 1. ait, milites mota seditione conquestos esse, quòd tricena aut quadragena stipendia senes, & plerique truncato ex vulneribus corpore, ac edentuli tolerarent, quodq; ne dimissis quidem finis esset militiæ, sed apud vexillum retenti, alio vocabulo eosdem labores perferrent. Eosq; illos per Germanicum à Tiberio imperatore impetrasse, vt missio daretur vicena stipendia meritis: exautorarentur, qui sena dena fecissent, retinerenturq; reliquum quadriennium sub vexillo, cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis. Imperator Diocletianus & Maximianus AA. & CC. libro 10. codicis, sub titulo, De his qui non impletis stipendijs sacramento soluti sunt: Veteranis, inquiunt, ita demum onerum & munerum personalium vacatio iure conceditur, si post vigesimum annum militiæ, quam in legione vel vexillatione militauerunt, honestam vel causariam missionem cõsequuti esse ostendantur. Vnde cum te in cohorte militasse commemoras, intelligis superuacuò vacationem tibi velle flagitare.

Aetas militaris apud Romanos à decimoseptimo ætatis anno, vsque ad quadragesimum sextum completum durauit, vt docet Gellius libro decimo, capite 28. Seruium Tullium regem pueros esse existimasse, qui minores essent annis septendecim: atque inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iam esse Reipub. arbitraretur, milites scripsisse: eosq; ad annũ quadragesimũ sextum iuniores, suprag; eum annum seniores appellasse. Idem demonstrat Liuius infrà libro 43. hoc modo. Censores (flagrante bello Persei) ita in concione edixerunt, legem censui censendo dicturos esse, vt præter commune omnium ciuium iusiurandum hæc adiurarent, Tu minor annis sex & quadraginta es, tuq; ex edicto C. Claudij Tib. Sempronij, censorum, ad delectum prodito, & quotiescunque delectus erit, quem hic censores magistratum habebunt, si miles factus non eris, in delectu prodibis. Hinc Augustus eo tempore exacto, equitibus equum publicum, quo meruissent, reddendi potestatem fecit. Interdum ætas militaris non finiebatur ante exactum quinquagesimum ætatis annum. Liuius infrà libro quadragesimo secundo: Publius Licinius consul senatusconsultum recitari iussit, primùm quòd bellum senatus Perseo iussisset: deinde quòd veteres centuriones quam plurimùm ad id bellum scribi censuissent, nec vlli qui non maior annis quinquaginta esset, vacationem militiæ esse.

Nec quàm magni nominis) Argumentum à facili sumitur, & facilitas à cõparatione ducuum & exercituum, multitudine & discrimine inferentium bella, & repellentium colligitur. Vos estis exercitus veteranus, peritus, vsu confirmatus, domitor Hispaniæ.

Romanus exercitus est agmen tyronum, quod vix semestre in castris fuit, cæsum à Gallis, ignotum suo duci, & eum ignorans. Ego sum dux à prima pueritia educatus in castris, sæpe pugnaui, sæpe vici, postea res magnas gessi, domui Hispaniam. Alpes quæ natura videntur insuperabiles, transij cum exercitu. Noui exercitum, & vicissim nota est mea virtus, vox, magnitudo animi exercitui. Contrà Scipio est dux recens, semestris, ignotus suis, nec noscens suos.

In prætorio) In tabernaculo imperatoris. Desertore exercitus sui) Cui debebat præesse in Hispania. Cui si quis demptis signis) Extenuatio egregia est in hypotyposi. Quocunq; circumtuli.) Amplificatio à gentium multitudine & generositate. Veteranum peditem) Consentaneum est, vinci tyrones à veteranis, recentem ducem à veteri. In ferimus bellum) Amplificatio ex audacia inferẽtium bellum. Audacior est qui infert. Hoc genus periodi historicum vocatur, carens particula circumductiua: sicut etiam illud primo Commentario belli ciuilis in Cæsare: Dixerat aliquis leniorem sententiam, vt primo M. Marcellus ingressus in eam orationem, non oportere antè de Republica ad senatum referri, quàm delectus tota Italia habiti, & exercitus conscripti essent, quo præsidio, tutò

tutò & liberè ſenatus,quæ vellet decernere audereꝛ:vt M.Calidius, qui cenſebat,vt Pompeius in ſuas prouincias proficiſceretur,ne qua eſſet armorum cauſa, timere Cæſarem abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad eius periculum reſeruare, & retinere eas ad vrbem Pompeius videretur, vt M.Rufus,qui ſententiam Calidij paucis ferè mutatis verbis ſequebatur, ij omnes conuitio L. Lentuli conſulis correpti exagitabantur.

Accendit præterea) Argumentum ſumitur à iure,& indignitate.Prætextus iuris fingitur, quòd Romani adfectent monarchiam,& velint omnes gentes opprimere ſeruitute,& nimium ſibi ſumant,ferant leges, & metas imperijs conſtituãt ſuo arbitrio.Iuſtum eſt autem talibus reſiſtere. Item ius habemus repetendæ Siciliæ & Sardiniæ. Et adfectus inſeruntur. Viros fortes decet iraſci ſuperbiæ, & contumelias corporum propulſare: Romani depoſcerunt corpus Annibalis, & ſumunt ſibi imperia aduerſus alienos ſine modo. Fluminumq́ue) Vt Iberi. Ne tranſieris Iberum) Mimeſis. Tranſcendet autem) Epanodos. Nihil vſquam nobis) Additur concluſio continens repetitionem argumenti ſumpti à neceſsitate. Neceſſe eſt fortiter præliari,vt vincamus.

Nã receptus nulli erunt fugientib.in terra hoſtili.Receptũ) Perfugium.Si hoc benè fixum) Clauſula,& repetitio propoſitionis.Acrius) Quàm neceſsitas.His adhortationibus) Antecedentia,prælium factum ad Ticinum.Ne cuius ſuorum popularium) Ne quem ſuorum popularium ſe beatiorem exiſtimarent. Ne cùm vllius popularium ſuorum, qui huic bello non interfuiſſet,fortunã,ſuam fortunam commutatam eſſe vellent.Nam & lupus intrauerat caſtra) De prodigijs luporũ & apium,Alexander ab Alexandro lib.5.ca.13.Procuratis) Expiatis per certa ſacrificia. Scipio iaculatores) Inſtructio vtriuſque aciei. Iaculatores) Qui manu mittebant iacula breuiora pilis.In ſubſidijs) Subſidia propriè ſunt vltima acies, ad extremum diſcrimen ſuccenturiata. Ea ex triarijs & robore exercitus conſtabant.

Ad ſecundam aciem) Quæ modico interuallo à prima diſtabat.Interdum tres aut quatuor acies fiebant.Perculit) Perturbauit,perterrefecit.

Fuga tamen) Conſequentia prælium ad Ticinum. Vaſa ſilentio colligere) Mouit caſtra non conclamatis militari more vaſis.Hoc ideò fecit, ne hoſtis ſentiret caſtra moueri. Duabus verò de cauſis vaſa conclamabantur: primùm commonefaciendorum militum cauſa, vt itineri ſarcinas aptarent, ne quid ignari, imprudentesq́; properopera feſtinatione in caſtris obliuiſcerentur: deinde vt illa conclamatione oſtenderẽt fiduciam hoſti, ſignificarentq́; ſe non clàm ingredi iter metu hoſtium.Vaſorũ collectio,tentoriorumq́; reflexio, Græcè ἀνασρατοπεδία καὶ ἀναζυγὴ, conclamatio vaſorum τὸ τῶν ἀναζευγνυόντων δηλοῦν dicitur.

Pontem) Ratem,quæ erat pons, ſiue loco pontis.In ſecundam aquam) Cum vna extremitas ratis per Romanos ab vlteriori ripa reſoluta eſſet, defluebat illa deorſum verſus cum decurſu fluminis: & quia altera extremitas ſuperiore parte fluminis adhuc citeriori ripę alligata erat,tota ratis ſecundũ citeriorem ripam porrecta,ad eam ſe adiunxit. Grauius pedl tum agmen) Grauius impedimentis,quæ ferebant, & armatura.Inſequenti nocte) Factum Gallorum, exemplum perfidię,quod factum Scipioni cauſam,Annibali occaſionem mouendi ad Trebiam caſtra præbet.Tacito agmine) Non conclamatis vaſis.Ad Trebiam) Trebiam Plinius ideò Placentinum cognominat, quòd vt Strabo ſcribit, per Placentiam influat in Padum. Eſt enim Placentia in Meridionali ripa Padi ſita, ad confluentem horum duorum fluminum. Minus quàm ad Ticinũ fefellit) Fefellit.Helleniſmus,id eſt ἔσφηλε, hoc eſt,errauit,deceptus aut fruſtratus eſt. Vtitur πτῶ fallo Græco more neutraliter. Incipit autem dicere de rebus geſtis ad Trebiam.Vulneris in via iactantis) Iactantis neutraliter,pro eo quod iactabatur,per enallagen generum verbi: vt Vergilius dicens:

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat. Vlurpauit τῶ tondenti paſsiuè,pro mihi qui tondebar.Ibi cùm vim) Aliud exemplum perfidiæ.Nummis aureis quadringentis) Aureus Romanus ab Auguſto & Nerone percuſſus tantum ferè valet, quantum Nobilis Roſatus ex Britannia. Pendunt enim Romani illi aurei,quos dixi,binos aureos Vngaricos. Sedentibus) Habentibus ſtatiua. Cùm ad Trebiam) De rebus circa Siciliam inſulasq́; Italiæ imminentes geſtis, ante aduentum conſulis Sempronij in Siciliam. Imminentes) Vicinas. Tenuerunt) Apprehenderunt. Circa prætorem) ὁι περὶ τὸν ἄρχοντα. Qui ſuos ad curam cuſtodię intenderent) Intenderent,id eſt, acuerent,incitarent,cohortarentur, excitarẽt. Socij nauales) id eſt,nautę & remiges. Socij nauales alij erant quàm milites, quod cum multa alia,tum paulò pòſt probant hæc verba Liuij: Vt ſocijs naualibus affatim inſtructam claſſem ita inopẽ milite habebat. Et illud infrà: Claſſicos milites, nauales q́; ſocios, item milites nautasq́; diſertè ſimul nominatos diuerſos eſſe innuit. Socij nauales non pugnandi, ſed operis nautici faciendi gratia in nauibus erant. Horum numero erãt nauium magiſtri. Liuius infrà libro 43. Sociorum naualium neminem præter magiſtros in hoſpitia deduci æquum cenſeri. Simul itaq́; Prælium nauale ad Lilybæum. Sublatis armamentis) Antemnis & velis. Secundum hanc pugnam) Res geſtæ Sempronij conſulis in Sicilia,& vicinis inſulis. In prætoriam nauem) Prætoria nauis eſt illa quã nauigat Imperator, id eſt dux claſsis.

Oppidumq́; cum inſula) Melita inſula oppidum habuit eiuſdem nominis,coloniam Carthaginienſium. Hanc inſulam iam tenent milites Rhodij, ordinis diui Ioannis, eamq́; Rhodo per Turcam eiecti,inuicem Turcæ ademerunt.Nunc multa nuncupatur. Sub corona venierunt) Quemadmodum alia mancipia coronata,alia ſub pileo,alia notatis creta pedibus venierint, item qui ſerui de lapide empti dicerentur,docet Alexander ab Alexandro libro 3. cap. 16. Vibonenſi agro) Strabo lib. 6. ſcribit, Vibonem ſitam in Brutijs à Locris conditam, ſed Brutijs ademptam per Romanos, tranſnominatam eſſe Vibonam Valentiam. Propterea autem quòd ager finitimus portuoſus eſt & floridus, crediderunt olim Proſerpinam illuc veniſſe,ac legiſſe ibi flores. Indeq́; mos mulieribus fuit, vt flores legerent,ac ſerta texerent, quòd feſtis diebus turpe eſſet coronas emptitias geſtare.

Multis ſimul anxius) Sempronius conſul à ſenatu auxilium collegæ ferre iuſſus, exercitum Ariminum nauibus præmittit. Ipſe conſtitutis rebus prouinciæ ſubſequitur, & ad Trebiam ſe cum collega coniungit. Iam ambo conſules) Attentio à magnitudine apparatus atq; periculi. Iam ambo conſules,& quicquid Romanarum virium erat Annibali oppoſitum, aut illis copijs defendi poſſe Romanum imperium, aut ſpem nullam aliam eſſe, ſatis declarabat,) Hæc locutio ferè ſimilis eſt illi infrà lib.29. Libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inſpectis. Et magis illi ſuprà libr. 7. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem ſignum dare poſſet. Helleniſ. διὰ τὸ μὴ καλλιερηθῆναι.

Tamen conſul alter) Diuerſa conſulum conſilia gerendi bellum. Recentis animi) nondum experti offenſionem a bello Terræ) Gallorum. Laboranti) Vtenti aduerſa fortuna,in periculo & diſcrimine conſtitutæ. Ob recentem Boiorum perfidiam) Qua legatos Romanos data fide ad colloquium Mutina euocatos, contra fidem & ius gentium comprehenderant. Defenſos) Eſſe. Ij ſparſes) Occaſio ſiue cauſa, qua impellitur Sempronius ad decertandum omnibus copijs. Caudio efferri) Oratiuncula obliqua Sempronij, ſuum conſilium probantis, improbantis conſilium collegæ. Qua parte) Narratiuncula. Sed non eſſe) Propoſitio. Cum ægro ſeneſcendum) Seneſcendum,id eſt,habeãdum animum languidum, imbecillem, cunctabundum, ſegnem, quali vt plurimum præditi ſunt ſenes. Quem tertium conſulem) A neceſſario. Non Siciliam) Amplificat neceſsitatem comparatione. Quantum ingemiſcant) πάθος à voluntate mortuorum maiorum, per fictionem & proſopopæiam, qua oratiunculam concludit. Stimulabat) Aliæ cauſæ impellentes Sempronium ad pugnandum. Annibal) Conſilium Annibalis de pugnando. Percitum) Vehemes,concitatum. Erat in medio) Inſidiæ ab Annibale ad Trebiam ante prælium poſitæ. Earum deſcriptionem inchoat à topographia. Centenos viros ex omni pedite atq; equite) Centum pedites,& centum equites. Corpora curarent) Cibo & ſomno. Ita præconium miſſum) Vt corpora curarent: id eſt, præco circummiſſus eſt, qui hoc pronunciaret. Præconium, τὸ κήρυγμα.

Ex turmis) equitum. Manipulisq́;) Peditum. Annibal prima luce) Stratagema Annibalis ad eliciendum hoſtem ad pugnam,pertrahendumq́; ad locum inſidiarum. Hæc mandata) Prudentia Annibalis in præmuniendo ſuos aduerſus famem & frigus: contraq́; imprudentia Sempronij. Conſilio) Sempronij. Baleares) Pugna ad Trebiam. Erant autem Baleares funditores. Exciperentur) Incidерent in ſubitò reſiſtentes. Circumdedit peditibus) Caſu datiuo. Socium nominis Latini) Qui vnà cum Romanis militabant, Latij quidem, ſed non ferendi ſuffragij comitijs, neque magiſtratus Romæ capiendi ius habentes. De iure ciuitatis Romanę, Quiritium,municipij,Latij, Italiæ immunitatis,Alexander ab Alexandro libro 4.cap. 10. De iure Latij etiam Alciatus libro 2. cap.21.Diſpunctionum.

Cenomanorum) In Cenomanorum agro ſitæ ſunt Cremona & Brixia: autore Plinio lib. 3. cap.19. Ptolemæus in eorundem agro etiam Bergomum, Veronam, Mantuam, Butrium ponit. De ijſdem Sabellicus in Enneadibus, vbi deſcribit Italiam. Leues armaturæ) Baleares. Equitatus Romanus) Qui etiam in cornibus circumdatus erat pediti. Sefe tulerant) Vi proceſſerant, ſeſe intruſerant. Præterlatæ acies) Quando contendebat ad locum pugnæ. Verutis) Germanicè Dreyeder. Conſternatos) Metu compulſos. Gallos auxiliares) Cenomanos. In vrbem vtrinque) Cùm vrgerentur & à fronte & à tergo, iaculantibus inſuper in latera Balearibus, facto orbe aliquantiſper reſtiterunt.

Roma-

Romanus tantus,) Terror ex hac clade Romam perlatus. Ita territis,) Nouorum conſulum deſignatio. Cæterùm ne,) Hybernę expeditiones Annibalis. Impeditiora,) Loca vagantibus per illa Celtiberis, &c. Emporium,) Oppidum, in quo erat conſtitutum forũ rerum venalium, quò comportabantur res venales. Caſtelli,) Oppiduli. Defenſum egregiè præſidium eſt,) Præſidium hoc loco idem eſt quod Græcè φρούριον, id eſt, propugnaculum locus munitus: & ἔρυμα, hoc eſt, caſtellum, munitio. Minus Latinè loquentes, fortalicium appellant, Teutonicè eu feſte. Propugnaculũ hac ſignificatione vſurpat Tacitus, de Cremona loquens, libro 19. Hiſtoriæ Auguſtæ: Condita erat T. Sempronio & P. Cornelio conſulibus, ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum aduerſus Gallos trans Padum agentes, & ſi qua alia vis per alpes rueret.

Et ad prima,) Annibal conſcenſo Apennino, tempeſtate prohibetur in Hetruriam tranſire. Tranſeuntẽ Apẽninum,) Deſcriptio tempeſtatis. Contra enitentes,) Enitentes contra ventum. Vortice intorti affligebantur,) Vortice, id eſt, vento, qui Græcè Typhõ ab accendendo nominatur. Vehementi enim impulſione interdum accenditur, more ardentis rotę in gyrum agitatæ. Is arbores & nauigia aliquando comprehenſa frangit. Quare non eſt mirum, cum milites Annibalis intortos afflixiſſe. Vocatur vortex, ſiue quòd veluti flatus circulum, vertiginemq; faciat, & locum ex loco mutet rapida vertigine. ſiue quia ſpecu profundiore nubis non diſsipatæ, exitu verò anguſto & meatu tortuoſo exeat. Plinius eundem etiam vibratum ecnephiam propterea appellat, lib. 2. cap. 48.

Intorti,) Rotati, circumacti. Affligebantur,) Proſternebantur. Reciprocare animam,) Attrahere animam,) & reddere. Anima pro ſpiritu ſiue anhelitu latiniſsimè dicitur. Propterea Cicero immortalitatem animorum, non animarum dicit. Fragores,) Rupturas, colliſiones q; nubium. Tandem effuſo imbre, cùm eo magis accenſa vis venti eſſet,) Regula Phyſiologorum eſt, quę extat apud Plinium lib. 2. cap. 27. Imbribus ventos ſopiri. Sed Liuij dictum facilè apparebit verum eſſe, ſi conſiderentur diuerſæ qualitates ventorum. Alij enim humidiores ſunt, ſicciores alij, alij frigidiores. Liuius igitur de vento per ſe ſupra modũ ſicco rectè loquitur. Nam ſiccitatem & caliditatem huius venti illud arguit, quod Plinius aſſerit huius venti vim compeſci remedio aceti in aduenientem effuſi, cui aceto frigidiſsima natura eſt. Imber autem hunc ventum quodammodò fouet atque alit, & turbidiorem reddit, atque ita eius vim auget, & vt Liuius dicit, accendit.

Aqua leuata vento,) Leuata vortice, ſiue ſtridente Typhone. De huius venti natura hoc addit Plinius: Idem illiſu ipſo repercuſſus, correpta ſecum in cœlum refert, ſorbet q; in excelſum. Ad alienam opem,) Ad ignem ab alijs factum. Tendere,) Contendere. Poſtero die,) Prælium Annibalis & Sempronij ad Placentiam. Dextera læuaq; ,) Dextra & ſiniſtra porta principali, quæ nominantur infra libro 34. Præter has ſolebant caſtra Romana etiam portam prætoriam & decumanam habere, & præterea portam extraordinariam. Liuius infrà libro 40. Erumpere extraordinaria porta iuſsit. Item quæſtoriam. Liuius infrà libro 40. Legatus cum dextera ala ad quæſtoriam portam poſitus. Ad hæc etiam quintanam. Liuius infrà libro 41. Prętorio deiecto, direptis q; quę ibi fuerunt, ad quæſtorium, forum, quintanam q; hoſtes peruenerunt.

Secundum eam pugnam,) Acta in Liguribus ab Annibale. Dum hæc,) Cn. Scipionis res geſtę in Hiſpania cis Iberum aduerſus Hannonem. Regionis eius,) Hiſpanię cis Iberum. Cum aliquot præſidijs,) Quę diſpoſita fuere locis iuxta aut circum caſtra ſitis. Dicit enim, præſidium caſtrorum expugnatis caſtris, & ipſum ducẽ cum aliquot preſidijs captũ eſſe. Preſidijs, id eſt, φυλακαῖς, hoc eſt, cuſtodijs, præſidijs ſtatiuis. Liuius infrà libro 44. Flumen erat haud magnum propius hoſtium caſtris, ex quo & Macedones & Romani aquabantur, præſidijs ex vtraque ripa poſitis, vt id facere tutò poſſent. Duæ cohortes à parte Romanorum erant, Marrucina & Peligna: duę turmæ Samnitium equitum, quibus præerat M. Sergius Sylus legatus. & aliud pro caſtris ſtatiuum erat præſidium, ſub C. Cluuio legatos: tres cohortes, Firmana, Veſtina, Cremonenſis: duæ turmæ equitum, Placentina & Eſſernina. De talibus præſidijs Liuius hoc loco loquitur.

Priuſquàm certa,) Eiuſdem res in eadem prouincia aduerſus Aſdrubalem geſtæ. Fama accideret,) Percrebuiſſet. In paucos præfectos,) Claſsis, quòd ita negligenter atque ſecurè, milites ſociosq; nauales vagari per agros, atque opprimi ab Aſdrubale ſiuiſſent.

Viginti argenti talentis pacti deduntur,) Vnum talentum argenti valebat ſexcentis aureis Italicis, hoc eſt ſcutatis vel coronatis. Hæc ergo ſumma facit duodecim millia aureorum Italicorum. Talentum auri valebat decem talentis argenti, quod oſtendunt illa verba Liuij infrà libro trigeſimo octauo. Pro argento ſi aurum dare mallent (Aetoli) darent conuenit, dum pro argenteis decem aureus vnus valeret. Quantum valuerit talentum, etiam illo eodem libro trigeſimo octauo exponit, inquiens, Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato (Antiochus) intra duodecim annos penſionibus æquis. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendeat.

Romæ autem,) Romæ & circa Romam prodigia facta, eorundemq; procuratio. Lanuuij,) Vrbe Latij. Haitam ſe commouiſſe,) Haſtam Iunonis Soſpitæ, quæ dea ibi colebatur. Cæterùm priſci Romani ſingulis deorum ſimulachris haſtas dabant, fortaſſe propterea quòd primis atque antiquiſſimis temporibus ſuperſtitioſa antiquitas haſtas coluerat, aut ligna deliberata corticibus pro dijs venerata fuerat. Quid enim alioqui Iunoni deæ non bellatrici, cum haſta negocij fuiſſet? Puluinario,) Puluinarium hoc loco ſignificat, apparatam lecticam cum puluinari Iunoni deæ, in qua iuxta aram ſublimis eminebat, locatis ad caput faſciculis, ex verbena, qui ſtruppi vocabantur. Illud notum eſt vel mediocriter doctis, puluinaria, aut lecticas diuorum, aut tabulata cum puluino, in quibus ſtatuæ deorum ſtabant, vt eminentiores viderentur: aut lectulos, qui in templis in honorem deorum ſterni ſolebant: aut puluinos, in quibus ſimulachra deorum collocata recumbebant, fuiſſe. Liuius infrà libro proximo: Curatum lectiſternium, & per triduum habitum, decemuiris ſacrorum curantibus, & puluinaria in conſpectu fuere, Ioui & Iunoni vnum, alterum Neptuno & Mineruæ, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Veſtæ, ſextum Mercurio & Cereri. Aliàs puluinaria etiam delubra ſignificant.

Amiternino,) Aquilano. Amiternum in Veſtinis ſitum, hodie Aquila vocatur, vnde crocum præſtantiſsimum ab Aquila cognominatum ad nos deferri videmus. In Piceno,) In Marchia Anconitana. vt nunc appellatur. Cære ſortes extenuatas) Sortes, id eſt ſchedulas, aut alias res in quibus ſcripta erãt deæ Fortunæ oracula. Loquitur autẽ hìc de ſortibus Cæretanis. Prænestinę verò ſortes ex robore fuerunt, inſculptis priſcarum literarum notis. Sortes fortunę monitu, puerimanu miſcebantur atq; educebantur. Cicero libro ſecundo de Diuinatione: Hoc quidem genus diuinationis, inquit, vita iam communis explosit. Idemq; paulò infrà, ſortes ſua ætate planè refrixiſſe ſcribit. Libros,) Sibyllę, de quibus Dionyſius Halicarnaſſeus. Decemuiri,) Sibyllini.

Nouendiale ſacrum,) Hoc ſacrum vel prætor vrbanus, vel pontifex maximus ex ſenatuſconſulto edicebat, idq; vel cœleſti voce in Albano miſſa, vel aruſpicum monitu. Vrbs luſtrata eſt,) Vrbs per Cenſores luſtrari ſue, oue, & tauro, aut verre, tauro & ariete, quæ Suouetaurilia vocantur, ſolebat. Luſtranda vrbe cenſor in magna ordinum frequentia deos imperij præſides ſolenni precatione inuocabat, vt rem Romanam vel augerent, vel in eodem ſtatu conſeruarent, circumq; vrbis pomœrium ſereno cœlo pontifices, flamines, augures, quindecimuiri ſacrorum, Salij, ſequentibus patribus & omni plebe, Gabino ritu cum ſolenni precatione procedebant.

Hoſtiæq; maiores,) Maiores bidentibus, hoc eſt, bobus. De bidentibus Gellius lib. 16. cap. 6. Iunoni in Auentino,) Iunoni reginæ. Lectiſternium Cære,) Lectiſternium tale quiddam fuiſſe conijcere licet, quales erant ſtationes, quæ in noſtris templis agi ſolebant dei & diuorum honoris cauſa: niſi quod apud veteres Romanos ille deus, in cuius fano lectiſternium fuit, in ſponda ac lecto honorificè ſtrato proponi conſueuit. Liuius infrà lib. 40. In foris publicis, vbi lectiſternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt ſe, lanaq; cum integumentis, quæ Ioui oppoſita fuit, decidit. Idem ſuprà lib. 5. Duumuiri ſacris faciundis lectiſternio tunc primùm in vrbe Romana facto, per dies octo, Apollinem Latonamq; & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus quàm ampliſsimè tum apparari poterat, ſtratis lectis placauere.

In Algido,) Algidum, autore Strabone, oppidulum fuit in via Latina. Illa enim via vbi tranſiuit Tuſculanum montem, inter Tuſculum oppidum, & montem Albanũ deſcendit ad Algidum oppidulum. Cæterùm mons huic oppidulo imminens, duodecim millia longè ab vrbe ſitus, & ager eidem oppidulo circumiectus, etiam Algidum: & ſylua vicina oppidulo ad lacum Regillum, Algida nominatur: ad quem lacũ Latini ſuprà lib. 2. ab A. Poſthumio memorabili prælio victi ſunt. Liuius hic de Algido monte & agro loquitur.

Iuuentæ,) In colle Capitolino. Ad ædem Herculis,) Templa Herculis Romæ varia fuerunt, vt Herculis cuſtodis, Herculis victoris, Herculis Muſarum. Ad hoc poſtremum templum ſpectant illa verba Ciceronis pro Archia Poeta: Iam verò ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare. Quare in qua vrbe imperatores propè armati Poetarum nomen, & Muſarum delubra coluerunt, in ea nõ debent togati iudices à Muſarum honore, & à Poetarum ſalute abhorrere. Conſulum deſignatorum,) Acta à C. Flaminio, initio ſecundi conſulatus, inuito ſenatu.

Quæ

Quæ poſtea conſul, prius de conſulatu qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat) C. Flaminius priori conſulatu, anno quarto ante pugnam nauale Luctatij, pugnatam ad Aegates inſulam, de Gallis ciſalpinis triumphauit. Hic locus Liuij illuſtrari poteſt ex Plutarcho de vita Marcelli. Cum Flaminius & Furius conſules magnis copijs Inſubres eſſent aggreſsi, conſpectus eſt amnis qui per Picenum fluit, ſanguine fluere. Compertum etiam eſt, tres lunas apparuiſſe Arimini. Augures verò qui conſularibus comitijs augurium agebant, affirmauerunt, vitio & contra auſpicia conſules illos creatos eſſe. Quamobrem ſenatus confeſtim miſsis in caſtra literis, accerſiuit ac renouauit conſules, vt reuerſi quamprimùm ſe magiſtratu abdicarent, præcepitq; ne quidquam vt conſules prius contra hoſtes gererent. Has acceptas literas, Flaminius non antè aperuit, quàm prælio commiſſo fudiſſet barbaros, agrumq; eorum vaſtaſſet. Reuertenti igitur cum multis ſpolijs, non fuit obuiam populus, propterea quòd vocatus nõ ſtatim obtemperauerat, neque obſecutus fuerat, literis, illasq; per contumeliam vilipenderat, parumq; abfuit, quin ei triumphus denegaretur. Cùm verò triumphaſſet priuatum eum fecit, coactum abire conſulatu cum collega.

Amphorarum) Amphora Germanicè ein Eimer / menſura ad centum viginti ſextarios capiens. Alterumq; inde conſulatum) Septimo anno poſt priorem conſulatum, quem cum P. Furio Philo geſſerat. Auſpicijs ementiendis) Obnũciandis falſis augurijs, atq; ominibus, quibus iuberetur in vrbe manere. Auſpicia non tantum ſumebantur ex garritu, geſtu, guſtatu auium, ſed etiam ex fulminibus & acuminibus, authore Cicerone de Diuinatione.

Latinarumq; feriarum mora) Feriæ Latinæ per conſules nouos, vbi inter ſe comparaſſent, aut ſortiti eſſent prouincias, indici atque celebrari conſueuerunt. Agebantur autem diuerſis temporibus diuerſo numero dierum, ſed nunquam pluribus diebus quàm decem. Illis ferijs ſacrificium fiebat in monte Albano. Feriarum diuerſa genera fuerunt, vt feriæ publicæ, priuatæ, præcidaneæ, vindemiales, æſtiuæ, ſtatiuæ, conceptiuæ, imperatiuæ, nundinæ. De quibus Gellius & Macrobius. Conſularibus alijs impedimentis) Vt intereſſet aut præeſſet comitijs prætorum, vt vota antequam exiret in prouinciam in Capitolio ſolenni more nuncuparet. Exprimit autem indignationem ſenatus ſermocinatione aut proſopopœia.

Solennem votorum nuncupationem) Solenne erat omnibus conſulibus, priuſquam in prouincias irent, vota in Capitolio ſuſcipere, ſi Rempublicam proſperè atq; feliciter geſſiſſent, atque ita paludatos cum lictoribus in prouincias exire. Nuncupationem) Sponſionem, promiſsionem. Vt Flaminius hæc omnia contemneret, in cauſa fuit illa fiducia, quòd bello Gallico etiam contra auſpicia pugnauerat conſul, & vicerat egregiè. Iouiq; Latiali) Qui præſidebat Latio. Conuenerunt enim ad hoc ſacrum quotannis omnes populi Latij, qui 67. numero fuiſſe perhibentur. Hoc ſacrificium Iouis Latialis, Latiar nuncupabatur.

Solenne ſacrum) Solenne, id eſt anniuerſarium. Lixæ modo) Hyperbolica comparatio. Magis pro maieſtate) Ironia. Id à pleriſque in omen magni terroris acceptum) Nam ſi hoſtia cum ad aras ducebatur, vehementius eſſet reluctata, oſtendiſſetq; ſe inuitam altaribus admoueri: aut ſi ab ara fugiſſet, vel percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam corporis partem quàm oportebat cecidiſſet, piaculare ſacrum & triſte auſpicium faciebat, quod quaſi inuitis dijs offerretur. Solebat enim victima libera ſiſti ad aram, ita vt ibi nec teneretur, nec vincta eſſet, ne quid coactum aut inuitum dijs offerri videretur.

IOANNIS SAXONII HATTESTEDII, AD T. LIVII VIGESIMVM SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIOLVS.

IAM ver appetebat) Orditur hunc librum à tempore. Nam vſitatiſsima ordiendi narrationes ratio à locis, temporibus, perſonis ſumitur. Et ne quicquam antè) Cauſæ cur Annibal maturius mouerit ex hybernis. Per idem tempus) Renouatur in Flaminium inuidia. Id à domo) Quod Flaminio iuſtum imperium, quod auſpicium eſſet magiſtratus, id eum ſolummodò à domo, publicis priuatisq; penatibus, Latinis ferijs actis, ſacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre dictitabant. Ergo à contrario ſenſu, neglectis illis rebus, iuſtum imperium auſpiciumq; conſulatus non ferebat ſecum in prouinciam.

In externa ea ſolo) Debent enim auſpicia per conſulem initio, antequam magiſtratum ineat, & ex vrbe exeat, in patria obſeruari. Concipere) Vota. Augebant metum) Prodigia. Arpis) Diuerſi ſunt Arpi Apuliæ, ab Arpino Latij, patria Ciceronis. Capenæ) Capena, autore Solino, ſita fuit prope Albam. Herculis) Cæretani. Signum Martis Appia via) Extra portam Capenam. Martis templa, autore Seruio Grammatico, duo fuerunt: vnum Quirini, intra vrbem prope portam, quaſi cuſtodis & tranquilli: alterum in Appia via extra vrbem, quaſi bellatoris, & Gradiui. Porta Appia ſiue Capena, nunc diui Sebaſtiani porta nuncupatur.

His, ſicut erant) Procuratio prodigiorum. Partim maioribus hoſtijs, partim lactentibus (Vel hinc liquet, maiores hoſtias ad bidentium, & præterea quarumlibet lactentium differentiam dici. Carminibus) Sibyllinis. Feronię) Deę, quę ſub monte Soracte ad oppidum Feroniam lucum habebat, qui lucus Feroniæ dicebatur, in quo mirifico apparatu ſacri, & ſingulari religione à finitimis populis colebatur. Nudis enim pedibus per cumulum candentium carbonum & magnum aceruum cineris tranſiebant illæſi, qui ab illa dea agitabantur, conueniebatq; multitudo hominum, tum ſolennis cœtus, qui quotannis habebatur tum illius ſpectaculi gratia. Saturnalia) Vt ſit nomen τεχνικὸν, τὸ Saturnalia. Dum conſul) Iter difficile Annibalis ex Gallia ciſalpina in Hetruriam per Apenninum, & Arni fluminis paludes. Cùm aliud longius, cæterùm commodius oſtenderetur iter) Per Ariminum & Vmbriam, quo itinere humiliores ſunt montes. Cogere) Claudere, compellere in vnum. Cohibẽtem) Compellentem in vnum, propellentem. Primi) Afri & Hiſpani. Per præaltas fluuij ac profundas voragines) Præaltas ac profundas, id eſt, πρόσαν τὰς καταπότας. Quærentibus hominibus) Prima acta Annibalis, & conſilia digreſsi ex palude, contra Flaminium. Quæ cognoſcenda in re erant. Quæ cognoſcere res poſtulabat, quæ cognoſcere vſui erat. Feſulas) Illæ nunc ſunt viculus prope Florentiam. Cõſul ferox) Ferocia Flaminij, eiuſdemq; temeraria conſilia, & cauſæ eorundem.

Ciuilibus bellicisq; rebus) De illis dictum eſt circa finem libri ſuperioris. Quoq; pronior) Aſtu Annibalis quæſita occaſio ſequentis pugnæ. In coticilio) Caſtrenſi. Quinimo) Dialogiſmo exprimit ferociam Flaminij, indignationemq; propter viſam vaſtationem & incendia agri Hetruſci. Hæc ſimul) Duplex prodigium. Increpans) Vultuoſè & cum indignatione, obiurgandoq; aſperè ac ſonorè pronuncians.

Incedere inde agmen) Acceſſus vtriuſq; ad lacum Thraſymenum. Etiam peruenerant) Topographia. Via tantùm intereſt) Inter montes Cortonenſes & lacum. Ibi caſtra) Inſidiæ Annibalis ad Thraſimenum lacum. Ad ipſas fauces ſaltus) Ad anguſtum aditum, ſiue meatum, qui inter montes, aut potius inter montes & lacum erat. Flaminius cum pridie) Imprudentia & temeritas Flaminij. Anguſtijs) Faucibus. Detectæ inſidiæ) Glareanus putat τὸ detectæ cõpoſitum, pro ſimplici vſurpatum. Id neſcio quomodo poſsit defendi, cùm ſit contra naturam huius verbi compoſiti. Sententia tamen omninò illa eſt, quam vult eſſe Glareanus. Ego ſuſpicor, in contextu eſſe mendum.

Pœnus vbi) Pugnæ ad lacum Thraſimenum deſcriptio. Ad diſſonos clamores) Pœnorum, qui clamores ex diuerſis locis ac partibus diuerſi accidebant. Competeret) Suppeteret, ſufficeret. Noua de integro pugna exorta eſt, non illa ordinata per principes, haſtatosq; ac triarios, nec vt pro ſignis antеſignanus poſt ſigna alia pugnaret acies, nec vt in ſua legione miles, aut cohorte aut manipulo eſſet) Hæc quò rectius intelligantur, legenda ſunt quæ Liuius ſuprà lib. 8. de ratione, modoq; componendi Romani exercitus tradit, quæ illis non modò vtile eſt, ſed planè neceſſarium ſcire, qui hiſtorias Romanas rectè percipere cupiunt. Illum integrum locum adoleſcentium cõmodi cauſa, vt eum ſibi notum eſſe deberet ſciret, huc adſcribendum eſſe putaui. Sic igitur inquit: Poſtremò in plureis ordines acies diſtribuebatur. Ordo enim ſexagenos, ſiue vt alij legũt, ſexcenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim diſtantes inter ſe modicum ſpacium. Manipulus leues vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. Leues autem, qui haſtam tantùm, geſtaq; gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie, florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas totidẽ manipulorum, quibus principibus eſt nomen. Hos ſequebantur ſcutati omnes, inſignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia ſub ſignis iam alij quindecim ordines locabãtur, ex quibus ordo vnuſquiſq; tres partes habebat. Earum vnamquamq; primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis conſtabat. Vexillum centum octoginta tres, vt alij, ſex homines erant. Primũ vexil-

lum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis. Secũdùm rorarios minoris roboris ætate, factiſq; Tertiùm accẽſos, minimæ fiduciæ manum. eo & in poſtremam aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugna ineibant. Si haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes, in internalla ordinum principes recipiebãt. Tum principum pugna erat, haſtati ſequebantur. Triarij ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub recta cuſpide in terram fixas, vt haud ſetus quàm vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis proſperè eſſet pugnatum, à prima acie ad triarios ſenſim referebantur: inde rem ad triarios redijſſe, cùm laboratur, prouerbio increbuit. Triarij conſurgentes, vbi in interualla ordinum ſuorum principes & haſtatos recepiſſent, extemplò compreſsis ordinibus, velut claudebant vias, vnoque continente agmine, iam nulla ſpe relictâ, in hoſtem incidebant. Id erat formidoloſiſsimum hoſti, cùm velut victos inſecuti, no uam repentè aciem exurgẽtem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis. Alterũ tantum ex Latino delectu adijciebatur. Hæc ille. Hinc animaduerti poteſt, qui manipuli leues, qui primi pili, qui milites haſtati, qui principes, qui triarij, qui rorarij, qui accenſi dicti, quis numerus auxiliorum & equitum addi ſingulis legionibus ſolitus fuerit. De haſtatis & principibus, ſic etiam infrà lib. 30. inquit Liuius. Itaq; qui primi erant haſtati, per cumulos corporum, armorumq;, & labem ſanguinis, quà quiſque poterat, ſequentes hoſtem, & ſigna & ordines confuderunt. Principum quoque ſigna fluctuare cœperunt, vagam ante ſe cernentes aciem. Cæterùm ab haſtatis militibus, etiam ordines haſtati ſunt denominati. Idem infrà lib. 26. Nauius ſecundi haſtati ſignum ademptum ſignifero in hoſtes infert. Idem infrà lib. 42. Tertio anno virtutis cauſa mihi T. Quintius Flaminius decumum ordinem haſtatum aſſignauit. Idem ibidem paulò infrà: Hic me imperator dignum iudicauit, cui primum haſtatum prioris centuriæ aſsignaret. Princeps interdum ordinem illorum militum, qui principes vocabantur, ſignificare videtur. Liuius infrà lib. 42. A. M. Cœlio mihi primus princeps prioris centuriæ eſt aſsignatus. Item Liuius infrà lib. 26. Et M. Attilius legatus, primi principis ex eadem legatione ſignum inferri in cohortem Hiſpanorum coẽgit. Cicero ad Brutum: C. Naſennius Cretenſi bello, Metello imperatore, octauum principem duxit. Aliquando verò pro eo qui ordinem principum ducit, videtur vſurpari. Idem infrà lib. 25. T. Pedanius princeps primus centurio cùm ſignifero ſignum ademiſſet, iam hoc ſignum, & hic centurio, inquit, intra vallum hoſtium erit. Cæſar lib. 3. Belli ciuilis: Omnibus primæ cohortis centurionibus interfectis, præter principem priorem. Alias primus centurio primo pilo præeſt. Idem ſuprà libro ſeptimo: Qui alternis propè annis & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. A principibus principia dicũtur duplici ſenſu: Primùm in acie, vt apud Terentium: Ego hic adero poſt principia. Secundò in caſtris: Liuius infrà lib. 28. Tribunos & iura reddere in principijs ſinebant, & ſignum ab eis petebant, & in ſtationes ac vigilias ordine ibant. Idem ibidem paulò pòſt: Fugatis itaque ex principijs, ac paulò pòſt è caſtris tribunis, &c. Ab his principijs ſiue tabernaculis principum nominatæ ſunt portæ caſtrorum, dextera & ſiniſtra principalis.

Tantuſq; fuit ardor) Probat ſigno, quanto ardore ſit pugnatum. Donec Inſuber) Cædes conſulis. Infeſto) Cum infeſta, ac in conſulem protenſa lancea. Nihil hauſtum ex vano) Nihil affirmare præter authoritatem probatorum autorum de numero cæſorum, & captiuorum. Quo nimis inclinãt) Vt per vanitatem augeant clades, numerumq; cæſorum & captiuorum.

Fabium æqualem) Senatorem Romanum, quem Polybius amore patriæ ſæpè à veritate in ſcribenda hiſtoria diſceſsiſſe adſeuerat. Annibal captiuorũ) Annibalis calliditas in dimittendis captiuis Latini nominis, & humanitas in inquirendo ſepeliendi cauſa corpore Flaminij. Romæ ad primum nuncium) Terror ac tumultus in vrbe Roma ob hanc cladẽ. Turba in comitium & curiam verſa) Comitium foro Romano coniunctum, & verſus oriẽtem ab eo porrectum, vel potius ipſius fori pars erat. Id ita appellatum fuit, authore Plutarcho, quòd fœderis cõditiones ibi inter Tatium & Romulum firmatæ, ſancitæq; eſſent, vt ab illorum coitione nomen acceperit. Ad comitium roſtra vetera fuerunt, autore Aſconio Pediano, propè iuncta curiæ. Variæ Romæ curiæ fuerunt, curia Hoſtilia, Calabra, Saliorum, Pompeij, Iulia, Vetus, Noua, Octauia. Cæterùm cùm duæ fuerint curiæ Hoſtiliæ, altera in monte Celio, altera ad comitium, loquitur hîc Liuius de illa curia Hoſtilia, quæ ad confinium fori & comitij, ſeptentrionali latere ſita, roſtra vetera ante ſe habuit. In hanc curiam Hoſtiliam ſenatus de Republ. conſultaturus, vt plurimùm conueniebat. Magiſtratus) Vt ſe docerent de fortuna belli & reipublicæ. Pugna, inquit) Hoc pronunciauit pro roſtris. Virorum) Qui ibi erant cuſtodiæ cauſa. Inde varios vultus) Hypotypolis, ſiue notatio. Fœminarum) Mirandus effectus repentini ac immodici gaudij. Priuſquam ſatis) Nunciatio alterius, ſed minoris cladis, eiusq; varij effectus in animis Romanorum.

A Seruio conſule) Cui obuenerant legiones, quæ Cremonæ hybernauerant, quibus gerebat bellum in Gallia ciſalpina. In affecto corpore) Affecto, id eſt, ægro. Non rerum magnitudine) Non eſſe cógirandum hanc cladem eſſe paruam, cùm tantùm ſint amiſſa quatuor millia equitum: ſed quia nunc amiſsis exercitibus ſint extenuatæ vires, id cladem hanc per ſe paruam, facere magnam. Itaque ad remedium) Dicitur à populo, pdictator Q. Fabius Maximus & M. Minutius Rufus magiſter equitum. Literas mitti) In Galliam ciſalpinam ad Seruilium conſulem. Annibal interim) Iter Annibalis in Apuliam, & acta in itinere. Affectus) Confectus, æger. Prætutianum Adrianumq; agrum) Hic ager vnà cum Marſorum, Marrucinorum, Pelignorum, Veſtinorum agro, hodie Apruzo vocatur. Adria duplex fuit: vna in Venetia, vnde ſinus Adriaticus nominatus eſt: altera, vnde hic Adrianus ager nominatur, finitimus Aterno flumini. Ea fuit colonia Romanorum. Nunc pertinet ad regnum Neapolitanum, geritqúe inde titulum Dux Adriæ. Intendit) Direxit. Q. Fabius Maximus) Acta Fabij dictatoris in vrbe. Plus negligentia cæremoniarum, auſpiciorumq; temeritate, quàm inſcitia peccatum) τὸ temeritate cum τῷ quàm inſcitia, non cum τῷ auſpicio rumq;, coniungendum eſt: alioqui parum concinna oratio erit. In verbis Plutarchi de vita Fabij eandem ſententiam experimentis, nulla eſt ambiguitas. Sic enim dicit: Deinde ſumpto à dijs pulcherrimo principio, docebat populum negligẽtia & contemptu ducis aduerſus deum, non ignauia eorum qui depugnaſſent, offenſionem belli accidiſſe. Tetra prodigia) Qualia nunciata ſunt ſuprà initia huius libri, & paulò ante finem libri ſuperioris.

Ioui ludos magnos) Differunt ludi magni & Megalenſes, ſiue Megaleſia. Varro lib. 5. de lingua Latina: Megaleſia dicta à Græcis, quòd ex libris Sibyllinis accerſita ab Attalo rege Pergami, propè murũ Megaleſion, in templum eius deæ. Sextus Pomp. libro 12. Megaleſia ludos matris magnæ appellabant. Hæc illi. Hi ludi ſcenici. Nam illis exhibebantur comœdiæ, & tragœdiæ, & fiebant in theatro. Magnos verò ludos eodem Pompeio, eodem libro autore, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iouis, quem principem deorum putabãt, faciebant. Cicero in Verr. libro 7. Mihi ludos antiquiſsimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæq; eſſe faciendos. Iſti ludi erant non ſcenici, ſed Circenſes. Exhibebantur enim in circo vel Flaminio, vel maximo. Ludis Circenſibus edebantur venationes variarum ferarum, item equeſtria & curulia certamina. Nec obſtat, quòd Plutarchus hos ludos appellat ſpectacula Muſica & Thymelica, id eſt, hiſtrionica. Nam illa appendicis tantùm vice ad hos ludos accedebant. Veneri Erycinæ) Veneris Erycinæ templa duo Romæ fuerunt, vnum propè portam Collinam, quæ nunc diuæ Agnetis porta dicitur. Ouidius:

Templa frequentari, Collinæ proxima portæ
Nunc decet, à Siculo nomina rege tenent.

Ad eam ædem matronæ quotannis virilis membri figuram cultu diuino, magna ſacrorũ pompa perferebant, quod non multum diſcrepat ab illis, quæ propè ſimili de re commemorat Auguſtinus de ciuitate Dei libr. 6. cap. 9. his verbis: Sed quid hoc dicam, cùm ibi ſit & Priapus, ſuper cuius imma niſsimum & turpiſsimum faſcinum ſedere noua nupta iubebatur, more honeſtiſsimo & religioſiſsimo matronarum? Alterum Veneris, itemq; Mentis templum, cuius hîc ſit mentio, in monte Tarpeio fuit. Liuius infrà: Interea duumuiri creati ſunt Q. Fabius Maximus & Attilius Craſſus ædibus dedicandis, Menti Attilius, Fabius Veneri Erycinæ. Vtraque in Capitolio eſt, canali vno diſcretæ.

His ſenatuſconſultis) De vere ſacro. Duit) Det. Queq; duella) Ἀναπαιδόλογον. quod excuſatur per Archaiſmum. Deſideratur enim τὸ iſtis duellis.

Ex ſuillo, ouillo, caprino grege) Plutarchus in vita Fabij addit fœtus boum. Prophana) Non dedicata antea dijs. Ioui fieri) Fieri, id eſt, ſacrificari, immolari. Vergil.

Cùm faciam vitula pro frugibus. Item,
Lætis operatus in herbis.

Prophanum eſto) Tanquam non deſtinatum Ioui, quanquam vere ſacro natum ſit. Atro die) Atro, id eſt, infauſto, ominoſo, religioſo, quo aliquid feriæ rei, vel publicè vel priuatim, aut auſpicari, aut agere, inauſpicatum habebatur. De diebus atris Gellius & Macrobius. Si ante id) Quàm à quopiam, hoc eſt, ab aliquibus hominibus priuatis immolatum fuerit.

Ludi magni voti æris CCCXXXIII. millibus, triente) Hæc ſumma diſcrepat à Plutarchi ſumma, in vita Fabij. Ea de cauſa Budæus de Aſſe libro tertio, ſic dicit: Niſi error eſt apud Liuium, Plutarchus alium autorem ſecutus eſt: Liuius enim pro trecentis millibus nummûm, id eſt, totidem ſeſtertijs, millia æris dicit, & de denarijs tacuit. Trientem autẽ tertiam partem aſsis intellexit, qui genus nũmi fuit. Hæc ille. De iſta

superstitiosa Romanorum diuisione per numerum ternarium, hæc ibidem addit Plutarchus: Λόγον δὲ τῆς εἰς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀκριβείας καὶ διανομῆς, χαλεπόν ἐστιν εἰπεῖν. εἰ μή τις ἄρα βούλοιτο τῆς τριάδος ὑμνεῖν τὴν δύναμιν, ὅτι καὶ φύσει τέλειος, καὶ πρῶτος τῶν περιττῶν, ἀρχή τε πλήθους ἐν αὐτῷ, τάς τε πρώτας διαφορὰς, καὶ τὰ παντὸς ἀριθμοῦ στοιχεῖα μίξας καὶ συναρμόσας εἰς ταὐτὸν ἀνείληφε. Id est: Rationem autem quare summam ita accuratè hoc modo diuiserint, difficile est dicere, nisi quis laudare velit vim ternionis, quia & perfectus est natura, & primus imparium, & initium multitudinis, primasque differentias, & omnium numerorum elementa mixta & coagmentata in idem assumit. Numerum ternarium apud priscos & absolutum & sacrum esse habitum, docent noti illi versiculi Vergiliani in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circumdo, terque hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

His per magistrum,) Acta Fabij extra vrbem, antequam exercitum contra Annibalem ducat, Edixit,) Præfiniuit. Via Flaminia.) Cic. in Philippicis: Tres viæ sunt ad Mutinam, à supero mari Flaminia, ab infero Aemilia, media Cassia. Flaminia igitur Roma itur Ariminum per Otriculum, Narniam, Fulgineum, Nuceriam, Callium, Fanum Fortunæ, Pisaurum, eratque via consularis. Literæ ab vrbe,) Mandatur Cn. Seruilio consuli classis. Circa portum Cossanum,) Qui est in Hetruria. Præsiderent,) Præsidio essent. Dictator exercitu,) Fabius ingressus iter, exercitum in hostem ducit. Per agrum Sabinum,) Ex via Flaminia. In viam Latinam,) Hæc via exit à porta eiusdem nominis, in Latinos populos ducens. Porrigitur autem per Labicanum oppidum, siue Valmantonum, vsque ad Casinatem diui Germani saltum, coniungiturque cum via Appia ad Casinum oppidum, XIX. stadia à Capua distans. Hæc via media est inter viam Valeriam & Appiam. Quo primùm die) Orditur res gestas Fabij Maximi contra Annibalem, incipitque ab ipso initio Cunctatorem describere per ἠθοποιΐαν, seruietque in eo deinceps decoro personæ Fabij, sicut etiam Annibalis in effingenda eius simulatione & calliditate.

Tacita cura animum incensus) Hellenismus. Grammatici Synecdochen appellant, vt Nuda genu. Hæc forma loquendi in lingua Latina est vsitata, non in oratione soluta, sed tantum Poëtis. Exprimit autem historiographus cogitationes Annibalis, tanquam per dialogismum. Tentare animum) An posset eum à constantia, & non dimicandi proposito deducere, ad pugnamque elicere. Statio) Custodia, præsidium, excubiæ. Neque vniuerso periculo) Noluit semel periclitari de summa rerum, depugnando omnibus copijs. Summa rerum) Vtri ad extremum victores facti, alteris imperarent. Parua momenta) Paruæ inclinationes, exiguæ victoriæ, quæ essent parui momenti. Finitimorum receptu) Equitum illa leuisque armaturæ statio, milites qui pabulum & ligna petebant, quia non procul abibant à castris, facilè recipiebat, & in recipiendis eis tuto loco, vtpotè sub suis castris, leuibus prælijs cum Pœnis decertabat. Sed non Annibalem) Notatione etiam depingit ferociam magistri equitum. Præcipitandam) Perdendam, euertendam. Rapidusque) Inconsideratè festinans. Pro cunctatore segnem) Catachresis. Annibal ex Arpis) Annibalis ex Apulia in Samnium transitus. Beneuentanum) Beneuẽtum secundus Otho imperator, natione Saxo, propterea quòd prælio, quo cum Basilio & Constantino fratribus, imperatoribus Constantinopolitanis, de possessione Calabriæ, ad Basentellum depugnauit, Beneuentani initium fugæ fecerãt, direptum exussit. Otho enim eo prælio victus, cùm fuga ad mare delatus esset, à piratis fuit captus. Sed beneficio linguæ Græcæ, quam didicerat, ex illorum potestate, cum eis se alium esse persuasisset, euasit. Inter multitudinẽ) Causa, siue occasio transeundi ex Samnio in Campaniam. Capuæ) Capua nunc alio loco sita est quàm olim. Cingitur hodie ferè dimidia ex parte Vulturno flumine. Olim posita fuit eo loco, vbi nunc situs est diuus Petrus. Ea vrbs hodie plateas habet mirificè pulchras & rectas. Quõdam caput fuit regni Neapolitani, quod versiculus supra fores curiæ scriptus significat:

Est regni Capua clauis, crux horrida prauis.

In agrum Casinatem,) Subiectum oppido Casino, cuius suprà in descriptione viæ Latinæ mẽtionem fecimus. Eum saltum,) Casinatem, qui hodie à diuo Germano nomen habet. In monte Casino est monasterium, sepulchro diui Benedicti, & diuitijs celebre, ad radices verò eius situs est diuus Germanus. Ad opem ferendam socijs,) Socijs, id est Campanis. Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen,) Cùm id nomen Pœnus malè pronunciasset. Per Alifanum,) Alifæ sunt in Samnitibus, nomen etiamnum retinentes. Calatinumque,) Calatiam, Casinum, Calenum, ex agro vel Latino, vel Hernico, vel Labicano denominata, scribit Plinius. Calenum,) In Campania. Calenum nunc Carinula nuncupatur. Casilini) Id situm est super Vulturno flumine. In Agrum Falernum,) Qui Caleno vicinus est. Vsque ad aquas Sinuessanas,) Aquas, id est balneas. Sinuessa in littore Campaniæ ad sinum à Miseno septentrionem versus vergentẽ, sita est. Plinius lib. 31. In eadem Campaniæ regione (in qua sunt Baiæ) Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere produntur. Nec tamen is terror,) Perstringit locum communem de clementer imperando. Item iustis, moderatis, continentibus magistratibus, libentius obtemperari. Exurebaturque amœnissimus Italiæ ager,) Occasio nouæ insolentiæ & seditionis Minutij aduersus dictatorem. De amœnitate agri Campani Cicero contra Rullum, Strabo, Plinius. Campania nostro seculo terra laboris vocatur. Eam appellationem toti regioni à parte eius inditam exstimauerim, id est à Laborinis campis à Plinio celebratis. Spectatum huc,) Reprehensio consilij dictatoris de non dimicando. Est autem ista incusatio dictatoris, generis iudicialis, iuridicialis status. Propositio est, Malè facit dictator quod non sinit nos pugnare. Orditur autem Minutius orationem ab ipsa propositione figurata ironia, rapitque dictatorem in inuidiã, sumendo πάθος à præsenti calamitate sociorum, ob oculos versante.

Ad rem fruendam oculis,) Ad capiendam voluptatem ex isto spectaculo. Nec si nullius) Argumẽtatur ab inhonesto, siue à dedecore, & simul indignationem mouet comparatione. Ab extremis orbis terrarum terminis) Hyperbole apta ad exaggerandam indignitatem rei. Præter quam oram) Campaniæ, quæ omnium orarum Italiæ est amœnissima. Saguntum) Procul sitam, quæ non est colonia ciuium Romanorum. Deos ciebamus) Testabamur. Fumus ex incendijs) Energia hyperbolica, augendæ inuidiæ gratia adhibita. Per æstiuos saltus) in quibus pecus per æstatem oberrans pascitur. Conditi nubibus) Quæ frequenter obsident cacumina montium, quæ quando sublimiora sunt, sæpe super illas extant. Fabius igitur iuga montiũ cum exercitu peragrans, tegebatur nubibus, ibatque interdum per nubes, ita vt humi per nebulam imus. Hoc ita esse sciunt illi, qui Alpes aut alios montes sublimes transcederunt. Si hoc modo) Ab exemplis contrarijs veterum ducum, & primùm ab exemplo Camilli argumentatur. Hic nouus Camillus) Insignis dictator ac singularis, in extremo discrimine quæsitus. Antonomasia. Sed vir) Locupletatio exempli à virtute & celeritate Camilli. Ianiculum) Ianiculus è septem collibus vnus, qui etiam hodierno die sunt intra mœnia vrbis, trans Tyberim est. Is tamen non totus intra muros est, parte per illos exclusa. Nunc vocatur Montoreo, id est mons aureus. Busta Gallica) Ab his nunc Romæ nomen habet ædes diui Andreæ, cognomento ad busta Gallica, Italicè en portugallo. Citra Gabios) A Gabijs oppido ad viam Prænestinam, vicino vrbi nomen habet porta Gabiusa, quòd illuc recta mitteret. Nunc Gallicanum nuncupatur oppidum illud. Quid post multos annos) Ab exemplo L. Papyrij Cursoris. De furcis Caudinis, itemque de Papyrij rebus gestis scribit historicus suprà lib. 9 Sunt autem furcæ & furculæ Caudinæ nihil aliud, quàm illud iuguum sub quod ignominiæ causa missi sunt Romani à Samnitibus, ad Caudium oppidum in Hirpinis, loco vndique montibus, saltibus & hostibus cincto deprehensi. Iugũ quemadmodum fieri solitum sit, docet Liu. suprà lib. 3. Vt exprimatur tandem confessio, subactam, domitamque esse gentem, sub iugum abituros. Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superque eas transuersa vna deligata. Sub hoc iugo dictator Aequos misit. Luceriam) Hæc & Venusia, coloniæ sunt Dauniorum in Apulia, autore Plinio. Diuersa est Nuceria in Campania, & in via Flaminia. Modò consuli Luctatio) Tertiò ab exemplo C. Luctatij. Stultitia est) Conclusio epiphonematica, & gnomologica, id est, sententiosa. Non his sensibus) Cogitationibus, consilijs, tali affectione animi. Hæc velut concionanti) Effectus orationis. Voluebantur) Audax metaphora. Ferebant) Ostendebant, dictitabant, præ se ferebant. Vt Annibal) Effectus cunctationis Fabij. Ab spe summa) Cùm videret se id quod præcipuè sperauerat, assequi non posse, vt Fab. prælio secum decertaret. Ea regio) Ager Falernus, & reliqua Campania. Arbusta) Arbusta sunt diuersarum arborum vel vtilitatis, vel amœnitatis causa, in hortis, aut extra hortos consitarum nemuscula & syluulæ, vt cum vno in loco cõsitæ sunt Cornus, Populus, Tilia, Acer, Ornus Carpinus, Quercus, Vlmus, Atinia. Ea consitio plerunque fit vitium causa, de qua Columella. Hac per exploratores) Occasio, aut potius causa sequentis paulò infrà vaframenti Annibalis. Rediturum) In Samnium. A Campano agro) A Capuano agro, quia Falernus ager est pars Campaniæ. Iugis ijsdem) Massici montis. Misso exploratum) L. Hostilius Mancinus quadringentis equitibus præfectus interitu suo docet, qui soleat esse exitus inobediẽtiæ & temeritatis. Quàm tutò) Pro τοῦ quàm tutissimè. Recipere sese) Redire in tutum. Ad castra) Annibalis. Omni parte virium) Vt integritate virium, numero equitum, &c. Appiæ) Appiæ viæ, quæ Roma initium à porta eiusdem nominis capiens, per Albæ & Aricinæ ruinas ad Pontinam paludem perducit, & ad Tarracinam mari cõiungitur. inde per Fundos, Molas, Sinuessam, mediumque campum Stellatem, & postremò Brundusium vsque protenditur.

ditur. Inclusus) Quia præsidia Fabij in monte Calicula & Casilini eū prohibebant ex agro Falerno per angustias in Samnium redire.

Intra Formiana saxa) Saxa, id est montes. Metalepsis, aut Catachresis. Vult enim dicere montes steriles. Linterni) Illic postea in voluntario exilio mortuus Scipio maior sepulchrū habuit. Nec Annibalem fefellit) Insigne vaframentum Annibalis. Id illustri descriptione depingit historicus. Casilinum) Nunc Castellucium appellatur. Præsidio excessere) Deseruerunt locum, cuius tuendi causa illic collocati erant. Per saltum) Calliculam montem. Sub iugo montis) Calliculę. Leuē armaturam) Annibalis. In Larinate agro) Larinum oppidū est Apuliæ. Inde sacrorum causa) Fabius Româ proficiscens, magistro equitum interdicit, ne se absente pugnet. Principio æstatis) De rebus gestis in Hispania secunda æstate huius belli, inter Asdrubalem & Cn. Scipionem, & primum de prælio nauali ad ostium Iberi fluminis. Carthagine) Noua. Nouorum auxiliorum) Gentium Hispanicarum, quæ se coniunxerant cum Asdrubale. Ad stationem) Nauium. Exaudito) A classiarijs Asdrubalis. Descriptio tumultuosæ festinationis. Oras) Anchoralia. Haud sanè impenetrabiles) Cùm facilè possent perfringi. Neq; id) Effectus huius victorię. Sparti) Spartū herba sponte nascens, iuncus propriè est aridi soli, & seri nō potest. Eius magna copia proueniebat circum Carthaginem nouam. Vsus eius cœptus est à Pœnis, cùm primùm Hispanię arma intulerunt. Hinc Plinius scribit strata rusticis in Hispania, hinc ignes facesq;, hinc pastorum vestem, hinc calceamenta fieri solita. Funes inde factos non lædi aut corrumpi aquis. In sicco præferri funes è canabi. Spartum itaq; esse in vsu omnibus terris, nauium armamentis, machinis ædificationum, alijsq; desiderijs vitæ. Ex hac herba puto fieri fiscellas, in quib. nunc ficus ex Hispania ad nos perferuntur. Sunt tamen qui existiment id fruticem Genistam esse, vnde illæ fiunt. Plinius dubitat, an genista sit illud, quod Græci Sparton appellant. Qui Iberum incolunt) Qui incolunt cis Iberum, aut qui Iberum accolunt. Quietum inde) Res gestæ terra eadem ęstate in Hispania. Legatos obsidesq;) Legatos, id est vicarios, quos vulgò locum tenentes appellamus. Hoc statu rerum) Aduentus P. Scipionis proconsulis in Hispaniá prouinciam suam. Eo vinculo) Insignis perfidiæ exemplū, Aceducis factum. Nunc cis Iberum) Illud cis dicitur respectu Sagunti & Carthaginiensium, Romanis illud cis erat trans Iberum. Arcem tutam) Metonymia pro τὸ perfugium, quod ipse subijcit. Obligat fidem) Vt vicissim habeatur & seruetur fides. Nō ad cætera Punica ingenia) Hoc per collationē dicitur Græca phrasi, ἡ κατὰ τὰς ἄλλας λυβικὰς φύσεις, id est, non cæterorū Punicorum ingeniorum more. Hæc in Hispania) Concludit de rebus Hispaniensibus eius æstatis, & redit ad Italicas. Ita contempta) Fabius dictator apud suos malè audit, tribus de causis. Vtiq; postquam) Prima causa infamiæ & inuidiæ. Læto) Quia Minutius superior fuit. Quàm prospero euentu) Quia prope par clades vtrinq; accepta est. Annibal enim sex, Minutius quinque millia amisit.

Pugnatum fuerat) De ea pugna paulò pòst commemorabit. Vna fraude) Secunda causa inuidiæ. Ager dictatoris) Quem habuit ad Casilinum, quod comprobant hæc verba Liuij infrà in oratione Marci Metelli tribuni plebis: Campanum, Calenumq;, & Falernum agrum peruastatos esse, sedente Casilini dictatore, & legionibus populi Romani agrū suum tutante. Altera ipsius facto) Tertia causa inuidiæ. Quia non expectata in eo senatus autoritas est) Vtrum essent cum Annibale permutandi captiui, nec ne: Permutauit enim eos Fabius inconsulto senatu. Plus reciperet) Captiuorum. Argenti pondo bina & selibras in militem) Binas libras siue minas, & dimidiam, hoc est, in singulos milites viginti quinq; coronatos. Tardius rogaretur) Rogaretur, id est, decerneretur. Cicero: Illo die mihi pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. Inuiolatum ab hoste agrum) Situm ad Casilinum. Fidemq; publicam) Quam Annibali dederat de soluendo argento pro captiuis, quos ipse plures quàm Annibal recepisset. Annibal pro Gerionis) De rebus gestis magistri equitum aduersus Annibalem absente dictatore, quæ vna causa inuidiæ ex tribus extitit in dictatorē, sicut suprà dictum est. In statione erat) Erat in statione cum expeditis militibus, paratis omni momento ad dimicandum. Callidiora) Temeraria, ferocia. In castra relicta) Cùm Annibal emisisset duas partes exercitus frumentatum. Ipse autem) Annibal. Per auersa castra) Per portam decumanam auersam à castris hostium. Iamq; artibus Fabij) Fabij cunctatione securior erat factus Annibal, vt quasi nullo periculo imminente, partem exercitus frumentatū emitteret. Fabij cunctatio eum propè adduxerat in eam consuetudinem, vt etiam ipse fermè sedendo & cunctando bellum gereret, nec prælium ab Romanis expectaret. Ratio enim quare non ausus fuerit acie certare, fuit, quod iam more Fabiano gerebat bellum, & quòd pars exercitus ea de causa aberat. Cæterùm τὸ q;, in iamque, pro enim accipi videtur. Duo castella) Ambiguum est, vtrum hic castella pro oppidulis, an pro eius generis castellis, qualibus Pompeium Cæsar ad Dyrrachium cinxit, quæ Liuius interdū præsidia appellat, accipias. Mihi videntur accipienda pro præsidijs, siue munimētis, siue propugnaculis, siue locis munitioribus, quibus milites custodiæ & præsidij causa circum castra dispositi erant. Admodum) Ferè, plus minus: ac si diceret, Ad quinq; millia Romanorum cæsa. Nisi malis accipere pro omninò, aut ad summum. Prior interpretatio mihi verior videtur. Tum M. Metellus) M. Metellus criminandis dictatoris ad plebem, extollendis magistri equitum rebus gestis, efficit vt ei imperium cum dictatore æquetur. Id vnum enimuerò) Orditur ab occasione. Rei bene gerendæ) Per magistrum equitum. Et in ducendo bello) Res gestas & consilia Fabij ordine enumerata calumniatur, subiectis inuidiæ concitandę augendæq; causa, falsis causis finalibus, & breuibus similitudinibus & auxesibus, extollendisq; rebus gestis magistri equitum. Ita hoc Metelli artificium calumniandi in quatuor rebus consistere videtur. Consulum alterum in acie cecidisse) C. Flaminium. Alterum specie classis) Cn. Seruiliū. Propè in custodia habitum) Auxesis. Quo iam tanquam) Breuis similitudo. Clausos propè) Alia auxesis. Tanquam hostibus captiuis) Alia breuis similitudo inuidiosa. Vt obsidione) Alia breuis similitudo. Quas ob res) Conclusio de æquando imperio. Ne ita quidem) Vt maximè æquatum fuerit imperium. Dictator concionibus) Excusatio, siue responsum Fabij in senatu. In actione) Habenda oratione. Popularis) Gratus populo. Cùm plebis concilium esset) Cùm conuenisset plebs in concionem. Vnus inuentus est) Quibus artibus C. Terentius Varro emerserit, quo consule duce & autore postea pugnatum est ad Cannas.

Liberalioris) Minus sordidæ. Togaq;) Metonymia, signū pro signato. Toga) id est, negotia forensia. Est enim toga, autore Cicerone in Pisonem, pacis insigne, & ocij. Proclamando) Agendo causidicū & rabulam. Cicero: Non enim causidicum nescio quem, neq; proclamatorem aut rabulā cōquirimus. Plebeia) Quæ minor ædilitas vocatur. Et curuli) Quæ appellatur maior ædilitas. Auram fauorabilis populi) Gratiā fauentis populi. Aura pro gratia, methaphoricè. Ea translatione etiam Germanicè vtimur, dicendo: Er hat guten wind bey dem gemeinen Mann. Vnus gratiam tulit) Vnus ex illis omnibus, qui criminabātur dictatorem. Populus enim hunc ideò paulò pòst consulem faciet. Omnes eam) Tolerantia & patientia Fabij. In se sæuientis) Aequantis secum imperio magistrum equitum. Minutius verò) Gloriatio Minutij ob æquatum imperiū. Itaq; quo die) Quomodo æquato imperio sint vsi. Quæcunq; temeritas collegæ) Illum enim plus fortunæ, quàm consilio confisurum esse. Duplex inde) occasio ab Annibale quæsita, pugnandi cum Minutio, & positæ insidiæ. Liberam) Quæ iam non posset amplius coherceri à Fabio. Capturum) Circumuenturum, illecturum in fraudem, in insidias. Tumulus) Topographia. Vestitum) Metaphoricè, pro obsitum. Et erant in anfractibus cauæ rupes) Hoc explanant verba Polybij, sic de eadem re dicentia: Cùm enim loca circum tumulum nuda, multos & varios anfractus ac cauernas haberent, emisit noctu in maximè idoneas latebras, ducenos & trecenos, equites quidem quingentos, peditum verò leuis armaturæ ad summum quinq; millia. Egresi) E cauis rupibus. Tam aperta) Nuda syluis & vepribus. Auertit oculos) A cauis rupibus ad tumulum. Primo statim) Pugna improuida Minutij cum Annibale. Vanis animis) Vana audacia. Conserto agmine) Coniuncto equitum agmine cum peditibus leuis armaturę, ita eos ponè sequerentur equites: Præoccupatū) A Pœnis. Inferiori loco) Ex inferiore loco. In succedentem) In sequentem in adscensu tumuli. Peditum acies) Grauis armaturæ in legionibus. Inter perculsos) Inter pedites leuis armaturæ & equites. Tunc Fabius) Fabius Minutium eiusq; exercitum eripit ex discrimine. Deprehendit fortuna temeritatem) Deprehendit, id est, coarguit, qua significatione Græci verbum ἐλέγχω vsurpant. Alludit autem Fabius ad illud quod paulò antè dixit: Omnia fortunā habituram, quæcunq; temeritas collegæ habuisset

Velut cœlo) Præter omnem expectationem, præsente benignitate deorum. Ad integram aciem) Fabij. Voluentesq; orbem) Pugnantes in orbem. Minutius conuocatis) Magister equitum redit sub imperium, auspiciumq; dictatoris. Sæpè ego) Gnome Hesiodia. Noti sunt versiculi Hesiodi, quorū sententia hic refertur. Ideò eos huc non adscripsi. Maiestate, Dictatoria. Profecti) Ex castris Minutij, quæ mille quingentos passus à Fabij castris distabāt. Tirbunal) Quod erat circa pretoriū. Oneratus magis, quàm honoratus) παρονομασία. Hos ordinib. suis) Vt tribunos, centuriones, militumq; vnūquenq; suum locum in exercitu, quem hactenus tenuerunt, retinere sinas. Ne quem exautores, aut inferiore ordine atq; loco militare iubeas, propter nostram contumaciam.

Romæ, vt est perlata) Fama de hoc facto Fabij, & Romæ, & apud hostes. Cum Romanis) Emphasis, siue epitasis: id est cū gente bellicosa & acerrima. Tandem eam nubem) Allegoria, id est, Fabium qui hactenus exercitum per iuga montium duxit, tandem irritatum ab Annibale, vim suam aduersus eum declarasse. Cæterùm quomodo nubes, sine translatione loquendo, procella sollicitatæ imbrem dent, discendum est à scriptoribus Meteororum. Dum hæc) Seruilij consulis res gestæ classe, & aduersa fortuna in Africa. Ab incolentibus

circa

circa eam) Ab incolentibus vicinas insulas. Decem talentis argenti) Sex millibus coronatorum. Literisq; Fabij) Fabius exacto iam propè tempore dictaturæ, exercitum Cn. Seruilio,& M.Attilio Regulo consulibus tradit.

Augendæ titulum imaginis posteris) Vt posteri Fabij imaginem eius vt dictatoris, non vt prodictatoris ostentarent. Minus multò erat fuisse prodictatorem, quàm dictatorem: sicut multò minus est esse proconsulem, aut proprætorem, quàm consulem aut prætorem. Prodictatura, proconsulatus, proprætura, non ordinarij, sed vicarij magistratus erãt. Præterea proconsulis & proprætoris imperium tantùm extra vrbem, & in prouincijs valuit: Eranteq; sæpè proconsules & proprætores, qui consulatum & præturam nunquam gesserant. Omnes curules magistratus ius tribuebant gerenti prodendæ imaginis posteris, vt si gerens esset ignobilis, fieret & ipse & eius posteri nobiles. Sin nobilis, vt augeret & suam & posterorum nobilitatem. Curules magistratus tribuisse gerẽti ius prodendæ ad posteros imaginis, probant verba Ciceronis lib.7. in Verrem, vbi asserit, sibi, quòd sit factus ædilis curulis, esse datum ius, & imagines ad memoriam posteritatemq; prodendam. Et in priori oratione contra Rullum ad populũ, ipse designatus consul dicit in more esse, vt qui beneficio populi imagines familiæ suæ, hoc est, curules magistratus consecuti sunt, ij prima concione populo gratias agãt. Curules magistratus etiam auxisse nobilitatem eorum qui antea essent nobiles, indicio est, quod singulæ familiæ ita se cæteris nobiliores esse demonstrabant, si plures eius generis magistratus gessissent, aut triumphos adepti essent. Ita Suetonius probat gentem Claudiam nobilissimam esse, quòd duodetriginta consulatus, dictaturas quinq;, censuras septẽ, triumphos sex, duas ouationes adepta fuerit. Eodem etiam modo claritatẽ Domitiorum ostendit, cõmemorando eos functos esse consulatibus octo, triumpho censuraq; duplici. Fabij igitur posteri, qui alioqui nobiles futuri erant, cùm essent patricij, suam nobilitatem aucturi erant nominando hunc Fabium dictatorem, non prodictatorem, istumq; titulum adijciendo eius imagini. Imaginibus enim clarorum virorũ, splendor & vetustas familiarum significabatur, sicut apud nos insignibus ijs quę clypeum & galeam vocamus. Imagines Romani & expressas effigies maiorum suorum, adscriptis titulis honorũ quibus functi essent, domi in atrijs, aut alia celebri ædificij parte, ad decus & ornamentum familiæ collocatas habere solebant. Illæ plerunq; cereæ, interdum marmoreæ, vel æneæ esse solebant. Has festis diebus laureis sertis, & florib. ornare, illorumq; quorum imagines essent, diem natalem quotannis celebrare, contraq; in luctu, quasi conscias mœroris pulla veste induere, eisdem in funus productis, & longa serie mortuũ comitãtibus, pompam exequialem, cùm aliquis agnatus decessisset, propterea quòd familiæ decora repræsentabant, exornare consueuerunt. Propter harum imaginum copiam, & titulorum imaginibus additorum præstantiam & splendorem, nobilitas tumebat. Iuuenal. Satyra 6.

Sit formosa, decens, diues, fœcunda, vetustos
Portcibus disponat auos, intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina,
Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno,
Quis ferat vxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quàm te Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.
Tolle tuum precor Annibalem, victumq; Syphacem
In castris, & cum tota Carthagine migra.

Idem Satyra 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri, pictosq; ostendere vultus
Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos?
Et Curios iam dimidios? nasumq; minorem
Corum? & Galbam auriculis, nasoq; carentem?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis malè viuitur? effigies quò
Tot bellatorum, si luditur alea pernox? &c.

Idem ibidem.

Tota licet veteres exornent vndiq; cæræ
Atria: nobilitas sola est, atq; vnica virtus.

Idem eadem Satyra, de titulis qui adscribebantur imaginibus.

Ergo vt miremur te, non tua, primùm aliquid da
Quod possim titulis incidere, præter honores:
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.

Consules M.Attilius) Res gestæ M.Attilij & Cn.Seruilij consulum, contra Annibalem. Carpentes agmen) Diminuentes agmen Annibalis, aliquos subinde ex illo excipiendo, aut interficiendo. In casum vniuersæ dimicationis) Non depugnabant omnibus copijs. Cùm ad Gerionem) Municipia Neapolitanorum in Romanos. Vt dicerent) Oratiuncula eorundem in offerendo dono. Agrisq; sociorum) Neapolitani etiã erant socij Romanorum. Legatis gratiæ) Continentia Romanorum in non accipiendo dono, & humanitas, comitasq; in non spernendo toto dono: eorundem y prudentia & animi magnitudo in alijs quibusdam rebus administrandis.

Aeris grauis viginti millia) Liuius suprà lib.4. Quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant. Aeris grauis, id est, nummorum rudium & informiũ, autore Budæo. Illi nummi asses fuerunt, qui librã æris valebant, ideoq; as à Cicerone interdum libella nuncupatur. Aes graue dicitur, quia soluendo appendebatur ac põderabatur, eratq; as nummulus libralis. Hæ ergo massæ æneæ valebant 200. coronatis. Aeris, id est, asium. Centum asses vno coronato, decem asses denario, duo asses & semissis sestertio nummo, quatuor sestertij denario, decẽ denarij coronato valent.

Demetrium Pharium.) Is fuit vnus è ducibus Teucæ reginæ Illyriorum, cum qua ante bellum Punicum secũdum, C. Fuluius Centimalus, A. Posthumius, cõsules ob interfectum legatum Romanum bellauerũt. Hic cùm vrbem Corcyram, quam cum præsidio reginæ nomine tenebat, Fuluio tradidisset, magnis beneficijs à consulibus adfectus, ac plerisq; vrbibus Illyriorum quas de Teuca cœperant, præfectus est, ita vt postea rex Illyriorum nominaretur. Sed paucis annis interiectis, vbi Romanis maxima & difficillima bella à Gallis cisalpinis & Carthaginiẽsibus impendere sensit, beneficiorũ populi Romani oblitus, eius fortunam despexit, ac omnem spem suam in regib. Macedoniæ repositam habere cepit. Oppidis igitur sociorum P.R. in Illyrico expugnatis per eum, ac direptis, nominatisq; in fœdere terminis transcensis, missus est contra illum L. Aemylius Paulus cõsul cum exercitu, proximo anno ante susceptum secundum bellum Punicum, qui deinde iterum consul ad Cannas occubuit. Iste Demetrium cum reliquo Illyrico, tum etiam Pharo vrbe, loci natura munitissima, quæ in insula eiusdem nominis sita fuit, qua ille vrbe præcipuè confidebat, eiecit, vrbemq; euertit. Ab illa Demetrius cognominatur Pharius, quòd illinc oriundus esset, non à Pharo Aegyptia. Pulsus regno ad Philippum regem Macedonum confugit, vitamq; apud eum deinceps exegit: cuius iussu postremò vrbem Messeniorum oppugnans, perfidiæ & temeritatis pœnas morte dependit. Ad Pinum) Hùc existimo successisse Teucæ reginę. Nam illa bello, de quo diximus, quo à Romanis premebatur, cõponendo, regnũ eis fecerat tributariũ. In religionũ) Acta in vrbe, & primũ de locanda ęde concordiæ. Venit in religionem, vulgò dicimus, fecerunt sibi inde conscientiam. Locatam) Commissam alicui ædificãdam, pro certa pecuniæ summa. Cui aliquid faciendum, aut statuendum, aut reficiendum, aut præbendum locabatur, is dicebatur Redemptor, id est, cõductor. Cicero in Verrem: Hoc tu p. millibus locauisti, atq; illis columnis dico esse, quę à tuo redemptore commotæ non sint. Ita etiam dicuntur censores locare anseribus cibaria: id est, pacisci cum aliquo certa mercede, vt anseribus cibaria præbeat. Liuius infrà libro 27. Cætero (auro) vsi sunt ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercitui. Hac ratione contra consuetudinem naturamq; locationis & conductionis locator mercedem dat, cõductor accipit. In arce) Quæ fuit in colle Capitolino ad aquilonem, vbi nunc est Ara cœli. Ab eodem) Secundo de habendis comitijs consulum creandorum causa. Comitia) Creandis consulibus. Per interregem) De interregia potestate, Fenestela & Alexander ab Alexandro. Vitio) Contra auspicia. Ad interregnum) Opus fuit creare interregem. Consulibus prorogatum in annum imperium) Ita tamen, vt essent sequenti anno non consules, sed proconsules. Interreges prodiit) Vnus post alium. Quia interregia potestas tãtum quinque dies durabat, & sexto quoque die creabatur nouus interrex, donec consules designarentur.

In eius interregno) Contentio de creando Varrone consule. Ab Q. Fabij opibus) Post vel propter Fabij opes concussas. Aliena inuidia) Quam conflauerat Q. Fabio ad plebem. Augures) Qui obnunciando impediuissent comitia. Ab hominibus nobilibus) Oratiuncula Bebij Herennij tribuni plebis, qua criminatur ordinem patricium, & suadet consulem è plebe facere. Ista criminatio constat enumeratione causarum finalium falsarum, & amplificationibus inuidiosis.

Cum quatuor militum legionibus) Quarum duas tunc habuit Minucius magister equitum, duas Fabius dictator. Vniuersis) Omnibus simul coniunctis. Prosperè pugnasset) Quatuor legionibus vniuersis. Obiectas) A Fabio, propterea quòd non ipse vnà cum Minucio suas legiones in aciem produxit. Id fœdus) Vt trahant bellum. Nec finem) Propositio primaria huius oratiunculæ. Nam plebeios nobiles) Eos qui è plebe erant facti nobiles consulatu, aut alijs curulibus magistratibus gerendis. Eisdem initiatos esse sacris) Prouerbialiter, id est, plebeios nobiles nouos iam eodem modo inescatos esse dulcedine potentiæ & opprimendæ plebis, vt patricios nobiles veteres. Vt in patrum potestate comitia essent) Quia interrex per solos patres, non adhibito concilio plebis prodebatur: eoq; non designabat consules, nisi ex sententia patrum. Inuitis ijs) Patribus. Expugnatum) Auxesis etiam Ciceroni vsitata, pro magna contentione imperatum & effectum. Expugnatum esse) Per patres. Vt vitiosus dictator per augures fieret) Vt augures falsa obnunciatione, mentiendis auspicijs, dicerent eum dictatorem vitio creatum,

tum, qui rectè creatus esset. Abhorrere igitur interregnum eos)id est, plebem, quia interrex tantùm patricios esset facturus consules. Consulatum vnum certè plebis Romanæ esse) Quanta contentione plebs obtinuerit, vt alter consul semper è plebe creari posset, suprà commemoratur lib. 7. Fuit primus de plebe consul Lucius Sextius Lateranus, anno ab Vrbe condita 389. Hæc autem ab Herennio dicuntur 538. anno ab Vrbe condita. Liuius infrà libro 27. sic ait: Quia duos patricios creari non liceret, &c. Illud priuilegiũ plebis sæpè impediuit nobilitas, quod Cicero testatur, cùm se post Catonẽ maiorem & C. Marium longo interuallo, nouum hominem, consulem factum, ista clausstra nobilitatis, quibus circumdederat consulatum, perfregisse scribit.

Liberius habiturum) Hellenissimus, id est, liberiorem fore, animo libero futurum, non metuente aut offensionem patrum, aut gratiam spectante. τὸ habiturum neutraliter extulit, sicut Græci interdum τὸ ἔχον.

Cum his) Creatio consulum & prætorum. Trib. patricijs petentibus, &c. Duobus nobilibus iam familiaribus plebi) Duobus nobilibus plebeijs, id est, qui nobiles erant, sed non patricij. Ideò autem & nobiles vocantur, quia functi erãt aut ipsi aut eorum maiores curuli magistratu. & plebeij, quia nõ dum erant cooptati in ordinem patricium. Interdum senatores nec nobiles erant, nec patricij. Liuius suprà libro 5. Vt vnus ex plebe vsurpandi iuris causa, P. Licinius Caluus tribunus militum consulari potestate crearetur. Cæteri patricij creati. Ipsa plebes mirabatur se tantam rem obtinuisse, non is modò qui creatus erat, vir nullis antè honoribus vsus, vetus tantùm senator, & ætate iam grauis. Cæterùm hos duos fuisse nobiles plebeios primùm hoc arguit, quòd hîc patricij seorsim à nobilibus tanquam diuersi nominantur: deinde illud, quod Bebius Herennius paulò antè dissuasit plebi, ne facerent plebeios nobiles consules. Ex isto dicto Herennij, & ex oratione P. Decij Muris suprà lib. 10. (vbi dicit, iam ne nobilitatis quidem sitæ plebeios pœnitere, tot gestis magistratibus, dictatura, magisterio equitum, consulatu, censura, prætura, tot bellis feliciter confectis, tot partis triumphis) colligitur, nobiles alios fuisse patricios, alios ex ordine plebeio aut equestri. Patricij erãt, quos aut reges aut populus in ordinem patricium legerant, aut ipsi patricij in suum numerum adsciuerant. Liuius suprà libro 4. Quid, hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos iussu populi, &c. Ita Sabinum aduenam, Appium Claudium Regillanum, principem Claudiæ familiæ, sexto post exactos reges anno, illi antiqui patricij in suum numerum acceperunt. Ita à S. Tullio rege gens Octauia in patricias gentes transducta est: quæ cùm se procedente tempore ad plebem contulisset, rursus magna vi, vt Suetonius narrat, per Iulium Cæsarem, in patriciatum rediit. Tacitus annalium libro vndecimo: Ijsdem diebus in numerum patriciorum adsciuit Cęsar (Claudius) vetustissimum quemq; è senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarium, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerãt, exhaustis, etiam quas dictator Cęsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegere. Lætaq; hæc in R. P. munia, multo gaudio Cæsaris inibantur. Hæc ille. Nobiles fiebant vnà cum suis posteris, qui populi suffragio curulem magistratum adepti essent. Sed posteri eorum non erant patricij. nisi ipsi in patricium ordinem lecti essent. Hinc Liuius alibi nominat consulares plebeios. Hinc Cn. Pompeius, cui postea Magno cognomen fuit, quamuis habuit consularem patrem, tamen ipse non patricia, sed equestri familia fuit. Liuius suprà libro proximo: Quinq; equestris ordinis senatorum fermè liberis.

His consentaneum est, quòd Augustus equitibus, quos in senatum legebat, potestatem fecit, vt essent vel patricij, vel si mallent, in ordine equestri manerent. Fuerunt igitur apud Romanos omnes patricij nobiles, sed non contrà omnes nobiles patricij.

Cum M. Lælio) Glareanus annotauit pro Lælio legendum esse Liuio, & rectè. Causa huius damnationis expressa fuit superiori decade, quæ non extat. Ambustus) Metaphora etiam Ciceroni familiaris, pro propè perditus, semiustus. Proximo comitiali die) Primo die quo comitia iterum haberi possent. Parq; magis) Vt magis obsistendo eius temeritati, quàm reliquis rebus pari potestate fungeretur. Erat enim Varro omnia pro suo arbitrio, ac si vnus consul esset, acturus, sicut Cæsar cum Bibulo consulatum gessit.

Peregrinos) Ita vocabantur omnes, non habentes ius ciuitatis Romanæ. Nouis) Quorũ non antea in gerendo magistratu cognita virtus & spectata esset. Aliter hic accipitur τὸ nouis, quàm cùm dicimus homo nouus. Exercitus quoque) De auctis exercitibus. Cæterùm prius) De procuratis prodigijs. Cædis) Futuræ. Legati à Pesto) Liberalitas & fides sociorum, & præcipuè Hieronis regis Syracusani in Romanos. Magnitudinem) Animi, ita vt nolint sociorum opibus etiam in extremo discrimine vti. Latiniq́ue nominis) Eorum qui haberent ius Latij, de quo attigimus suprà libro proximo. In ea arce) In Capitolio, metaphoricè: id est, in illa sede & domicilio imperij. Quinqueremes) De aucta classe. Delectu perfecto) Acta nouorum consulum; prius quàm signa ab vrbe moueantur. Nihil præter sacramentum) Sacramentum hoc loco Liuius accipit pro iuramento, aut promissione minus solenni & voluntaria, quàm milites cùm decuriabantur, aut centuriabantur, inter se sponte faciebant, vt rectè hic à Liuio coniurare dicantur. Cæsar libro septimo, de bello Gallico: De senatusq́ue consulto certior factus, vt omnes Italiæ iuniores coniurarent. Iusiurandum sumit Liuius pro iuramẽto solenni, & legitimo, quod ritè conceptis verbis præstabatur, iurabaturq; per deos in verba præeuntis tribuni militũ, aut consulis, aut alius magistratus, qui exercitui præesset.

Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent) Vbi conuenissent eo nomine, vt equites in decurias, pedites in centurias redigerentur. Decuria decem equites complectitur. Decuriatum & centuriatum, pro decuriatione & centuriatione, id est, pro redactione in decurias & centurias vsurpat. Ex voluntario inter ipsos fœdere) A sacramento. Hic Liuius sacramentum militare, quale ante illud tempus in vsu fuit, definire & describere videtur. Conciones) Iactantia & ferocia Varronis consulis. Collegæ) Modestia Pauli consulis. Locatus) Constitutus. Præcepturum) Se nunc non posse certò prædicere, quæ consilia sibi hoc bello hostes, occasiones, loca, tempora suppeditatura sint. Gesta) Suscepta. Ad id locorũ) Hactenus: Hellenissimus, ἐπὶ τοῦτο τῶν καιρῶν, ἢ τοῦ καιροῦ. Ita etiam Terentius locum pro tẽpore ponit. Alia multa quę nunc non est narrandi locus. Locus, id est, tempus. Si aut collegam) Oratio cohortatoria Fabij Cunctatoris ad A. Aemilium Paulum consulem, vt fortiter temeritati collegæ obsistat, bellumq; trahat. Orditur autem à personis per dilemma.

Et te talem virum) Captatio beneuolentiæ. Quem video nequicquam) Attentio & docilitas. Si altera parte) Nisi coegeris Varronem tuis consilijs parere, nisi eius ferociæ & temeritati summa vi restiteris. Malis consilijs) Varronis.

Ac bonis) Tuis consilijs. Erras enim) Propositio. Varronis temeritati obsistas oportet. Nescio an) Amplificatio, aut potius expolitio propositionis per comparatiõem. Varro dux) Incitabit tuos milites contra te, vt etiam inuito te, pugnent. Ominis etiam) Ab exemplo etiam per comparationem aucto. Procellas, prælia, atque acies) Synonymia. Sed in τῇ procellas, auxeris est. Atqui si hic) A periculo impẽdenti à Varronis audaci festinatione. Aduersus vnum) Apud te vnum. Sed ita res) Secunda propositio deseruiens priori, trahendũ esse bellum.

Nec euentus) Confirmatio secundæ propositionis, primũ ab euentu superiorum præliorum, deinde à circumstantijs. In Italia) Congeries rerum quibus superiores sint Romani. Annibal contrà) Antithesis etiam, per congeriem. Dubitas ergo) Conclusio specialis secundæ propositionis. Qui senescat) Cuius vires minuantur. Quàm diu) Ab exemplis. Sed ne aduersus te) Ne de meo tantùm facto glorier, qui illum ita ludificatus sum ad Gerionem. Hæc vna) Epilogus orationis. Quã difficilem) Repetitio præcipuorum argumentorum. Resistes autem) Subijcit suum consilium, quemadmodum illis difficultatibus obsisti possit. A veritate) Locus communis. A veritate laborare) Veritas premi potest, opprimi non potest. Bona causa laborat à veritate iudicantium, id est, propterea quòd iudicantes habent deprauata iudicia. Sine timidum) Catachreses calumniatorię. Malo te) Gnome per antitheton. Omnia audentem) Antimetabole. Nec ego) Per Anthypophoram subijcit summam consilij sui. Aduersus ea) Responsum Pauli consulis. Ab hoc sermone) Quemadmodum vterque consul iter ingrediens deductus sit. Vt in castra) Consules castra faciunt bifariam. Annibal quanquam) Gaudium Annibalis ob aduentum nouorum consulum. Cæterùm temeritati) Causa auctæ ferociæ Varronis, tumultuarium prælium prosperum cum prædatoribus Annibalis. Ex præpropero) Percito.

Materiam) Causam. Ex præparato) Hellenismus, ἐκ παρασκευῆς, id est, data opera, de industria, ex composito. Itaque locum) Annibal ponit insidias exercitui Romano, sed frustra.

Omnis fortunæ) Omnium facultatum, opum. Imagine) Specie. Paulus etiam atque etiam) Prudentia Pauli in odoran dis, olfaciendis, animaduertendis insidijs. Præfectum) Turmæ. Quæ ad detinendos) Paulus impedimento est, ne Varro cum exercitu ruat in insidias. Pulli quoque auspicio non addixissent) Addixissent, id est, iussissent. Auspicio ablatiui casus est. Obnunciari) Ei nunciari, tristia euenisse auspicia, eum contra auspicia facturum fieat. Nam fortè) Deteguntur clarius insidiæ. Sidicini equitis) Equitis ex Theano Sidicino vrbe Campaniæ, ad viam Latinam. Dicitur autem Sidicinum ad differentiam Theani Apuli. Imperij potentes fecit) Effecit vt eorum imperio parerent milites. Imperij potentes, Græcè ἐγκρατεῖς τῆς ἀρχειν. Praua indulgẽtia maiestatem soluisset) Hoc est Noema memorabile, prauam indulgentiam imperantis, soluere eius maiestatem. Hinc Quintil. de præceptore

præci-

præcipit, ne eius grauitas triſtitis; ne diſſoluta ſit comitas.

Ibi plures dies) Occaſio mouendi caſtra ab Gerione ad Cānas. Fremitus) Murmuratio. Hic habitus animorum) Habitus, id eſt, affectio. Cicero in Tuſc. quæſt. Vitioſitas eſt habitus aut affectio in tota vita incō ſtans. Cùm vtriuſq; Cùm Paulus diſſuaderet propius ad Annibalem dimicandi cauſa accedere. Ad nobilitandas clade Romana Cannas, vrgente fato, profecti ſunt) Cannæ, autore Procopio, diſtant à Canuſio tria millia paſſuum, ad Aufidum amnem ſitæ. Pontanus lib. 2. de bello Neapolitano: Die quæ inſecuta eſt, caſtra trans amnem veteres ad Cannas poſita, inſignem clade quondam Romana vicum, nunc habitatoribus omninò vacuum.

Prope eum vicum) Situs caſtrorum vtriuſq; partis ad Cānas. A Vulturno vento) Addit τὸ vento, ne quis imperitus de Vulturno flumine, aut oppido intelligat. Vulturnus ab oriente hyberno ſpirat. Eum plerique Græci mixto nomine, quòd inter Notū & Eurum ſit, ἀφρόνοτον appellant. Aduerſus hunc Africus ventus occiduus, qui Græcè λίψ vocatur, flat. Vulturnus ventus, Germanicè Oſtnordoſten Wind. Satis exploratis itineribus) Ne præcipitarentur in inſidias. Annibal ſpem nactus) Annibal conatus elicere ad prælium Romanos, quia hoc die ſumma imperij penes Paulum eſt, inuito Varrone, voto non potitur.

Proiectis ac proditis) A ſe, ſi nō impediuiſſet pugnam tam periculoſam. Ab tumultuario auxilio) A Numidis, qui non erant Carthaginienſes, ſed milites auxiliares. Notum eſt eruditis, auxilia in exercitibus non conſtare è ciuibus, ſed ſocijs vnà militantibus. Iſtud auxilium Numidicum ideò nominat tumultuarium, quod ex colluuione Numidarum collectum eſſet. Apud Romanos tumultuarius miles & tumultuarius exercitus dicitur, qui non ſecundum cenſum, aut deſcriptionem centuriarum, claſſiumq;, ſicut ab Seruio Tullio rege inſtitutum fuit, ſcribebatur: ſed iſto diſcrimine, ac plerunq; etiam vacationibus ſublatis, ſubitò vndecunq; colligebatur. Propterea ipſe Liuius alibi tumultuarium militem ſubitarium appellat, propterea quòd tumultus repentinus alicunde nunciatus vſitatum & ordinarium delectum habere non permiſit, ſed collectitium & primo quoque tempore oblatum militem ſcribere coegit. Minoris ergo precij tumultuarius miles fuit, quàm qui ordinaria ratione contrahebatur. Itaq; Varro) De pugna Cannenſi, & primùm quemadmodum vtraq; acies inſtructa fuerit. Signum propoſuit) Hoc ſignum prælij propoſuit, cùm primùm illuceſceret dies. Erat autem illud ſignum, ſagulum coccineum, aut purpureum, vel ſupra prætorium expanſum, vel ante id propoſitum, autore Plutarcho primum in Fabij Max. deinde in Pompeij vita. Flumen) Aufidum, qui in montibus Hirpinorum ortus, in Adriaticum mare decurrit. Lęuū cornu extremi equites) Equites ſociorum erāt extremi in læuo cornu. Ante cæteros armati) Galli & Hiſpani tenuerunt primum frontem ſiue cuneum, prominentem à prima acie. Habitus, Germanicè dieſe rûſtung. Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis) Habuerunt Hiſpani etiam noſtra ætate linteas tunicas memorabili illo prælio ad Ticinum, quo regem Gallorū ceperunt.

Numerum omnium) Militum Annibalis. Clamore ſublato) Initium & deſcriptio pugnæ Cannēſis. Frontibus enim) Frons eſt principiū primæ aciei. Impulſis) Gallis Hiſpanisq;. In mediam primam aciem) Quæ erat Gallorum & Hiſpanorum. Reductis alis) Minus prominentibus quàm media acies prominebat. Frontem) primam aciem. Quingenti fermè Numidæ) Exemplum inſigne Punicæ fraudis. Adequitaſſent) Antea quàm prælium vndiq; committeretur. Parmiſq; & iaculis) Hinc apparet Numidas equites iaculatores fuiſſe, cùm iaculatores aliàs plerunq; fuerint pedites. Alij autem erant iaculatores quàm ſagittarij.

Auerſam adoriuntur Romanam aciem, tergaq; ferientes, ac poplites cædentes) Hanc verſutiam Numidarum imitati ſunt Teutomarſi in pugna illa celeberrima, anno MCCXXVI. in Holſatia, inter ſecundum Valdamarum Danorum regē, & Adolphum comitem à Schauenburgo, Dynaſtam Holſatiorum, ad Bornouedum vicum facta. Flagrabant hoſtili odio inter ſe, Rex & Dynaſta. Præterea Lubecenſes regio præſidio interfecto, arcem quā rex Lubecæ habebat, euerterant. Rege igitur ad plectendū quidem etiam Dynaſtam, ſed præcipuè ad iſtam iniuriam Lubecenſium vlciſcendam, in Holſatiam maximo cum exercitu veniente, iungunt cum Adolpho Lubecenſes ſocia arma, eiq; etiam imperium ſuarum copiarū mandant. Ingentia & rex & hoſtes auxilia à tetrarchis vicinis, toparchiſq; contraxerunt. Dimicaturus erat Adolphus de poſſeſſione Holſatiæ, Lubecenſes de libertate. In campo Lornouendenſi iuſtructa vtrinq; acie, Teutomarſi in poſtrema acie à Danis, in quorū ditione ac imperio tunc erant collocati, ſe coorta pugna terga eorum ferire poſſe viderūt, quod vt facerent, antea clàm miſſo nuncio ab Adolpho ſubmoniti erant. Sic enim profligatis Danis, eos deinceps ſui iuris immunesqúe Danici imperij fore. Id illi violata fide cùm alacriter ſtrenueqúe feciſſent, Danis magnę cladis cauſa fuerunt. Exercitu enim fuſo, amiſſo oculo, rex cum filio, ſi abſque vno equite Saxone fuiſſet, in hoſtium veniſſet poteſtatē. Ita Punico vaframento & Lubecenſibus, & Teutomarſis vno die libertas parta eſt. Cùm alibi) Euentus pugnæ. Parte altera) Dextero cornu Romano. Quam mallem vinctos) Hoc clarius effert Plutarch. in vita Fabij Maximi, τοῦτο ἔφη μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον. Id eſt, Hoc malebam inquit, quàm ſi vinctos nancíſcerer.

Cn. Lentulus) Exemplum iuuenis pij & officioſi in ſuperiorem magiſtratum, in extremo diſcrimine. Funeſtam) Lugubrem. Ad ea conſul) Exemplum animi piè in patriam affecti, & cùm euadere poſſit fortiter occumbentis, & miſerandi interitus. Cauſaque conſulatus) Et propter conſulatum, quem cōmuniter cùm illo gero. Hæc exigentem) Exigentem τὸ ἐξηγούμενον, id eſt, commemorantem. Helleniſmus.

Nihil fugientium infeſtus agmini) Hîc nulla ſubeſt ſententia. Ideò legendum eſt vel alio modo: vel ſic, Nulli fugiētium inſertus agmini. Quadraginta) Numerus occiſorum ex parte Romanorum. Et tanta propè) Propè, æquè magna pars ciuium atq; ſociorum interijt. Summa vtrorumq; cęſorum ſimul numeratorum fuit, quam hîc ponit Liuius. Vnde in ſenatum legi deberent) Illi magiſtratus fuerunt, quæſtura, ædilitas, prætura, &c. His enim magiſtratibus fungentes, durante poteſtate ius dicendæ in ſenatu ſententiæ habebant. Ita Cicero lib. 7. in Verrem, ſibi ædili antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum datum eſſe narrat. Vlpianus in ff. de Officio quæſtoris, Quæſturam eſſe ingreſſum & quaſi primordiū gerendorum honorum, ſententiæq; in ſenatu dicendæ, docet. Sed exacto tempore magiſtratus, non erāt ſenatores, niſi in ſenatum lecti eſſent. Solebant tamen ij præcipuè in ſenatū legi, qui talibus magiſtratibus gerendis documentum ſui dederant. Sicut & ex hoc loco & infrà ex verbis Liuij lib. 23. colligitur, ita dicentis: Recitato vetere ſenatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Aemilium & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, nec dum in ſenatum lecti eſſent, vt quiſq; eorum ſenator primùm creatus erat: tum legit, qui ædiles, tribuni, prætores, quæſtoréſue fuerant. Hæc eſt pugna) Comparatio huius cladis ad Allienſem. Alterius morientis) Vult dicere, ad Cannas alterius conſulis Varronis fugientis exercitus cæſus eſt, alterius conſulis Pauli cæſi exercitus fugit. Hæc quadrant ad id quod à Polybio dicitur, Romanos habuiſſe in ſumma octoginta millia peditum, ſex equitum. & ad id quod Liuius paulò antè dixit, ad quadraginta tria millia cæſa eſſe, hoc eſt ferè dimidiā partem copiarum.

Binis in caſtris) De euadendo per eruptionem ex vtriſque caſtris Romanorum. Canuſium) Canuſium vrbem fuiſſe, ciuibus, aduenisq; maximè frequētem, ſecundumq; Aufidum flumen poſitam, emporiumq; regionis eius; ambitus ipſe ac ſitus argumento eſt. Fuit eius regionis caput vſq; ad Roberti Guiſcardi Normanni Calabriæ Apuliæq; principis tempora. Hanc ob defectionem, expugnatam incenſamq;, ac ſolo æquatam, proditum eſt à rerum ſcriptoribus, ijſdem ferè quibus à Roberto temporibus Roma quoque magna ex parte incenſa eſt, dum Gregorium ſeptimum pontificem maximum illic circum ſeſſum, ab ira Henrici tertij Imperatoris ereptum liberat. Tempeſtate verò hac noſtra, præter tumulum, in quo arx tunc erat, præterq; Sabini templum (in quo extra tumuli muros ſito, maximi principis Boemundi Normanni ſepulchrum eſt) ſolo iacent æquata omnia, vixq; aliquod tantæ vrbis veſtigium extat.

Aeſtimarikq; capita veſtra) Egregium argumentum ab indignitate. Alteri honos) Annibali. Non vos quidē) πάθος ab interitu conſulis & exercitus. Sed antequam) Ab occaſione. Ferro atq; audacia) A facili. Cuneo) Conferto agmine, cui ſit frons acuminata. Laxum atq; ſolutum agmen) Quòd obſtrepens portis nos obſidet. Itaque ite mecum) Breuis concluſio. Quod patebat) Quia ſcuta erant in ſiniſtra parte. Annibali victori) Annibal non ſeruat regulam ſapientis imperatoris, perterritis hoſtibus non oportere colligendi ſui ſpacium dare, quam vbique egregiè ſeruauit Cæſar.

Capere animo) Iter hinc Romam maius eſt, quàm vt illicò ratione inire poſſim, quomodo illud conficiam. Poſtero die) lectio ſpoliorum, & deſcriptio ſtragis. Præcipuè conuertit) Exemplum inſignis ferociæ.

Spolijs ad multum diei lectis) Deditio minorum caſtrorū. Dum ibi) Fuga ex maioribus caſtris, eorundemq; deditio.

Eos qui Canuſium) Benignitas Buſæ mulieris Canuſinæ in profugos Romanos. Cæterùm cùm ibi) P. Scipio adoleſcēs tribunus militum, poſtea quam ad eum & ad Appium Claudium ab illis legionibus, quæ Canuſij erant, ſumma imperij eſt delata, coniurationem nobilium iuuenum qui de deſerenda Italia conſilium ceperant, laudatiſsimo facinore compriſmit. Quorum principem) Eſſe nunciat. Torpidos) Quaſi omni ſenſu amiſſo attonitos. Fatalis dux huiuſce belli) Is fato deſtinatus erat, vt hoc bellum conficeret. Victo enim ad extremum Annibale, debellatisqúe Carthaginienſibus, Africanus cognominatus eſt. Eo tempore) Munificentia Venuſinorum in Romanos profugos ex prælio. Appiusqúe & Scipio) Varro copias quæ ſecum erant, Venuſia Canuſium traducit.

Romam

Romam ne has quidem) Pauor & tumultus in vrbe ex clade Cannenſi. Itaq; ſuccumbam) Attentio per hæſitationem. Conſule exercituq;) Amplificatio cladis per contentionem. Non vulnus ſuper vulnus) Non vna ſimplex clades poſt ſimplicem cladẽ vnius conſularis exercitus cæſi ad Thraſymenum. Nulla profecto) Oſtendit animi magnitudinem populi Romani comparatione. Aut pugnã aduerſum in Africa) Qua tantùm xx. millia Pœnorum interfecta ſunt, de qua infrà li. 30. Quod vnum opus) Capta vrbe eſſet confectum bellum. Tum Fabius Maximus) Conſilij Fabij Maximi de exploranda fortuna cõſulum atq; exercituum, deq; ſedando tumultu ac trepidatione in vrbe. Tum demum literæ) Literis Varronis patres de fortuna conſulum atque exercituum certiores redditi, & priuatæ per domos clades vulgatę. Sacrũ anniuerſariũ Cereris) Id ſacrũ è Græcia Romã tranſlatũ fuit, & quotannis ad quintum Calendas Aprilis à ſolis matronis in veſtitu candido lætis, nec funere pollutis celebrabatur. In iſto ſacro ante noctẽ epulabatur nemo, atq; à vino in primis & Venere abſtinebant. Liuius infrà lib. 36. Renunciarunt ieiuniũ inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſeruandum. Cæterùm cum ſedato) De ſtatu Siciliæ. Lilybæum) Vbi Octacilius tunc erat cum claſſe. Literis conſulis) Reuocato in vrbem Varronem mittitur ad exercitum M. Claudius Marcellus prætor. Territi etiam) Duæ Veſtales ſtupri compertæ. Vt mos eſt) De quo Alexander lib. 5. cap. 12. Ad portam Collinam) Ea etiam Quirinalis & Agonalis & Salaria vocabatur, idq; poſtremum nomen etiamnũ retinet. Hoc nefas) De placatis dijs, & præcipuè de ſacro barbaro, quo Romani humanis hoſtijs litarũt. Hoſtijs humanis) In illo loco ſubterraneo etiã antea ſacrificia erant facta humanis hoſtijs barbaro more. Placatis ſatis) M. Marcellus cum legione tertia ab Oſtia ad exercitum mittitur. Præmiſſa) Canuſium. Dictator) Delectus noui per dictatorem & magiſtrum equitum habiti. Iuniores ab annis XVII.) Qui exceſsiſſent 17. ætatis annum. Prætextatos) Minores 17. annis. Nã 17. ætatis anno Romani adoleſcentes plerunque prętexta poſita togam virilem ſumebant, propterea quòd tunc pubertas compleri, & ætas militaris incipiebat. De prætexta Macrobius libro primo Saturnaliorum ca. 6. Plutarchus in Romulo & Sertorio, Lazarus Baifius in libello de Re veſtiaria, capite Saturnalibus.

Ex formula) Ex formula fœderis, ex catalogo. Singulis enim ciuitatibus antea præſcriptum erat, quantum peditum equitumq; cùm iuſſiſſent Romani, mitterent. Namque Annibal) Annibal Romanis facit copiam redimendi captiuos, & eadem re Romam mittuntur legati. Non internecinum) Se nõ gerere bellum delendi Romani nominis, ſed imperij & gloriæ cauſa. Patres) Carthaginienſium, qui primum Punicum bellum geſſerunt. Aliquantum adijciebantur) Quia pacti erant in genere in capita Romana trecentis nummis quadrigatis. Cùm regreſsi) Verſutia vnius è decem legatis. Quorum princeps) Oratio ſuaſoria M. Junij principis captiuorum, vt ſenatus redimat captiuos ab Annibale. Nemo veſtrûm) Orditur ab Anthypophora per inſinuationem breuem, non improbando veterem morem Romanum, qui tamen captiuis contrarius erat. Sed aſſentiendo conatur ſibi conciliare beneuolentiam ſenatus, & in eius animos ſubrepere. Cæterùm niſi) Propoſitio per comparationem. Niſi nobis) Iſta dubitatio etiam comparat beneuolentiam, & facit vt plus ſpei in miſericordia ſenatus, quàm in cauſa ſui repoſitum habuiſſe videantur. Non enim) Confirmatio, & primùm à neceſsitate.

Nec eſſe nefas) Secundò ab vtili. Maiores noſtros) Tertiò ab exemplis. Tarentum miſiſſe) Ad Pyrrhum regem Epiri. Ad Heracleam) Sitam ad ſinum Tarentinum. Sunt etiam) Leuat culpam fugæ diſtinctione, dicendo non omnes captiuos fugiſſe ex acie. Haud equidem) Excuſat captiuos, quod non cum cæteris Canuſium aut Venuſiam perfugerunt. Hunc locum orditur à præteritione & inſinuatiuncula, aut præmollitione. In ſe plus) Collatio, vtri ſint futuri gratiores ac vtiliores Reipublicæ. Delectum) Ab indignitate, ſi ipſis prælati fuerint ſerui. Et fortuna) Etiam ſeruili. Illud etiam) Mouet miſericordiam vt in Epilogo, primũ à crudelitate Annibalis. Duri oris) Inuerecundi, immiſericordes. Si videatis) Enargia. Intueri poteſtis) Secundò, à ſolicitudine & luctu attingentium captiuos conſanguinitate. Si mediusfidius) Tertiò, à iudicio ſenatus, quàm miſeri ſint futuri, ſi non fuerint digni iudicati à ſenatu qui tantillo precio redimantur. Vbi is) Conſecuta hanc orationem. Si tantummodo) Oratio diſſuaſoria Manlij. Initio cõſtat captiuis inuidiam, & alienat animos ſenatus ab eis, criminando eos quòd ſe illis prętulerint, qui Venuſiam Canuſiumq; peruenerunt. Quid enim aliud) Propoſitio. Morem traditum) Non redimendi captiuos. Atque vtinam) Expoſitio inuidioſa, quam à voto itidẽ odioſo inchoat. Sicut auorum) Ab exemplis contrarijs. P. Decius) Sub A. Cornelio Coſſo conſule, ſuprà lib. 7. Calphurnius Flamma) Florus lib. 2. rerum Romanarum, cap. 2. & Plin. cap. 39. de viris illuſtribus. Quinquaginta) Concitat inuidiam à magnitudine cladis. Liberi) Argumentatur à diminutione capitis, & ciuitatis amiſsione. Maxima capitis diminutio eſt, amiſsio ciuitatis Romanæ, & libertatis. At Romanorum ciuium iure priuati erant, quàm diu erant ſerui hoſtium. Nihil igitur poterant poſtulare iure ciuium.

Precio redituri) Argumentatur ab ignauia captiuorum. Si cæteri ſimiles) Qui Canuſium & Venuſiam euaſerũt. Ciuem haberet) Quia cæteri etiam Annibali ſeſe dedidiſſent. Ex millibus ſeptem) Ab exemplo eorum qui erumpendo euaſerunt. At enim) Quàm citò ſe dediderint. Vos redimam) Concluſio. Poſteaquam) Effectus orationis. Vnus ex ijs) Euentus verſutiæ vnius è decem legatis captiuorum. Eſt & alia) Alia opinio de legatis captiuorum. Religione) Iureiurando. Quantò autẽ maior) Defectio ſociorum poſt cladem Cannenſem. Nec tamen hæc clades) Certiſsima indicia magnanimitatis populi Romani. Liuius infrà li. 42. Ita tum mos erat, in aduerſis vultũ ſecundæ fortunæ gerere, moderari animos in ſecundis. Si Carthaginienſium) Illi ſolebant duces re malè geſta in crucem agere.

TRANSLATIONES ALIQVOT LIVIANAE.

Libro 4. ab Vrbe condita, Pręcipitiq́ue iam die curare corpora milites iubet.

Certamine, quod ingens exudandum eſſet.

Vt quem ſenatorẽ concoquere ciuitas vix poſſet, regẽ ferret.

Libro 5. Deinde multa iam edita cæde, ſeneſcit pugna.

Differendo deinde elanguit res.

Libro 6. Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebatq; integris ſenſibus.

Libro 8. Omnibus conſultationibus inter ſe principes occultè Romanum coquebant bellum.

Libro 21. Reciprocare animam.

Lib. 22. Et ad aures quoq; militũ dicta ferocia voluebãtur.

Libro 26. Vt ad tertiam buccinam præſtò eſſent.

Libro 27. Cùm in Italia ad Thraſymenum & Cannas pręcipitaſſet Romana Reſpublica, proſpera bella in Hiſpania prolapſam eam erexiſſe. Secunda in Italia Siciliaq; geſta, quaſſatam rempublicam excepiſſe.

Libro 32. Fluctuatus animo eſt, vtrum protinus in regnũ ſe reciperet, an reuerti in Theſſaliam poſſet.

Libro 34. Cum ſupercilio haud procul diſtantis tumuli ab vrbe inſtructam aciem oſtendiſſet.

Libro 36. Cui ſi ſemel in cauſam deſcenderit, nihil integri futurum ſit.

Mneſilochus princeps Acarnanum multis emptus donis: id eſt, corruptus.

Aetolorum praua cõſilia atq; in ipſorum caput ſemper recidentia accuſauit.

Libro 37. Romanorum duæ naues fractæ ſunt, vulneratæ aliquot.

Gloriamq; eius victorię defloratam ad Thermopylas eſſe.

Libro 38. Per hæc velut eneruata ciuitas Lacedæmoniorũ.

Graue præda omnis generis agmen trahens.

Cùm ſenecta res quoq; defloruere.

Libro 40. Illic ante omnia clandeſtina concocta ſunt conſilia.

Cùm obſideri aures à fratre cerneret.

Profectos à domo inexplicabiles continuis imbribus viæ, & inflati amnes tenebant.

Amicitias immortales, inimicitias mortales debere eſſe.

Lib. 42. Tum inſidiatores exorti, ſaxa duo ingentia deuoluunt, quorum altero caput ictum eſt regi, altero humerus ſopitus.

Solos Rhodios fluctuanteis & imbutos Perſei conſilijs inueniſſe.

Ventoſum ingenium.

Circumagetur hîc orbis, erit mox qui arguat, &c. id eſt, mutabitur hic ſtatus rerum.

Sicubi P. R. ſua fortuna labet.

Non portas claudere regi ſatis habuerunt, ſed probris quoq; in ipſum Macedonas q; procacibus iaculati ſunt.

Vt ſecunda fortuna in conditione honeſtę pacis vteretur, potius quàm ſpe vana euectus in caſum irreuocabilem ſe daret.

Libro 44. Caſtra tumulo ſunt acclinata.

Clauſtra Macedoniæ tradita Romanis eſſe.

Saxis tormento emicantibus.

Dubij ſuſpenſæq; ex fortuna fidei.

Libro 45. Præcerptam tamen eius rei lætitiam inuenerũt. Is ad occupatas iam aures, ſolicitatum qúe iam animum cùm veniſſet, aggreſſus tempeſtiuis temporibus rem propè prolapſam reſtituit.

FINIS LIBRI VIGESIMI SECVNDI, ET COMMENTARIOLI SECVNDI.